IO. BAPTISTÆ
VENTRIGLIA

Olim Vicarij Generalis Capuani, & deinde
CASERTANI EPISCOPI,

PRAXIS RERVM NOTABILIVM

Præsertim Fori Ecclesiastici,

IN QVA EX VTRIVSQVE IVRIS FONTIBVS
Frequentiores, & vtiliores Materiæ in varijs Textibus Canonicis, ac Bullis Pontificijs, iuxta Decreta Sac. Conc. Tridentini, & Decisiones diuersorum Tribunalium, veridicè annotantur.

OPVS PRAELATIS, IVDICIBVS, CAVSARVM PATRONIS, cunctisque Leges profitentibus; necnon Regularibus, & Confessarijs in instituendis, ac peragendis negotijs, atque ad comperiendam veritatem in plerisque Controuersijs, apprimè vtile, & necessarium.

TOMVS SECVNDVS.

Cum nouissimis Obseruationibus D. CAROLI ANTONII DE LVCA I. C. Melphictensis, ad singulas Annotationes nunc primùm editis,

ET INDICIBVS IVRIVM, MATERIARVM, AC RERVM NOTABILIVM.



VENETIIS, M.DC.XCIV.

Apud Paulum Balleonium.

SVPERIORVM PERMISSV, AC PRIVILEGIIS.

IVRIVM LOCA,

Ad quæ in hoc Secundo Tomo notatur.

INDEX MATERIARVM,

Quæ in hoc Secundo Tomo notantur.

AD LECTOREM.



Vibus rationibus, quibusque partium studijs huius Operis auctor ducatur, vbicumque de Fori competentia Ecclesiastici cum sæculari, seu de Ecclesiastica immunitate, & illuc spectantibus scribit, non fuit opus te admonere, Candide Lector. Facillimè etenim id ex lectura animaduertes, & ni fallor tam scribentis genium, & statum, quàm temporum necessitatem, seu mauis corruptelam agnosces: Cæterùm ne imprimendi operis permissu, quæ continentur approbari, aut ad Fori praxim, aut quocumque alio modo existimares, permittendum fuit eò impressorum dumtaxat rationibus, & mercaturæ id datum fuisse, ac si id ageretur non deesse celeberrimos Doctores, solidasque doctrinas, quibus Principibus, & Magistratibus, contra nouarum opinionum sectatores, sua iura probè constent.

D. IO.



D. IO. BAPTISTÆ VENTRIGLIA I. C. CAPVANI

PRACTICÆ ANNOTATIONES

Ad nonnullos Textus Canonicos, & Constitutiones Pontificias, continentes Materias ad vsum frequentiores, & quotidianas.

Cum Obseruationibus D. CAROLI ANTONII DE LVCA I.C. Melphictensis.

Tomus Secundus.

ANNOTATIO I.

De Iurepatronatus.

ARGVMENTVM.

Notatur §. I. Iuspatronatus acquiri constructione, & reædificatione, siue reseruatione, dotatione, & fundatione. Quando dicatur sufficiens dos, vel insufficiens. Quid, si plures insufficienter dotent, vel dotem insufficientem augeant. An requiratur in constructione, dotatione, vel fundatione reseruatio. Quomodo requiratur Episcopi consensus, & cuius Episcopi. An sufficiat consensus Capituli Sede vacante, vel possit quandoque adiri Metropolitanus.

§. II. Iuspatronatus priuatorum probari authentico documento, & scriptura, quæ qualis sit, quando probetur instrumento carenti solemnitatibus, vel copia, aut copia copiæ, vel copia ab actis, per libros, sententias, vel alias scripturas, per attestationem Episcopi. Quando per testes. Quando per multiplicatas præsentationes, vel per assignationem alimentorum. Quando probetur per insignia, vel inscriptiones positas in Cappella. Quando, quot dicantur præsentationes multiplicatæ, & intra quantum temporis spatium debeant esse. Et quibus alijs modis Iuspatronatus probetur inter priuatos. Inter personas verò suspectas etiam probatur fundatione, vel dotatione. Si verò probetur per multiplicatas præsentationes requiruntur nonnullæ solemnitates, vt hìc. Vsurpatio, quæ, & vnde proueniat, & quando non præsumatur In Vniuersitate. An Iuspatronatus erectum ante Concil. Trid. subiaceat probationi ab illo decretæ. Et an Concil. reuocet Iuspatronatus in priuilegio.

§. III. Quomodo laicus patronus non possit concurrere, nec acquirere ius eligendi, vel concurrere cum alijs ad electionem in Ecclesia conuentuali. Et quid de confirmatione electionis, vel in patrono Clerico. Coram quo est facienda præsentatio. Et quomodo. Intra quod tempus. Quod, quando incipiat currere, vel, an currat impedito. Et, an possit prorogari, & à quo. Institutio cui competat, an Vicario, vel Capitulo sede vacante, vel Prælato inferiori. Et an in hoc possit patronus præiudicare Episcopo examen præsentanti. Cui competat, si institutio fit per inferiorem. Inter plures præsentatos, quis sit præferendus in institutione, & dicatur aptior. An Doctor, nobilis, ciuis, potentior, senex, de familia descendens, vel bonus. In paritate vocum, quando competat Episcopo gratificatio.

§. IV. Deberi patrono honor processionis. Et quid contineatur sub hoc honore processionis. Et quomodo sit obediendum patrono. Item eidem debentur alimenta, si pauper est. Quando dicatur pauper. Quæ alimenta sint præstan-

da. An deductis prius necessarijs pro beneficiato. Quomodo illi debeantur, & quando. Et quæ pro illis competat actio, & alia ad materiam.

S V M M A R I V M.

1 *IVrispatronatus materia ad Text. in Cap. nobis de Iurepatronatus, & qui DD. illam exagitent.*

2 *Iuspatronatus acquiritur constructione Ecclesiæ facta consensu Episcopi, & reædificatione. Vbi quid nomine reædificationis. Quid in restaurante, vel reædificante ex materia Ecclesiæ diruta.*

3 *Iuspatronatus acquiritur dotatione, & fundatione Ecclesiæ, & fundatione etiam sola. Vbi qualiter.*

4 *Iuspatronatus acquirit sufficienter Ecclesiam dotans, Quid si insufficiens dos approbetur ab Episcopo.*

5 *Iuspatronatus acquirit dotans Ecclesiam cum consensu Episcopi, etsi constructam. Et qualiter concurrat cum construentibus.*

6 *Iuspatronatus æqualiter acquirunt plures, inæqualiter insufficienter dotantes.*

7 *Iuspatronatus non acquirit dotem, etsi paruam grandi augmento augens. Quid si ea transijt ad non esse.*

8 *Iuspatronatus acquiritur, si expresse in dotem, non sic, si Ecclesia legetur, vel donetur.*

9 *Iuspatronatus constructione, dotatione, vel fundatione acquiritur, quamuis non fiat expressa reseruatio. Non tamen copulatiuè requiruntur, num. 10.*

11 *Iuspatronatus ad hoc, vt acquiratur semper, requiritur consensus Episcopi saltem ex post facto. Et quando præsumatur.*

12 *Iuspatronatus, cum in* Tridentino *dicitur acquiri fundatione, intelligitur etiam de constructione. Et num dictio. Et quandoque disiungat, num. 13.*

14 *Iuspatronatus non acquirit, qui impensas in construenda Ecclesia protestatur velle recuperare, vel necessario construit.*

15 *Iuspatronatus, vt acquiratur requiritur consensus Episcopi loci, vbi construitur Ecclesia. Quid in Vicario, & Capitulo sede vacante. Quando adiri debeat Metropolitanus. Et quomodo.*

ANNOTATIO I.

§. I.

Ad Text. in Cap. Nobis de Iurepatron.

1 HIc Clemens Papa III. statuit. *Primò acquiri iuspatronatus per constructionem Ecclesiæ de consensu Episcopi factam. Secundò patronum non eligere Prælatum in Ecclesia conuentuali, benè tamen in Cappella. Tertiò patrone deberi processionis honorem, & alimenta ab Ecclesia, si vergat ad inopiam.* Hæc materia est communis, & satis sufficienter agitata particularibus Tractatibus, nempe Rocc. Lambertini, Viuiani, Ricc. & aliorum, quos commemorat Barbos. *ad Rubr. Decret. de Iurepatr. num.* 2. tractant Flam. Paris. *de Resignat. lib.* 2. *quæst.* 4. Rebuff. *in Prax. Benef.* Gonzal. *ad* 8. *Regul. Cancell. glos.* 18. Garz. *de Benef. part.* 5. *cap.* 1. Moneta *de Commut. vltim. vol. cap.* 10. Hoied. *de Incompatib. cap. vltimo*, Couar. *Pract. quæst. cap.* 36. Zerol. *in Prax. verbo Iuspatronat.* Mascard. *de Prob. conclus.* 956. Franc. Leo *Thesaur. for. Eccles. p.* 2. *cap.* 2. Card. Tusch. *Pract. Conclus. lit. I. conclus.* 617. Gall. *Margar. Cas. Conscient. verb. Iuspatronat.* Cabed. *de Patron. Regiæ Coronæ*, Valer. Reginal. *in Prax. for. pænit. lib.* 30. *tract.* 3. Campan. *Diuers. Iur. canon. rub.* 11. *cap.* 13. Molfes. *in Sum. tract.* 6. *cap.* 5. Ricc. *particulari Tract. & in Prax.* 1. *p. resol.* 134. *& seqq. & Collect. decis.* 58. 1558. 1576. *&* 1693. *& in decis. Cur. Archiepisc. Neap. part.* 1. *decis.* 161. Nouar. *Concl. Iur. Pontif. titul. de Iurepatron. concl.* 94. *& seqq.* Masso. *in Pract. habend. concurs. Præl.* 7. *dub.* 3. Ioan. Bapt. Costa *de Factis scient. & ignor. cent.* 1. *distin.* 90. Vulp. *in Prax. cap.* 49. Lotter. *de re Benefic. lib.* 2. *quæst.* 3. *& seqq.* Barbos. *de Potest. Episcop. part.* 3. *alleg.* 72. *de Iure Eccles. lib.* 3. *cap.* 12. *in Summ. Ap. decis. verbo Iuspatronatus, & collect. ad Decret. hoc Titul. & ad Concil. Trident. sess.* 25. *cap.* 9. *de ref.* Reuerendiss. Marant. *Controuers. p.* 1. *respons.* 16. *num.* 29. *& seqq. &* 2. *part. respons.* 19. *& part.* 3. *respons.* 14. 15. *&* 43. Gratian. *discept. forens. cap.* 177. 218. 521. 577. 835. *& alibi*, Seraphin. *decis.* 1103. 1120. 1141. *&* 1367. Mantic. *decis.* 198. 208. 244. *&* 318. Achil. de Grass. *in decis. sub tit. de Iurepatronat.* Cassador. *per plures decis. sub eod. titul.* & cæteri Canonistæ, apud quos repetitur materia satis abundanter digesta, solum hic notanda sunt, quæ frequentiora reputantur in terminis huius text.

Et quantum ad primam partem text. nota. Primò ius- 2
patronatus acquiri constructione facta Episcopi consensu; construens enim Ecclesiam de consensu Episcopi, acquirit iuspatronatus, vt hic in *text. & in cap. Monasterium* 16. *quæst.* 7. notant communiter DD. latè Lambert. *de Iurepatron. lib.* 1. *part.* 1. *art.* 1. *quæst.* 10. *princ.* Appellatione autem constructionis venit etiam reædificatio in his terminis; vnde reædificans Ecclesiam penitus destructam, quod dicitur, quando noua consecratione indiget, acquirit iuspatronatus, proinde, ac, si ab initio construxisset, non tamen acquirit iuspatronatus, qui reædificat Ecclesiam non omnino dirutam, cum ad acquirendum iuspatronatus in hoc casu requiratur totalis restauratio Ecclesiæ funditus destructæ, est commune apud DD. quos omnes adducunt Garz. *de Benefic.* 5. *part. cap.* 9. *num.* 51. & Barbos. *de Iure Eccles. lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 32. vbi etiam testantur opinionem fuisse sequutam Rot. Rom. in pluribus decisionib. & ratio adducitur, quia Ecclesiam dirutam iterum fabricans nouam dicitur erigere Ecclesiam, *cap. consuluit de iudic.* Bart. & Alex. *in l. inter stipulantem*, *§. sacram*, *ff. de verbor. obligat.* Hoc tamen intelligendum est, quando reædificatio facta est ex noua materia; nam si ex antiqua materia reædificetur, non acquirit iuspatronatus reædificans, vt aduertit Campan. *diuers. iur. Canon. rub.* 11. *cap.* 13. *sub num.* 317. *& num.* 338.

Aduertendum, quod non solum constructione acqui- 3
ritur iuspatronatus, vt in hoc text. sed etiam fundatione, vel dotatione, vt deciditur in Concil. Trid. *sess.* 25. *cap.* 9. *de reform.* Ex fundatione dicitur, quando quis dedit fundum ad fundandam Ecclesiam; qui fundum dat, acquirit iuspatronatus, etiam, si Ecclesia construatur, vel dotetur ab alio, licet non acquirat statim post dationem fundi; sed post factam ædificationem, & dotationem, ita docet Abb. *consil.* 106. *part.* 2. Roch. *in princip. num.* 3. *& verbo Fundauit*, *quæst.* 2. Lambert. *part.* 1. *lib.* 1. *quæst.* 1. *art.* 1. *sub num.* 16. *& quæst.* 3. *art.* 1. *& quæst.* 4. *art.* 1. sequitur post alios Garz. *de Benefic. part.* 5. *cap.* 9. *num.* 44.

Sed aduertendum est, quod ad hoc, vt per fundationem acquiratur iuspatronatus, requiritur, quod fundus detur simpliciter, ita vt totum dominium illius transferat in Ecclesiam, prout post Lambert. & Massobr. resoluit Barbos. *de Iur. Eccles. lib.* 3. *cap.* 12. *sub num.* 28.

Similiter acquiritur iuspatronatus per dotationem, 4
si dos est congrua, & sufficiens; nam dotans insufficienter, non efficitur patronus, sed benefactor, Lambert. *cit. loc. quæst.* 5. *art.* 12. Rota *diuers. part.* 1. *decis.* 528. *sub num.* 2. Garz. *cit. loc. num.* 52. adducens sacræ Congregationis declarationem, *& num.* 53. id extendit, etiam, si dos minus congrua fuit approbata per Episcopum pro congrua, allegans Roch. contra Lambert. sed in hoc casu cum Episcopus consensit, & approbauit dotem incongruam, melius dicendum est acquiri iuspatronatus, sed Ecclesiam posse tanquam læsam agere ad supplementum dotis, secundum opinionem Lambert. quam refert, & sequitur Vulp. *in prax. cap.* 49. *num.* 6. & hæc est opinio vtilior Ecclesiæ, & merito sequenda in praxi. Quanta debeat esse dos, vide Ricc. *in prax.* 1. *part. resol.* 174.

Et quod per dotationem acquiratur iuspatronatus, ex- 5
tenditur, etiam, si dotetur Ecclesia iam constructa, & consecrata, si tamen non habebat dotem, & id factum est cum consensu Episcopi, vt post Roch. Lambert. Zerol. Rot. diuers. & alios, tenet Garz. *de Benefic. part.* 5. *cap.* 9. *num.* 54. *& seqq.* vbi respondet contrarijs; & in hoc casu, si Ecclesia, vel Cappella indotata alios habebat

patronos

patronos ratione fundationis, vel constructionis, dotans concurrit in iurepatronatu cum alijs patronis, vt aduertit Vulp. *in Prax. cap. 49. num. 5.* Verùm, quia hoc redundat in præiudicium aliorum patronorum, consulerem in praxi requirendos esse patronos, si ipsi velint dotare, antequam per Episcopum concedatur licentia prædicta, colligitur ex dictis per Vulp. *cit. loc.* qui dicit. *Quod tunc dotans efficitur patronus, quando fundans, vel construens non erant dotaturi.*

6 Quod, si plures sint dotem dantes, quorum licet vnusquisque de per se insufficienter dotet, tamen, si vnitim sufficienter dotent omnes, acquirunt iuspatronatus æqualiter etiam, si inæqualiter dotem contulerint, ita tenet Abb. *in Rub. de Iurepatr. num. 6.* Lambert. *cit. loc. quæst. 3. art. 5.* Garz. *cit. loc. num. 53. adducens sacra Congregationis Declarationem.*

7 Sed notandum est in his terminis, quod licet per dotationem acquiratur iuspatronatus, non tamen acquiritur per augmentum dotis, etiam si dos, quam habebat Ecclesia fuisset exilis, & augmentum notabile, sed omnino requiri in hoc casu, quod Ecclesia à principio sit fundata sine dote, vel quod tractu temporis dos assignata penitus sit deperdita, probat validis argumentis, Campanil. *Diuers. iur. Canonic. rubr. 11. cap. 13.* qui alios adducit, & specialiter *Decis. Rot. in vna Compsana Iurispatronatus Veneris 23. Ianuarij 1604. coram D. Litta,* sequitur Barbos. *loc. cit. num. 56.* vbi concludit, quod ad hoc, vt secundo dotans acquirat iuspatronatus, requiritur, quod prima dos sit redacta deesse ad non esse, Ricc. *in Prax. 1. part. resol. 161. & resol. 183.*

8 Notandum est etiam, quod per simplicem dationem, donationem, vel legatum factum Ecclesiæ, non acquiritur iuspatronatus, cum dans, donans, vel legans, videatur potius benefactor, quam dotans, & acquisitor iurispatronatus, vnde ad quærendum tale ius, requiritur, quod quis expressè det in causam dotis, voluit Lambert. *cit. loc. quæst. 6. art. 1. & 2.* Rot. *in vna Imolen. Iurispatronatus 2. Iunij 1577. coram D. Cantuccie, quæ est decis. 167. part. 2. diuers. & in vna Aretina Capellaniæ, seu Iurispatronatus 16. Decemb. 1594. & 20. Maij 1585. coram D. Seraphino.*

9 Dubium est in hac materia, an per simplicem fundationem, constructionem, vel dotationem acquiratur iuspatronatus, an requiratur, quod fiat expressa reseruatio; & licet tenuere graues DD. requiri expressam reseruationem, sequentes Abb. *in cap. quoniam num. 10. de iurepatron.* Nihilominus verior, & magis communis opinio, quam etiam seruat praxis, est per simplicem fundationem, constructionem, vel dotationem acquiri iuspatronatus, etiam non facta expressa reseruatione illius, dummodo non fuerit facta remissio, probant post alios multos Garz. *de Benefic. cit. loc. num. 62.* & Campanil. *cit. loc. num. 335.* & sequitur Barbos. *de Iur. Eccl. lib. 3. cap. 12. num. 35.*

10 Dubitatur etiam, an ad acquirendum iuspatronatus requirantur copulatiuè fundatio, constructio, & dotatio, siue ab vno, siue à diuersis.

Respondetur in hoc dubio reperiri duplicem sententiam, sed magis vera, & communis est illa, quod non requirantur prædicta copulatiuè, sed sufficit tantum vna ex illis, ita, vt sola fundatio, sola constructio, & sola dotatio conferat iuspatronatus, quia iura de his loquentia, alternatiuè disponunt, sic loquitur Conc. Trid. *cit. cap. 9.* ibi: *Titulus Iuspatronatus sit ex fundatione, vel dotatione,* per dictionem, *Vel,* & sic alternatiuè iuxta aperta verba, *l. triplici de verb. signif.* & hanc opinionem tenent multi, & sequitur Rot. de quibus videre est apud Barbos. *de Iur. Eccles. lib. 3. cap. 12. num. 61.* & seruatur in Praxi.

11 Nota secundò principaliter in text. ex illis verbis, *Per constructionem Ecclesiæ de consensu Episcopi,* non solum requiri consensum Episcopi in constructione ad hoc, vt acquiratur iuspatronatus; sed etiam requiri in fundatione, vel dotatione, ita Roch. *in verbo Pro eo, quod de Diœcesani consensu,* Lambert. *cit. loc. quæst. 2. art. 3.* Fusc. *de visit. lib. 2. cap. 10. num. 5.* & alij, quos refert, & sequitur Garz. *de Benefic. part. 5. cap. 9. n. 71. vbi num. seq.* docet cum opinione Roch. Lambert. & aliorum hunc consensum sufficere, si interueniat ex post facto, ibi etiam inuenies quando præsumatur hic consensus, & quomodo probetur; & quod sufficiat tacitus consensus, qui deducitur ex institutionibus Diœcesani Ordinarij factis ad præsentationem patronorum, tenet Roch. *de Iurepatr. verbo Pro eo, quæst. 8. num. 10.* Rot. *in Aquen. Iurispatronat. 7. Nouembris 1601. coram D. Lancellotto, iam impress. per Marches. de Commiss. part. 1. pag. 454.* Beltran. *ad decis. Gregorij XV. 420. num. 7.*

Contra hunc *text. cap. Nobis,* vbi habetur iuspatrona- 12
tus acquiri ex constructione, possent adduci verba Conc. Trid. *cit. cap. 9.* ibi: *Vt titulus Iurispatronatus sit ex fundatione, vel dotatione,* quæ nullam mentionem faciunt, de constructione, ergo hic modus acquirendi iuspatronatus per constructionem videtur abolitus per Concilium. Cui obiectioni respondetur validum esse modum acquirendi iuspatronatus, etiam post Conc. Trid. per constructionem; imò Concilium, sub verbo, *Ex fundatione,* comprehendere etiam constructionem, prout docet Zerol. *in Prax. Episcop. 1. part. verbo Iuspatronatus, §. 2. vers. Tertio fundatore,* Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 90. à num. 6.* sequitur Garz. *de Benef. part. 5. cap. 9. num. 38.* Item titulum constructionis includi sub illis verbis, Conc. Trid. *eod. cap. 9.* aliosue secundum iuris dispositionem, voluerunt Gonzal. *ad 8. regul. Cancell. glos. 18. num. 50.* & Flam. Paris. *de Confident. quæst. 28. num. 240.*

Contra hunc modum acquirendi Iuspatronatus per 13
constructionem, de quo in hoc *text. cap. Nobis,* possent, & adhuc obijci verba Conc. Trid. *sess. 14. cap. 12. de ref.* ibi; *Cappellam de nouo fundauerit, & construxerit,* quasi Concil. videatur statuere non sufficere solam constructionem, sed requiri copulatiuè fundationem, dum loquitur cum particula sufficere, *Et,* cuius est copulare, & connectere, *l. Titia textore de leg. 1.* Cui obiectioni etiam respondetur, verè ex constructione de per se, & separata à fundatione acquiri titulum Iurispatronatus, vt hic in text. & firmatum est supra *vers. Dubitatur etiam secundum opinionem Lambert. lib. 1. part. 1. quæst. 2. art. 2. num. 1.* Rot. *diuers. part. 1. decis. 598. num. 1.* Cassad. *decis. 6. num. 7. de de Iurepatron.* & Concil. Trid. quoad titulos quærendi Iuspatronatus nihil immutare, docet Gonzal. *in 8. regul. Cancell. glos. 18. num. 54.* dictionem illam, *Et,* non semper exponi copulatiuè, sed quandoque secundum subiectam materiam sumi disiunctiuè pro *Vel, cap. 2. de rescript.* vbi latè Fel. *num. 21. & seqq.* post alios, *l. generaliter C. de instit. & substitut.* explicat etiam Gonzal. *ad 8. regul. Cancell. glos. 3. num. 14. & 15.*

Limitatur dispositio huius *text. cap. Nobis,* duobus mo- 14
dis. Primò, vt quis ex constructione non acquirat Iuspatronatus, quando construxit cum protestatione recuperandi expensas ab ipsa Ecclesia; tunc enim Ecclesiæ, ex cuius bonis fuit constructa, acquiritur Iuspatronatus non vero constructori, docet glos. *verbo Construxisse in cap. Apostolicas 17. quæst. 2.* Gonzal. *cit. loc. num. 33.* Garz. *part. 5. cap. 9. à num. 36.* Monet. *de commut. vltim. volunt. cap. 10. num. 202. & seq.* Secundò, quando constructio facta est ex necessitate, non autem ex voluntate, tunc nec etiam acquiritur Iuspatronatus, ita Lambert. *d. part. 1. lib. 1. quæst. 4. princip. art. 7.* Rot. *diuers. decis. 167. num. 5. & seq. part. 2. & decis. 758. num. 2. part. 2. in recentioribus, in vna Camerinen. pensionis 10. Decembris 1625. coram D. Pirouano.*

Nota tertiò principaliter ex illis verbis *text. De consen-* 15
su Episcopi, quod ad acquirendum Iuspatronatus, requiritur, quod constructio, dotatio, vel fundatio fiant cum consensu Episcopi, vt hic in text. & notatum est supra. Quod intellige de illo Episcopo, in cuius Diœcesi fundatur Ecclesia, prout communiter notant DD. & seniot praxis. Eundem consensum potest etiam dare Vicarius Generalis Episcopi, si ad id habeat speciale mandatum, & Capitulum Sede vacante, docet Barbos. *de Iur. Eccles. lib. 3. cap. 12. num. 40. qui num. 41.* dicit, quod, si Episcopus Diœcesanus nolit consensum prædictum præstare, poterit compelli per superiorem, alias ipse superior consentiat, si Diœcesanus renuat consentire sine causa. Sed melius dicendum est, quod in hoc casu peratur consensus prædictus coram Episcopo suffraganeo tribus iteratis iuridicis instantijs, qui, si adhuc istum neget, potest appel-

appellari à denegatione ad Metropolitanum, qui, cum per appellationem acquirat iurisdictionem, potest ipse talem consensum præstare, prout notatum est ad *cap. pastoralem de off. iud. ordinar,*

OBSERVATIONES
D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *PRærogatiua plures patronorum recensentur,*
2 *Reseruatio expressa iurispatronatus, an exigatur in fundatione?*
3 *Consensus Ordinarij est de essentia pro acquisitione iurispatronatus in fundatione beneficij.*
4 *Fundator quando præsumatur noluisse reseruare iuspatronatus, sed ex deuotione fundasse.*
5 *Redotans quando efficiatur verus patronus.*
6 *Si modica sit prima dos, an augens dotem acquirat iuspatronatus? Expenditur Ventriglia.*
7 *Ex reædificatione, an acquiratur iuspatronatus?*
8 *Augens dotem dicitur potius benefactor.*
9 *Quid ex causa ditationis egregiæ?*
10 *Differentia constituitur inter augmentum factum ab alio, quam à primo dotante, vel ab eodem.*
11 *Controuersia ardua de noua dote per eandem fundatricem data.*
12 *Beneficium patronatum si vniatur cum alio patronato de consensu primi patroni, an primus habent ius præsentandi ad Capellaniam vnitam?*
13 *Ratio differentiæ inter dotem pro noua Capellania per eandem fundatricem, vel nouam per diuersam fundatricem.*
14 *Fauorabilior est causa augentis dotem, quàm dotantis primi.*
15 *Reseruatio iurispatronatus pro descendentibus post mortem reseruantis pro se viuente, an sit reuocabilis?*
16 *Reseruatio pro descendentibus sine verbo, ac titulo donationis an sit reuocabilis?*
17 *Donatio an præsumatur in muliere, & quæ an inter viuos? Celebratur glos. in l. dotis ff. solut. matr.*
18 *Ex substantia donationis collata post mortem, an arguatur donatio causa mortis?*
19 *Stipulatione pro absentibus donatario deficiente, an inducatur reuocabilitas?*
20 *Iuspatronatus reseruatum pro descendentibus sine verbo donationis, an possit immutari.*
21 *Consensus Episcopi accedens fundationi quos effectus pariat.*
22 *Promissio obseruantiæ donationis causa mortis, an reddat irreuocabilem.*
23 *Fundator an possit præiudicare liberis vocatis in reseruatione iurispatronatus?*
24 *Ordinarius imprimit qualitatem iuripatronatus, non fundator.*
25 *Verba hæredum, & successorum, an imprimat qualitatem hæreditarium?*
26 *Quid si verba præfata referantur ad fundationem, in qua nulla sit mentio hæreditariæ qualitatis?*
27 *Verbum* hæres *copulatum cum verbo* successor *qualiter summendum in iurepatronatus?*
28 *Ponderatur Rota decis. 37. part. 7. recent. Quæ declaratur.*
29 *Verba* hæredum, & successorum *si intelligantur de hæredibus sanguinis in prima fundatione, vtrum etiam in reseruatione iurispatronatus in noua dote interpetranda sint de iisdem hæredibus sanguinis?*
30 *Donatio sui natura est perpetua, & transitoria ad extraneos.*
31 *Donatio iurispatronatus facta absenti, an reuocetur per donationem secundam præsenti factam?*

IN retributionem bonorum temporalium pro fundatio- 1
ne beneficij Ecclesiastici plures prærogatiuas concessit Ecclesia. Circa honorificentiam in sessione, & thurificatione ante alios laicos, & in processionibus. Circa alimentorum suppeditionem in casu paupertatis. Et circa præsentationem, seu oblationem personæ ad beneficium vacans, Lotther. *de re benef. lib. 2. q. 4. num. 2.*

Per simplicem Ecclesiæ constructionem, vel dotatio- 2
nem beneficij, vt acquiratur iuspatronatus an sit necessaria expressa reseruatio? Ventrigl. *num. 9.* cum Garz. Barbos. & alijs negat, dummodo non fuerit explicitè remissum. Addo glos. *in cap. piamentis 16. quæst. 7.* Caualer. *decis. 30. num. 1.* Duran. *decis. 47. n. 1.* Rot. *decis. 93. part. 12. recent.* Bich. *decis. 162. num. 6.*

In fundatione autem debet adesse consensus Ordinarij 3
sine quo nunquam illud acquiritur, nec minus ex fundatione, vel dotatione, *cap. nobis de iurepatr.* Add. ad Buratt. *decis. 1. num. 23.* eadem Rota *d. decis. 93. num. 3. & 4.* Extendens, vt quamuis sufficiat tacitus consensus ex lapsu 30. annorum, tamen requiratur obseruantia, Ludouis. *decis. 420. num. 8.*

Cæterum fundans beneficium præsumitur voluisse re- 4
seruare iuspatronatus si ductus sit, ex deuotione erga Beatam Virginem, vel alios Sanctos, vt habetur in *d. decis. 293. part. 12. recent. num. 8. & seqq.* ibi: *Accedit, quod Fundator tempore fundationis erat senex annorum 78. sine descendentia masculina; Fundauerat alias Cappellas absque reseruatione iurispatronatus. Et in prædicto testamento non solum enunciauit se deuotum gloriosissimæ Virginis Mariæ, totiusq; Curiæ Cœlestis, & Sanctorum Francisci, & Caroli eius Aduocatorum, sed etiam asseruit suam vltimam voluntatem, & testamento facere de mente, iussu, & ordinatione, mandato, & voluntate quondam Philippi eius germani fratris, vt Summar. num. 1. Hinc etiam adducitur, Cappellam S. Caroli, de qua agitur, erexisse, & fundasse, vel ex mera pietate, & deuotione sola spe retributionis æternæ, vel ex necessitate pro adimplemende iussu, & mandato d. Philippi sui fratris, quibus casibus non acquirit iuspatronatus,* vt de primo Lotther. *de re benefic. lib. 2. quæst. 7. nu. 12.* Crescent. *decis. 1. in fin. de iurepatr.* Rota *decis. 564. num. 7. part. 4. diuers.* Ludouis. *decis. 397. num. 2. & seqq.* cum allegatis per Beltramin. *num. 21. & 26. Necessariam tamen esse in hoc casu Iudicis coactionem.*

Postquam beneficium liberè est inesse deductum, ex in- 5
terualle non potest in seruitutem redigi, & fieri patronatum, *l. 4. ff. commun. prædior.* Nisi dos in totum defecerit, & beneficium sic in statu libertatis, nam redotans efficitur hoc casu verus patronus, Lotther. *lib. 5. quæst. 51. num. 22.*

Elegantissima est quæstio, si dos non in totum defece- 6
rit, vel sit exilis, & modica vtrum augens dotem acquirat iuspatronatus? Ventrigl. *num. 7.* negat, volens quod non sufficiat augmentum notabile, sed quod dos sit in totum deperdita, licet sit exilis, ex Campanil. *in diuers. iur. Canon. rubr. 11. cap. 13.*

Idem Rota decidit in *decis. 514. part. 13. recent. num. 9.* 7
& seqq. ibi: *Dixerunt Domini, non potuisse Braccium iuspatronatus acquirere ex reædificatione, quia nec Ecclesiam prorsus dirutam, nec illam ex integro reædificatam fuisse probatur, vt requiritur, nec ex sola restauratione seruitus imponatur Ecclesiæ contra glosam in cap. quando verb. fundationis de iurepatron.* Abb. & alij Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. glos. 18. num. 33.* Rota *decis. 34. num. 1. part. 1. recent. & in Tudertin. iurispatronatus 19. Febr. 1644.*

Neque ex noua dotatione, quia non constat, primam dotem omnino deperditam, vel saltem à Braccio auctam ad summam excedentem in redditu medietatem fructuum primæ dotis, vt voluit Rota *decis. 391. num. 7.* coram Buratt. ibique Addentes *num. 9.* & refert Garz. *part. 5. cap. 9. num. 127. Alias vt ponderat, Rota per Gratian. relata, bona accreta dicuntur augmentum, non noua dos, sine qua cum iuspatronatus de iure non acquiratur,* vt tradit Roch. de Curt. *de iurepatr. verb. dotauit quæst. 2. num. 3.* Rota coram Coccin. *decis. 106. num. 4. & decis. 568. num. 3. part. 4. & 360. num. 59. tom. 3. part. 4. recent.*

Ex augmento dotis quem dici potius benefactorem, 8
quam dotatorem scribentes firmant vt Gratian. *discept. 77. num. 24. & seqq. & num. 28.* ibi: *Vt non sit considerandum,*

quod

quod Fundator voluerit alios nominare in constitutione augmenti dotis, cum ex eo non fuerit illi acquisitum aliud ius, quàm id quod in prima dotatione habuit, ita vt non possit dari mutatio voluntatis in praeiudicium eorum, quos prius nominauerat.

Vt iuspatronatus acquiratur ex reaedificatione, vel redonatione in praeiudicium primi Fundatoris, exigitur, quòd Ecclesia sit penitus diruta, ita vt indigeat noua consecratione, quodque prima dos reducta fuerit de non esse ad esse, glos. *in d. cap. quoniam*, latè Bich. *dec.* 512. *num.* 8.

9 Ex causa ditationis egregiae in Ecclesia inope aliter subdit Gratian. *num.* 27. ibi. Quidquid aliàs ex causa ditationis egregiae possit constitui iuspatronatus in Ecclesia inope, & modici redditus, iuxta cons. Abb. *lib.* 2. de quo per Menoch. *cons.* 90. *num.* 28. Garz. *de benef. part.* 5. *cap.* 9. *num.* 127. Rota *d. decis.* 514. *part.* 13. *rec. num.* 11.

10 Rem ego distinguendam existimo in duos casus. Aut agitur de praeiudicio primi fundatoris, & velit alter augere dotem, & ex augmento iuspatronatus acquirere, & in hoc casu locum habeant adducta hactenus de redotatione, & augmento.

Aut idem Fundator velit nouam dotem cum noua Cappellania erigere, & iuspatronatus reseruare cum augmento cultus diuini, & oneris Missarum, vel mutare qualitates appositas in prima fundatione, & diuersa sit quaestio nunc in Archiepiscopali Curia Neapolis desidenda, & casum recenseo.

11 Sub die 20. Septembris 1634. qu. Anna Parascandola erexit Cappellania in sua Cappella propè domum, & rus in Casali Arzani dotando annuis ducatis vigintiquinque in onere celebrandi Missam in quolibet festo de praecepto, reseruans iuspatronatus his verbis.

E detto iuspatronato sia di d. Anna, e doppo sua morte de suoi figli maschi, e de loro descendenti in infinito, & mancando d. linea de figli mascoli, & descendenti suoi spetti alla linea, e descendenti mascoli in infinitum di Giuditta Balsamo sua figlia casata co'l Sig. Dottor Scipione de Bastarys mascoli però. E mancando d. linea masculina sia d. iuspatronato delle figlie femine in secolo di essa Anna, e dette persone come di sopra.

Pro assensu, & Collatione Cappellaniae porrecto supplici libello pro Anna D. Cardinali Archiepiscopo rescriptum prodijt his verbis. *D. Vicarius super supplicatis iustitiam faciat.*

Auctorizata fuit fundatio, & reseruationis iurispatronatus verba sunt.

Cum reseruatione tamen iurispatronatus tam d. Annae, quàm eius haeredibus, & successoribus cum facultate praesentandi, eligendi, & nominandi tam ex d. primaeua erectione, quàm toties, quoties casus vacationis occurrerit seruata forma d. dotationis instrumenti rogati sub die 20. Septembris 1634. in Casali Arzani per Notarium Ferdinandum Laffredo.

Doctor Scipio de Bastarijs gener Fundatricis vti eius procurator institit pro collatione Cappellaniae in personam R. D. Dominici de Siluestro primi nominati concludenta, *Cum reseruatione iurispatronatus pro Anna, eiusque haeredibus, & successoribus*. Et nominatio fuit effectuata.

Anno 1656. eadem Anna fundatrix mediante instrumento publico donauit rus, & omnia sua bona Ioanni Baptistae Balsamo eius filio, & suis haeredibus, & successoribus in perpetuum, & post suum obitum demandauit erectionem secundae Cappellaniae cum noua dote aliorum ducatorum annuorum quadraginta quinque pro augmento cultus diuini, scilicet cum onere celebrandi Missam diurnam pro fructibus primae, & secundae dotis. Cum facultate attributa ipsi Ioanni Baptistae, nempe *Con conditione, che d. Cappellano, seu beneficiato eligendo si debbia sempre, & in perpetuum presentare, & eligere dal d. Sig. Gio: Battista, e suoi Eredi, e successori in perpetuum, e che possa stipulare le cautele dell augmento di d. Capella con tutti quelli passi soliti, e necessarij, che pareranno, e piaceranno ad esso Gio: Battista.*

Antedictus Io: Baptista donatarius vtens facultate sibi concessa dedit nouam dotem reseruans sibi, & successoribus suis iuspatronatus, & praesentandi, loquens sic, *Vnire, augmentare, e dotare d'altri annui docati* 45. Et nominauit in Cappellanum nouae Cappellaniae eundem D. Dominicum inuestitum de prima.

Clausis suum vltimum diem d. Io: Baptista absque filijs, & in testamento instituit haeredem vniuersalem Congregationem Missionantium.

Nuper ex hac vita migrauit D. Dominicus Cappellanus vtriusque Cappellaniae, & acerrima suscitata est lis in Archiepiscopali Curia Neapolis inter R. D. Franciscum Vulpicella praesentatum à Doctore Ianuario de Bustarijs filio d. Iudittae substitutae in prima reseruatione iurispatronatus. Et inter R. D. Iulium Rosso praesentatum ab eadem Congregatione operarium in vinea Domini meritissimum. Ad fauorem cuius per me fuerunt adducta sequentia.

Neapolitana Iurispatronatus.

Iuspatronatus ab Anna Parascandola acquisitum ex prima, & secunda donatione Cappellae in suo rure Casalis Arzani totum pertinere ad Congregationem Missionantium haeredem Ioannis Baptistae Balsami filij, & donatarij vniuersalis d. Annae, nullamque vocem spectare ad Doctorem Ianuarium de Basterij nepotem eiusdem Annae ex Iuditta filia, luce clarius demonstratur. 12

Ab incerto certum separantes pressè arguitur. Aut quaeritur de iurepatronatus reseruato in noua dote posterioris secundae Cappellaniae post viginti ferè annos erectae. Quia d. iuspatronatus fuit reseruatum pro d. Ioanne Baptista, eiusque haeredibus, & successoribus in donatione vniuersali omnium bonorum temporalium, per impressam qualitatem haereditariam cum consensu Ordinarij vox tota ex noua dote pertinet ad Congregationem d. Ioannis Baptistae haeredem.

Cappellaniae praeterea vnitae iuspatronatus non potuit acquiri alteri, quàm ei, quae secundam fundauit, & dotauit, vt edisserit Labertin. *de iurepatr. lib.* 1. *part.* 1. *quaest.* 6. *art.* 5. *num.* 1. Laudatus per Rot. penes Bich. *dec.* 382. *num.* 22. Quando enim beneficium patronatum vnitur cum alio beneficio patronato de consensu primi patroni, hoc casu primus patronus non acquirit patronatum beneficij vniti, sed saltem competit simultaneè ius praesentandi, Lambertin. quem refert Viuian. *de iurepatr. lib.* 15. *cap.* 1. *num.* 17. Bich. *vbi supra.*

Quidquid enim sit, an augens dotem sine reseruatione patronatus, hoc ius acquirat, vt negat Abb. *in cons.* 59. *num.* 2. *part.* 1. Et an ex redotatione acquiratur iuspatronatus, quoties prima dos non est penitus diruta, vt similiter negant alij, vt penes Bich. *decis.* 512. *num.* 8. 13

Quaestio haec locum habet vt in praeiudicium primi patroni non possit illo inuito, vel ignorante. At nos sumus in noua dote pro eadem fundatricem tradita pro noua Cappellania, & redotans declarauit suam mentem acquirendi iuspatronatus consensu Ordinarij accedente, quo casu de nouo dotans acquirit iuspatronatus, vt docuit idem Abb. *in cons.* 106. *num.* 2. *part.* 2. Lambertin. 1. *part. lib.* 2. *quaest.* 6. *in princ. à num.* 16. Corrad. *in prax. benefic. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 56. fusè Lotther. *lib.* 2. *quaest.* 8. *num.* 34. & 36. vbi quod sufficiat declaratio voluntatis acquirendi illud, adhuc si non reseruetur, iuxta *decis.* 167. *part.* 2. *diuers. num.* 3.

Immò fauorabilem nuncupat Lotther. causam augmenti, dum laicus proprium exhaurit patrimonium, ideòque militat ratio concessionis iurispatronatus, ne retrahatur ab oblatione, & holocausto, vt Regum 1. *cap.* 2. 14

Punctus principalis consistit. An Fundatrix potuerit immutare qualitatem iurispatronatus reseruati in prima dotatione, scilicet pro masculis descendentibus, & lineis vocatis, istisque praeiudicare, & vtrumque iuspatronatus haereditarium reddere pro haeredibus, & successoribus d. Ioannis Baptistae donatarij?

Pro reuocabilitate reseruationis primaeue arguitur. Quia Fundatrix totum iuspatronatus sibi durante eius vita reseruauit, & essentiam, ac substantiam translationis in descendentes masculos contulit post suam mortem ibi. *E detto iuspatronato sia di detta Anna. E doppo sua morte de suoi figli mascoli.* Ergo literaliter essentia determinata inspicitur ad tempus mortis in liberos masculos. 15

Vlterius Fundatrix nullo donationis verbo vsa fuit in reseruatione, nec aliquo alio titulo, ideòque nullum ius quaesitum fuit masculis viuente ipsa reseruante. Dominium 16

nium enim non acquiritur nudis conuentionibus, sed legitimis titulis, *l. traditionibus, C. de pact.* Gratian. *discep.* 22. *num.* 15.

17 Quinimò præsumenda non est donatio præsertim inter viuos signanter in muliere, cum mulierum genus sit auarissimum, *l. mulier, ff. de iur. dot. l. si stipulata, ff. de donat. int. vir. & vxor. l. qua dotis, ff. solut. matr.* vbi glos. *in verb. tenebitur*, ibi. *Si verò probatur animo donandi factum, in dubio præsumitur causa mortis, vt inf. ff. de leg. 3. l. cum quis decedens, §. nuptura, & de dote prælег. l. Seia, & hoc etiam potest sic intelligi, & ideo potest reuocari, vt C. de iur. dot. l. 2.*

18 Ad hæc præsumitur donatio ex collatione substantiæ post mortem, *l. Seia, ff. de dot. præleg.* & ibi Bart. Grass. *de success. verb. donatio causa mortis quæst.* 10. *num.* 2. Raudens. *respons.* 52. *num.* 36. Mansus *consult.* 20. *num.* 7. *& seqq.* Consequenter erit reuocabilis, *l. 2. C. de iur. dot.*

19 Certius deficiente stipulatione pro descendentibus absentibus, Dec. *cons.* 196. *lib.* 1. Gratian. *discept.* 751. *num.* 6.

20 Consonant adducta per Gratian. *discept.* 177. *num.* 14. *& seqq.* vbi quòd si filij, & descendentes non fuerunt admissi tanquam donatarij, vt ex tunc, nullum est eis ius quæsitum, & in puncto Sabell. *in summ. tractat. verb. iuspatronatus num.* 17. firmans posse fundatorem præiudicare nominatis in fundatione, & eam alterare, quoties non per viam donationis facta sit reseruatio rationem assignans. Nam translatio per actum habentem effectum de præsenti statim ademisset facultatem amplius non disponendi de iurepatronatu, Caputaq. *decis.* 275. *part.* 1. *num.* 1. Seraph. *decis.* 258. *num.* 5. Et indiuidualiter ad fauorem matris fundatricis consuluit Spada *cons.* 3. *lib.* 3.

21 Extendit Gratian. *num.* 15. etiam quòd adsit consensus Episcopi, quia consensus habet effectum licentiæ fundandi Cappellam, & creandi iuspatronatus, non verò transferendi, & tunc operetur effectum translationis, quando alij fuerint admissi ex tunc tanquam donatarij.

22 Nec turbat promissio obseruantiæ instrumenti fundationis, neque iuramentum ibi appositum. Nam promissio accedit dotationi Cappellæ, & cessionis nominis debitorum pro dote, & non inseruit reseruationi iurispatronatus, quod & quid spirituale: Vnde illa promissio fuit congrua, & necessaria pro obseruantia dotationis, & cessionis cum obligatione donantis de euictione, quæ interuenit.

Insuper nec pactum de non contraueniendo impedit, quin donatio causa mortis possit pro libito voluntatis reuocari, Molin. *de primogen. lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 46. Guttier. *de iuram. confirm. part.* 1. *cap.* 12. *num.* 5.

23 Sed quia magnum pabulum præbuit controuersia. An Fundator possit præiudicare liberis masculis in prima fundatione vocatis? Vt pro negatiua opinione stat Garz. *de benef. part.* 5. *cap.* 9. *num.* 69. E contrario distinguunt Gratian. & Sabell. *vbi sup.* Rota *decis.* 37. *part.* 7. *recent. num.* 2. & cum Sperell. affirmante in *decis.* 73. *num.* 8. Rota *decis.* 266. *part* 11. *recent. num.* 9. & hinc inde arguit Card. de Luca *de iurepatr. discurs.* 13. *& seqq.*

24 Pro qualitate hæreditaria primi iurispatronatus ponderanda venit formula assensus Ordinarij auctorizantis reseruationem iurispatronatus, etenim in ipsius potestate est dare formam qualitatis illius, Roch. de Curt. *in eodem tract. verb. pro eo num.* 23. Lambertin. *lib.* 1. *part.* 2. *quæst.* 1. *art.* 20. *num.* 22.

25 Verba assensus Ordinarij continent reseruationem *pro Anna, & hæredibus, & successoribus seruata forma fundationis.* Hinc arguitur, quòd cum assensus habeat relationem ad fundationem, & in executionem illius, censentur patroni illi, qui fuerunt in fundatione nominati, *l. certum, ff. si cert. pet. l. aut Prætor, ff. de re iudic.* Bichius *decis.* 396 *num.* 3. Per consequens interpositus videtur assensus pro hæredibus sanguinis, & non bonorum, ita in puncto Rota *decis.* 162. *part.* 11. *recent.*

Verius occurrebam, esse petendum principium, & attendendam fundationem relatam, qua inspecta cernitur acquisitum iuspatronatus viuente fundatrice totum sibimet reseruanti, & per essentiam, & substantiam post mortem reseruantis collatam sine verbo donationis, & sine vllo titulo, & nemine acceptante, neque Notario stipulante nullum ius incommutabiliter, nec irreuocabiliter in masculos descendentes translatum. Ergo potuit fundatrix immutare illam primam qualitatem, & vtriusque Cappellaniæ iuspatronatus facere hæreditarium.

Stringit, quia eadem Rota *d. decis.* 162. *part.* 11. *recent.* 26
in contrarium allegata decisum testatur iuspatronatus pro hæredibus, & successoribus de domo, ratione adiuncti esse iuspatronatus mixtum, scilicet gentilitium cum qualitate hæreditaria, & eatenus admissæ fuerint sorores ad præstandum, quatenus fuere hæredes in testamento institutæ, vt in principio refertur decisum. Itaque si viuentis non est hæreditas potuit fundatrix adimere à descendentibus, nec eis ius quæsitum viuente fundatrice.

Propensius nam per verba primi assensus omninò im- 27
pressa videtur qualitas hæreditaria, cum simus in materia indifferenti, & in dubio hæreditaria, scilicet iurispatronatus, in qua verbum, *heres*, & maximè copulatum cum verbo, *successor*, constituit iuspatronatus verè, & propriè hæreditarium, Merlin. *decis.* 750. Rota *decis.* 70. *part.* 12. *recent.* Card. de Luca *de fideicom. discurs.* 151. *num.* 9.

Cæterùm aduersus Congregationem Missionantium 28
videtur stare Rota *decis.* 37. *part.* 7. *recent. coram Dunozette Ferrarien. iurispatronatus de anno* 1635. Vbi Laura de Amatoribus fundauit iuspatronatus de anno 1602. in Oratorio Beatæ Mariæ in Villa Ficaroli Diœcesis Ferrarien. pro se, & post eius obitum pro D. Comite Alphonso Montecasino, & Petro Maria de Gregorijs, eorumque descendentibus. Pro cuius dote tradidit quædam stabilia sub hac verborum forma. *Quòd non intelligantur d. bona assignata pleno iure, nisi sequuta eius morte cum clausula ex nunc pro tunc, & interim se obligauit de euictione, quæ omnia acceptauit Episcopus, & approbauit, & promisit, & conuenit d. Oratorium perpetuo fore, & esse de iurepatronatus d. Lauræ, ipsorumue per eam nominatorum ipsa Laura assentiente, acceptante, & gratias agente.*

Dicta autem Fundatrix post 20. annos senio iam confecta, & forsan facti oblita donauit dictum iuspatronatus cum dictis bonis Confraternitati S. Pauli Ferrarien. donatione inter viuos.

Illa verò defuncta, & vacante beneficio per obitum Cappellani Comes Montecasinus, & Petrus Maria de Gregorijs alium Cappellanum præsentauerunt.

Post hanc præsentationem dicti Confratres exhibuerunt instrumentum donationis, & introducta lite coram Vicario Ferrarien. obtinuerunt sententiam fauorabilem.

A qua pro parte dictorum Comitis Montecasini, & de Gregorijs interiecta appellatione, & causa ad Rotam delata dubitatum fuit, an d. donatio suffragaretur Confratribus? Et Domini negatiuè responderunt.

Rationes sunt. Quia consensus Ordinarij habeat vim approbationis huius translationis, perindè ac si iuspatronatus donasset, Lambertin. *lib.* 1. *quæst.* 2. *num.* 6. Garz. *part.* 5. *cap.* 9. *num.* 60. Marta *vot.* 9. *in princ. & num.* 43. Gratian. *discept.* 177. *num.* 14. *vsque ad fin.* Roch. *de iurepatr. vers. ipse, vel is, num.* 33. Calder. *cons.* 20. *de iurepatron.*

Decidens demum Rota *num.* 13. ibi. *Nec obstet, quòd reseruatio in fauorem dictorum Comitis Alphonsi, & Petri Mariæ de Gregorijs sit collata post mortem Lauræ fundatricis, & propterea ante illius euentum non possit dici aliquod ius fuisse quæsitum super d. iurepatronatus. Quia fuit responsum reseruationem nihilominus censeri factam de præsenti, & solam illius executionem fuisse dilatam post mortem Lauræ iuxta text. in l. quoties, C. de don. s. quæ sub mod.*

Quamuis primo aspectu videatur prælata decisio obstare adductis pro Congregatione Missionis. Nihilominus ad eam respondetur pluribus modis.

Primò, quia eadem decisio assignat differentiam inter reseruationem iurispatronatus factam pro filijs, siue masculis descendentibus. Et inter reseruationem pro extraneis. Vt primo casu filij admittantur vt successores, quibus viuente fundatrice nullum ius quæratur, vt legitur *n.* 3. ad saluandam sententiam Lambertini. In secundo casu extranei nominati se habeant vti donatarij.

Secundò, quia ibi aderat clausula, *ex nunc pro tunc sequuta morte*, vt in principio decisionis, quæ clausula puram, & absque conditione reddit dispositionem sola commodi-

moditate ad mortem reseruata, *l. lecta, ff. si cert. pet.* Fontanell. *de pact. nupt. claus. 4. glos. 4.*

Tertiò in specie illius decisionis Ordinarius confirmauit reseruationem iurispatronatus pro nominatis per fundatricem simpliciter sine qualitate hæreditaria combinata. At in casu proposito Ordinarius habens reseruationem pro reuocabili impressit qualitatem hæreditariam, scilicet reseruando iuspatronatus pro hæredibus, & successoribus Annæ, & ad Ordinarium spectat dare formam iurispatronatus. Additur, quòd illa decisio emanauit vna tantùm parte informante.

29 Minus subsistit obiectio ad exclusionem Congregationis, qua opponitur quòd si prima reseruatio iurispatronatus intelligatur facta pro hæredibus sanguinis; ita pariter secunda reseruatio in noua dote ne inducatur contrarietas scripturarum, sed inducatur conciliatio similiter intelligenda sit pro hæredibus sanguinis d. Ioannis Baptistæ, & non pro hæredibus extraneis, *cap. cum expediat, de elect. in 6.* Mantic. *de tacit. lib. 22. tit. 19. num. 13.*

Quæritur enim d. motiuum, quia descendentes d. Iudittæ non sunt hæredes ex corpore d. Ioannis Baptistæ. Et frustatoria erit reseruatio iurispatronatus in noua dote.

Strictius, quia absurdum, & erroneum est assumptum, vt donatio ad fauorem Ioannis Baptistæ, & suorum hæredum sumi possit pro hæredibus sanguinis natura enim donationis est, vt transeat ad hæredes extraneos donatarij, & appellatione hæredum, & successorum in donatione veniant hæredes extranei, & non sanguinis, Sord. *decis.* 322. Rota *in decis. 264. num. 6. part. 13. recent.*

30 Natura donationis, vt sit perpetua, & non reuertatur ad donatorem, nec eius hæredes inquiunt in puncto Mantic. *de tacit. tit. 21. num. 20. lib. 13.* Peregr. *de fideicomm. art. 29. num. 12. & art. 51. num. 21.* Rota *decis. 434. n. 3.* & quòd de natura donationis præcipuum sit, vt bona donata exeant de manu donatoris, nec ad illum, vel eius hæredes transeant, pluries Rota *decis. 477. n. 4. part. 13. recent.* Et quòd ad hæredes extraneos donatarij transeat de sui natura donatio, & transmittatur, *l. 1. ff. de donat. l. si quis argentum, §. vlt. ff. de donat.* Gratian. *discept.* 568. Rota *decis. 382. num. 21.*

Rursus donatio iurispatronatus vnita fuit cum donatione temporalium bonorum d. Ioanni Baptistæ, & eius hæredibus, & successoribus; Vnde pariformiter bona temporalia transeunt ad hæredes extraneos donatarij, & iuspatronatus, *l. iam hoc iure, ff. de vulgar. l. quamuis, C. de impub. & alijs subst.* Sine dubio ex stipulatione pro hæredibus, & successoribus in perpetuum, clausulis ad habendum, & alijs.

31 Sed quorsum progredimur, calamum perstringendo, pressius arguitur, quòd posito, & non concesso, quòd iuspatronatus fuisset translatum per viam donationis inter viuos ad beneficiom masculorum descendentium collatæ, post mortem Fundatricis, dum interim fundatrix viuens d. Ioanni Baptistæ præsenti, & stipulanti purè donauit iuspatronatus, in hoc caso venit præferendus d. Ioannes Baptista donatarius, nec ratificatio descendentium post mortem facta retrotrahi potest in præiudicium d. Ioannis Baptistæ, idque ratione acceptationis, & possessionis ante acceptationem nominatorum in prima reseruatione, *l. quoties, C. de rei vendicat.*

Quamuis enim vera est regula, quòd donatio inter viuos sit irreuocabilis, esto Notarius stipulatus esset pro absente, intelligitur regula de verbali reuocatione, non autem si facto reuocatur per donationem cum traditione alteri factam, per text. *in d. l. quoties*, Dec. *cons.* 246. Honded. *cons. 18. num. 40. lib. 2.* Mastrill. *decis. 211. num. 24.* Andreol. *contr. 240. à num. 34. dixi in obs. 339. ad decis. Præs. de Franch.*

Ex quibus omnibus, & eorum singulis reiecta præsentatione per masculos dictæ Iudittæ facta, necessariò instituendus venit præsentatus per d. Congregationem prout speratur, & ita, &c.

S V M M A R I V M.

1 *IVrispatronatus titulus diuerso modo probatur secundum qualitatem personarum diuersarum.*

2 *Iurispatronatus priuatorum titulus probatur authentico documento, vt* Bulla *erectionis, instrumento, codicillo etiam pro parte adductis, num. 4. Authentica scriptura, quæ num. 3. & sequentib.*

5 *Iuspatronatus probatur instrumento carenti solemnitatibus post mortem Notarij. Quid in copia extra protocolum originali deperdito, num. 6.*

7 *Iuspatronatus non probatur copia copiæ. Quid in exempla ab actis alterius causa.*

8 *Iuspatronatus non probatur per librum Visitationis, nisi alia adminicula concurrant.*

9 *Iuspatronatus non probatur per simplicem sententiam. Quid in adminiculata, & antiqua. Hæc tantùm in petitorio non in possessorio procedunt, num. 10.*

11 *Iurispatronatus titulus per testes inter priuatas personas probari potest, & per multiplicatas præsentationes. Quæ sufficiunt etiam pro probatione fundationis, num. 16.*

12 *Iuspatronatus probatur decreto Episcopi.* Quod alicui tanquam patrono alimenta præstentur.

13 *Iuspatronatus probatur attestatione erectionis facta ab Episcopo. Vbi qualiter.*

14 *Iuspatronatus non probant insignia in Cappella posita absolutè. Quid, si cum inscriptione. Quid in solis Epitaphijs, num. 15.*

17 *Præsentationes multiplicata sufficit, quòd sint duæ etiam interpellata, num. 18. Dummodo effectiuæ, num. 19.*

20 *Præsentationes multiplicata debent esse per tempus immemorabile. Vbi quodnam sit tale. Et an idem in testibus, & scripturis.*

21 *Præsentationes per immemorabile probanda per testes de scientia 40. annorum, in reliquo de fama.*

22 *Præsentationum per immemorabile sufficit, quòd illarum vna habeat tale tempus.*

23 *Iuspatronatus aliter à præsentato probatur, si concurrat ordinatus, aliter, si prouisus à Papa.*

24 *Iuspatronatus inter priuatas personas omnibus alijs modis, etiam post* Concilium *probari potest. Notorium tamen in hoc non releuat ab onere probandi, num. 25.*

26 *Iuspatronatus qualiter inter suspectos, & Vniuersitates probetur. Quid, si instituens sit potentior patronis, num. 27.*

28 *Iuspatronatus etiam suspecti de vsurpatione benè probant fundatione, vel dotatione, etiam cum testibus absque probatione immemorabilis.*

29 *Præsentationes continua requiruntur in suspectis de vsurpatione, etiam effectiua, num. 30. Intra spatium 50. annorum. Et quomodo computetur tale spatium, num. 31.*

32 *Præsentationes, & illarum effectus necessariò per authenticas scripturas probari debent.*

33 *Vsurpatio quid, & vnde proueniat, & num. 35. Et non tollitur per persona sublimitatem, num. 34.*

36 *Vsurpatio non præsumitur in Vniuersitate, cuius Familia ex vno stipite proueniunt. Neque si cum ea concurrat priuatus, num. 37. Neque præsumitur, si pars Vniuersitatis agat, num. 38.*

39 *Iurispatronatus probatio iuxta formam* Concilij, *an requiratur, si erectio sit ante* Concilium. *Vbi affirmatiua. Vide opinionem negatiuam, num. 40.*

41 *Iuspatronatus ex priuilegio per* Concilium *est reuocatum, nisi priuilegium sit ex causa onerosa.*

ANNOTATIO I.

§. II.

1 DIximus titulum Iurispatronatus acquiri ex fundatione, constructione, vel dotatione. Hic videndum est, quomodo hic titulus probetur, quòd quidem dispositum est per Concil. Trid. *cit. sess. 25. cap. 9. de refor.* in illis

lis

lis verbis, *Qui ex authentico documento*, & cætera. Ex quibus colligitur diuerso modo probari titulus Iurispatronatus personarum priuatarum, & Vniuersitatum, & aliorum, in quibus præsumitur vsurpatio.

2 Probatur igitur titulus Iurispatronatus inter personas priuatas, & quas non præsumitur vsurpatio. Primò ex authentico docomento, ita Concil. Trid. *cit. loc.* ideſt ex authentico documento fundationis, constructionis, vel dotationis, authenticum documentum diceretur in his terminis *Bulla* erectionis, siue consensus Episcopi, vel Summi Pontificis datus in scriptis patrono ad fundandam, construendam, vel dotandam Ecclesiam, vel alia publica scriptura, quæ contineret fundationem, constructionem, vel dotationem. Hinc instrumentum, vel codicillus cootinens dotationem, fundationem, vel constructionem, dicitur authenticum documentum, ita tenent Alph. de Leon. *de off. Cappell. part.* 1. *quæst.* 4. *Praxi* 2. *num.* 17. *& seqq.* Rot. *in vna Albanen. Prioratus* 21. *May* 1603. *coram D. Pema, Barbos. de Iur. Eccles. lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 62. qui plures citat Vulp. *in Praxi cap.* 49. *num.* 8.

3 Adhoc autem, vt scriptura publica dicatur authentica, & probet titulum prædictum, debet confici per Notarium, vel Actuarium cum adhibitione testium in numero sufficienti, vt declarat Vulp. *cit. loc.* & generaliter debet continere omnia necessaria requisita de iure, non solùm in confectione, & celebratione illius, sed etiam in extractione, & compulsatione, ita explicat Nouar. *Nou. iur. pontif. pract. conclus. titul. de Iurepatron. concl.* 1. *num.* 3. de quibus apud Ricc. *de iurepatr. Prob. resol.* 8. *& seqq. vsque ad* 65.

4 Instrumentum publicum, testamentum, & codicillus, dicuntur authentica documenta, & probant iuspatronatus, etiam, si non integra exhibeantur, sed tantùm illorum particula, quæ continet probationes iurispatronatus, quando enim probatio oritur ex parte, sufficit partem adducere illam, *l. ex conuentione*, vbi Bald. & Salic. *C. de pactis*, Bart. *in Rub. de noui oper. nunc*, & in proprijs terminis Ricc. *in Tract. de Prob. Iurispatr. resol.* 61. *num.* 3. *& seqq.*

5 Instrumentum etiam post mortem Notarij carens solemnitatibus dicitur authenticum, nec propterea annullatur, & ideò probat iuspatronatus, prout optimè comprobat Ricc. *cit. loc. resol.* 38.

6 Instrumento originali deperdito, si reperitur copia extra protocollum, quando testes comprobant conuenire cum originali saltem secundum substantiam dicti instrumenti, tunc, quia dictum instrumentum potest refici, & apponi in filcia instrumentorum Notarij, secundum DD. omnes *in Authen. si quis aliquo*, *C. de edendo*, Mascard. *de Prob. concl.* 545. *num.* 25. proinde talis scriptura probat iuspatronatus, ita Ricc. *cit. loc. resol.* 35. Similiter dicendum est, si deperditum instrumentum enuncietur in protocollo, illa enim enunciatiua probat iuspatronatus, si mentionem facit de actu prorsus perfecto, secus, si ex illa non possit haberi actus perfectus, docet idem Ricc. *cit. loc. resol.* 33.

7 Copia copiæ non dicitur authentica scriptura ad finem probandi iuspatronatus, etiam, si super tali copia, à qua extracta fuit, erat formiter, & legitimè exemplata, tali enim scripturæ non adhibetur fides, *l.* 3. & ibi DD. communiter *de diuers. scriptur.* Alex. *consil.* 138. *num.* 4. *lib.* 1. Hoc tamen non procedit, quando copia esset exemplata ab actis alterius causæ, quia tunc facit fidem, & probat iuspatronatus, docet in proprijs terminis Ricc. *cit. loc. resol.* 28. qui denegat fidem prædictæ copiæ factæ ab alia copia, etiam si super illa fuerit aliàs iudicatum. Quod intellige, si fuerit iudicatum in eodem iudicio, nam si iudicatum erit in alio, & ex illo processu exemplatur, facit fidem, iuxta dicta.

8 Liber Visitationis factæ per Episcopum confectus per Notarium visitationis non dicitur authenticum documentum ad finem probandi iuspatronatus, quia talis liber dicitur factus, quoad visitationem personarum, & Sacramentorum, & sic ad alium effectum non debet trahi, est indubitatum apud scribentes, Piaseg. *in prax. cap.* 5. *num.* 7. *part.* 2. Genuens. *in prax. cap.* 63. *num.* 17. Molfel. *in summ. tit. de iurepatr. num.* 45. Ricc. *loc. cit. resol.* 18. Prædicta intellige, quando visitationes solæ concurrerent, secus tamen est, si cum alijs adminiculis, iuxta dicta per Seraph. *decis.* 1141.

9 Sententia, an dicatur authenticum documentum ad finem probandi Iuspatronatus distinguendum est, sententia de per se sola non probat iuspatronatus, licet grauem faciat præsumptionem, si verò fuerit adminiculata alijs adminiculis, probat, ita Seraph. *cit. decis.* 1141. *num.* 8. & fuisse pluries per Rot. decisum, testatur Ricc. *in Prax.* 1. *par. resol.* 136. *num. vltimo*. Hinc, si sententia esset de antiquo lata, diceretur authenticum documentum, & probaret iuspatronatus, etiam, si non verificaretur ex actis, ita Ricc. *tract. de Probat. Iurispatron. resol.* 37. *num.* 3. post alios per se citatos, Campanil. *diuers. iur. canon. rub.* 11. *cap.* 13. *num.* 421. *& seqq.* Et dicitur sententia antiqua, quæ habet spatium quinquaginta annorum, Rota in vna *Neapolitana Rectoria* 19. *Decembris* 1609. *coram D. Artembergo*, Put. *decis.* 338. *lib.* 2. Grat. *discept. for. cap.* 310. *num.* 90.

10 Supradicta de sententia intelligenda sunt, quando tractatur de petitorio, quando verò sumus in possessorio, nulli dubium est, quod sola sententia, quæ suum sortita est effectum, sufficiat ad manutenendum patronum mentionatum in dicta sententia in quasi possessione præsentandi, vt benè explicat Campanil. *cit. loc. num.* 44. adducens ad id *Declarationem sacræ Congregationis*, & seruatur in praxi, si fuerit prolata adhibita causæ cognitione, eruditiss. Marant. *tom.* 3. *Controuers. resp.* 27. *num.* 26.

11 Dubium est in hac materia, an titulus iurispatronatus probari possit per testes, & dubium faciunt verba *Concil. Trid. cit. cap.* 9. ibi, *Authenticis scripturis probentur*, & illud auget Ricc. *tract. de Prob. Iurispatronatus, resol.* 2. *&* 3. testans indistinctè *Concilium* induxisse pro forma, vt probatio prædicta fiat per authenticas scripturas, & sic non posse fieri per æquipollens, & per consequens per testes.

Verùm quia verba *Concilij* procedunt in probatione iurispatronatus inter personas suspectas vsurpationis, vt omnes vno ore notant DD. meritò dicendum est inter personas priuatas, in quibus non cadit suspicio vsurpationis Iurispatronatus, probari per testes; & ratio est, quia cum ex *Concil. loc. cit.* iuspatronatus in tali casu probetur ex authentico documento, & appellatione authentici documenti, continentur non solum instrumenta, sed etiam testes, præsumptiones, & probationes à iure approbatæ, *glos. verbo Documentis*, in *cap.* 1. *de except. in* 6. ita probat Campanil. *diuers. iur. canon. rub.* 11. *cap.* 13. *num.* 410. Gatz. latè *de Benef. par.* 5. *cap.* 9. *num.* 113. *vers. Rursus illa*; & ita intelligenda est Ricc. sententia supracitata, prout ipsemet declarat in eodem *Tractatu resol.* 51. *num.* 8.

12 Decretum, quo Episcopus decreuit alicui danpa esse alimenta, tamquam patrono Ecclesiæ, probat iuspatronatus, quia ad hoc, vt quis possit obtinere tale decretum, necessariò debet verificare, tamquam fundamentum suæ intentionis, esse patronum, docet Nouar. *quæst. for. lib.* 1. *cap.* 49. qui testatur sic fuisse decisum, & sequitur Ricc. *cit. loc. resol.* 40. secus tamen dicendum est, nempè non probari iuspatronatus ex præstatione certi subsidij facta alicui, tanquam patrono, vt voluit Rot. *decis. diuers.* 1245. *lib.* 3. *part.* 3. quam sequuntur communiter, testatur Campanil. *cit. loc. num.* 418. & Barbos. *cit. loc. num.* 100. vndè non dici probatum iuspatronatus ex præstatione facta alicui annuæ candelæ, tanquam prætenso patrono, dicit Campanil. *cit. loc.* qui contrarium tenet, nempè probari iuspatronatus ex eo, quod quis semper primum obtinuit locum in Ecclesia tanquam patronus, & rationem affert, quia, si res non esset patens ab initio, alij non permisissent, ita etiam Mobedan. *decis.* 10. *num.* 2. *de Iurepatron.*

13 Confessio, siue attestatio Episcopi, an probet iuspatronatus, & dicatur authenticum documentum, distinguendum est. Aut loquitur de attestatione, quam facit Episcopus in literis erectionis iurispatronatus præstando suum consensum, & in hoc casu nulli dubium est probare, & dici authenticum documentum, vt diximus supra. Aut loquimur de attestationibus factis per Episcopum in visitationibus, aut similibus actibus, & tunc tales attestationes de per se solæ non probant iuspatronatus,

vt

vt dictum est, licet multum conferant probationi, ita, vt adminiculatæ probent, iuxta dicta per Rota *in vna Lucana Iurispatronatus* 14. *Februarij* 1605. *coram D. Coccino*, quam refert, & sequitur Ricc. *Tract. de Prob. Iurispatronat. resol.* 20. Aut loquimur de attestatione, quam facit Episcopus in Bulla institutionis, in qua ad præsentationem patroni instituit præsentatum, atque illi beneficium confert, & tunc vnita attestatio, siue vnica Bulla huius attestationis, etiam, si effectum suum sit sortita, nempe possessione capta, non dicitur authenticum documentum, nec probat iuspatronatus, benè tamen probant, si sint multiplicatæ à tempore immemorabili iuxta dispositionem Concil. Trid. *cit. cap.* 9. & dicemus infra de modo probandi iuspatronatus per multiplicatas præsentationes, aduertit Ricc. *citat. loc. resolut.* 22. *num.* 5. & hoc modo intelligendi sunt Campanil. *diuers. iur. canon. rubr.* 11. *cap.* 13. *num.* 419. Barbos. *citat. loc. num.* 98. & alij DD. qui in hoc casu diuersimodè loquuntur.

14 Insignia, seu arma alicuius familiæ apposita in Ecclesia, seu Cappella dici authenticum documentum, & proinde probare iuspatronatus, docet Lambertin. *lib.* 3. *quæst.* 5. *art.* 4. *num.* 2. Ricc. *in Tract. de Prob. Iurispatron. resol.* 31. *num.* 2. Barbos. *de Iur. Eccles. lib.* 3. *cap.* 12. *nu.* 93. Sed melius dicendum est de per se absolutè, & sine alijs adminiculis arma, & insignia non probare sufficienter iuspatronatus secundum veriorem, & practicabiliorem opinionem, habetur ex *decis. Seraphin.* 1141. *num.* 7. vbi insignia concurrebant cum inscriptione, & in antiquis, quæ omnia etiam concurrebant in alia *Burgen. Cappellania* 11. *Decembris* 1600. *coram D. Corduba*, quam adducit Ricc. *cit. loc. num.* 3. eodem modo loquitur Caualer. *decis.* 159. *num.* 8. dicit enim probationem iurispatronatus per insignia esse fallacem, nisi probetur insignia fuisse posita in fundatione Ecclesiæ, vel esse ita antiqua, prout est Ecclesia.

15 Similiter dicuntur authentica documenta, & probant iuspatronatus Inscriptiones, & Epitaphia antiquissima in lapidibus marmoreis, vel ligneis positis in Ecclesijs, & locis publicis, mentionem facientia de familia, & iurepatronatus, latè Mascard. *de Probat. conclus.* 957. *nu.* 21. & 22. Ricc. *citat. Tract. resolut.* 34. Barbos. *cit. loc. num.* 95. Sed secundum veriorem sententiam prædictæ Inscriptiones, & Epitaphia non plenè probant iuspatronatus, nisi sint alijs adminiculis coadiuuata, iuxta opinionem Rot. *in vna Burgen. Cappellania* 11. *Decembris* 1600. *coram D. Corduba*, quam adducit Garz. *de Benef. part.* 5. *cap.* 9. *num.* 91. vbi talis probatio fuit admissa, ex quo concurrebat cum pluribus enunciatiuis antiquissimis plusquam centum annorum.

16 Secundus modus probandi iuspatronatus inter personas priuatas, & inter quas non cadit suspectio vsurpationis iuxta dispositionem Concil. Trid. *cit. cap.* 9. est per multiplicatas præsentationes per antiquissimum temporis cursum, qui hominum memoriam excedat, ita, vt semper, quod quis probauerit multiplicatas præsentationes infra dictum tempus, etiam si nihil constare fecit de fundatione, constructione, vel dotatione, nec etiam per enunciatiuas dicitur probasse titulum iurispatronatus per fundationem, dotationem, vel constructionem, & per meliorem titulum mundi, ita testantur vno ore communiter DD. Gonzal. *ad* 8. *regul. Cancell. glos.* 18. *num.* 44. & *seqq.* Garz. *de Benefic. part.* 5. *cap.* 9. *num.* 82. Nouar. *Nou. iur. Pontif. pract. concl. de Iurepatron. concl.* 1. *num.* 4. Barbos. *de Iure Eccles. lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 69. & *seqq.* Vulp. *in prax. cap.* 49. *num.* 8. Ricc. *in Tract. de Prob. Iurispatron. resol.* 65. *per rationem*, & *seqq.* est indubitatum in iure, & sequitur Rot. in decisionibus adductis per DD. citatos. Vnde in facti contingentia respondi cuidam Doctori, esse verificatam gratiam Papæ de iurepatronatus, in qua aderat clausula, *Dummodo Iuspatronatus ex fundatione, vel dotatione existat*, si probatum fuerit per impetrantem ob multiplicatas præsentationes per tempus immemorabile iuxta dispositionem Concil. Trid. *cit. loc.* faciunt dicta per Put. *decis.* 199.

17 Ad hoc, vt dicantur præsentationes multiplicatæ, tres præsentationes requiri, dicunt aliqui, sed melius dicendum est, & practicatur duas præsentationes multiplicatas dici; nam pluralis locutio est contenta numero duorum, *l. vbi numerus ff. de testib. l. si libertas §. fin. ff. de man. testam. cap. pluralis locutio de regul. iur. in* 6. ita Caual. *decis.* 17. *num.* 14. *part.* 2. Maceraten. *variar. resol. lib.* 1. *resol.* 109. *num.* 37. Nouar. *cit. loc. num.* 6. Ricc. *in Tract. resol.* 67. qui testantur sic seruari in Curia Archiepiscopali Neapol.

18 Non requiritur, vt prædictæ præsentationes multiplicatæ sint continuatæ, & successiuæ, sed sufficiunt, si sint interpellatæ, Concil. enim Trid. requirit solum multiplicatas præsentationes, nulla facta mentione continuationis, sicut in alio casu eiusdem *cap.* 9. mentionem facit, & quod lex non dixit, nec nos dicere debemus, tenet Nouar. *cit. loc. num.* 5. *vers. Quæ quidem*.

19 An autem prædictæ multiplicatæ præsentationes sint verificandæ effectiuè, idest effectum suum habuisse, & difficultatem faciunt verba ipsius Concilij, quæ requirunt in hoc casu solas præsentationes, verum intelligendum est Concilium de præsentationibus effectiuis, vt in simili dicimus non probari possessionem conferendi, nisi ex collatione facta, quæ sortita fuerit effectum suum; ita Seraph. *decis.* 337. *num.* 1. voluit Genuens. *in pract. cap.* 63. Ricc. *cit. Tract.* 92.

20 Has multiplicatas præsentationes requirit Concilium intercessisse intra spatium temporis immemorabilis. Quale sit hoc tempus DD. se inuoluere, testatur Ricc. *cit. Tract. resol.* 70. *in princip.* sequutus attestationem Seraphin. per ipsum adducti, communior tamen in hoc casu videtur opinio, quod immemorabile, siue longissimum tempus sit certum annorum, prout docent DD. adducti per Barbos. *de Iure Eccles. lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 70. Alij verò tenent, quod minus tempus, etiam dicitur longissimum, & contineat immemorabilitatem, quos allegat Ric. *cit. loc. resolut.* 71. *ad finem*, sed hi DD. cum non assignent certum tempus, notantur incertitudine, vnde melius dicendum est cum modernis, dici tempus immemorabile, & longissimum, si probatio facienda est per scripturas centum annorum, si verò probatio facienda est per testes, sufficiunt anni sexaginta, & hoc attento breui cursu humanæ vitæ præsentis, docet Ricc. *citat. loc. resolut.* 70. *in fin.* post eum Nouar. *Noui Iur. Pontif. pract. conclus. de Iurepatron. conclus.* 1. *num.* 8. ita sentit Rota Romana apud Put. *lib.* 1. *decis.* 206. *in fin.* vbi tempus octogintaquinque annorum in probatione facienda per scripturas, fuit dictum non esse longissimum, & immemorabile, secus, si esset facta probatio per testes, Rot. *decis. diuers.* 155. *num.* 3. *part.* 2. & hanc esse opinionem communem, Rot. testatur, etiam post Paris. & Leon. Garz. *de Benef. part.* 5. *cap.* 9. *num.* 92.

21 Aduertendum est, quod ad hoc, vt testis valide deponat de tali tempore longissimo, siue immemorabili, sufficit, quod deponat de sufficienti causa scientiæ se vidisse ita seruari per spatium quadraginta annorum, & de reliquo tempore sufficit, quod deponat ita ex publica fama audiuisse à suis maioribus, nec audiuisse, aut vidisse contrarium seruari, ita post alios, Mascard. *de Probat. concl.* 1038. Ricc. *cit. loc. resol.* 70. sequitur Barbos. *de Iur. Eccles. cit. loc. num.* 75. & *seq.* Hinc aduertit Ricc. *eodem loc. resol.* 72. quod cum testes probaturi de tali tempore, deponere habeant per propriam sufficientem causam scientiæ per quadraginta annos, nec hanc cognitionem possint habere ante annum quatuordecim, necesse est habere ætatem annorum quinquaginta duorum, Brunor. à Sole *in Locis Commun. verbo Testis* 20. Rot. *in vna Sorana Iurispatronatus* 28. *Aprilis* 1603. & *in Iacen. Parochialis* 27. *Iunij eodem anno coram D. Pamphilio*. An omnes testes deponere habeant de prædictis requisitis, nempe, quod sic viderint seruari per 40. annos, & per prius audiuisse à suis maioribus, nec contrarium vnquam fuisse seruatum, nec auditum seruatum, vide Ricc. *resol.* 75.

22 Nota, quod non omnes duæ præsentationes, quæ constituunt multiplicitatem prædictam, debent esse intra tempus longissimum, siue immemorabile, sufficit enim, quod vna habeat cursum tanti temporis, licet secunda sit moderna, ita testatur iudicatum Genuens. *in prax. cap.* 63. quem sequitur Ricc. *cit. loc. resol.* 78.

23 Nota etiam inter personas priuatas duplici modo

contingere probationem iurispatronatus, vel principaliter, quando agitur de probanda existentia iurispatronatus inter præsentatum, & Ordinarium, vel inter prouisum Apostolicum, & præsentatum, & tunc iuspatronatus est probandum plenè, & concludenter, vel incidenter ad iustificationem gratiæ, & clausulæ iurispatronatus, vel quoad eius pertinentiam, & tunc semiplena sufficit probatio, ita distinguit Barbos. *de Iure Eccles. lib. 3. cap. 12. num.* 105. Hinc testes de auditu cum communi reputatione Cappellam esse de iurepatronatus talis familiæ probant iuspatronatus, vt habetur apud Mantic. *decis.* 208. Verùm supradicta intelligenda sunt, quando non repugnat vltimus status, qui, si repugnet, tunc iuspatronatus est probandum plenè, & concludenter, ita Rot. *in vna Aretina Cappellaniæ 19. Martij* 1595. *coram D. Seraphin. inter decis. per ipsum impres.* 1120.

24 Vltimò inter personas priuatas, & in quibus non cadit suspicio vsurpationis, iuspatronatus probatur ex Concil. Trid. *cit. cap.* 9. omnibus alijs probationibus de iure admissis, vt clarè dictant illa verba Concilij, *Aliasve secundum iuris dispositionem*, quæ probant Concilium nihil alterasse circa probationem huiusmodi inter personas prædictas, vt testantur communiter DD. & conualidauit Rota pluribus decisionibus adductis per Barbos. *cit. loc. num.* 102. Hinc iuspatronatus in hoc casu verificatur etiam per famam fundationis, constructionis, vel dotationis, iuncta longissima quasi possessione præsentandi, Pur. *decis.* 140. *lib.* 1. Cassad. *decis.* 3. Macerat. *variar. resol.* 7. *lib.* 1. *resol.* 104. *num.* 43. doctiss. Marant. *tom.* 3. *Controuers. resp.* 47. *num.* 12. *& seqq.* Necnon probatur omnibus alijs modis positis per Gonz. *in regul.* 8. *Cancell. glos.* 18. & nouissimè per Ricc. *in Tract. de Prob. Iurispatronat. resol.* 79. *vsque ad* 95. post Nouar. *citat. loc. num.* 9. *& seqq.*

25 Fallit tamen suprapposita conclusio, nam licet de iure communi, quod notandum est, non indigeat probatione, imò notorium releuet ab onere probandi, *cap. vestra de cohabit. Cler. & Mulier. glos. in Clement. appellanti in verbo Alias causas de appellation.* Mascard. *concl.* 1108. & communiter, nihilominus in hoc casu probationis iurispatronatus, etiam si notorius sit titulus, adhuc indiget probatione, & ratio est, quia quando probatio inducitur pro forma, tunc notorium non releuat ab onere probandi, prout in terminis multis rationibus, & exemplis, probat Ricc. *cit. Tract. de Probat. Iurispatron. resol.* 93.

26 Verùm à personis suspectis de vsurpatione, & Vniuersitate, probatur iuspatronatus per immemorabile alio modo, quam probatur inter personas priuatas, nempè tenentur Vniuersitates, & personæ prædictæ probare immemorabile eodem modo, quo diximus supra inter personas priuatas, id superadditum, vt teneantur docere per authenticas scripturas de præsentationibus continuatis, & effectum suum sortitis per tempus continuum quinquaginta annorum ad minus, id enim tantum superaddit, & de nouo disponit Concilium supra ius commune in probatione iurispatronatus. Hinc, si quis in hoc casu probaret immemorabilem per centum, siue bis centum annos, & non deduceret continuitas præsentationes effectum suum sortitas intra spatium saltem quinquaginta annorum per authenticas scripturas non diceretur probasse iuspatronatus, hæc enim est dispositio conciliaris, vt docet Nouar. *Nou. Iur. Pontif. Pract. conclus. titul. de Iurepatronatus, conclus.* 2. *sub num.* 3. Ricc. *resolut.* 96. & secundum eam passim iudicatum est per Rotam Romanam, non solum, quando agitur de petitorio, sed etiam de possessorio, apud Ludouis. *decis.* 22. *num.* 1. *in recentior. decis.* 756. *num.* 31. *vers. Vnde sequitur, part.* 2. *in vna Ferrarien. Archipresbyteratus* 16. *Iunij* 1628. *coram D. Coccino, apud Seraph. decis.* 1395. *n.* 4. *vers. Neque obstat, & num.* 5. *vers. Ex eo*, & in alijs adductis per Ricc. *cit. loc.*

27 Hæc enim dispositio, & forma tradita per Concil. est omnino seruanda in probatione iurispatronatus inter potentiores, etiam, si Ordinarius collator sit æquè, vel maior in potentia, vt testatur Beltramin. *ad citat. decis.* 222. Ludouis. *num.* 11. *vers. Hæc forma*, & alij, quos refert, & sequitur Barbos. *de Iure Eccles. lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 108. Quod adeo indubitatum est, vt talis forma conciliaris non possit per æquipollens adimpleri, vt testantur DD. communiter, & refert decisum Lotter. *de re Benef. lib.* 2. *quæst.* 13. apud Coccinum *decis.* 25. *num.* 2. post Garz. *de Benef. part.* 5. *cap.* 9. *num.* 113. vbi etiam defendit admitti testes, si deponant de amissione scripturæ, & tenore illius, contrarium sentit Barbos. *de Iur. Eccles. lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 125.

Astringitur tantum potentior ad probandum iuspatronatus forma tradita per Concilium Trident. quando illud intendit verificare per immemorabilem, & per multiplicatas præsentationes, nam, si intenderet illud probare per fundationem, vel dotationem, non tenetur seruare dictam formam, quantumuis sit potentior, quia cum Concilium in hoc corrigat ius commune, non extenditur de casu ad casum, firmauit Rot. *decis.* 564. *in princip. part.* 4. *in recentior. & in Aquen. Archipresbyteratus 7. Nouembris* 1601. *coram D. Lancellotto*, voluit Lotter. *de re Benef. lib.* 2. *quæst.* 7. *num.* 72. Vnde quando potentior intendit probare titulum iurispatronatus per fundationem, vel dotationem, potest vti testium depositionibus, Vulp. *in Prax. cap.* 49. *num.* 11. Garz. *cit. loc. vers. Rursus*. 28

Dicuntur præsentationes continuatæ ad probandum iuspatronatus inter suspectos de vsurpatione, duæ, quarum vna post aliam sequitur iuxta successiuam vacationem, Paris. *de Confid. quæst.* 28. *num.* 255. Ricc. *cit. loc. resol.* 113. *num.* 4. Barbos. *de Potest. Episcopi, part.* 3. *alleg.* 72. *num.* 55. Hæc enim continuatio requiritur tantum in præsentationibus illis, quas intra quinquaginta annos requirit Concilium. 29

Vltra continuationem, debent etiam habere præsentationes ad probandum iuspatronatus inter potentes effectuationem, idest, vt præsentationes suum effectum sint sortitæ, quod tunc dicitur, quando præsentationes fuerunt confirmatæ per superiorem, & præsentatus institutionem, & possessionem obtinuit, Flam. *de Confid. quæst.* 28. *num.* 256. Barbos. *cit. alleg.* 72. *num.* 56. Vulp. *cit. loc. sub num.* 11. latè Ricc. *cit. Tract. de Prob. Iurispatron. resol.* 116. *& seq.* 30

Similiter requiritur, vt præsentationes prædictæ fuerint intra spatium temporis annorum quinquaginta, vt in Concil. qui quidem anni quinquaginta sumunt initium ab illo die, quo apparet factam fuisse primam, & antiquiorem præsentationem in actis productam cum subsequenti institutione, eosque numerari vsque ad diem litis postremo motæ, in qua controuertitur, an constet de iurepatronatus, voluit Rota *in vna Neapolitana Rectoria* 19. *Decembris* 1609. *coram D. Ottembergo*, quam refert, & sequitur Campanil. *Diuers. Iur. Canon. cit. rub.* 11. *cap.* 13. *num.* 427. Ricc. *cit. loc. resol.* 120. 31

Item requiritur, vt non solum præsentationes prædictæ probentur per authenticas scripturas, sed etiam per effectus prædictos, ita, vt sententias habuisse earum effectum, nec etiam possit probari per testes, Rot. *decis.* 195. *num.* 3. *part.* 2. *diuers.* Gonzal. *super* 8. *regul. Cancell. glos.* 18. *n.* 84. Ricc. *cit. loc. resol.* 118. 32

Nota, quod vsurpatio sumitur pro illicita, & temeraria occupatione, ita in *l.* 2. *C. de Colleg. illic. & in l. si is contra quem C. de adsc. priuat.* cuius vsurpationis præsumptio in nostris terminis prouenit primo ex qualitate personæ, vt si tanta sit illius potentia, vt ex ea possit argui reuerentia, aut concussio in eo, qui debuisset defendere libertatem Ecclesiæ, quæ potentia æstimatur ex iurisdictione, Rot. *decis.* 219. *num.* 1. *part.* 1. *& decis.* 412. *num.* 4. *& decis.* 421. *num.* 1. *part.* 2. *in recentior.* Mantic. *decis.* 89. *num.* 1. *&* 2. & ex summa notabilitate alicuis familiæ, Seraphin. *decis.* 952. *num.* 6. Vnde communiter DD. vocant potentes, & suspectos de vsurpatione in hac materia Dominos temporales locorum, & personas de aliqua magna parentela, quas commemorat Barbos. *de Iure Eccl. lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 133. *& seqq.* 33

Prædicta suspectio, seu præsumptio vsurpationis ex huiusmodi potentia non tollitur per sublimitatem personæ, imò potius augetur, vnde talem suspectionem, siue præsumptionem concurrere in Regibus Aragoniæ, voluit Rota apud Moed. *decis.* 10. *num.* 1. *&* 2. *de Iurepatronat.* 34

Secun-

35 Secundò prouenit hæc præsumptio vſurpationis ex inuetiſimilitudine, quæ ſecum præ ſe fert quandam falſi imaginationem, vti dicit Bald. *in l.1. num.16. C. de ſer. fugit.* Vnde cùm iura non exiſtiment veriſimile, quod plures parochi, vel familiæ diuerſæ inſimul conueniant ad fundandam, ædificandam, & dotandam Eccleſiam, aut beneficium, potius præſumit, vt Vniuerſitas occupando tentet præſcribere tale ius, Butr. *in cap. dilectus num.* 13. vbi etiam Barboſ. *eodem num. de off. leg.*

36 Non eſſet præſumenda talis vſurpatio, & conſequenter non eſſet neceſſarium ſeruari formam traditam per Concil. in probatione iuriſpatronatus Vniuerſitatis, ſi probaretur Vniuerſitatum omnes familias ab vno ſtipite deſcendiſſe, obſeruat Rota *deciſ.* 235. *num.*5. *verſ. Vltra, quod in hoc, part.*2. *in recentior.*

37 Similiter non præſumitur vſurpatio, quando cum Vniuerſitate concurrit aliquis priuatus, cum quo non poteſt præſumi vſurpatio, & ratio eſt, quia remota Vniuerſitate, & perſona potenti, & ſuſpecta de vſurpatione, adhuc Eccleſia non remanet libera, meritò in tali caſu non requiritur probatio iuriſpatronatus cum rigore Concilij Trid. *cit. cap.* 9. voluit Rota *deciſ.* 219. *num.* 2. *part.*1. *& deciſ.* 154. *num.* 7. *verſ. Sed vlterius, part.* 2. *in recentior.* Barboſ. *de Iur. Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 147. *&* 148. vbi alias citat Rot. deciſiones, & DD. & loquitur tam, quando perſona priuata concurrit cum familia potenti, quam quando concurrit cum Vniuerſitate, in vtroque enim caſu ceſſat rigor Concilij.

38 Item non præſumitur vſurpatio, nec requiritur rigoroſa probatio conciliaris in iurepatronatus, quando non tota Vniuerſitas, ſed illius pars prætendit iuſpatronatus tenet Ricc. *cit. Tract. de Probat. Iuriſpatron. reſol.* 102. *num.* 3. teſtans ita ſenſiſſe ſacram Congregationem, ſequitur Barboſ. *loc. cit. num.* 146. referens ſic determinaſſe Rota Romanam pluribus deciſionibus per eum adductis, ſicut talis ſuſpectio vſurpationis non cadit in iurepatronatus, cuius præſentatio ſpectat ad Confraternitatem, docet Alph. de Leo *de Off. Capell. quæſt.* 4. *Prax.* 2. *nu.* 89. adducens deciſiones Rot. *in vna Bergomen. Cappellania* 18. *Maij* 1629. *coram D. Merlino*, cætera de hac materia vide apud Ricc. *cit. Tract.*

39 Dubium eſt in his terminis, an probatio iuriſpatronatus facienda iuxta formam Concil. Trident. requiratur non ſolum in beneficijs de iurepatronatus erectis poſt Concilium, ſed etiam in erectis ante Concilium. Huic dubitationi indubitanter reſp. Ricc. *in deciſ. Cur. Archiep. Neapol. part.*4. *deciſ.*257. probationem nouiſſimam iuriſpatronatus iuxta mentem Concil. Trident. *ſeſſ.* 25. *cap.* 9. *de reform.* locum non habere in iuribuspatronatus ante ipſum Concilium quæſitis, & ſuam opinionem dicit eſſe ex mente Sacræ Congregationis ita declarantis, adducens declarationem his verbis. *Hoc decretum intelligitur de iurepatronatus in futurum acquirendo, & non de acquiſito ante Concilium.*

40 Sed contra Ricc. & melius tenet Barboſ. *de Iure Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 111. nempe probationem à Concilio inductam requiri etiam in iuribuspatronatus quæſitis ante Concilium, & ad Congregationis declarationem per Ricc. adductam, reſpondetur, illam non cadere ſuper prædictum *cap.* 9. Concilij, in quo loquitur de probatione iuriſpatronatus, ſed benè cadere ſuper *cap.* 12. *ſeſſ.* 14. *de reform.* vbi loquitur Concilium de erectione iuriſpatronatus, vt teſtatur idem Barboſ. & alij per ipſum adducti, & habetur ex declarationibus, quæ adducuntur ad quodlibet caput Concil. Trident. tam per ipſummet Barboſ. quàm per illas deſumptas ex Bibliotheca D. Cardinalis Bellarmini, in quibus prædicta declaratio adducta per Riccium ponitur in *cit. cap.* 12. Concil. Trid. non autem in *cit. cap.*9.

41 Vltimò ex Concil. Trid. *cit. cap.* 9. Nota, reuocatos eſſe alios titulos quærendi iuſpatronatus, vnde reuocatum eſt in totum iuſpatronatus ex priuilegio, etiam cum quaſi poſſeſſione inde ſequuta, aduertunt Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell. gloſ.* 18. *num.* 18. *& ſeqq.* Pariſ. *de Confid. quæſt.* 28. *num.*239. *& ſeqq.* Garz. *de Benef.* 5. *part. cap.* 9. *num.*70. Barboſ. *de Iur. Eccleſ. lib.*3. *cap.* 12. *num.*63. *& ſeqq.* Niſi priuilegium ſit ex cauſa oneroſa, iuxta *deciſ. Seraph.* 499. *num.* 4. & ad cognoſcendum, an priuilegium ſit ex cauſa oneroſa, ſpectandum eſt, quid expenſum fuerit, an ſcilicet illud æquiualeat conceſſioni, quia vbi non æquiualet conceſſioni, ipſam iudicari potius deberi gratioſam, quam oneroſam, tenet Rota *deciſ.* 469. apud Farinac. *P. recent. & ita in Cæſaraguſtana de Mella* 14. *Nouembris* 1616. *coram D. Coccino*, apud Maſſob. *in ſua Praxi haben. Concurſ. prælud.* 7. *dub.* 3. *num.* 51. Ricc. *cit. Tract. de Probat. Iuriſpatron. reſol.*46.

OBSERVATIONES

D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Probationis iuriſpatronatus ſpecies diuiduntur in rigoroſam, & ordinariam.*
2 *Rigoroſa quando requiratur, & quare, & reſpectu quorum.*
3 *Quid reſpectu Regum, & Principum ſupremorum. Et quid reſpectu Eccleſiaſticorum.*
4 *Rigoroſa qualiter probetur. Et quid inter priuatos.*
5 *Declaratur decretum* Conciliare.
6 *Exiſtentia iuriſpatronatus differt à pertinentia.*
7 *In iurepatronatus priuatorum non cadit ſuſpicio vſurpationis.*
8 *Vſurpatio cur præſumatur contra Vniuerſitatem, & quid ſi parua ſit illa.*
9 *Vniuerſitatis iuſpatronatus ex quibus probetur.*
10 *In poſſeſſorio an habeat loco præſumptio vſurpationis?*
11 *Immemorabilis in perſonis potentibus per quos probari nequeat.*
12 *Academiæ, & Vniuerſitates, quæ excipiuntur à decreto* Concilij.
13 *Vicaria perpetua, an excipiantur?*
14 *Iuſpatronatus qualiter probatur.*
15 *Suſpicio vſurpationis, an augeatur in principibus? Notatur Ventrigl.*

Rigoroſam ab ordinaria probatione iuriſpatronatus, 1
Exiſtentiam à pertinentia. Libertatem à ſeruitute. Litem cum priuatis à potentibus diſtinguere oportet ad ſciendum qualiter probetur iuſpatronatus.

Probatio rigoroſa exiſtentiæ iuriſpatronatus eſt illa, 2
quæ ex forma Sac. Conc. Tridentini *in cap.* 13. *ſeſſ.* 14. *& cap.*9. *ſeſſ.* 25. *de reform.* requiritur reſpectu potentium, qui iuriſdictionem in dominio habent in loco, qui ſub Baronum, Domicellorum, vel conſimili modo explicari ſolent, idque ratione vſurpationis præſumptæ, Bich. *deciſ.* 188. *num.*2.

Rigoroſæ etiam probationes requiruntur reſpectu Vniuerſitatum alicuius Ciuitatis, vel Oppidi, poſita enim qualitate Vniuerſitatis, vel Communitatis conſtitutiuæ totius populi, vel alicuius partis non requiritur illa iuriſdictio, quæ conſiſtat in cognitione cauſarum, ac in imperio, & gladij poteſtate eo modo, quo in Baronibus alijſque perſonis ſingularibus erigitur, ſed ſufficit illa minor iuriſdictio, quæ Communitatibus ineſt collectandi ciues, incolas, eoſque conuocandi ad parlamenta, aliaſque publicas functiones, Card. de Luca *de iurepatr. diſcurſ.*59.

Secus vbi agitur de aliqua Communitate, quæ licet plurium perſonarum conſtitutiua ſit, attamen comparatione totius populi priuatam potius, quam publicam perſonam repræſentat, quia ſit nempe Vniuerſitas aliquorum artificum, aut aliqua pia Confraternitas laicorum, aut aliquod Collegium, Card. de Luca *in annot. ad S.C. Trid. diſcurſ.*11.

Reſpectu Baronum iuriſdictio, ſiue dominium territoriale loci ſiue in feudum, ſiue in allodium hanc inducit potentiam, quatenus in eodem loco exiſtat beneficium, de cuius patronatu agitur. Secùs ſi poſſideret dominium in alio loco. Niſi de præterito tractetur, an tale dominium habuerit etiam quod per deuolutionem, ſeu alio modo ceſſauerit, quoniam adhuc ſufficit illa antiqua qualitas,

ex qua resultat illa mala præsumptio vsurpationis. E contra priuatæ personæ censentur si à priuatis causam habeant, Card. de Luca *vbi sup. discurs. 11. n. 6.*

3 Excipiuntur à decreto Conciliari Reges, Principes, & Duces, qui iura Regni in suo dominio habent, adeo vt circa iurisdictionem absoluti domini sint, nullum recognoscentes superiorem, & tantam habent ibi iurisdictionem, quantam Imperator in suo imperio, de Luca *vbi sup. num. 5.*

De singularibus personis, vel Communitatibus ista potentia in consideratione habetur. Secus autem de Ecclesiasticis non quidem accidentaliter, sed quia dominium ratione Ecclesiæ, seu Ecclesiasticæ iurisdictionis competat, adeo vt verè penes Ecclesiam residere dicatur ipsum dominium, cui annexum sit iuspatronatus. Persona verò Prælati habere exercitium iurisdictionis, de Luca *vbi supra.*

4 Cessante exhibitione tituli fundationis, vel dotationis, si desumatur probatio ex sola diuturna possessione, tunc intrat forma rigorosa Concilij duplicis probationis. Primò immemorabilis benè probatæ cum suis requisitis. Secundò plurium præsentationum per authentica documenta effectum sortitarum continuatarum spatio quinquaginta annorum, multiplicitas præsentationum intelligitur etiam de duabus intra quinquagenarium spatium, Bich. *decis.* 182.

Necessaria est hæc probatio, quando de beneficij statu coram Ordinario, vel cum prouiso tanquam de libero sit contentio. Secus autem cum Ordinarius non sit in causa, sed solùm lis sit inter patronos, & priuatos super pertinentia, nec dubitatur de existentia iurispatronatus, Bich. *decis.* 188.

5 Nihil innouauit Concilium quoad institutionem ad præsentationem patronorum, nisi quod præsentatio fieri debeat coram Ordinario, vel alio Superiore, ad quem de iure collatio spectet, Card. de Luca *vbi sup. num.* 17.

6 Existentia iurispatronatus differt à pertinentia. Nam existentia debet probari ex instrumentis fundationum, vel dotationum, aut alio modo, & lis sit cum Ordinario.

Pertinentia est, quando lis est inter patronos super quasi possessione præstandi, & non est lis cum Ordinario, quia constat de existentia, & tunc intrat regula, quia vnica præsentatio effectuata constituat in quasi possessione præsentandi, si vigore præsentationis institutus sit præsentatus, Bich. *decis.* 188.

Si verò non constet de existentiâ, & de seruitute beneficij, & lis sit cum Ordinario, cum præsumatur libertas, beneficium censetur de libera collatione, & requiruntur plures præsentationes effectuatæ si non adsit instrumentum fundationis.

7 Iuspatronatus priuatorum, in quo non cadit suspicio vsurpationis probatur ex fundatione, & dotatione, Bich. *decis.* 118. Vel per præsentationes effectuatas per spatium centum annorum, Gratian. *discept.* 780. *num.* 1. Vel rectius per præsentationes cum quadragenaria iuncta fama, vel iunctis adminiculis, Bich. *vbi supra*, recensens adminicula.

8 Iuspatronatus competens Vniuersitati S. C. Trid. *sess.* 25. *cap. 9. de reform.* existimauit ex vsurpatione ob inuerisimilitudinem, quòd multarum familiarum concursus pro constructione, vel dotatione conuenerit, Lotther. *lib. 2. quæst. 13. num.* 35.

In Vniuersitate parua non cadit præsumptio nullam habente iurisdictionem in loco beneficij, Rota *decis.* 279. *part. 12. recent. num. 4. & 5.* Præsertim si habeat bona propria, cum quibus potuit fundare, vel dotare.

9 Iuspatronatus quod non sit ex vsurpatione coadiuuetur ex insignijs Communitatis ab antiquo positis in Tribuna, vel alia parte Ecclesiæ; inscriptiones tunc enim solùm permittuntur, quando non continent alienum à veritate, Canaler. *decis.* 378. *num.* 1. Rota *d. decis.* 279. *num.* 10.

10 Quæritur, an S. C. Trid. *sess. 25. de reform. cap. 9.* præsumens in Magnatibus, & Baronibus, & alijs superius recensitis vsurpationem iurispatronatus habeat etiam locum in possessorio. Ventrigl. *num.* 10. tradit in possessorio sufficere solam sententiam effectuatam; deinde *num.* 13. sibimet contradicit. Dic verius non sufficere cum Garz. *part. 3. cap. 2. num. 198. & part. 5. cap. 5. num.* 138. Bich. *decis.* 188. *num.* 2. de Luca *discurs.* 11. *num.* 10. & videndus Bich. *decis.* 162. *num.* 22.

11 Immemorabilis in personis potentibus, an probari possit per testes vassallos, vel ciues pro Baronibus, vel Vniuersitatibus? Dic quòd cum agatur de facto, quòd contigit in eo loco, quòd exteris non innotescit. Proindè sint admittendi, hæc tamen qualitas de fide diminuit, nisi adsit mixtura testium non subditorum, puta clericorum, & aliorum exemptorum, de Luca *vbi sup. num.* 13.

12 Beneficia, quæ non sunt formiter de iurepatronatus, sed ex priuilegio, vel de consuetudine ad alicuius Vniuersitatis, aut respectiuè ad personæ Ecclesiasticæ nominationem, vel electionem conferenda, quorum praxis nimium rara est in Italia, frequens autem in Hispania, frequentior in Germania penes illas præsertim Vniuersitates, vel Academias, istæ ab hoc decreto exceptæ sunt, Card. de Luca *vbi sup. num.* 31.

13 Similiter illæ prouisiones, quæ in Italia ad Capitulorum Ecclesiasticorum nominationem fiunt, quæ vt plurimum sunt de perpetuis Vicarijs Ecclesiarum Parochialium, quæ alicui Capitulo, Monasterio, vel Dignitati vnitæ sint, de Luca *vbi sup.*

14 Iuspatronatus an probetur ex decreto, quod alicui tamquam patrono præstentur alimenta? Ventrigl. *num.* 17. ex Nouar. tenet quod sic, Aliter firmans ex præstatione certi subsidij. Et subnectit aliam quæstionem. Vtrum ex præstatione annuæ candelæ in Purificationis festo probetur iuspatronatus, & ex prærogatiua sessionis primo loco? Et ex Campanil. & Mohed. affirmat.

Dic sufficere leuiores probationes, si agitur solum de iure honorifico, Rota *decis. 548. part. 2. recent.* Canonistæ *in cap. nobis de iurepatr.* Bich *decis.* 162. *num.* 1.

Probatio rigorosa Conciliaris an habeat locum, vbi sit Vniuersitas alicuius partis, vel Contradæ loci, aut Terræ, vel Plateæ? Card. de Luca *num.* 2. tangit difficultatem remissiuè, negant Riccius, & alij relati per Ventrigl. *num.* 38.

15 Suspicio vsurpationis ex potentia an locum habeat in Regibus, & Principibus supremis? Ventrigl. *num.* 34. asserit augeri in his suspicionem ex Mohed. *decis. 10. de iurepat.* Verius negat ex S.C. Trid. *sess. 25. de reform.* Card. de Luca *vbi sup. num.* 5.

SVMMARIVM.

1 *Patronus in Ecclesia conuentuali non concurrit ad eligendum, sed potest consentire electioni factæ. Quæ conuentualis, num. 3.*

2 *Patrono laico repugnat concurrere cum Clericis ad electionem Prælati, sicut de Superiore inter Regulares.*

4 *Patronus non potest eligere, etsi Ecclesia non sit conuentualis actu. Vide rationem, num 5.*

6 *Patronus non potest acquirere concursum in iure eligendi, potest tamen in iure præsentandi assensum electioni factæ, num. 7. Quid in patrono Clerico. Quid in Laico potestatem habente à Papa. Et an ab Episcopo haberi possit, num. 8.*

9 *Patronus, neque si præscripserit, potest præsentare ad Ecclesiam conuentualem, potest tamen ad prębendas, & alia in ipsa, quæ sint prælatura inferiora, num. 10.*

11 *Patronus probata immemorabili cum fama priuilegij præsentandi in conuentuali, est admittendus.*

12 *Patronus impropriè eligere dicitur, & proprius præsentare.*

13 *Patronus non dat ius præsentato, nisi post perfectam præsentationem. Vbi quando variare, & recedere possit.*

14 *Præsentatio debet fieri coram Episcopo loci, & debet adesse præsentatus, & præsentans. Vnde nequit præsentari absens, num. 20. Quid in Iurepatronatus in confinibus, num. 18. Quid in Clerico noto, num. 21.*

15 *Præsentatio non in præsentia valentis instituere est simplex nominatio, nec impedit variationem, num. 16.*

17 *Præ-*

17 *Præsentatus per litteras debet vna cum litteris præsentari intra tempus, aliàs patronus perdit ius, num. 19.*

22 *Præsentatio de absente noto debet à præsentato ratificari.*

23 *Patronus potest per alium cum speciali mandato præsentare.*

24 *Patronus quando possit in beneficio pleno constituere procuratorem ad præsentandum in casu vacantiæ, & num. 26. Non tamen ad præsentandum certam personam, num. 25.*

27 *Præsentatio debet fieri intra tempus. Quidnam sit tale. Quando incipiat currere, num. 48. An currat legitime impedito, num. 30.*

29 *Patronus in dubio præsumitur ignorare vacationem.*

31 *Patrono tam laico, quàm Ecclesiastico potest prorogari tempus ab Episcopo. An abbreuiari, num. 32.*

33 *Patronus in erectione potest breuius, & longius tempus stabilire ad præsentandum. Nec propterea potest Episcopus denegare assensum.*

34 *Patronus impeditus potest purgare moram.*

35 *Præsentatio sine appositione diei præsumitur facta in tempore, si non adsit qui opponat:*

36 *Instituit in Iurepatronatus Episcopus Ordinarius, vel Vicarius etiam sine speciali mandato. Vel Capitulum Sede vacante, num. 37.*

38 *Instituit in Iurepatronatus Prælatus inferior ex priuilegio, & in erecto ante* Concilium *etiam cum priuilegio, num. 44.*

39 *Institutio, an inferioribus Episcopo competat. Dubium ex* Tridentinum. *Vide solutionem in num. seqq.*

40 *Institutio pro erigendis non potest reseruari inferiori Prælato, neque in Ecclesijs exemptis, nisi Rector illarum fungatur iurisdictionem ordinaria, num. 42.*

41 *Patronus fundans non potest minuere ius Episcopale.*

43 *Institutio quantum ad examen, non obstante priuilegio, competit semper Episcopo.*

45 *Institutio post* Tridentinum, *neque de consensu Episcopi potest Prælato inferiori reseruari. Vide contrariam sententiam resolutam.*

46 *Patronus laicus, an cumulare. Et quomodo possit.*

47 *Instituere debet Episcopus digniorem, si patronus cumulauerit. Quid, si diuersos patroni æqualiter præsentauerint.*

48 *Instituendus est aptior oneribus beneficij, tanquam dignior. Quid, si originarius loci cum extero, num. 49. & 63.*

50 *Instituendus Doctor tanquam dignior. Vbi quid si Theologus, & Canonista Doctor concurrant.*

51 *Instituendus potius nobilis propria virtute, quàm alius. Quid, si concurrat nobilis cum plebeio virtute prædito, num. 52.*

53 *Instituendos quos putauit Christus.*

54 *Instituendus potentior tanquam dignior pro rebus Ecclesiæ tuendis.*

55 *Instituendus senex potius, quàm iuuenis cæteris paribus, & dignior ordine, vel alia dignitate. Vide quando.*

56 *Instituendus pauper potius, quàm diues. Quid si difficiliter fructus exigantur.*

57 *Instituendus potius est is, qui de familia, quàm externus. Quid si Iuspatronatus transferit ad aliam familiam.*

58 *Instituendus potius semper bonus, quàm pœnitens. Et in quo beneficio.*

59 *Instituendus quis sit in paritate vocum. In dubio de maiori idoneitate.*

60 *Gratificari quando possit Episcopus vni præsentatorum in dubio. Vbi quæ idoneitas præsumatur.*

61 *Gratificari, an possit Episcopus, si sint æqualia merita, & vota, vel maiora merita, quàm vota. Et è contra.*

62 *Gratificationi non est locus, quando præsentatorum vnus dispensatione indiget. Quid in extero, & originario, num. 63.*

64 *Patronorum voces aliquando pares, et si vna pars habeat patronorum numerum minorem.*

65 *Patronus præsentatus à compatronis, consentiens, auget numerum præsentatum, licet non possit præsentare, neque per procuratorem, nisi procurator ab alijs quoque constitutus illorum nomine præsentet, num. 66.*

67 *Patronus collationi Iurispatronatus sibi facta potest consentire, vel supplicare Episcopum, vt sibi conferat.*

ANNOTATIO I.

§. III.

NOta hìc *in 2. Part. text. huius Cap. nobis, ibi, Cæte-* 1
rum in conuentuali Ecclesia non electioni Prælati faciendæ, sed tam facta honestius patroni postuletur assensus, nisi aliter de sua iurisdictione obtineat, vt partes suas interponere debeat electionis tractandæ. Ita text. ex quibus verbis habemus patronum non posse in Ecclesia conuentuali concurrere ad electionem, benè tamen potest consentire electioni iam factæ, nisi aliter illi specialiter sit concessum.

Loquitur text. in hac parte de illis Ecclesijs, in quibus 2
Prælatus creatur per electionem Clericorum eiusdem Ecclesiæ, quia repugnat statui laicorum concurrere cum Clericis ad electionem Prælati, meritò non excludit patronum à tali electione, sicut, si quis fundaret, construeret, vel dotaret Monasterium Regularium, non deberet admitti ad acquirendum ius interueniendi cum alijs Regularibus in electione superioris Regularis per hunc text. cum talis electio ad ipsos Regulares, & ad illos de collegio spectet, acquireret tamen talis patronus omnia alia iura, & fructus iurispatronatus, vt benè aduertit Lambert. *de Iurepatronat. part. 2. lib. 5. quæst. princip. in princip. & art. 4.*

Ecclesia Conuentualis, de qua in text. eadem est, ac 3
Collegiata, vt ibidem explicat glos. & Abb. Lamber. *cit. loc. num.* 3. qui testatur in his terminis Ecclesiam Collegiatam, Conuentum, Capitulum, Collegium, & Vniuersitatem esse synonyma, & quamlibet Ecclesiam collegiatam posse dici conuentualem, & licet de consuetudine Ecclesia conuentualis intelligatur Ecclesia Religiosorum conuentualium, idest Fratrum de non obseruantia, tamen de iure conuentualis dicitur omnis Ecclesia collegiata, & dicitur conuentualis à conueniendo, quia ibi conueniunt, & collegiata à colligendo, quia ibi colliguntur. Procedit tamen dispositio text. quod patronus non præsentat in Ecclesia prædicta, quando in Ecclesia collegiata, vel conuentuali Prælatus, vel superior creatur per electionem Clericorum, vel Religiosorum eiusdem Ecclesiæ.

Supradicta habent locum etiam, si Ecclesia esset con- 4
uentualis habitu tantum, & non actu, vt ex mente Alex. *consil. 74. num. 1. & 5. & consil. seq. per totum lib. 4.* tenuit Rota apud Seraph. *decis. 1395. num.* 3. & etiam, si fundator esset Rex, Put. *decis. 369. per totam lib. 2.*

Ratio, quare prohibeatur in hoc text. patrono acqui- 5
rere ius præsentandi in prædicta Ecclesia, ea est, nam, cum de natura talis Ecclesiæ conuentualis, siue collegiatæ sit, vt ad eius prouisionem procedatur per electionem, *cap. 1. de elect.* ideò repugnat ipsa natura Ecclesiæ, cum sit impossibile esse electiuam, & præsentatiuam, ita considerat Put. *decis. 369. lib. 2.*

Nec potest acquirere patronus ius concurrendi, & 6
concursum in iure eligendi, quia hoc etiam habet iuris resistentiam, cum ius eligendi non potest cadere in laicum, *cap. Sacrosancta, §. attendentes de elect.* vbi redditur ratio, quia scilicet istud redundaret in dispendium Ecclesiasticæ libertatis, siue agatur de prælatura regulari, in quibus terminis loquitur ille text. & Rot. *decis. 564. ex num. 3. part. 4. in recentior.* siue in sæculari, vt in casu *cap. Messana eodem titul. de elect.* resoluit Rot. *in vna Treueren. Abbatia S. Maximi 20. Nouembris 1624. impress. per Paulum Castellin. Tract. de Elect. Canon. post cap. 4. fol.* 101. *nu.* 17. *ad fin.*

Potest tamen patronus acquirere ius præstandi assen- 7
sum post factam electionem prædictam, vt disponit text. noster ibi, *Sed iam facta honestius patroni postulentur assensus*, imò post factam electionem prædictam est requirendus

rendus patronus pro eius assensu, vt ibidem aduertit glos. *verbo Honestius*.

7 Nota insuper in text. in illis verbis, *Nisi aliter de sua iurisdictione obtineat, vt partes suas interponere debeat electionis tractanda*, patronum posse à speciali priuilegio acquirere ius concurrendi io tali electione, quòd explicat glos. *ibidem, verbo De sua*, & DD. omnes procedere in patrono, qui sit Ecclesiastica persona, cui non repugoet adesse tali electioni, & etiam in patrono laico ex speciali priuilegio, & concessione in fundatione apposita à Papa elargita. Vnde oon posse Episcopum reseruare in fundatione ad fauorem patroni laici ius præsentandi speciali priuilegio in casu prædicto, voluit Rot. *decis. 53. sub num.* 1. *part.* 1. *in recentior.* de diametro contraria *decis. Put.* 369. *lib.* 2. paulò ante *num.* 1. *vers. Sed quia istud*, ex quibus, ad boc, vt patronus acquirat ius præsentandi in Ecclesia conuentuali, requiritur quòd interueniat priuilegium apostolicum in limine fuodationis, firmat indubitanter, Lotter. *de re Benefic. lib.* 2. *quæst.* 6. *num.* 19. qui saluando *decis. Put. cit.* dicit illam posse intelligi, vt valeat Episcopus reseruare ius assentiendi electioni iam factæ iuxta terminos huius text. vel etiam interueniendi electioni sioe suffragio per modum consultationis, quòd noo repugnat probibitioni huius text. Innoc. *in rub. sub num.* 3. *vers. quod tamen, eodem titul. de Iurepatr.* tenet etiam Ricc. *in tract. de Prob. Iurispatron. resol.* 62. *num.* 2.

9 Supradicta ampliantur, vt oeque vigore consuetudinis, vel præscriptionis possit quis præsentare ad Ecclesiam conuentualem, quæ non consuetudo, sed corruptela vocatur, & ideo noo valet, ita Bertach. *de Episcop. lib.* 1. *part.* 3. *in* 60. *quæst. sub num.* 78. *ad fin.* Federic. à Bononia *de Elect. dub.* 90. *num.* 1. quos refert, & sequitur Lotter. *cit. loc. num.* 60. Ricc. *cit. resol.* 62. *num.* 4.

10 Limitatur tamen prædicta, vt possit patronus acquirere ius præseotandi in Ecclesia conuentuali ad præbendam, vel Cappellas, seu alia beneficia ioferiora ipsa prælatura, vt expressè notatur *in hoc cap. nobis*, ibi, *Secus tamen est in Cappella*, vbi Abb. & docet Lambert. *lib.* 1. *part.* 1. *quæst.* 11. *art.* 7. *num.* 3. & firmauit Rot. *decis.* 617. *num.* 4. *part.* 1. *recentior.*

11 Cum dictum sit posse ex priuilegio apostolico acquiri ius præsentandi in Ecclesia conuentuali, si patronus probauerit immemorabilem cum fama priuilegij, & constare fecerit præseotationes per tantum temporis spatium, ex quibus posset præsumi priuilegium apostolicom, diceretur probasse iuspatronatus, & esset admittendus ad præsentandum, latè Ricc. *cit. resol.* 62. *num.* 3.

12 Nota primò in illis verbis text. *In qua vnus presbyter à patrone eligitur, & pro institutione habenda, loci Episcopo præsentetur*, quòd patroni dicuntur eligere, prout etiam colligitur *ex cap.* 2. ibi, *Antequam vnum eligant presbyterum, & ex cap.* 3. ibi, *Plurimorum eligitur, & approbatur assensu, hoc eodem titul.* Sed propriè loquendo patroni dicuntur eligere largo modo, & impropriè, non autem propriè, & stricto modo, nam patronus ex vi iurispatronatus non consequitur potestatem Ecclesiam concedendi, neque proprium Rectorem eligeodi, sed præsentandi, instituendum Episcopo loci, dicitur tamen eligere largo modo, quia patronus prius intra se eligit, idest certificat vnum ex pluribus præsentandis, & postmodum illum Episcopo præsentat, ita declarat Lambert. *de Iurepatron.* 1. *part.* 2. *lib.* 1. *quæst. princip. art.* 4. *num.* 3. ex quibus concludit patronum propriè oon eligere, sed præsentare, & Episcopum propriè non confirmare, sed instituere.

13 Per hanc nominationem, destinationem, siue abusiuè electionem, quam facit patronus de præsentando talem clericum in tali beneficio coram Episcopo loci, ante factam præsentationem actualem, nullum quæritur ius nominato, destinato, siuè abusiuè electo, doceot DD. communiter in boc tex. præsertim Abb. *num.* 4. *vers. Sed per præsentationem*, sequitur Lambert. *de Iurepatr.* 1. *part.* 2. *lib.* 1. *quæst. princip. art.* 12. *num.* 4. vbi solùm dici acquiri ius per nominationem solemnem factam superiori. Vnde patronus etiam Ecclesiasticus potest variare à tali nominatiooe, siue postulatione, ita Lambert. *cit. loc. art.* 2. 7. *quæst. princip.* 2. *partis* 2. *libri vbi sub num.* 5. dicit, quòd hæc non est propriè variatio, sed cum primus actus nominationis, siue postulationis sit imperfectus, est potius ab actu in suspenso, & imperfecto vertere ad actum perfectum, faciunt etiam dicta per eundem *cit. loc. art.* 4. Marant. *tom.* 3. *controuers. resp.* 16. *num.* 18.

Nota secundò ex text. ibi, *Loci Episcopo præsentetur*, 14
quòd præsentatio est facienda coram Episcopo loci, quis hic dicatur Episcopus loci, patebit ex infra dicendis, à quo sit facienda institutio. Pro nunc obserua, quòd præsentatio ad hoc, vt dicatur valida, necessariò debent concurrere præsentans, & præsentatus coram instituendi potestatem habente, Abb. *in cap. final. num.* 4. *hoc titul. de Iurepatron.* Crescent. *decis.* 6. *num.* 9. *eodem titul.* Rot. *in nouis. decis.* 3. *eodem cit. titul. & in vna Regien. Prioratus* 26. *Iunij* 1587. *coram D. Pamphilio.*

Hinc præsentatio facta extra præseotiam valentis insti- 15
tuere, resoluitur in simplicem nominationem, per quam nominatus oon acquirit ius considerabile, aut præseruabile, Crescent. *cit. decis.* 6. *num.* 9. fuit dictum *in vna Hipporregien. Plebania* 25. *Iunij* 1650. *coram D. Attrebaten.* quippè potius est quædam impropria, & verbalis electio personæ, vt præsentetur, quàm præsentatio, ita Abb. *in cap. vltimo num.* 4. *hoc tit.* & faciunt dicta paulò antea.

Prædicta enim obseruanda sunt ad effectum variatio- 16
nis, vt dictum est, nam huiusmodi simplex nominatio, seu verbalis præsentatio facta sine præsentia instituere valentis, non impedit variationem, sed potius non admittit exceptionem actus præsentationis iam consummati, inchoatus enim verius videtur, quàm consummatus, vt post Lambert. *cit. loc.* teoet Lotter. *de re Benef. lib.* 2. *quæst.* 6. *num.* 36. *vers. Quod est.*

Obserua, quòd licèt dicatur, posse fieri præsentatio- 17
nem per litteras, vel instrumenta, tamen id intelligendum est, dummodò prædictæ literæ, vel iostrumenta præsententur infra teiopus datum ad præsentandum vnà cum præsentato coram superiore valente instituere, ita iotelligunt communiter DD. & explicat Lambert. 2. *part.* 2. *lib.* 4. *quæst. princip. art.* 2. *& art. seqq.* Rota *decis.* 3. *de Iurepatron. in nouis.* Lotter. *cit. loc. num.* 38. vbi docet id posse fieri per præsentatum per se ipsum, & per procuratorem. Hinc præsentatio facta coram notario, non valet, nisi instrumentum prædictum vnà cum præsentato coram Ordioario præsentetur infra legitima tempora, ad latè dicta per Reuerendissimum Marant. 3. *part. controuers. resp.* 82. *num.* 1. *& seqq.*

Quando Ecclesia, in qua est iuspatronatus, est posita 18
in confinio duorum diœcesanorum, coram quo Ordinario sit facienda præsentatio, vide multa adducta, & resoluta per Lamber. *de Iurepatron.* 2. *part.* 2. *lib.* 4. *quæst. princip. art.* 6. *per totum.*

Supradicta, vt præsentatus per instrumeotum coram 19
notario, vel per aliam scripturam sit præsentandus coram Ordinario vnà cum scriptura præsentationis infra legitima tempora data ad præseotandum, adeò vera soot, vt si patronus consignauerit tale instrumentum præsentato cum mandato, vt coram Ordinario se præsentet, si iste talis præsentatus sinat labi tempora, nec coram Ordinario se præsentat, præiudicat patrono, qui noo potest amplius præsentare, cum patronus fuerit in culpa non adimplendo quicquid necessarium fuerit ex parte sua, nempè coram Ordinario præsentare, Rot. *in nouis. decis.* 3. *vers. Respondebatur de iurepatron.* Lotter. *cit. loc. num.* 39. Ricc. *in prax.* 1. *part. resol.* 150. *num.* 3.

Ex dictis collige clericum personaliter esse præstandum 20
coram instituere valente, cum aliàs præsentatio de clerico absente noo valeat, Ricc. *cit. loc. resol.* 151. *num.* 1. ratio est, quia id sonat, *Præsentare*, & is dicitur, *præsens*, qui præbetur sensibus corporeis, & etiam ad hoc, vt præsentatus possit per Ordinarium videri, & examinari, si est idoneus pro regimine Ecclesiæ, ad quam præsentatur, docet Lambert. 1. *part.* 2. *lib. quæst.* 11. *& vltim. sub num.* 4. *art.* 1. *& art.* 2. reprobatur consuetudo in cootrarium.

Fallit tamen seoteotia proposita in abseote noto, po- 21
test enim absens præsentari, quando ita notus est instituere valenti, vt non indigeat examine, ita Lambert. *cit. loc. art.* 3. Ricc. *cit. resol.* 151. *num.* 2. Lotter. *de re benef. lib.* 2. *quæst.* 6. *num.* 4. voluit Rota *in vna Hipporregien. Plebania* 25. *Iunij* 1610. *coram D. Attrebaten.* & præsumitur hæc notitia ex eo, quod Ordinarius admisit præsentationem absentis, ita Lambert. *cit. quæst.* 11. *art.* 4. *num.* 1. *& art.* 5. *num.* 6.

num. 6. verſ. Extende. Nec in hoc caſu præſumitur quis notus ex eo, quod eſt diœceſanus, vt voluit Rot. *in vna Amerinen. Iuriſpatronatus* 17. *Nouembris* 1614. *coram D. Pirouano* ex Verall. *deciſ.* 406. *part.* 2. & Put. *deciſ.* 331. *num.* 3. *lib.* 1.

22 Hæc præſentatio facta de abſente, oeceſſariò debet habere pro ſuo requiſito, vt à præſentato acceptetur, & ratificetur infra tempus datum ad acceptandum ab ipſo præſentato, ita Ricc. *loc. cit. num.* 3. & Lotter. Lambert. & alij.

23 Patronus oeceſſariò debet interuenire ad præſentationem coram Ordinario faciendam de beneficiato ex ſupradictis, qui poteſt etiam hunc actum explere per procuratorem. Verùm procurator ad præſentandum debet habere ſpeciale mandatum, aliàs præſentatio oon valet, docet Ricc. *in prax.* 1. *part. reſolut.* 182. qui teſtatur ita pluries ſenſiſſe Rotam Romanam.

24 Quod cootrouertitur in hoc caſu eſt, an poſſit conſtitui procurator ad præſentandum in beneficio pleno, occurrente tamen vacatione. In qua controuerſia diſtinguunt DD. ſi patronus eſt abſens à beneficio, vel eſt diſceſſurus longè à beneficio, & tunc poſſe liberè cooſtituere procuratorem ad præſentandom adueniente vacatione, omnes conueniuot, quod procedit, quando plura habet beneficia conſtituens, & quando voum, ita Ioann. Aod. *in cap. vltim. ſub num.* 3. *ad fin.* vbi etiam Imol. *ſub num.* 6. *verſ. Et ſic reſidet*, Lambert. *cit. lib.* 1. *part.* 2. *in* 4. *quæſt. art.* 3. *per tot.* Rot. *in vna Pampilonen. Beneficij de Huarte* 17. *Februarij* 1605. *coram D. Iuſto*.

25 Non tamen poteſt conſtitui procurator ad præſeotandum in caſu vacantiæ certam perſonam, ne daretur occaſio captaodæ mortis, ita declarat Verall. *deciſ.* 282. *n.* 2. *part.* 1. & fuit dictum *in vna Pampilonen. Parochialis de Licaroz.* 17. *Maij* 1595. *coram D. Orano*, de qua apud Garz. *de beneſ. part.* 10. *cap.* 1. *num.* 22. & fuit confirmata 19. *Ianuarij* 1598. *coram D. Peregrino*, & refert Mareſcot. *variar. reſol. lib.* 2. *cap.* 33. *num.* 1.

22 Si verò patronus non eſt abſens, aut diſceſſurus, nec aliam iuſtam cauſam habet conſtituendi procuratorem ad præſentandum, & tunc diſtinguendum eſt. Aut vnum habet beneficium, nec vacat, & non poteſt conſtituere procuratorem ad præſentandum ante vacationem, etiam, ſi conſtitueret procuratorem ad præſentandum ad omnia in genere, quia diſpoſitio quantumuis generalis, reſoluitur in ſpecialem, quando non poteſt verificari, oiſi in vna ſpecie, *l.* 2. *ff. de liber.* & poſt Bart. *in l. qui Romæ*, §. *duo fratres, ſub num.* 19. *verſ. Aut nulla cauſa de verbor. oblig.* gloſ. *in cap. ex parte* 12. *de off. deleg.* Pari. *conſil.* 53. *num.* 12. *vol.* 3. Cephal. *conſil.* 23. *num.* 26. Aut habet plura beneficia, & tunc poteſt conſtituere procuratorem ad præſentandum ſimpliciter nulla determinata certa perſona, ne detur occaſio captandæ mortis, tenet Lambert. *lib.* 2. *part.* 1. *quæſt.* 4. *art.* 3. *ſub num.* 9. *ad fin. verſ. Sed quia*, Ludouiſ. *deciſ.* 420. *num.* 5. 6. & 9. latè Lotter. *de re beneſ. lib.* 6. *quæſt.* 6. *num.* 16. licèt *num.* 15. referat cootrariam ſententiam, quam dicit oon eſſe tenendam.

27 Nota tertiò ad eadem verba text. ibi, *Loci Epiſcopo præſentetur*, quòd hæc præſentatio facienda per patronum, ad hoc, vt debeat per Epiſcopum admitti, debet fieri iofra legitima tempora, aliàs non eſt admittenda, tempora autem legitima, quæ cooceduntur ad præſentandum, ſunt ioter patronos laicos meoſes quatuor, *cap. quoniam, cap. cum propter, hoc titul. de iurepatron.* ioter patronos verò Eccleſiaſticos ſunt menſes ſex, *cap. cum te eodem titul.* quòd, ſi iuſpatronatus ſit mixtum, Eccleſiaſticorum, & ſæcularium, tunc ſæculares ratione communionis habent terminum ſex menſium ad præſentandum, Roch. *verbo Ius num.* 15. Lambert. 3. *part.* 2. *lib. quæſt.* 8. *art.* 4. & *q.* 9. *art.* 9. Garz. *de beneſ.* 5. *part. cap.* 9. *nu.* 210. qui teſtatur id etiam procedere, ſi ſæculares ſeparatim præſentarent ab Eccleſiaſticis, contra Perez de Lara *lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 16. Et, etiam, ſi plures partes haberent in iurepatronatus, Lambert. 1. *part.* 2. *lib.* 1. *quæſt. princip.* 3. *art.* contra Barboſ. *de iure Eccleſ. cit. loc. num.* 120. qui teſtatur hoc non eſſe abſolutè verum.

28 Prædictom tempus ad præſentandum incipit currere à die ſcientiæ, eſt indobitatum apud omoes, & inconcuſſum in praxi, ratio eſt, quia tempus non currit ignoranti, *l.* 2. *C. qui admitti*, imò ſcientia in hoc debet eſſe indubitata, nam cum tractetur de puniendo negligentem, non ſufficit ſcientia præſumpta, quæ oritur ex eo, quod factum publicum eſt, ita Put. *deciſ.* 142. *ſub num.* 2. *verſ. Vbi quando*, *lib.* 1. poſt Lap. *alleg.* 78. *num.* 12. Moeda. *deciſ.* 4. *de prob.* Nec facit *contra deciſ.* 1. *de iurepatron. in antiq.* quia illius diſpoſitio hodie noo ſeruatur, ita Verall. *deciſ.* 248. *part.* 3.

Io dubio verò iudicandum eſt pro ignoraotia Patroni, 29
&, ſi quis prætendit contrarium, tenetur probare ſcientiam, Menoch. *de præſumpt. lib.* 6. *præſumpt.* 77. *num.* 140. & *ſeqq.* Barboſ. *de iure Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 12. *ſub num.* 170. In iudicando ſcientiam, vel ignorantiam iudex arbitrabitur qualitatem beneficij, modum vacatioois, & locorum diſtantiam, ita Ioan. And. *in cap. ex parte ſub num.* 2. *verſ. Salue, de conceſs. præb.* Abb. *in cap. quia diuerſitatem ſub num.* 7. *verſ. Vide etiam eod. titul.* voluit Rot. *in vna Pampilonen. Beneficij de Huarte* 10. *Maij* 1595. *coram D. Iuſto*.

Prædictum tempus præſentandi ſex menſium datum 30
patrono Eccleſiaſtico, & quatuor menſium patrono ſæculari, non currit legitimè impedito, videlicet abſenti Reipublicæ cauſa, iniuſtè carcerato, noo habenti tutum acceſſum ob perhorreſcentiam inimicorum, & ob ſimilia, & hoc arguitur à pietate, & iuſtitia Matris Eccleſiæ, ita poſt Flor. de Men. Rebuff. & alios per eum adductos, docet Barboſ. *de iure Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 171. poſt Lambert. 1. *part.* 2. *lib.* 1. *quæſt. princ. art.* 8. *num.* 1. & 3.

Ioſuper prædictum tempus datum ad præſentandum 31
poteſt ab Epiſcopo prorogari, tam ad fauorem Clerici patroni, quam ſæcularis, dummodo Eccleſia prouideatur de ſufficienti œconomo, ne detrimentum patiatur, idque poteſt Epiſcopus non ſolùm tacitè facere admittendo ad præſentandum patronum poſt lapſum termini, vt probat Lambert. 2. *part.* 2. *lib.* 27. *art.* 1. *quæſt. princip. per totum*, ſed etiam expreſsè concedendo dilationem vltra terminum ad præſentandum iuxta dicta per Creſc. *deciſ.* 5. *de iurepatronat.* & *deciſ.* 11. & 12. *de dilat.* & latè per Ricc. *in prax.* 1. *part. reſol.* 206. qui teſtatur ſic practicatum in caſu particulari per eum adducto.

An autem Epiſcopus poſſit abbreuiare terminum con- 32
ceſſum patronis ad præſentandum, vide caſum per diſtinctiones reſolutum per Lambert. *de iurepatron.* 2. *part.* 2. *lib.* 1. *quæſt. princ.* 28. *art. per tot.* & *propriè num.* 3.

Hinc terminus datus à iure patrono Eccleſiaſtico ſex 33
menſium, & ſæculari quatuor ad præſentandum, poteſt fundator in fundatiooe, & eum conſenſu Epiſcopi, & non aliàs prolongare, & abbreuiare, imò Epiſcopus oon poteſt denegare aſſenſum erectiooi iuriſpatronatus ſub prætextu, quòd patroous prorogare, vel abbreuiare intendit talem terminum, docet Lambert. *cit. loc. art.* 7. *qui art.* 6. hanc facultatem prorogandi, vel abbreuiandi, vt ſupra, conceſſit etiam conſuetudini.

An poſſit patronus, qui in tempore non præſentauit 34
purgare moram; dicendum eſt tenendam opinionem Lambert. *cit. loc. art.* 8. ex quo ſecundum eum currit tempus prædictum etiam impedito, non poſſe purgare moram in eo caſu, prout latius, & clarius tenet 2. *part.* 2. *lib.* 1. *quæſt. princip.* 26. *art.* Verùm quia ſupra *verſ. Prædictum tempus*, firmatum eſt cum pia intentione Matris Eccleſiæ, ex Barboſ. & alijs, tempus prædictum non currere impedito legitimè, ſequitur hic dicendum, iuſtè impeditum poſſe purgare moram; & hoc eſt humanius; quòd, ſi oullum interceſſerit legitimum impedimentum, erit ſequenda opinio Lambertin. dicentis non poſſe purgari moram.

Præſentatio facta ſine die ob incuriam Actuarij, an 35
præſumatur facta in tempore legitimo, an verò extra tempora, pendet ex quæſtione poſita per Lambert. 2. *part.* 2. *lib.* 1. *quæſt. princip.* 25. *art.* an teneatur patronus probare, ſe præſentaſſe infra legitima tempora, & cum tempus in hoc caſu ſit de ſubſtantia, dicendum videtur eſſe probandum iuxta dicta per Ionoc. *in cap. qualiter ſuper verbo Famam de accuſat.* nam non præſumitur ſolemnitas, niſi probetur, *l. quocunque in fine, ff. de publi.* quòd indubitatum eſt, ſi præſentatus habet contradictorem ipſum Ordinarium, vel alium præſentatum, tunc enim omnino tenetur probare præſentatiooem fuiſſe infra legitima

tima

tima tempora, vt probat Lambert. *cit. loc. num.* 7. si verò nullum habet oppositorem, & præsentatio fuit admissa, tunc præsumitur legitimè facta, & infra tempus à lege statutum, ita, & latius distinguit Lambert. *cit. loc.* apud quem vide alia de præsentatione.

36 Nota quartò ad illa verba text. *Et pro institutione habenda loci Episcopo præsentetur*: quòd institutio in iurepatronatus est facienda per Episcopum Ordinarium regulariter loquendo, *cap.* 1. *& cap. ex frequentibus de institution.* vel ab alio, qui eius locum sustinet, vt est Vicarius generalis, etiam sine speciali mandato, probatur *ex cit. cap. ex frequentibus*, & docet Barbos. *de potest. Episcopi part.* 3. *alleg.* 54. *num.* 70. aliter enim facta institutio, quàm ab Episcopo, vel alio, qui vices illius sustinet, est ipso iure nulla, *cap. illud, cap. relatum de iurepatronat.* Barbos. *de iur. Eccles. lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 213.

37 Capitulum quoque sede Episcopali vacante, vel eius Vicarius potest præsentatum instituere, nam vices Episcopi mortui sustinet, *cap.* 1. *de institut. lib.* 6. Quarant. *Summ. Bull. verbo Capitulum sede vacante, vers. Quæ conclusio, fol. mihi* 138.

38 Prælatus inferior potest quoque instituere, si id ei competat ex particulari priuilegio, vel ex immemorabili præscriptione, aut consuetudine legitimè præscripta, probat Barbos. *de potest. Episcopi* 3. *part. allegat.* 72. *num.* 184. *cum seqq.* Campanil. *diuers. iur. Canon. rub.* 11. *cap.* 13. *num.* 436.

39 Sed hic incidit non vulgaris difficultas, quam faciunt nonnulla loca Concil. Trident. quæ inter se videntur pugnare *session. enim* 14. *cap.* 12. *de reform. in fin.* habentur hæc verba loquentia de iurepatronatus, *In casu autem fundationis, aut dotationis huiusmodi institutio Episcopo, & non alteri inferiori reseruetur, eadem autem session. cap. seq.* 14. habentur similia alia verba, videlicet, *Nisi Episcopo loci Ordinario, ad quem prouisio, seu institutio ipsius beneficij cessante priuilegio iure pertinent.* Prædicta enim loca videntur disponere institutionem ad Episcopum pertinere, nec posse spectare ad inferiorem Prælatum; sed contrarium videtur tenere idem Concilium *sess.* 24. *cap.* 18. ibi, *Cum verò institutio ab alio, quàm ab Episcopo erit facienda, & sess.* 25. *cap.* 9. ibi, *Quod, si ad inferiores institutio pertineat.*

40 Verùm attentè intuendo verba Concilij inter se non repugnant, nam in primo loco *cit. cap.* 12. disponitur in noua erectione iurispatronatus post Concilium Trid. non posse institutionem reseruari inferiori Prælato, sed tantùm Episcopo, probat apertè illud verbum positum in Concil. *Reseruetur*, quod futura respicit, ita in terminis Maceraten. *lib.* 1. *variar. resol.* 12. *num.* 4.

41 Hinc concludunt DD. in fundatione iurispatronatus non posse apponi qualitatem, seu conditionem, per quam minuatur ius Episcopale, docet Maceraten. *loc. cit.* nec posse testatorem iuspatronatus fundare cum clausula, *Quod non subsit Episcopo*, tenet Cæuall. *Commun. contr. Commun. quæst.* 282. *num.* 21. licèt in alijs attendi debeat voluntas testatoris, tamquam lex, vulgatis iuribus.

42 Ampliatur dispositio *cit. cap.* 12. Concil. Trident. vt nec etiam in Ecclesijs exemptis possit reseruari ius instituendi in iurepatronatu alteri inferiori, quam Episcopo, nisi Rector prædictæ Ecclesiæ fuerit Ordinarius, ordinariaque fungatur iurisdictione; tunc enim potest illi reseruari institutio, refert decisum Armendar. *in Addit. ad recop. Legum Nauar. lib.* 4. *titul.* 30. *lib.* 1. *de iurepatr. num.* 62.

43 In secundo loco nempè *cit. cap.* 14. Concilium, dum disponit ad Episcopum loci Ordinarium pertinere institutionem, non obstante quouis priuilegio, intelligunt communiter DD. loqui de examine faciendo de persona præsentati, quòd omninò sit faciendum per Episcopum loci Ordinarium, etiam in beneficijs simplicibus, & quorum institutio ad inferiorem spectat, quæ institutio non censetur per Concilium sublata, vt declarat Armendar. *cit. loc. num.* 63. quem refert, & sequitur Barbos. *in Collect. ad eundem text. Concilij num.* 1. faciunt declarationes sacræ Congreg. adductæ per Garz. *de benef.* 1. *part. cap.* 3. *n.* 10. & Campanil. *diuers. iur. Canon. rub.* 5. *cap.* 3. *num.* 7. *ad fin.*

44 Ex tertio, & quarto loco Concil. Trid. nempe *cit. cap.* 18. *sess.* 24. *& cap.* 9. *sess.* 2. *de refor.* firmatur suprapolita Conclusio, nempe posse alteri inferiori, quàm ad Episcopum competere ius instituendi in beneficijs de iurepatronatus ex priuilegio, vel immemorabili præscriptione, vel consuetudine erectis ante Concilium, vt docent DD. citati supra *vers. Prælatus inferior.*

45 Firmauimus cum Concil. Trid. *cit. cap.* 12. *sess.* 14. *de refor.* post Concil. prædictum non posse fundari iuspatronatus cum reseruatione institutionis Prælato inferiori. Dubitatur modo, an possit Episcopus loci Ordinarius dispensare in hoc, & admittere fundationem iurispatronatus, reseruando institutionem ad illud inferiori. In hac dubitatione respondet audacter posse cum consensu Episcopi apponi conditionem in fundatione iurispatronatus, vt institutio illius spectet ad inferiorem, Ricc. *in prax. prima parte resol.* 157. & ante eum voluit etiam Macerat. *lib.* 1. *variar. resol.* 12. *sub num.* 4. *vers. Quia resolutum*, quorum opinio fundatur in sententia, Abb. *in cap. cum dilectus notab.* 4. *de consuet* Roch. *de iurepatronat. in verf. Pro eo, quod de diœcesani consensu, num.* 25. Lambert. *lib.* 1. *part.* 1. *quæst.* 6. *princip. art.* 1. *num.* 55. *&* 96. Sed salua pace tantorum virorum, Ricc. & Macerat. *cit. loc.* Verùm enim est, Abb. Roch. & Lambert. tenere opinionem eorum, sed loquuntur in tempore ante Concil. Trid. post verò Concil. quia in dicto *cap.* 12. prohibetur inferiori reseruari institutionem, illorum opinio non est tuta, aliàs diceremus Episcopum posse dispensare in Canone Concilij generalis, quod illi communiter prohibetur, etiam, si in ipso canone detur facultas dispensandi, sed non explicatur, cui concedit talis facultas, probat cum communi, Sanch. *de matrim. lib.* 3. *disp.* 29. *num.* 7. *& lib.* 7. *disp.* 3. *num.* 5. *& lib.* 2. *disp.* 40. *num.* 3. Nec valet ratio adducta per Ricc. *ibidem num.* 2. posse patronum cum consensu Episcopi apponere quamlibet legem in fundatione iurispatronatus, nam hoc non potest se extendi ad conditionem per legem prohibitam, cum nemo possit facere quin leges in sua dispositione habeant locum, vt firmatum est supra.

46 Quæro hic quomodo instituet Episcopus, quando plures ad beneficium præsentati sunt; Et ad quæsitum respondetur, si enim vnicus patronus plures præsentauit; permittitur namque patrono laico, qui vnum beneficiatum idoneum præsentauit, à prima præsentatione non variando, alium cumulare, aliàs, si à prima præsentatione recederet, secunda esset nulla, sed hæc variatio cumulatiuè pro prima vice permittitur, ita, vt secunda vice non possit patronus cumulare, ita Caualcan. *decis.* 19. *num.* 61. *part.* 3. Franc. Marc. *decis.* 478. *post num.* 6. *part. prima*, Rip. *in rub. de iud. num.* 69. Lambert. 2. *part.* 2. *lib. quæst.* 7. *princip. art.* 22. *post num.* 6. Campanil. *diuers. iur. Canon. rub.* 9. *cap.* 13. *num.* 440. Quòd si patronus nullam faciendo mentionem de variatione, vel cumulatione, sed simpliciter secundo præsentet, præsumendum est patronum non recessisse à prima præsentatione, sed vsum fuisse facultate sibi tradita variandi, & proindè actum esse validum, secundum veriorem sententiam, quam tenent Lambert. *cit. loc. num.* 7. Cautier. *tract. de Iur. Confirmat. part.* 3. *cap.* 13. *num.* 5. & Campanil. *cit. loc. num.* 441.

47 In hoc enim casu stante præsentatione duorum valida de vtroque Episcopus debet instituere digniorem, sicut eundem tenetur instituere, quando plures præsentati sunt à pluribus patronis æqualiter inter se diuisis, *cap. tertio de iurepatronat.* Roch. *in verbo Honorificum, quæst.* 16. Lambert. & alij apud Ricc. *in prax.* 1. *part. resol.* 217. *num.* 1. *& num. seq.* vbi cum alijs non excusat à peccato mortali Episcopum, qui prætermisso digniore, instituit dignum, licèt non teneatur ad restitutionem, & est indubitatum, & si aliàs prætermisso digniore, dignum institueret, digniori iusta daretur causa appellandi secundum opinionem multorum, quos idem Ricc. *cit. loc. n.* 4. refert, sed de hoc dicemus alibi latius.

48 Dicitur dignior in hoc casu, & sic præferendus in institutione, qui attentis oneribus Beneficij, & qualitatibus illius, aptior videtur ad inseruiendum Beneficio, licèt sit minus doctus, vel sanctus, fuit dictum *in vna Beneuentana Parcchialis* 13. *Iunij* 1590. *coram D. Orano*, & in

& in alia *Ciuitatis Castelli* 16. *Iunij* 1589. *coram eodem*, quas refert Ricc. *cit. loc. num.* 5. post Farinac. *decis.* 655. *&* 677. in dubio tamen semper est præferendus doctus, iuxta dicta per Lamber.

49 Insuper dicitur dignior, & sic præferendus in institutione ea pluribus præsentatis originarius loci, ordine enim ebaritatis postpooi debet eaterus originario, etiam in beneficijs curatis, cæteris paribos, ita Fusc. *de visit. titul. de edict. examin. ponen. cap.* 5. *num.* 13. *& seqq. & cap.* 21. *num.* 25. *lib.* 2. idque iure diuino etiam fulciri docet Campanil. *Diuers. Iur. Canon. rubr.* 11. *cap.* 13. *num.* 443. *vers. Item, si originarius*, post Mandos. *consil.* 51. *num.* 4. *cum seq.* idque ampliatur, vt si præferendus idoneus originarius, & de loco beneficij, dignioti forensi, iuata dicta per Lambert. 3. *part.* 2. *lib.* 5. *quæst. princip.* 5. *art. per totum*.

50 Item dignior dicitur, & sic præferendus in institutione doctoratus laurea decoratus, illo qui tali caret dignitate, quia doctor creditur magis idoneus, docet Rolan. à Vall. *consil.* 47. *num.* 76. *vol.* 1. Quod, si præsentaò, vnus sit Doctnr Theologus, alter canonista, tuoe, si beneficium est positum in loco, vbi pullulant hæreses, vel vicino hæreticis, est præferendus Theologus, si in alio loco, est præferendus Canonista, docet Lambert. *de Iurepatronat. cit. loc.* 12. *art.*

51 Ampliatur suptaposita Conclusio, vt Doctor, qui dicitur Nobilis ex scientia, ac omnes alij Nobiles virtutibus, & bonis moribus præferendi siot in institutione, & præhonorandi in alijs actibus Nobilibus ex genere, diuitijs, loco, aut priuilegio, tenet Luc. de Pen. *in l. Mulieres* 4. *col. in princ. C. de dign. lib.* 12. Nobilitas enim ex sapientia, scientia, & virtute cum sit in animalia, spiritualis cęlestis, & ex Deo, est digoior, & præferenda Nobilitati terrestri, & quæ est ex homine, sicut digniot, & præferenda iudicatur anima corpori, *l. Sancimus C. de sacros. Eccles.* & Sol, Lunæ, *cap. solita de maior. & obed.* Idque confitmatur, nam Nobilitas virtutum, acquiritur ea propria virtute, ex actibus virtute præditis, & moribus animi, ideò iudicanda est nobilior, præferenda, ea quæ nititur nobilitate proauorum, ex dictis Ouid.

Nam genus, & proauos, & quæ non fecimus ipsi,
Vix ea nostra voco.

Et idem Ouid. alibi:

Non census, nec clarum nomen auorum,
Sed probitas magnos, ingeniumque facit.

Et de dictæ nobiliiatis materia latius D. Flauius Ventrilius, meus Consanguineus, & Compater legum Doctor *in sua forens. Epistol.* ad D. R. D. Petrum Franciscum Passerinum S. T. & V. I. D. Prot. Apnstol. S. Inquisitionis Consultor Placentiæ suæ Patriæ publicum Sacr. Theologiæ moralis professorem.

52 Non deserat tamen notare, quod, si nobilis concurcurat cum plebeio nulla animi vittute prædito, cæteris paribus est præferendus nobilis in institutione iuxta dicta per Lambert. *de iurepatronat.* 3. *part.* 2. *lib.* 5. *quæst. princip. num.* 9. nam in beneficialibus nobilitas generis est spectanda. Hinc solus fauor prædictæ nobilitatis, est sufficiens causa dispensationis super pluralitate beneficiorum, secundum Innoc. *in cap. dudum ad fin. de elect.* & facit text. *in Extrauag. Ioan. II.* quæ incipit *Execrabilis*, ibi, *Qui propter ipsorum sublimitatem, & generis claritudinem*.

53 Contra prædicta adducitur Christi exemplum, de quo in *C. quoniam vetus* 24. *dist.* 1. vbi glos. Christus enim Redemptor noster Petrum pescatorem, non Augustum elegit sibi successotem, ex regula, quam dant DD. in *cap. venerabilis de præbend.* nempe apud Deum noo esse acceptionem personarum. Verùm, si Christi Domini exempla consideramus, clatè habemus etiam ab ipso nobiles genere eligi solitos, ex duodecim enim Apostolis, si benè inspiciatur cotum generatio, etant septem nobiles genere. Nam, vt ex glos. & DD. in dicto *cap. venerabilis*, Paulus, & Bartholomæus erant nobiles, & habetur *Ioan.* 17. quod Maria Cleophe erat sotor matris Mariæ, ea qua nati sunt Thadeus, Iacobus maior, & Maria Zebedæi, ex qua nati sunt Iacobus mioor, Ioannes, & Simon, & sic erant Coosanguinei Mariæ, quæ erat nobilis genere, cum esset ex semine Abrahæ, & ex progenie regali, Sacerdotalis, & prophetali, cum, vt eanit Ecclesia, *Natiuitas B. Mariæ orta est ex semine Abrahæ clara ex stirpe Dauid*, & etiam Regali ex progenie Maria exotta refulget, vt latè demonstrat Ant. Flo. *in sua Summ. par. vltim. titul.* 15. §. 3. vbi scribit de eius Conceptinne. Imò etiam, vt ibi dicit Elisabeth, quæ erat cognata Virginis, erat orta de tribu Sacerdotali, ergo eius maritos erat de tribu Regali: eum tribus Sacerdotalis, & tegalis tantum possent tunc inter se conttahere coniugia, & oollæ aliæ ttibus secundum legem, & tamen ea bis desceodit Diuus Ioannes Baptista, & sic nobilis.

54 Item dignior dicitur, & sic præferendus io institutioe cæteris patibus potentior, & qui maiorem habet potentiam ratione oobilitatis, diuitiarum, fauorum dominorum, industtiæ, & experientiæ in Mundi agibilibus, quia talis melius defendit iura Ecclesiæ, & beoeficij, tenet glos. *in cap. constitutis vltimo in verbo Potentia de appellation.* Hinc, si beneficium habeat suas possessiones, quæ sint ioter inimicos, ac indigeant defensione, est præferendus potentior, vt defendit Lambert. *de iurepatron.* 3. *par.* 2. *lib.* 5. *quæst. princip. art.* 10. *num.* 2.

55 Insuper dignior dicitur, & sic præfeteodus in institutione inter plures præsentatos æquali voto, & cæteri paribus senex, iuueni, in dignitate constitutus illo, qui non habet digoitatem, ordine maiori insignitus, illo, qui est in minoti, docet Roland. à Vall. *consil.* 47. *num.* 75. *vol.* 1. & sequitur Campanil. *Diuers. Iur. Canon. rub.* 12. *cap.* 13. *num.* 443. *in fin.* voluit Lambert. *de iurepatron. supra cit. loc. art.* 13. Prædicta sunt indubitata apud omnes, verum qooad positos in digoitate, notandum est, quod, si positus io dignitate Ecclesiastica perciperet ex illa sufficientes fructus ad commodè viuendum, non esset præferendus maximè, si concurreret cnm alio paupere clerico, vt patebit ea infra dicendis, sed, si fructus dignitatis essent tenues, & non sufficientes, tunc iodistinctè procedit regula posita, esse præferendum, prout ego in casu particulari consului, & obtinui iuxta mea scripta, in quibus fundaueram inter duos præsentatos in æquali voto, esse præferendom menm clientem, ex quo erat Canonicus cuiusdam nobilis Ecclesiæ, sed pauci redditus, sed quid, si indigeat dispeosatione, vide inferins *vers. Non est*.

56 Vndè dicendum est etiam præferendnm esse io institutione Pauperem, diniti, etiam, si diues esset magis idoneus, & pauper tantum idoneus, non solum io beneficijs simplicibus, sed etiam in curatis, ità probat Lamber. *loc. supra cit. art.* 3. *num.* 7. contra Roch. qui tenet in curatis non esse præferendum pauperem idoneum diuiti magis idoneo. Opinioni Lambertini adstipulatur commune axioma pauperes esse alendos ea fructibus beneficij; quæ fallit, quando beneficium babet fructus, & redditus difficilis exactionis, & implicatos litibus, pro quibus eaplicandis indigeret eapensis, tunc esset præfereodus diues, iuxta dicta per eundem Lambert. *loc. cit.*

57 Similiter dicitur magis idoneus, & præferendus in iostitutione, qui est de genere patronorum, & de familia illorum, qni sunt in quasi possessione præsentandi extraneo, quia præsomitur à fundatore deduaisse originem, & ratio est, quia, vt dicit glos. *in verbo*, *Sine possessione in c. nemine* 70. *dist.* illos clericos esse potius instituendos, de qoorum bonis est fundata Ecclesia, tenet Roch. *de iurepatron. verbo Honorificum* 18. *quæst.* & sequitur Lambert. *cit. loc. art.* 4. Sed, si iuspatronatus transierit ad aliam familiam, & ad illud præsentati fuerint duo in æquali voto, vnus de familia præsentantium, & alter de familia fundatoris, tunc esset præferendus præsentatus de familia fundatoris, iuxta dicta per Roc. & Lambert. *cit. loc.*

58 Quæstio est inter DD. qois dicatur dignior, & præferendus io institutione, ille ne, qui semper fuit bonus, an ille qui semel fuit malus, sed postmodum reductus est ad frugem meliotis vitæ, in qua quæstione Lambert. *de iurepatron.* 3. *par.* 2. *lib.* 5. *quæst. princip.* 14. *art.* tenet præferendum esse pœnitentem iusto, & mouetur exemplo Domini Nostri Iesu Christi, qoi non Ioannem inculpabilem, sed Petrum, qui peccauit sibi elegit Vicarium. Verùm prædicta procednnt in beneficio cutaro, & habente iurisdictionem in subditos, ad hoc, vt illis possit compati Rector, sed in simplicibus contrariuoi est verius, cum

Roch. *in verbo Honorificum* 3. *quaest.* & notatur infra *Annot.* 3. §. 2. *num.* 30.

59 Obserua hic, quod quando patronus laicus secundo loco cumulando præsentauit vigore facultatis sibi traditæ per *cap. cum autem de iurepatronat.* vbi DD. omnes, & inter primum, & secundum præsentatum concurrunt æqualia merita, & vterque est dignus, Episcopus gratificando potest instituere quem velit, est casus ad literam *in cit. cap. cum autem*, & dictum est supra. Verùm Campanil. *diuers. Iuris Canon. rubr.* 11. *cap.* 13. *num.* 444. tenet esse instituendum primum præsentatum, quando Episcopus est dubius, quis ex præsentatis dicatur magis idoneus, qui testatur sic obtinuisse in facto, & pro hac opinione adducit Lambert. *de Iurepatron.* 2. *part.* 2. *lib.* 2. *quaest. princip. art.* 26. *num.* 7. quam auctoritatem non inueni in libro meo; ideò à Campanil. generaliter loquente libenter discedo, & dicendum esse puto, quando sumus in dubio, nec apparet quis ex præsentatis videatur magis idoneus, procedere dispositionem *cap. cum autem*, concedentem Episcopo gratificationem. Non est tamen penitus damnanda opinio Campanilis, illa enim procedit, quando Episcopus fuit in causa, vt patronus cumularet procrastinando primum præsentatum instituere, vel alio modo, tunc enim omninò tenetur instituere primum concurrente eadem idoneitate, ita Lambert. *cit. loc. art.* 25. *sub n.* 3. procedit etiam, quando Episcopus instituere babens, esset certus de idoneitate primi, & dubius de idoneitate secundi præsentati, tunc tenetur instituere primum.

60 Obserua etiam, quando plures præsentati habent æqualia merita, & vota Episcopum posse vnum ad eius electionem gratificari, quod procedit non solum, quando Episcopus est certus vtrumque præsentatum habere æqualia merita, sed etiam, quando est dubius, quis ex præsentatis sit magis, vel minus idoneus, nam in dubio omnes præsumuntur idonei æqualiter, nec est maior ratio præsumendi magis idoneum primum, quam secundum, & è conuerso, quantum ad idoneitatem intrinsecam, vt est castitas, sobrietas, & cætera, quantum verò ad idoneitatem extrinsecam, vt est scientia, litteratura, & similia, quia iuta illa non præsumunt, nisi probentur, ius ta latè dicta in his terminis per Lambert. *de Iurepatronat.* 1. *part.* 2. *lib. quaest.* 10. *princip. art.* 2. *in princip.* merito non debent præsumi, nec in primo, nec in secundo præsentato; ideò, vel ambo repellendi, vel concedenda est Episcopo gratificatio, contra dicta per Campanil. *cit. loc.* & pro hac opinione faciunt dicta per Roch. *de Iurepatron. verb. Honorificum, vers. Sed bonus vir, sub num.* 40. vbi dicit, *Quod, si merita non possunt distingui, est locus gratificationi*, sed quando sumus in dubio, merita non possunt distingui, ergo est locus gratificationi.

61 Diximus esse locum gratificationis, quando sunt æqualia merita, & vota, nam, si vota sunt æqualia, & merita inæqualia, tunc Episcopus non potest gratificari, sed tenetur omnino instituere habentem maiora merita, vt est indubitatum apud omnes, quando concurrunt maiora merita, vel maiora vota. Difficultas potest esse, si ex vna parte præsentatorum concurrant maiora merita, sed minora vota præsentantium, & ex alia parte minora merita, sed maiora vota, quis debeat institui; & dicendum est, esse instituendum eum, qui habet maiora vota patronorum, si est dignus, relicto eo, qui habet maiora merita, & sic digniore habente minora vota, tenet Campanil. *diuers. Iur. Canon. rubr.* 11. *cap.* 13. *num.* 447. qui contrarium tenentes damnat, & seruat praxis.

62 Non est locus gratificationi, quando fuerunt duo præsentati in pari voto, & meritis, sed vnus indiget dispensatione, nempe super pluralitate beneficiorum, vel illegitimitate, & similimus, quia tunc, qui non indiget dispensatione, est instituendus, & Episcopus non potest gratificari, quia, qui non indiget dispensatione, dicitur magis idoneus in pari concursu, tenet Seraph. *decis.* 767. *vbi num.* 3. dicit habiliorem iudicari, qui vnicum tantum habet beneficium, quam, qui plura obtinet, vt fuit resolutum *in vna Calagurritana de Allardacia coram D. Robusterio*, Campanil. *diuers. Iur. Canon. rubr.* 11. *cap.* 13. *num.* 450. prædicta procedunt etiam post dispensationem obtentam, Lambert. *cit. loc. art.* 17. Campanil. *eodem cit. loc.*

Neque est locus gratificationi, quando duo fuerunt præsentati in pari voto, & dignitate, sed vnus est incola illius loci, vbi est beneficium, & alter est exterus, tenetur enim tunc Episcopus instituere incolam, qui præferri debet, prout post Lambert. Garz. Viui. & alios, probat Ricc. *in Tract. de Iurispatr. Prob. resol.* 233. *in fin.* & faciunt dicta hoc §. *supr. num.* 49. 63

Ad id, quod dictum est, Episcopum posse gratificari, quando concurrit paritas vocum, & meritorum, est aduertendum, non omnem præponderantiam vocis, æqualitatem hanc soluere. Vnde, si babens semissem, præsentauit vnum, & ex decem habentibus alium semissem, octo præsentarunt alterum, duo alij præsentarunt primum, talis primus non habebit maiorem partem, quia, cum voces sint diuisæ in duas partes, præsentatus ab octo, censetur præsentatus ab habentibus integram partem, cum vox residead penes maiorem partem, & illi duo, qui accesserunt voci illius primi, non augent vocem illius, sed vox illorum octo trahit ad se vocem illorum duorum, quia maior pars trahit ad se, & suffocat minorem, & sic adhuc præsentati dicuntur in paritate vocum, & habet locum gratificatio, voluit post Lambert. Cassad. *decis.* 2. *num.* 2. & *seqq. de Iurepatronat.* Gonz. *ad* 8. *regul. Cancell. glos.* 45. *num.* 61. Lotter. *de re Benefic. lib.* 2. *quaest.* 11. *num.* 135. & *seqq.* Rot. *in vna Aretina Cappellaniæ* 7. *Iulij* 1617. & 9. *Decembris* 1619. *coram D. Cavalerio*, Ricc. *Tract. de Prob. Iurispatronat. resol.* 233. *vers. Ex his omnibus*, qui ampliat id etiam procedere, quando ex prædictis decem, quinque præsentarunt alterum, & quinque accesserunt præsentationi factæ per illum primum, quia, cum vox sit diuisa in duas partes æquales, vna vox non potest trahere ad se aliam, quia par in parem non habet imperium, vulgatis iuribus. 64

Non babet locum gratificatio, quando duo patroni præsentant extraneum, & duo præsentant compatronum, qui accedit, siue consentit præsentationi de se factæ, nam talis consensus, siue accessus auget numerum præsentantium, & sic Episcopus tenetur omnino instituere illum, cum quo concurrit tale augmentum, probat Lambert. *de Iurepatronat.* 1. *part.* 2. *lib.* 8. *quaest. princip.* 8. *art.* & sequitur Campanil. *Diuers. Iur. Canon. rubr.* 11. *cap.* 13. *num.* 448. 65

Ex dictis nota, quod licet patronus clericus possit consentire præsentationi de se factæ, ita, vt consensus prædictus faciat numerum, nihilominus patronus clericus principaliter non potest se ipsum præsentare, *cap. per nostras de Iurepatronat.* probat Lambert. *de Iurepatronat. cit. loc. art.* 6. tenent alij communiter, & sequuta est Rota, prout videre est apud Barbos. *de Iure Eccles. lib.* 3. *cap.* 12. *n.* 193. Quod ampliatur, vt nec procurator constitutus ad præsentandum, possit constituentem præsentare, vt probat idem Lambert. *cit. loc. art.* 9. Barbos. *etiam cit. loc. n.* 195. nec etiam se ipsum procuratorem, Gonz. *ad regul.* 8. *Cancell. glos.* 2. *num.* 54. & *seqq.* Barbos. *eodem loc.* Potest tamen procurator constitutus ad præsentandum à pluribus patronis præsentare vnum ex constituentibus nomine aliorum, docet post Campanil. *diuers. Iuris Canon. rubr.* 11. *cap.* 13. *num.* 399. Barbos. *cit. loc.* 66

Et licet patronus non possit se ipsum præsentare, potest tamen consentire collationi sibi factæ ab Episcopo de beneficio iurispatronatus, docet Lambert. *cit. quaest.* 8. *art.* 4. sequitur Ciarlin. *Controuers. For. cap.* 59. *num.* 16. Vel potest supplicare Episcopo, vt sibi conferat beneficium prædictum, cui liberè potest Episcopus gratificari, & beneficium conferre, ita tenet Lambert. *cit. loc. art.* 3. Zerol. *in Prax. part.* 1. *verbo Iuspatronatus* §. 21. Ferentill. *in Annot. ad decis.* 316. Burat. *num.* 19. qui refert plures Rotæ *decis.* & isti sunt duo modi, quibus patronus vnicus potest beneficium iurispatronatus in suam propriam personam obtinere quos docet Barbos. *cit. loc. num.* 199. 67



OBSER.

OBSERVATIONES
D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *IVspatronatas electiuum, an sit sublatum per Concilium Tridentinum, & quod sit?*
2 *Nominatio consultiua, an sit sublata?*

1 IVspatronatus electiuum an sit sublatum per Concilium Tridentinum *sess. 25. de reform. cap. 9.* Distinguendum erit. Aut quæritur de iurepatronatus electiuo competente ex priuilegio, per quod Ecclesia libera redigatur ad seruitutem, & istud sit sublatum. Aut de iure eligendi competente de iure communi, quia beneficia erecta sint de bonis ipsius Ecclesiæ, vt Canonicatus in Ecclesijs Collegiatis, & istud non sit sublatum, Card. de Luca *de benefic. discurs. 17. num. 9.* vbi quod nec sublata sint indulta conferendi, seu eligendi concessa Capitulis, vel Prælatis Ecclesiasticis inferioribus, Ludouis. *decis.* 240. Rota *decis. 127. part. 7. recent.*

2 Ius eligendi Rectorem, vel Parochum existens in quadam Ecclesia nominatione consultiua competente Parochianis, vt ita Rector populo gratus detur, non censetur sublatum, prout antiquitus erat in vsu, vt etiam à populo, & Parochianis nominandi. Ex hoc enim non infertur ad iuspatronatus, Caualer. *decis.* 419. Card. de Luca *de benefic. discurs. 12. num. 12.*

Alia vide *in tract. de linea legal. lib. 1. art. 23. & 24.*

SVMMARIVM.

1 *PAtrono debetur honor processionis, & alimenta, si ad inopiam vergat. In quo consistat processionis honor, num. 2. & 3. Qualis honorificentior in processionibus, num. 4.*
5 *Patrono debetur processionis honor, in pace suscipienda. Quando danda, & quando thurificandus, nu. 6. Fœmina, nec pax, nec thus datur, num. 7. Quid in candela, & palma, num. 8.*
9 *Patrono supremo Principi debent obuiam ire clerici vsq; ad ambitum Ecclesiæ. Quid, si præiudicetur Ecclesiæ. Et quid in fœmina.*
10 *Patrono debetur honor salutationis à beneficiato. Quid, si velit in ius vocare.*
11 *Patrono potius, quam Episcopo obediendum circa obseruantiam constitutorum in fundatione beneficij.*
12 *Patronus Ecclesiam defendit, & inquirit, ne bona dilapidentur ex iure oneroso.*
13 *Processionis honor non extenditur ad ius sepulturæ, nisi sit reseruatum, vel cum alijs patronus concurrit, vt acquirat, num. 14. Vel ei post fundationem concedatur. Et quando, num. 15.*
16 *Sepulturam concedens, an possit pecuniam recipere. Quid in patrono postquam acquisiuit, num. 17.*
18 *Patrono inopi, qui ex fundatore descendit, alimenta debentur. Quid in Vniuersitate patrona, n. 22.*
19 *Patronus, vt alimenta habeat saltem præsumptiuè, successionem probet descendentia. Quid in hereditario.*
20 *Patronus post renuntiatum Iuspatronatus etiam alimentari debet. Sic, si à patronatu Ecclesiam liberet num. 21.*
23 *Patrono, an debeantur alimenta, si desperierit.*
24 *Patrono, eiusque familiæ alimenta præstanda.*
25 *Patrono præstanda alimenta in domo propria. Quid nomine alimentorum, num. 26.*
27 *Patronus perdit ius alimentorum propter ingratitudinem. Quid in ingrato pænitente.*
28 *Patronus quando dicatur ad inopiam vergere, vt ei alimenta debeantur, & num. 29. Vbi quid probandum.*
30 *Patrono habenti vnde alimentari possit, non tenetur Ecclesia, vt Religioso. Quid in Equite Hierosolymitano, num. 36.*
31 *Patrono non debentur alimenta cessante inopia. Quid in semper inope, num. 32.*
33 *Patronus, quando dicatur inops, remittitur arbitrio Iudicis. Quid in clara inopia.*
34 *Patrono debentur alimenta ex superfluis ad Ecclesiæ necessitatem.*
35 *Patrono debentur alimenta detracto victu beneficiati, etsi habentis patrimonium, non tamen aliud beneficium.*
37 *Patrono in specie, an in æstimatione præstanda alimenta. Et quo tempore.*
38 *Patronus, vt habeat alimenta, non debet esse otiosus.*
39 *Patrono pro alimentis actio, an Iudicis officium competat.*
40 *Patrono iuxta personæ qualitatem sunt alimenta præstanda.*

ANNOTATIO I.
§. IV.

AD vltimam partem huius text. *cap. nobis*, ibi, *Pro fundatione quoque Ecclesia honor processionis fundatori seruatur: & si ad inopiam vergat, ab Ecclesia illi modeste succurritur.* Notandum est patrono deberi à beneficiato honor processionis, & alimenta in casu inopiæ. 1
Quoad primum de honore pocessionis, de quo etiam in *can. pia mentis, & can. frigentius 16. quæst. 7.* DD. declarantes hunc honorem processionis, quot sunt capita, tot adducunt sententias, vt videre est apud Lambert. *lib. 3. prima quæst. princip.* ipse verò concludit, dicendo patrono deberi honorem, & reuerentiam per Rectorem, quæ debetur per filium patri, quia tanquam pater deduxit Ecclesiam de non esse ad esse, hæc sententia Lambertin. neć etiam adæquatè explicat totaliter, nam ex illius dictis, & aliorum DD. non potest aliud concludi, nisi, quod patrono debeatur honorificentia in Ecclesia, qualis autem sit hæc honorificentia, dicemus per casus particulares cum Cassan. *in Catal. glor. Mund. 4. part. consid.* 80. Lambert. *cit. loc.* Roc. *verbo Honorificum, quæst. 63. num. 98.* Azor. *Instit. Moral, parte 2. lib. 6. cap. 20. quæst. 2.* Lotter. *de re Benef. lib. 2. quæst. 4.* Barbos. *de Iure Eccles. lib. 3. cap. 12. num. 217. & seqq.* & alijs.

Primò debetur patrono in Ecclesia patronata honorificentia in sessionibus, nam in altiori sede sedere debet, idest in loco digniori inter laicos, vt tenent DD. cit. & licet in hoc attendatur, vt plurimum loci consuetudo, tamen regulariter diceretur dignior locus in sedendo propè Rectorem, & Clericos, nam, si sedet propè Dominum, dicitur altius, & dignius honorari, *glos. notabilis in §. aliam, in verbo Altiori, Instit. de honor. poss.* Io. de Imol. *in l. qui soluendo, 2. ff. de hered. Instituen.* Bald. *in l. obseruare, §. antequam vero iuxta finem ff. de Off. Proconsul.* vnde Bart. Veron. *in suo Tract. de Imperat. eligend. in verbo Ratione dignitatis*, dicit, quod Adam, & Petrus magis honorantur, ex quo sunt proximiores Virgini. 2

Potest etiam dici quis dignius honorari in sedendo, quando sedet in medio duorum, vel plurium; nam, vt ait Salustius *in Iugurt. Apud Numidas locus dignior erat in medio*, & Veron. *loc. cit.* dicit, *Ducem Venetiarum stare in medio sex Consiliariorum.* Dicitur etiam quis sedere in digniori loco, quando sedet in principio, siue in capite, & altiori loco, iuxta illud, *A dignioribus est inchoandum*, est text. cum glos. *in §. fin. Instit. de Iure nat. Gent. & Ciu.* faciunt verba sacræ paginæ *lib. 1. Reg. 9. cap.* ibi, *Assumens itaque Samuel Saulem, & puerum eius, introduxit eos in triclinium, & dedit eis locum in capite eorum, qui fuerunt inuitati*, alios modos, quibus dicitur quis magis honorari in sedendo, vide apud Cassan. *in Catal. glor. Mundi prima parte.* 3

Secundò debetur patrono honorificentia in processionibus, nam debet incedere in eo loco, in quo præcedat omnibus laicis, quod tunc dicitur, quando est primus inter laicos, & licet inter clericos, qui vltimus incedit, dicatur in digniori loco, contrarium tamen dicitur inter sæculares, docet Lambert. *cit. loc. num. 12.* ratio prædi- 4

ctorum est, quia, cum laici in processionibus incedant post clericos, primus inter laicos dicitur incedere propè vltimum clericum, & sic digniorem, idque procedit, quando talis locus iudicatur dignior in tali prouincia, alias, si alius locus iudicetur dignior, est seruanda consuetudo, refert Barbos. *de Iur. Ecclef. lib. 3. cap. 12. sub num. 214.*

5 Tertiò debetur patrono honorificentia, nam debetur illi anterioritas in suscipienda pace, & alijs consimilibus actibus, ita in *decis. Mantic. 244. num. 1.* quæ dari debet patrono postquam data est omnibus de choro, nec debet dari ab ipso beneficiato, sed ab aliquo ministro superpellicio induto, non cum osculo, sed cum instrumento, voluit sacra Congregatio Rit. *in Calaguritana 5. Iulij 1614. & in Placen. 21. Martij 1609.* teste Sell. *Select. Canon. cap. 17. num. 11.* in his enim seruanda est forma ceremonialis.

6 Quartò debetur patrono honorificentia in Ecclesia patronata, nam primo loco turificari debet inter laicos, post clericos, vt refert Lotter, *cit. loc. sub num. 2.* & Barbos. *dict. loc. num. 215.* in huiusmodi enim turificatione plurimum honoris, & obsequij præstatur, vt dicit Rot. *in Brixien. Turificationis 16. Martij 1626. coram D. Remboldo.* Sed hæc turificatio non est præstanda à presbytero celebrante, id namque prohibuit sacra Congregatio Rit. *in cit. Calaguritana,* & refert Barbos. *in Sum. Apostol. decis. verbo Turificatio, num. 18.*

7 Limitantur dicta in supradicto *num. tertiò, & quartò, vers. In mulieribus,* nam illis non datur ius, & pax inter Missarum solemnia, voluit sacra Congregatio Rit. *in Placen. 28. Ianuarij 1612. & in Lucerina 3. Iunij 1617.* vt refert Sell. *Select. Canon. cap. 51. num. 17.* & Barbos. *in Summ. Apost. decis. verbo Mulieres num. 5.*

8 Quintò ratione prædictæ honorificentiæ debet patrono præstari primo loco inter sæculares in Ecclesia patronata candela in die Purificationis B. V. palmæ ramus in Dominica palmarum, aqua, & carbones benedicti in die Sabbati maioris hebdomadæ, cinis in primo die Quadragesimæ, & similia, vt per DD. prædictos communiter, & hoc ea ratione, ad hoc, vt laici magis inducantur ad Ecclesias fundandas, secundum Lambert. *cit. loc. sub num. 12.* & de more dandi candelam patrono in die Purificationis, de Franch. *decis. 85.* vbi Dom. Addent.

9 Sextò, si patronus sit Rex, vel supremus Princeps ratione prædictæ honorificentiæ tenentur presbyteri, & clerici eiusdem Ecclesiæ patronatæ occurrere ei vsque ad ambitum Ecclesiæ, dummodo hoc non semper, sed de raro fiat, docet Cassane. *in Catalog. glor. Mund. 4. part. consider. 8. circa medium,* & alij multi, quos refert, & sequitur Lotter. *de re Benef. lib. 2. quæst. 4. num. 3. & seqq.* vbi dicit supradicta permitti patrono, dummodo decori Ecclesiæ non præiudicetur, vt esset, si quotidie patronus vellet sibi ita solemniter occurri, vel vellet habere sedem in Sacrario, iuxta dicta per Rot. *in vna Valentina Cappellæ 5. Martij 1589. coram D. Iusto,* cuius tamen contrarium, & melius dixerat in Rege, idem Lotter. *lib. 1. quæst. 13. num. 28.* Limitantur hæc in patrona muliere, cui hæc honorificentia non debetur, Lotter. *cit. loc. num. 6.*

10 Septimò ratione prædictæ honorificentiæ debetur patrono à beneficiato reuerentia, videlicet in assurgendo, illumque honorando cum bireto eum salutando. Imò beneficiatus non potest in ius vocare patronum absque petita venia, iuxta *l. si sine venia ff. de in ius vocand.* nec potest illum accusare, nec contra illum ædificare, hæc enim iure naturæ debentur, cum benefacienti sit benefaciendum, *l. venia C. de in ius vocan. l. si non sortem, §. libertus ff. de condit. indeb.* ita probat Lambert. *lib. 3. prima quæst. princip. art. 2. per totum,* vbi in fine dicit, *Quod beneficiatus tenetur vocare, & expectare patronum ad Missam, & diuina Officia,* cum in his versetur honor, & animæ vtilitas.

11 Octauò ob eandem suprapositam rationem, beneficiatus pro obseruantia constitutorum à fundatore, & pro honore exhibendo patrono, & in consistentibus in onere ipsius, & in alimentis præstandis patrono inopi, vt dicemus inferius, tenetur potius obedire patrono, & exequi ea, quæ debet patrono, quod debentur ei de iure virtute iurispatronatus, vel ratione modorum appositorum per fundatorem in limine fundationis, quam Episcopo mandanti contrarium, cum prædicta non possit Episcopus immutare, docet Lambert. *cit. loc. art. 5.* Quod procedere potest, quando sumus in claris, & apertis, nam in dubio obediendum est Episcopo.

Nonò Barbos. *de Iure Eccles. lib. 3. cap. 12. num. 215.* 12
tenet ratione prædictæ præeminentiæ posse defendere Ecclesiam, inquirere, ne bona illius dilapidentur, & denunciare personas illa dilapidantes, nec non reuocare alienationem malè factam. Prædicta, licet possit patronus, & pro illis exequendis in judicio comparere, & instare, nihilominus ea competunt patrono, non ex iure honorifico, & ex præeminentia, sed ex iure oneroso, vt benè explicat Lambert. *cit. loc. 2. quæst. princip. per plures articulos.*

Supradictus honor processionis patrono debitus, non 13
se extendit ad ius sepulturæ, tanquam re, & ratione penitus diuersum, vnde iuspatronatus habens in Ecclesia, siue Cappella, non dicitur habere ius sepulturæ, nisi tale ius sibi in fundatione reseruasset, docet, post Roc. & Lambert. Lotter. *de re Benefic. lib. 2. quæst. 4. nu. 7. & seqq.* fuit latè dictum *in Toletana Cappellæ, & Sepultura 27. Iunij 1616. coram D. Vbaldo,* & apud Ludouis. *decis. 145. n. 8. & in Calaguritana Iuspatronatus de Victoria 27. Nouembris 1617. coram D. Caualerio.*

Nec huic sententiæ contradicit glos. in figuratione ca- 14
sus *cap. prim. de Iurepatron. in 6. vers. Item istud ius, & in cap. qui sentit,* pariter in figuratione casus, *vers. Item in sessionibus de regul. iur. eodem lib. 6.* vbi habetur, patronum in sessionibus, & sepulturis præ cæteris esse honorandum, nam glosæ respondetur in citata *Calaguritana,* quod possit intelligi de prælatione in concursu plurium volentium acquirere ius sepulcri ab Ecclesia, & melius respondetur illud dictum glosæ non esse referendum ad ius sepulturæ, sed ad solemnia exequiarum, quod nihil commune habet cum ipso iure sepulturæ, ita respondet Lotter. *cit. loc. num. 26.*

Diximus si patronus sibi reseruauerit ius sepulturæ in 15
fundatione, benè tunc illi posse competere. Quod extende, vt tale ius possit per Episcopum concedi, etiam post fundatam Ecclesiam, & consecratam patrono, qui in dicta Ecclesia construxit cappellam, vel altare, prout indubitatum esse, testatur Lotter. *cit. loc. num. 9. vers. Alter est, vbi num. 11.* dicit, quod circumscripto casu fundationis beneficij, potest Episcopus sepulcrum etiam erectum, & eius sepulcri cuiuis concedere, quod est commune, & indubitatum, modo subsit causa, & solemnitas requisita pro alienatione rei Ecclesiæ, testatur Ledesm. *in Summ. 2. parte Tract. 12. conclus. 34.* Pro solemnitate non requiritur assensus apostolicus, sed sufficit episcopalis, vt diximus ad *Extrauag. Ambitiosa, 1. part.* latius.

Quod controuertitur in hac materia, est, an pro hu- 16
iusmodi concessione possit pretium recipi, vel aliud temporale. Tenent aliqui non posse, ita Genuens. *in Prax. cap. 41. num. 28. secundum meam impressionem,* Molin. *in Tract. de Primog. lib. 1. cap. 24. num. 40.* & alij ex dispositione *cap. abolendæ de sepultur.* Sed contrarium, nempe, quod possit, cum contineat quid honoris temporalis, & ratione dignioris situs, tenet Garz. *de Benefic. part. 5. cap. 9. num. 137.* Et, quod aliquid recipere pro sepultura ratione situs, & dignioris loci in Ecclesia, non sit sepulturam vendere, quod prohibetur in *cit. cap. abolendæ,* sed tamquam locum honorabiliorem, iuxta dicta per Sot. *de Iust. & Iur. lib. 9. quæst. 7. art. 1, circa medium vers. Nihilominus,* Spin. *de Testam. glos. 2. princip. num. 44.* fuit dictum *in vna Calaguritana Sepulturæ 3. Iulij 1617. coram D. Manzanedo,* Beltram. ad Ludouis. *decis. 145. num. 10.* Gratian. *decis. 26. num. 14.* latè Lotter. *de re Benefic. lib. 2. quæst. 4. n. 11. & seqq.* qui alias refert Rot. *decisiones,* Suar. *de Relig. tom. primo, Tract. 3. lib. 4. de Simon. cap. 14. num. 19. & seqq.* qui addit aliam rationem, ob quam licitè potest aliquid temporale recipi pro concessione sepulturæ, & est, quia Ecclesia concedendo illam, priuatur libertate inferendi aliud cadauer in sepulturam concessam, non comprehensum in concessione, & hæc obligatio est pretio æstimabilis, hanc etiam rationem sequitur Barbos. *de Iure Eccles. lib. 2. cap. 10. num. 16.* vbi citat alios multos DD. pro hac sententia. Ex hac enim ratione Suar. con-

fundi-

fundiťur ſententia, illorum, præſertim Beltram. *citat. loc.* qui tenet, quod vbi non cadit conſideratio maioris honoris, ratione loci dignioris, non licet aliquid recipere in conceſſione ſepulturæ, nam etiam in tali caſu poteſt aliquid recipi ratione prædictæ obligationis, qua remanet Eccleſia priuata libertate ſepeliendi alios in ſepultura conceſſa, multa in his terminis adducit eruditiſs. Maran. *tom. 2. Controuerſ. reſp.* 16.

17 Alia eſt controuerſia in hac materia, an fundator, & patronus ſepulturæ, poſtquam acquiſiuit ius ſepulturæ, poſſit illud alienare, & pretium recipere. In quo caſu, poſtquam ſepultura eſt effecta religioſa per illationem mortui, non poſſe vendi, tenent Turrecrem. *in Can. dictum eſt, 2. ſub num. 3. verſ. Tertio ſepultura, prima quæſt. prima*, quem ſequitur Lotter. *de re benef. lib. 2. quæſt. 4. num.* 17. Contrarium, nempè, quòd patronus poſſit ſepulturam propriam ſuis ſumptibus emptam, vel ædificatam vendere iuxta valorem fundi habito reſpectu ad expenſas erogatas in fundatione, & ædificatione illius, & ad ſolam materialitatem, tenet Suar. *cit. loc. num.* 18. & Barboſ. *vbi ſupra*, & hæc eſt verior opinio.

18 Nota ad illa verba finalia text. ibi, *Et ſi ad inopiam vergat, ab Eccleſia illi modeſtè ſuccurritur*, quòd patrono inopi debentur ab Eccleſia alimenta, de quo etiam in *cap. quicunque fidelium 16. quæſt.* Sed non omni patrono debentur prædicta alimenta, ſed illi tantùm, qui ex fundatore deſcendit. Vnde pro illis conſequendis tenetur omninò probare deſcendentiam prædictam, prout voluit Rot. *deciſ. 454. num. 2. p. 2. in rec.* quam refert, & ſequitur Lotter. *de re benef. lib. 2. quæſt. 5. num.* 4. Grat. *diſcet. forenſ. cap. 552. num.* 31.

19 Ad probandam hanc deſcendentiam leuiores probationes ſufficere, deffendunt DD. & præſumptiuæ, vnde ad obtinendum in tali cauſa ſufficit probare quaſi poſſeſſionem alicuius iuris, quod non poſſet conuenire alteri perſonæ, quàm ita deſcendenti. Hinc fuit iudicata ſufficiens probatio ad finem obtinendi alimenta ab Eccleſia, dum patronus probauit quaſi poſſeſſionem recipiendi annuam candelam in die Purificationis, quam dare, mandatum fuit per fundatorem patrono, per Rot. *in vna Neapolitana Alimentorum* 11. *Ianuarij* 1616. *coram D. Coccino*, idem *in vna Placentina Cappellaniæ* 14. *Maij* 1614. *coram D. Lancellotto*, & *in alia Firmana Iuriſpatronatus* 15. *Maij* 1611. *coram eodem Dom.* teſtantur Grat. & Lotter. *cit. loc.* Ex his acquirenti iuſpatronatus titulo hæreditario, vel alio non deſcendenti à fundatore, non deberi prædicta alimenta, firmat Lotter. *cit. loc. num.* 4. Prædicta aduerſantur ſententiæ Lambert. *lib. 3. 3. quæſt. princip. art. 13. num.* 2. qui tenet, quòd, ſi patronus tranſtulerit iuſpatronatus in alium, in quem facta eſt translatio, deberi alimentari, quæ opinio non eſt vera, ſi translatio eſt facta extraneo, & non deſcendenti a fundatore iuxta ſupradicta.

20 Quòd ſi patronus deſcendens à fundatore, & qui præſentauit, renunciauerit, vel donauerit iuſpatronatus, non obſtante renunciatione, vel donatione, eſt alimentandus à præſentato per eum caſu inopiæ, quia ius alimentandi nunquam cenſetur donatum, cum cohæreat perſonæ patroni præſentantis inſeparabiliter, docet Lambert. *cit. loc. num.* 3. quem ſequitur Ricc. *in prax. 1. part. reſol. 264. verſ. Ampliatur tertio.* Ex qua ratione inſeparabilitatis deducitur etiam, quod nec, ſi retineat iuſpatronatus, poſſit patronus tale ius percipiendi alimenta vendere, cedere, donare, vel alio titulo diſtrahere, docet Abb. *in cap. præterea in fin. de Iurepatron.* Tiraq. *de Retract. Conſang. §. 36. gloſ. prima, num.* 32. Surd. *de Aliment. titul. 7. quæſt. 32. num.* 13. & eſt commune, ea ratione, quòd, cum hoc ſit ius perſonale, ſequitur, quòd cedi non poſſit, Dyn. *in cap. priuilegium perſonale de regul. iur. in* 6. Archid. *in cap. hinc eſt, circa med. 16. quæſt.* 1. Angel. *in l. quod, ſi in diem, §. Iulianus in fin. ff. de pet. hæred.* Poteſt tamen patronus hoc ius alimentorum locare, ita Lambert. *cit. loc. art. 15. num.* 2.

21 Item, ſi patronus renunciaret iuſpatronatus in fauorem eiuſdem Eccleſiæ, ita, vt illa euaderet libera, in rigore, cum ſit ſoluta legibus patronatus, & effecta libera, & non recognoſcens patronum, poſſet dici non teneri ad onus prædictum alimentorum. Nihilominus de æquitate dicendum eſt fortius teneri, nam non ſolùm recipit eſſe à prædicto patrono, ſed eſſe liberum, & proindè duplici fauori debet correſpondere duplicata obligatio, tenet Lambert. *cit. loc. num.* 3. & benefacienti eſſe benefaciendum, docet nos *cap. cum in officijs de teſtam. l. ſed ſi, §. conſuluit, ff. de petit. hæred.* quæ ratio, & ſi generaliter valeat apud omnes, tamen apud Eccleſiam debet multò magis valere, quæ dicitur mater pauperum, *can. ad Romanam Eccleſiam, 2. quæſt.* 6. & omnes in ſuo gremio recipit, & amplectitur, tanquam filios, *l. liquet, §. hoc igitur, C. de ſumm. Trin. & fide Cathol.*

22 Sed, ſi iuſpatronatus ad Vniuerſitatem ſpectet, Eccleſia non tenetur alere totam Vniuerſitatem in caſu inopiæ, ſed ſolùm Rectores, docet poſt Archid. *in cap. ſi plures 16. quæſt.* 7. Surd. *de aliment. titul. primo, quæſt. 54. num. fin.* Contrarium nempè, quòd neque Rectores, neque priuatos de Vniuerſitate teneatur alere, defendit *tract. 7. quæſt. 32. verſ. Hæc, etſi*, & hæc eſt verior opinio.

23 Ad prædicta alimenta tenetur Eccleſia patronata, etiam, ſi dos data ei per patronum ſit deperdita, & perempta, nam ratio recepti beneficij durat etiam re perempta, ideò remanet ſemper antidotalis obligatio, probat poſt alios Surd. *de aliment. titul. prima, quæſt. 54. num. 9. & ſeqq.* ſequitur Ricc. *in prax. 1. part. reſol. 164. ampl. prima*, & probatur opinione Bald. *in l. prima in fin. C. de iur. emphyt.* docentis, quid ſi fuerit data in dotem Eccleſiæ domus cum onere alendi donantem, tenetur ad alimenta, etiam, ſi domus fuerit combuſta, vel perierit. Verùm prædicta limitantur, quando dos perierit facto ipſius patroni, vt quia euicta fuerit à creditore ipſius patroni, vel ſimili modo.

24 Non ſolùm ipſum patronum tenetur alere Eccleſia, ſed etiam eius familiam, filios, docet Surd. *de aliment. tit. 1. quæſt. 54. num.* 12. vxorem quoque, & ſeruos, ſeu domeſticos, probat Lambert. *de iurepatron. lib. 3. 3. quæſt. princip. 6. art. num. 3. & ſeqq.* Ipſoſque tenetur alere ſecundum qualitatem perſonarum, cum non æquum ſit alimenta pariter præſtari nobili, ac ruſtico, & hoc non tantùm in cibis, ſed in veſtibus, eſt communis ſententia DD. *in hoc cap. Nobis*, & tuetur Lambert. *cit. loc. art. 11. & 12.* vbi tenet alimenta eſſe danda ſecundum ætatem, nam creſcente ætate, debent creſcere alimenta, & ipſe addo ſecundum qualitatem quoque Ricc. *in prax. 1. part. reſol. 164. in fin.* Farinac *deciſ.* 594.

25 Sunt autem præſtanda huiuſmodi alimenta non in Eccleſia, ſed in domo propria patroni, ita Rebuff. *in tract. Congrua Portionis, num.* 97. Cordoba de Lara *in l. ſi quis à liberis, §. ſolent, num.* 28. Surd. *de aliment. tit. 4. quæſt. 14. n.* 21. Barboſ. *de iure Eccleſ. lib. 3. cap. 12. n.* 218.

26 Appellatione alimentorum veniunt in hoc caſu cibus, potus, veſtis, habitatio, lectum, & omnia alia, quæ ſub tali vocabulo continentur, de quibus Surd. *cit. titul. 4. quæſt. 1. & ſeqq.* notatum eſt *Tom. 1. ad Cap. cum haberet de eo, qui duxit, &c.* Quod intellige, ſi ſuppetunt redditus, iuxta infra dicenda, & de quibus Lambert. *lib. 3. 3. quæſt. princ. quæſt. art.*

27 Perdit hoc ius petendi alimenta ab Eccleſia patronus propter ingratitudinem, & ſicut in caſu ingratitudinis priuatur filius alimentis, ita, & patronus, ſic tenent Paul. de Citad. *tract. de iurepatr. 6. part. art. 4. num.* 164. Rebuff. *cit. tract. de Congr. Port. num.* 135. Surd *de aliment. cit. tit. 7. quæſt. 32. num. 6. & ſeqq.* Barboſ. *cit. loc. n.* 219. Quod limitatur cum patrono ingrato pœnitente, cui benigna mater Eccleſia benignè parcit, ita Surd. *cit. loc.*

28 Nota ſecundò ad eadem verba text. ibi, *Si ad inopiam vergat*, quòd prædicta alimenta debentur patrono ad inopiam vergenti, quando verò dicatur patronus vergere ad inopiam, vt illi debeantur ab Eccleſia alimenta, non vniformiter ſentiunt DD. nam tenent alij, quorum opinio originaliter eſt gloſ. *in can. quicunque, verbo Ad inopiam 16. quæſt.* 7. deſiderari in patrono ſummam, ſiue extremam egeſtatem, quòd deducunt ex ipſo nomine, *Inopia*, quaſi ſic dicatur, quia ſine ope, nec ſufficere patronum eſſe poſitum in paupertate, nam pauper dicitur, qui parum habet, qui non poteſt dici inops, cum is ſit, qui nihil opis habet, iuxta illud Martialis, *Non eſt paupertas, habere nihil*, tenent Ioan. Andr. *in hoc cap. nobis num.* 16. Archid. & Gemin. *in cit. canon. quicumq;* Caſtrenſ. *in l. id,*

quod

quod pauperibus, num. 4. *C. de Episcopis, & Cler.* Surd. *de aliment. titul.* 1. *quæst.* 54. *num.* 15. Ricc. *in prax.* 1. *part. resol.* 64. *vers. penult.* Hanc subtilem distinctionem inter inopiam, & paupertatem, tanquam scrupulosam, damnauit Rot. *in vna Regien. Prioratus* 1. *Iulij* 1596. *coram D. Penia, confirmata* 19. *Iunij* 1598. *& in alia Neapolitana Alimentorum* 11. *Iunij* 1616. *&* 10. *Aprilis* 1617. *coram D. Peronano.*. Vnde tenent alij, & humanius, in hoc casu, non requiri summam egestatem, sed sufficere inopiam, vt loquitur text. idest, quòd patronus aliquo modo vergat ad paupertatem inspecto statu suo, & hoc modo egeat, & non possit viuere secundum gradum, & conditionem suam, tenet Lambert. *loc. cit. quæst.* 3. *art.* 3. post Paul. de Cittad. *part.* 6. *art.* 4. *num.* 7. Conar. *variar. resol. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 8. vbi Addent. Menoch. *de arbitr. cap.* 65. *num.* 9. qui totum hoc remittit iudicis arbitrio, Marescott. *variar. resol. lib.* 1. *cap.* 83. *num.* 58. latè Lotter. *de re benef. lib.* 2. *quæst.* 5. *num.* 24. *& seqq.* Barbos. *de iur. Eccles. lib.* 3. *cap.* 12. *sub num.* 216. & secundum hanc opinionem iudicauit Rot. *supra cit.* Grat. *discept. forens. cap.* 552. *num.* 26.

29 Ex quibus conclude, quòd patronus petens alimenta ab Ecclesia; sufficit probare, quòd iam ad paupertatem deuenit, & iuxta qualitatem suam sustentari non potest ex suis bonis, vel aliundè ex aliquo opere, quod licitè, & honestè exercere oon potest attenta qualitate sua. Et tenetur etiam probare inopiam prædictam sibi contigisse absque sua propria culpa, oam hic inopia proponitur non ad excusandum, sed ad fundandam intentionem, & ad instruendam actionem, & in damnum alterius, proindè est omninò probanda, quòd cootigerit sine culpa, & ita voluit Rot. *in prædicta Neapolitana alimentorum* 10. *Aprilis* 1617. *coram D. Peronano*, & docet post alios per se ductos Lotter. *de re benef. lib.* 2. *quæst.* 5. *num.* 33. Item tenetur probare non posse alimenta prædicta aliundè habere, idest, quòd non habeat personam, quæ de iure compelli possit ad sibi præstanda alimenta, ita Surd. *de aliment. cit. quæst.* 54. *num.* 16. & notat Lotter. *eodem cit. loc. n.* 34. nec, quòd ex sua industria, qua vti nequit, vel ob infirmitatem, vel aliud impedimentum corporale, aut quia id non decet suæ qualitati, vt illa habere possit, ita DD. citati.

30 Hinc habes, quòd, si patronus haberet auum, aut patrem, vel fratrem diuitem, à quo possit alimenta consequi, vel esset professus Religionem, alimenta illi non deberentur à patrono, vt fuit dictum *in vna Neapolitana*, & obseruat Lotter. *cit. loc. num.* 35. nec, si posset sine præiudicio suæ salutis, & nobililatis, ac gradus ex industria sibi victum quærere, iuxta *l. si quis à liberis in princ. vers. Denique, ff. de liber. agnoscend.* vbi Bart. *num.* 1. & *l. nepos proculo ad fin. vers. Potest & illa, de verbor. signific.* Lambert. *cit. loc. art.* 3. *num.* 4. Rot. *in recentior. dec.* 594. *num.* 2. *vers. Propterea respondeo, part.* 4.

31 Ex dictis collige, quòd cum inopia sit caosa præstationis prædictorum alimentorum, sequitur, quòd ea cessante, non sint illa præstanda, *cap. cum cessante*, cum ibi notatis, *de appellat.* Vnde, si patronus deueniat ad pinguiorem fortunam, cessat obligatio præstandi alimenta, est absolutum, & commune, docet Lambert. *cit. lib.* 3. 3. *quæst. princip. art.* 13. *num.* 1. & ratio est, nam, vt supra dictum est, Ecclesia non tenetur ad alimenta prædicta, quando patronus aliunde habet, vnde alimentari possit.

32 Dubitatur, an sint præstanda alimenta patrono, qui semper fuit pauper, & inops. Et ad dubitatiooem videtur dicendum negatiuè per dicta Lotter. *de re benef. lib.* 2. *quæst.* 5. *num.* 32. qui tenet, quòd, ad hoc vt patronus consequatur alimenta prædicta, teneatur probare lapsum fortunæ, & iacturam, quòd idem est, ac dicere, tenetur probare ex diuite, fuisse factum inopem. Verùm contraria sententia est æquior, & verior, nempè alimenta huiusmodi esse præstanda patrono, etiam, si semper fuisset inops, & probatur ex dictis, Lambert. *cit. loc. art.* 3. *num.* 5. vbi probat melius esse alendum patronum, qui fuit diues, quam, qui non fuit diues, itaque concludendom est, patronum in hoc casu esse alendum, sed iuxta eius conditionem.

33 Quando quis dicatur inops, vel non, quia non potest dari certa regula, cum totum id dependeat à qualitate personæ, vt supra dictum est, ideò DD. omnes id arbitrio iudicis remittunt, & proindè ad Episcopum Ordinarium spectat cognoscere, quando quis dicatur inops, & sint illi alimenta præstanda, & secundum hanc sententiam, est vera opinio Innoc. *in cap. cum plantare, num.* 2. *de priuil.* vbi etiam Ioan. And. quos refert Surd. *de alimen. titul.* 7. *quæst.* 32. *num.* 20. tenentes patrono non posse subueniri ab Ecclesia sine Episcopi licentia, quorum opinio est vera, quando sumus in dubio, an alimenta debeantur, vel quando est cogendus Rector, sed quaodo sumus in claris, non videtur aliquid repugnare, quin Rector possit subuenire patronum, cum subuentio prædicta ex fructibus debeatur, de quibus potest Rector disponere sine licentia Episcopi, vel posset etiam dici requiri licentiam Episcopi, ad hoc, vt obligatio transeat in successorem, & quòd non requiratur in hoc sententia Episcopi, tenet Roc. *tract. de iurepatron. in §. & viriles, num.* 152.

Quod dictum est, Ecclesiam teoeri alere patronum ex 34
fructibus, intellige de illis fructibus, qui supersunt ipsi Ecclesiæ pro ministerio diuini cultus, & susteotatione ministrorum, quia primò subueniendum est seruis, & cultui diuino, ac reparationi ipsius Ecclesiæ; & postea de his, quæ supersunt subueniendum est patrono, docet Lambert. *lib.* 3. 3. *quæst. princip.* 2. *art.* Surd. *de aliment. titul.* 7. *quæst.* 32. *num.* 1. Rot. *decis.* 454. *part.* 1. *in recentior.* Barbos. *de Iure Eccles. lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 217. est commune. Imò hæc qualitas, quòd fructus Ecclesiæ supersunt deductis necessarijs pro ministris, seruitio Ecclesiastico, & cultu diuino, ac salarijs, reparationibus, & instaurationibus, vasis, ac cæteris rebus Ecclesiæ necessarijs, est probanda per patronum petentem alimenta, ad hoc, vt possit obtinere in iudicio alimenta prædicta, *cap. si a nos* 25. *quæst.* 2. *in fin.* glos. *in cap. quicunque, verbo ad inopiam* 16. *quæst.* 6. Bart. *in l. si quis à liberis, §. de alimentis, ff. de liber. agnoscend.* Salic. *in l. dolo num.* 2. *C. de liberal. caus.* Rolan. *consil.* 5. *num.* 33. *lib.* 3. Abb. *in hoc cap. nobis, n.* 6. Cassad. *decis.* 3. *num.* 2. *de Iurepatron.* cum alijs per Rot. *in cit. Neapolitana alimentorum* 31. *Maij* 1606. *coram D. Manzanedo*, & in eadem causa *coram D. Peronano* 11. *Ianuarij* 1616.

Ad supradicta nota, quòd, si Rector, & beneficiatus 35
habeat ex patrimonialibus, vel aliàs per eum licitè quæsitis, vnde commodè sustentari possit, adhuc ex fructibus beneficij iurispatronatus potest detrahere victum, & deindè, si aliquid superest succurrere patrono, nisi possit victum habere ex alio beneficio, quia tunc succurrere tenetur patrono non detracto suo victu à fructibus beneficij patronatus, quod non procedit, si illud aliud beneficium esset iurispatrooatus, & patronus illius adhuc peteret alimenta in casu inopiæ, docet abundè Lambert. *de Iurepatron. lib.* 3. *quæst. princip.* 3. *art.* 4. *num.* 2. *&* 3.

Dictum est supra, *vers. Hinc habes*, quòd patronus 36
non potest ab Ecclesia consequi alimenta, quando illa petere potest ab alio, idque exemplificatum est in habente patrem, auum, vel fratrem diuitem, & in Religioso, qui habet monasterium, & Religionem, à qua est alendus; Hoc etiam procedit in patrono Equite Hierosolymitano, qui à sua Religione erit alendus, non ab Ecclesia, nam talis dicitur verè Religiosus, cum emittat tria vota substantialia, Mohed. *decis.* 10. *de caus. poss. & propriet.* Rot. *diuers. decis.* 436. *num.* 2. *part.* 3. *lib.* 2. Grat. *discept. forens. cap.* 457. Vode Religio, quæ illum recepit, tenebitur eum alere, Castrens. *consil.* 67. *num.* 1. *lib.* 1. Surd. *de aliment. titul.* 1. *quæst.* 75. *num.* 1. *& titul.* 9. *quæst.* 27. *num.* 10.

Quærunt DD. quomodo sint danda alimenta patrono 37
in specie ne, an in æstimatione, & licèt hoc remittaor arbitrio Rectoris, quando illa spontè dat, vel iudicis, quando condemnatur, vt possit, & in specie, & in æstimatione, vt probat Lambert. 3. *lib.* 3. *quæst. princip.* 9. *art.* tamen praxis seruare solet, vt condemnetur Rector, ad soluendum patrono tot quolibet mense, eundem modum solet etiam eligere Rector, quem modom quoad tempus est secundum iura, quæ communiter dispoouot, alimenta mensatim esse præstanda, *l. final. ff. de liber. agnos. l. pecunia in fin. ff. de aliment. & cibа. legat.* Surd. *de aliment. titul.* 4. *quæst.* 17. *in princip.* & hæc quantitas soluenda pro ali-

alimentis non est soluenda in fine mensis, sed ante, & in principio illius, iuxta dicta per eundem Surd. *cit. loc. num. 9. & seqq.* Quando sint præstanda alimenta, quando debeantur, si facta est electio in specie, vide eundem Surd. *cit. loc.*

38 Certum est in iure alimentatarium non debere esse otiosum, sed teneri operari ad commodum eius, qui præstat alimenta, *cap. de lapsis in fin. 16. quæst. 6. l. fin. §. sanè 2. in fin. C. de his, qui ad Eccles. confug.* Bald. *in l. 1. num. 7. C. de leg.* asserens alimentatarium non debere in domo stare, sicut corpus mortuum, latè Surd. *de alimen. titul. 4. quæst. 29.* in quibus terminis dicendum est, patronum, qui recipit alimenta ab Ecclesia non teneri ad famulatum, & commodum illius, neque Rectoris operari, & ratio est in promptu, quia, vel potest, vel non potest operari, si potest, illi non debentur alimenta, nam firmatum est supra cum communi, quòd alimenta debentur illi, qui non potest operari, vel ratione infirmitatis, vel ratione qualitatis, & conditionis, aut non decet operari, si non potest operari, obligatio est soluta.

39 Controuersum est inter DD. in hac materia, an pro consecutione prædictorum alimentorum competat aliqua actio, aut realis, aut personalis, vel potius simplex officium iudicis; & competere actionem ex Canone huius *cap. nobis*, tenet, & defendit Lambert. *lib. 3 quæst. princip. 3. art. 7.* & alij per ipsum adducti. Sed quòd, hæc alimenta debeantur officio iudicis, tenet magis communis opinio, vt latè post alios explicat Surd. *de aliment. tit. 3. quæst. 1. num. 10. & seqq.* eamque sententiam testatur esse veram Lotter. *de re benef. lib. 2. quæst. 5. num. 10. & seqq.* vbi latè probat illam, & contrarijs respondet.

40 Nota vltimò ad illa verba text. *Si ad inopiam vergat ab Ecclesia illi modestè succurratur*, quòd licèt verùm sit, quòd firmatum est supra cum communi, alimenta hæc præstanda esse iuxta qualitatem personæ, ita, vt rustico non sint ita præstanda, sicut, & nobili, tamen siue rustico, siue nobili sint danda, semper sunt præstanda iuxta qualitatem, sed *modestè*, qua particula vtitur text. quasi excludat alimenta sumptuosa, vnde dicendum est, illa deberi præstari frugaliter, nam partes modestiæ sunt frugalitas, pudor, & castitas, iuxta notata per Archid. *in cap. 1. in princip. super verbo Modestia de Stat. Regul. in 6.*

OBSERVATIONES
D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Circa alimenta patrono inopi debenda eximia cautela in fundatione traditur.*
2 *Alimenta, an debeantur patrono inopi descendenti à fundatore, vel extraneo patrono?*
3 *Donato iurepatronatus an censeatur donatum ius alimentorum?*
4 *Alimenta an exequi valeant ad instantiam creditorum?*

1 Circa alimenta, quæ debentur patrono in casu inopię, iuxta text. *in cap. nobis de iurepatron.* vidi in fundatione eximij Iureconsulti expressè prouisum patronis in casu inopiæ per separationem dotis Cappellaniæ, & sustentationne Cappellani, & implemento onerum in certis fundis, quæ praxis deseruit pro cautela ad euitandas controuersias, quas tangit Ventrigl. *infra §. 4. num. 35.*

2 Acquirenti iuspatronatus titulo hæreditario, vel donationis non descendenti à fundatore an debeantur alimenta? Ventrigl. *num. 19.* pro vtraque parte discurrit. Pro negatiua refert Lotter. Et pro affirmatiua Lambert. tandem sequitur Lotter. negante.

Ego veriorem censeo opinionem adentem Lambertini, quam amplexatur Gratian. *discept. 177. num. 9.* Iuspatronatus enim eum præsumatur hæreditarium, & pro hæredibus reseruatum, esset maxima restrictio ad qualitatem sanguinis, & quòd non debeatur nisi descendentibus fundatoris, qui ab initio possit esse prole destitutus.

Subnasci potest difficultas, an donato iurepatronatus censeatur translatum hoc ius alimentorum? Surd. *de aliment. tit. 7. quæst. 32. à num. 13.* tradit, quòd licèt hoc ius sit cessibile, tamen non veniret in generali iurium translatione, nisi de eo sit facta specialis mentio, quasi coniunctum sit in persona patroni, Gratian. *vbi sup. num. 11.* 3

Successiuè inquiritur; an patronus descendens à fundatore donans iuspatronatus debeat alimentari non obstante donatione? Ventrigl. *num. 20.* negat ex eo, quod dictum ius alimentorum nunquam censeatur donatum, quia cohæreat personæ patroni inseparabiliter.

Retorqueri poterit argumentum. Quia si ius alimentorum sit inseparabile à persona patroni. Ergo cohærebit personæ patroni donatarij, & translatum censebitur cum illo.

Perbellè quæritur, an hæc alimenta exequi valeant ad instantiam creditorum patroni? Notabilis est cautela Bald. *in l. legatum in 2. lectur. vers. quidem tenetur, ff. de capit. diminut.* vt relictum, vel promissum. Pro alimentis non subiaceat creditoribus, Reg. Sanfel. *in prax. iudic. sect. 60. num. 32.* vide in meo labyrint. *de cess. iur. via 96. per tot.* 4

ANNOTATIO II.

De Reseruatione Beneficiorum.

ARGVMENTVM.

Notatur §. I. Reseruari beneficia vacantia in Curia. Quæ dicatur Curia. Quando beneficium dicatur vacare in Curia. Quid, si in locis vicinis vacet. Quibus modis dicatur beneficium vacare in Curia, & beneficia Curialium quomodo dicantur vacare in Curia. Quæ beneficia vacant in Curia, an Parochiales, Abbatiæ, Iuspatronatus.

§. II. Vacare in Curia beneficia Curialium, & qui dicantur Curiales. Item reseruantur collationi Papæ beneficia vacantia per promotionem ad Episcopatum, & quando, & an ante acceptationem possint reseruari, & in quo Episcopo. Item beneficia vacantia per depositionem, vel priuationem auctoritate Apostolica, similiter vacantia per consecutionem alterius ab eadem Sede, & quando, vel assecutionem secundi incompatibilis. Insuper reseruantur beneficia collata contra formam decretorum Concil. Trid. & quæ sint. Insuper sedes Patriarchales, Primates, Archiepiscopales, & Episcopales, & vacantia Sede Episcopali vacante. Dignitates post pontificales, & quæ dicantur, & quomodo dignoscatur prima dignitas. Item Præpositurę, Prioratus, & aliæ dignitates conuentuales, & quæ. Reseruantur beneficia multorum Officialium Curiæ, & Papæ familiarium, & qui dicantur tales. Quid de familiarium Cardinalium beneficijs. Reseruantur beneficia Collectorum, & Subcollectorum, & quando; & beneficia insequentium Curiam, & quomodo. Beneficia Cursorum, & Cubiculariorum, & Ecclesiæ Sancti Ioannis Lateranensis, Principis Apostolorum, & Sanctæ Mariæ Maioris de Vrbe. Sic etiam vacantia in mensibus reseruatis, vt hic, quando intret hæc reseruatio, vel cesset, plura de alternatiua, & quis ea gaudeat. Item reseruantur beneficia Germaniæ vacantia ob hæresim, & recepta per confidentiam, &

quæ

quæ, & beneficia offendentium litigantium in Curia, & quomodo. Vacantia ob non factam publicationem resignationis, vel ex quo quis se supposuit examini per alium, aut per non delationem habitus clericalis, vel appositionem manus Pontificis. Quando cesset reseruatio, vel prohibeat Ordinario vnionem, vel an sit fauorabilis, & alia.

SVMMARIVM.

1 *REseruationis Beneficiorum materia ad text. cap. præsenti de præbendis, & dignitatibus in sexto. Et qui DD. eam exagitent.*

2 *Reseruationis materia per text. cap. præsenti diuisa in quinque partes.*

3 *Curia ad effectum quod Beneficia sint reseruata est vbi Papa residet cum Senatu. Quid si Papa sine illo, vel è contra. Et num. 4.*

5 *Vacare in Curia, & apud sedem Apostolicam, an idem.*

6 *Reseruata sunt beneficia morientium in Curia, vel extra ad duas dietas si non habeant incolatum, siue Cancellaria, & Audientia sit sine Papa, siue Papa sine illis.*

7 *Vacare dicuntur ad effectum reseruationis inserta in corpore Iuris stricto modo beneficia, quæ per mortem vacant.*

8 *Vacare dicuntur in Curia Beneficia vacantia per sententiam reseruationem non inserta. Quid in beneficio condemnati de hæresi.*

9 *Vacat in Curia Beneficium ibi residentis per annum non promoti.*

10 *Vacat in Curia Beneficium resignatum in manibus Papæ. An reseruatione inserta. Quid ob non factam publicationem. Quid in vacatione ob consecutionem secundi. Quid in resignatione in manibus Episcopi residentis in Curia, num. 11.*

12 *Reseruatio ob vacationem in Curia tanquam inserta in corpore Iuris multum priuilegiata.*

13 *Reseruationes aliæ an sint inserta in corpore Iuris,*

14 *Vacat in Curia Beneficium Curialis obeuntis in illa occasione. Quid in aduocatis, & procuratoribus.*

15 *Reseruatio inducitur ob curialitatem propter beneficia in Vrbe, nam pro alijs sufficit quod ibi contingat vacatio.*

16 *Reseruatum non est vacatione in Curia Beneficium non curialis originem, vel domicilium in Curia habentis.*

17 *Curialitas ad effectum reseruationis debet esse vsque ad mortem. Præsumitur nisi contrarium probetur & quomodo probetur.*

18 *Vacans Beneficium in Curia infra mensem conferri debet à Papa: deinceps potest etiam ab Ordinario. Quomodo mensis computetur.*

19 *Reseruatio ob vacationem in Curia, an ex Extrauaganti prima de præbendis currat post mensem.*

20 *Reseruatio ob vacationem in Curia non habet locum in Parochialibus sede Apostolica vacante.*

21 *Reseruatio ob vacationem in Curia non habet locum in Abbatijs, & alijs Beneficijs Regularibus.*

22 *Reseruatio ob vacationem in Curia non habet locum in Iurepatronatu laicorum solet tamen occasionaliter derogari. Quare non habeat locum, num. 23. Quid in Iurepatronatu ex Iure singulari, vel priuilegio, num. 24.*

25 *Reseruatum dicitur Patronis Iuspatronatus etsi illud conferat Papa absque expressa derogatione.*

26 *Reseruatum dicitur Ecclesiasticus Iuspatronatus ob vacationem in Curia. Quidnam tale. Quid in possesse pro medietate, vel duabus partibus ab Ecclesia, num. 27.*

28 *Reseruatum non est ob vacationem in Curia Iuspatronatus laicorum quoad præsentationem, an idem quoad institutionem, & qualiter debeat esse quæsitum Iuspatronatus, num. 29.*

ANNOTATIO II.

§. I.

Ad Text. in cap. Præsenti de præbend. & dignit. in 6.

IN hoc text. tractatur de reseruatione beneficiorum, 1
& signanter Bonifacius VIII. disponit beneficia morientium, etiam in loco vicino Curiæ Romanæ per duas dietas legales, vel sede ipsa vacante, ibi domicilium, vel originem non habētium, vel etiam habentium, sed curialium, & ibi causa Romanæ Curiæ morantium, vel translata Curia eam sequentium, & in itinere decedentium, vel in loco, vnde recessit Curia, in quo remanserant infirmi, conferri non posse per alium, quam per Papam, idque etiam disponitur *in cap. 2. & 3. eodem lib. & titul. in Extrau. ex debito de elect. & in Extrauag. ad regimen de præbend. & dignit.* Tractant de hac materia, Rebuff. *in prax. benef. titul. de reseruat. num. 2. & 45. & in titul. Forma signaturæ, verbo extra Romanam Curiam*, Flamin. *de resignat. lib. 2. q. 16. num. 18.* Zerol. *in prax. part. 1. verbo Beneficium, §. 2.* Gonz. *ad 8. regul. cancell. glos. 13.* Card. Tusch. *tom. 1. lit. A. concl. 76.* Azor. *Instit. Moral. part. 2. lib. 7. cap. 30. quæst. 9.* Nicol. Garz. *de benef. part. 5. cap. 1. num. 68. & seqq.* Campanil. *diuers. iur. canon. rub. 11. cap. 13. n. 492. & seqq.* Ricc. Coll. *decis. part. 3. coll. 491.* Lotter. *de re benef. part. 2. cap. 27.* Mandos. *ad regul. 5. Cancell.* Gomes. *in regul. de triennali, quæst. 31.* Simonet. *tract. de reseruat. quæst. 30.* Barbos. *de potest. Episcopi part. 3. alleg. 57. & de iure Eccles. lib. 3. cap. 13. num. 21. & seqq.* Couar. *pract. Quæst. cap. 36. num. 4. vers. Cæterum*, vbi DD. Add. Nouar. *Summ. Bull. titul. de benef. reseruat.* Vulp. *in prax. cap. 48. num. 4.*

Hic text. quinque habet partes. In prima Pontifex de- 2
clarat dispositionem *cap. 2. eodem titul. & lib.* mandantis beneficia in Romana Curia vacantia per alium non posse conferri, quàm per Papam, habere locum etiam in beneficijs vacantibus in locis vicinis ipsi Curiæ. In secunda parte, ibi *idem est, &c.* disponit, si curialis, etiam sede Romana vacante, se transferat ad locum Curiæ vicinum ex quauis causa reuersurus ad Curiam, si domum propriam, ibi non habeat, & domicilium, ibidem si moriatur, illius beneficia sunt reseruata. In 3 parte, ibi, *Loca vero, &c.* declarat loca vicina Curiæ dici illa, quæ vltra duas dietas legales à loco, vbi moratur Curia non distant. In quarta parte, ibi, *Sanè, si quis, &c.* dicit, quòd, si in loco Curiæ moritur oriundus eiusdem loci, qui Curialis non est, nec ibidem reperitur occasione Curiæ, beneficia non sunt reseruata. In quinta parte, ibi, *Porrò, cum Curia, &c.* determinat, quòd, si Curia de loco ad locum transferatur, curiales Curiam insequentes, vel infirmi remanentes in loco, vnde Curia discedit, si moriantur in loco quantumuis distanti à Curia, beneficia dicuntur reseruata. Pro cuius textus dilucidatione quantum ad praxim.

Notandum est primò, quòd regulariter dicimus Cu- 3
riam Romanam, & beneficium vacare in Curia, idest in Vrbe Romana, vbi continuò residet Papa cum sacro Senatu, verùm, si extra Vrbem moraretur Papa cum sacro Senatu, & Consistorio Cardinalium, ibi diceretur Curia, & de tali loco loquitur text. maximè in quarta parte. Hinc non dicitur Curia Romana in eo loco, vbi se transfert Papa priuatim cum suis domesticis sine sacro Senatu, vt obseruat Vitalin. *in Clemen. nè Romani, §. sanè, num. 2. & 3. de elect.* & deducitur apertè ex hoc text. Nec è conuerso dicitur Curia in loco, vbi Cardinales omnes congregati reperiuntur sine Papa, sed simplex Congregatio propter defectum personæ Principis, docet Paleot. *de Sacr. Consist. consul. part. 5. quæst. 3. vers. Et, si quis diceret.*

Eodem modo, ibi dicitur sedes Apostolica, vbi Curia 4
est Romana, idest vbi Papa reperitur cum sacro Consistorio. Hinc Couar. tenet non dici sedem Apostolicam, vbi est Papa simpliciter, sed vbi est cum sacro Consistorio *in practic. quæst. 4. num. 10.* quem defendit Lotter. *de re benef. lib. 2. cap. 27. num. 11.* à reprehensione Barbos. *in l. 2. §. legatis num. 37. de iudic.*

5 Con-

5 Controuersum est inter DD. an idem sit dicere vacare in Curia, & apud sedem Apostolicam: Et esse diuersum, tenent aliqui affirmantes beneficia, quæ vacant apud Sedem, dici vacare in Curia, non tamen è conuerso, beneficia, quæ vacant in Curia dici vacare apud sedem, cum minus sit vacare in Curia, quàm vacare apud Sedem, ita multi, quos refert, & sequitur Gonzal. *ad* 8. *regul. Cancell. glos.* 13. *num.* 46. *&* 59. & sequitur Barbos. *de Iur. Eccles. lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 22. Contrarium tenent alij, nempe nullam adesse differentiam inter vacare apud sedem, & vacare in Curia, cum separari, & diuidi non possit sedes à Curia, tenet post alios Garz. *de Benefic. part.* 5. *cap.* 1. *num.* 69. & probat validissimis rationibus Lotter. *loc. supra cit. n.* 14. 16. *& seqq.* vbi respondet etiam contrarijs. Idque probatur etiam ex text. nostro, & ex *cit. cap.* 2. *eodem titul. & libro*, vbi Summi Pontifices loquentes de huiusmodi vacationibus in ijsdem litteris, promiscuè loquuntur de vacatione apud sedem, & vacatione in Curia, quasi inter eas non intercedat differentia; patet apertè ex lectura illarum.

6 Quidquid sit de quæstione concludendum est in praxi ea beneficia dici reseruata Papæ ex hac reseruatione, quæ possidet ille, qui ab hac mortali vita discedit in Curia Romana, & in locis conuicinis per duas dietas legales, dummodo incolatum minimè teneat in dictis locis conuicinis, sed ibi reperiatur causa accedendi, vel recedendi à Curia, prout in text. tractat Franciscus Marcus *decis.* 1387. & explicat Campanil. *diuers. Iur. Canon. rubr.* 11. *cap.* 13. *num.* 493. & patet ex supra dictis; Quod indubitatum est, quando Papa est in Vrbe, non diuisus à Curia, sed, si aliqua iusta causa Papa reperiretur extra Vrbem, & cum eo non adesset Cancellaria, & Audientia causarum, & litterarum Apostolicarum, quia diceretur esse sine Curia, meritò posset intrare controuersia supradicta, ideò ad illam effugiendam Paulus III. sua *Constitutione* 36. declarauit cadere sub reseruatione beneficia vacantia in Vrbe, vbi est Cancellaria, & Audientia prædicta sine Papa, & vacantia in loco, vbi adest Papa sine Cancellaria; siue Curia, & in locis conuicinis per duas dietas, refert Garz. *de Benefic. part.* 5. *cap.* 1. *num.* 395. *& seqq.* quapropter stante declaratione prædicta, cessant quæstiones, & illi standum est, & beneficia vtriusque loci dici reseruata.

7 Notandum est secundò stricto modo beneficia vacare in Curia dicuntur illa, quæ vacant per obitum iuxta disposita in dicto *cap.* 2. & in text. nostro, & illorum reseruatio tantum est inclusa in corpore iuris, prout latè probat Alph. Sot. Glossat. antiq. *ad regul. de trien. Innoc. Octaui, quæ est* 33. *in ordine in* 2. *col. vers. Item in quantum*, sequitur Gomes *ad eandem regulam d. quæst.* 31. *art.* 2. *&* 3. & sic fuisse interpretatam Cancellariam, quæ est organum Papæ, iuxta dicta per Gonz. *ad* 8. *regul. Cancell. cit. loc. num.* 12. testatur Lotter. *cit. loc. num.* 32. quidquid alij sentiant.

8 Hinc colliges Beneficia vacantia per sententiam priuationis in Curia latam contra se defendentem, vel verum contumacem, qui de iure habetur pro præsente, dicuntur vacare in Curia, iuxta dicta per Verall. *decis.* 64. *num.* 1. *& seqq. part.* 1. *& decis.* 327. *part.* 3. & proinde sunt reseruata virtute *Extrauag. Regimen. de præbend.* & notant Garz. *de Benefic. cit. loc. num.* 76. & clarius Lotter. *de re Benefic. lib.* 2. *quæst.* 27. *num.* 31. *qui num.* 32. cum nonnullis, contra aliquos docet huiusmodi reseruationem non esse clausam in corpore iuris, quod, si priuatio sit facta extra Curiam, non dicuntur reseruata beneficia per hanc regulam text. nisi priuatio beneficij fiat propter crimen hæresis, quia tunc, quidquid sit de iure communi, hodie sunt reseruata Papæ per Constitutionem Pij V. 29. relatam per Francisc. Pegn. post *Directorium Inquisitorum inter Litteras Apostolicas fol. mihi* 163. & huiusmodi beneficia numquam collata intelliguntur, nisi in collatione fuerit facta expressa mentio, quod beneficia collata vacauerint propter hæresim, concordat Bull. Gregorij XIII. edita de anno 1580. incipiens *In Ecclesijs*, relata per eundem Pegn. vbi supra inter *Litteras Apostolicas fol. mihi* 178. quomodo Clericus hæreticus sit priuandus beneficijs, vel suspectus tantum de hæresi non sit priuandus, vbi Farinace. *de hæres. quæst.* 189. §. 6. *per totum*, Sanch. *ad Precept. Decalog. lib.* 2. *cap.* 27. *num.* 29. *& seqq.*

Collige secundò, quod beneficium residentis in Curia non promoti infra annum, dicitur vacare in Curia, eodem modo, vt diximus, vers. præcedenti, docet post Rebuff. Garz. 5. *part. cap.* 1. *sub num.* 78. 9

Collige tertiò, ob resignationem factam in manibus Papæ, etiam per procuratorem, dicuntur beneficia reseruata, & vacare in Curia, docent DD. *in dict. cap.* 2. præsertim Ioan. Andr. *num.* 7. Anch. *sub num.* 1. *vers. Quærit hic*, Archid. *sub num.* 1. *super verb. Apud sedem*, Gemin. *num.* 7. & alij, Simonett. *de reseruat. quæst.* 28. *per totum.* Hæc tamen reseruatio non est clausa in corpore iuris, sed inducitur ex appositione manus Papæ, quæ habet vim specialis reseruationis ex *Extrauag. ne Romani*, §. *non qui vigilijs*, *vers. Romani quoque Pontificis hoc titul. de præbend.* Vnde, si resoluitur resignatio propter regulam de viginti, non resoluitur reseruatio, docet Lotter. *de re Benefic. lib.* 2. *quæst.* 27. *num.* 35. post alios per ipsum adductos, similiter beneficia vacantia ob publicationem non factam contra formam Constitutionis Gregorij XV. secundum ordinem noui Bullarij 85. dicuntur reseruata Papæ per dictam Constitutionem, quam refert Quarant. *Summ. Bull. verbo Beneficiorum resignatorum publicatio*, Nouar. *in simili Summa, & eodem titul.* Eodem modo dicitur vacare in Curia primum beneficium per consecutionem secundi incompatibilis in eadem Curia obtenti; non tamen dicitur hæc reseruatio inclusa in corpore iuris, notat Gonzal. *ad regul. de mensib. gl.* 51. *num.* 36. 10

Collige quartò dici vacare in Curia, & proinde cadere sub reseruatione beneficia resignata in manibus Episcopi in Curia existentis, docet Couar. *lib.* 3. *Variar. cap.* 20. *sub num.* 9. *vers. Illud profectò minimè.* Hinc dicit Gonz. *in regul. de mensib. Gl.* 13. *num.* 44. quod, si duo Clerici eiusdem diœcesis vellent sua beneficia, quæ obtinent in propria patria permutare ex causa coram eorum Episcopo in Curia residente, non possent, quia vacarent in Curia, est absolutum. 11

Notandum est tertiò maximam conferri prærogatiuam per DD. huic reseruationi, ob vacationem in Curia, ex eo, quod sit clausa in corpore iuris, illamque omnibus alijs reseruationibus anteponunt, ita Cassador. *decis.* 23. *num.* 8. *de præb.* Gomez. *in regul. de trien. quæst.* 31. *in princip.* Hinc ornant eam particularibus priuilegijs. Primò dicunt, quod nisi de illa fiat specialis, & indiuidua mentio, non censetur comprehensa in quacumque dispositione Papæ, vel narratiua, prout disponit *cit. cap.* 2. ibi, *Eadem auctoritatem statuimus, &c. eodem titul. de præb. in* 6. docent Simonet. *de Reseruat. quæst.* 73. *num.* 1. *& quæst.* 83. *num.* 4. Rot. *decis.* 4. *de Præb. in nouis*, Gonzal. *ad regul. de mensib. Gl.* 13. *num.* 35. Secundò dicunt, quod in tali reseruatione non refragatur regula de annali, deducitur apertè ex regula de triennali in illis verbis, *Dummodo in beneficijs*, si dispositioni Apostolicæ ex aliqua reseruatione generali in corpore iuris clausa reseruata fuerint se non instruxerint, latè ibidem Gomez. *quæst.* 31. *per totum*, Gonzal. *citat. loc. num.* 28. Lotter. *de re Benef. lib.* 2. *quæst.* 27. *num.* 44. Tertiò dicunt sub quacumque generali concessione, seu facultate facta conferendi, etiam motu proprio, non veniunt beneficia vacantia in Curia, DD. communiter in *cit. cap.* 2. Simonet. *de Reseruat. quæst.* 26. *num.* 9. & obseruant supracitat. loc. Gonzal. *num.* 36. & Lotter. *num.* 45. Hinc est, quod talis facultas non comprehenditur in indultis Cardinalium, qui non possunt vigore cuiusuis indulti conferre beneficia vacantia in Curia, etiam, si sint ordinarij collatores, nisi beneficia sistentia in suis titularibus Ecclesijs de Vrbe, statutum est in Constitutione Gregorij XIV. anno 1591. incip. *Sanctissimus*, refert Gonzal. *cit. loc. num.* 37. etiam, si indultum concederet generaliter facultatem conferendi reseruata, adhuc enim non comprehenduntur beneficia vacantia in Curia, Rot. *decis.* 4. *de præb. in nouis*, Lotter. *de re Benefic. cit. loc. num.* 91. Hinc etiam, nec Legatus à Latere potest conferre beneficia vacantia in Curia, *Gl. fin. in fin. in cap.* 1. *de off. leg. in* 6. Ratio 12

est, quia Papa difficilius mouetur ad concedendam gratiam de his beneficijs vacantibus in Curia, cum semper intendat illa specialibus, & dilectis personis, veluti suis familiaribus, & ministris in vinea Domini laborantibus prouidere, testatur Rebuff. *in Prax. in 3. part. signatura vers. Alia clausula num. fin.* Gomez. *cit. quæst.* 31. *ad fin.* Quartò dicunt DD. quod hæc reseruatio habet vim specialis inhibitionis, quod hodie extensum est ad omnes alias reseruationes, ita Rot. *decis.* 29. *num.* 2. *vers. Item videtur de preb. in nouis*, Put. *decis.* 191. *num.* 2. *lib.* 3. Quintò maxima prærogatiua huius reseruationis dicitur, quia si beneficium vacet pluribus alijs reseruationibus ligatum, hæc sola reseruatio ob vacationem in Curia, est attendenda, & ad eam solam gratia restringitur, nec de reliquis est curandum, nisi in casu, quo hæc non subsistat, ita doctè probat Lotter. *de re Benefic. lib.* 2. *quæst.* 27. *num.* 66. *& seqq. vbi num.* 70. testatur hanc esse digniorem alijs reseruationibus ratione etiam temporis, quia naturaliter adhæret, & connascitur beneficio. Cæteras prærogatiuas huius reseruationis, vide apud Æneam de Falcon. 4. *quæst.* Simonet. *de Reseruat. quæst.* 4. *num.* 15. *& quæst.* 73. & Granutium *ad eum quæst.* 20. Sarnen. *de triennal. quæst.* 31. Probum ad Monach. *in capite de Off. Leg. in* 6. *num.* 5. *& seqq.* Mandos. *in Præfat. regul.* 5. *Cancell.* Lotter. *citat. loc.* & alij.

13 Quæstio est inter DD. an reperiantur aliæ reseruationes clausæ in corpore iuris, nam Æneas de Falcon. alias plures reseruationes numerat clausas in corpore iuris, quod videre est apud illum, *quæst.* 2. *princip. n.* 12. Verùm contrarium tenent Glossat. *in regul.* 33. *de triennali*, *&* 62. quem omninò sequitur Garz. *de Benefic.* 5. *part. cap.* 1. *num.* 128. eamque sententiam pluribus *numeris seqq.* comprobat contrarijs respondendo, firmans hanc solam reseruationem ob vacationem in Curia esse positam in corpore iuris, & hæc videtur verior opinio.

14 Notandum est quartò dici beneficium vacare in Curia, & cadere sub reseruatione, de qua hic, quando vacat per obitum illius, qui curialis est, vel in Vrbe reperitur occasione Curiæ, & ad hunc effectum dici Curialem illum, qui Pontifici, aut Cardinalibus, vel officialibus Curiæ in Vrbe inseruit, ita Glos. *in cap.* 1. *in verbo Curialibus* 51. *dist.* Mandos. *super Regul.* 5. *quæst.* 1. *num.* 18. *vers. Concludo igitur*, & clarè docet Rota *in vna Clericatus S. Petri* 27. *Nouembris* 1602. *coram D. Pamphilio in decis. Farinac. nouiss.* 616. *num.* 2. Curiales etiam dicuntur cortesani, & omnes, qui Romæ commorantur occasione Curiæ, Garz. *de Benefic. part.* 5. *cap.* 1. *num.* 83. latius Barbos. *de Iure Eccles. lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 24. Et non solum officiales, sed Aduocati, & Procuratores, Lotter. *lib.* 2. *cap.* 32. *num.* 43.

15 Aduerte, quod hæc qualitas curialitatis requiritur ad finem inducendi reseruationem hanc in beneficijs sitis in loco Curiæ, in beneficijs verò sitis extra Vrbem, & extra locum Curiæ non requiritur hæc qualitas curialitatis, sufficit enim ad hoc, vt illa dicantur reseruata, quod possidens moriatur apud Sedem Apostolicam, ita testatur seruare Cancellariam, & sentire Rotam, Barbos. *de Iure Eccles. cit. loc. sub num.* 23. voluit Rota prædicta *in vna Salmen. beneficij* 24. *Martij* 1631. *coram D. Verospio.*

16 Hinc beneficia illius, qui habet originem, vel domicilium in loco Curiæ, qui curialis non est, non dicitur reseruatum ex hac reseruatione, vt colligitur ex Text. *in §. sanè*, ibi, *Aduertunt DD.* & obseruat post alios Garz. *cit. loc.* Rot. *decis.* 616. *num.* 1. *part.* 4. *diuers. & in Romana Beneficiatus Sancti Petri* 27. *Ianuarij* 1593. *coram D. Blanchetto, & in alia Romana Beneficiatus Sancti Petri* 8. *Aprilis* 1622. *coram D. Pirouano, & in Romana Cappellania* 20. *Nouembris* 1628.

17 In casu tamen, in quo necessario requiritur curialitas ad inducendam hanc reseruationem, vt supra, non sufficit, quod quis semel fuerit curialis, sed necessario requiritur, quod decedat curialis, Mandos. *in regul.* 5. *Cancell. quæst.* 3. *in fin.* Rot. *in cit. Romana Beneficiatus Sancti Petri* 20. *Nouembris* 1624. *&* 30. *Martij* 1626. *coram D. Pirouano.* Verùm hæc curialitas semel probata, præsumitur continuata vsque ad mortem, ita, vt contrarium allegantes, teneantur probare, vt in simili de ciuilitate semel probata, præsumitur continuasse, nisi probetur interruptio, docet Bart. *in l. assumptio §. vltimo ff. ad municip.* Menoch. *de præsumpt. lib.* 6. *præsumpt.* 25. *num.* 2. *& præsumpt.* 42. *num.* 12. & in proprijs terminis tenet Mandos. *ad regul.* 5. *Cancell. quæst.* 4. *in fin. & num.* 6. *vers. Ad illud.* Probatur tamen curialitatem cessasse leuibus probationibus, imò coniecturæ admittuntur, & præsumptiones, Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 64. *num.* 65. Rot. *in cit. Romana Beneficiatus Sancti Petri*, Ferentil. *in Annot. ad decis.* 540. Buratt. *lit. C.*

Notandum est quintò, quod beneficium vacans in 18
Curia, & consequenter Papæ reseruatum, vt supra, est conferendum infra mensem, alias mense elapso Ordinarius potest conferre, & cessat reseruatio, est casus in *cap. statutum hoc titul. de preb. & dign. in* 6. Notant communiter DD. nisi alia reseruatio obstet. Hic mensis incipit, & currit à die vacationis, non autem scientiæ, iuxta particulariter disposita per dictum *cap. statutum*, ibi, *A die, quo dignitates, seu beneficia ipsa vacauerint, numerandis*, notat Garz. *de Benefic. part.* 5. *cap.* 1. *num.* 96. Barbos. *de Iur. Eccles. lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 33. contra Lotter. *de re Benefic. lib.* 2. *quæst.* 27. *num.* 64. qui tenet, quod currat à die scientiæ, non vacationis ductus ea ratione, quia sic seruatur in alijs deuolutionibus, non aduertens id esse ex particulari dispositione *cit. cap. statutum.* Proinde rectius concludendum est, posse Ordinarium elapso mense à die vacationis conferre beneficium vacans in Curia, nisi alia obstet reseruatio. Sed aduerte, quod hic lapsus mensis, non operatur priuationem facultatis conferendi quoad Papam, sed tantum operatur, vt manus Ordinarij non sint ligatæ in conferendo, vnde etiam post mensem, potest Papa conferre, si Ordinarius non contulit ipse, vt aduertit Barbos. *cit. loc. num.* 35. *& de potest. Episcopi* 3. *part. alleg.* 57. *sub nu.* 24. post Massobr. *in Prax. habendi Concurs. req.* 7. *dub.* 49.

Quæstio est inter modernos, & antiquos DD. an di- 19
spositio dicti *cap. statutum* sit reuocata per *Extrauag. primam de prebendis*, quæ incipit *Piæ sollicitudinis*, vbi videtur dispositum, quod beneficia vacantia in Curia, etiam post lapsum mensis sint Papæ reseruata, prout in *d. cap.* statutum notant nonnulli, & inter modernos Æneas de Falcon. *de Reseruation. quæst.* 4. *princip. effect.* 6. *num.* 2. conatur probare validis rationibus dictum *cap.* statutum non esse reuocatum per *cit. Extrauag. primam*, contra quod fortiter insurgit Gonzal. *in regul. de mensib. §.* 5. *proœm. num.* 152. *vers. Ego vero, & seqq.* vbi respondendo rationibus Æneæ firmat indubitanter pro reuocatione. Verùm non obstantibus responsionibus Gonz. sequenda est opinio Æneæ, nempe non esse reuocatum, prout validioribus argumentis id firmat Lotter. *de re Benefic. cit. loc. num.* 55. *& seqq.* Ad quod aduerte, quod, licet verior sit opinio tenentium dictum *cap.* statutum non esse reuocatum per *Extrauag. primam cit.* negari tamen non potest illud non esse reuocatum per *Extrauag. ad regimen eiusdem tituli*, quæ innouatur per omnes Summos Pontifices, & ibidem reseruantur beneficia in Curia vacantia, nulla facta mentione, & restrictione temporis, & in fine additur clausula, *Non obstantibus quibuscumque constitutionibus à prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus editis, quatenus obsistere possent super enarratis articulis, vel alicui, siue aliquibus eorundem*, & ita tenet Garz. *de Benefic.* 5. *part. cap.* 1. *num.* 100. post Lap. & Monet. per eum adductos, qua stante reuocatione dicendum est Ordinarium non posse conferre beneficium vacans in Curia post mensem. Verùm quia restringere facultatem conferendi Ordinariorum, quæ hodie ex infinitis ferè reseruationibus est adeo extenuata, vt ad nihilum redacta sit, sensio repugnantiam, ideò referam sententiam Zerol. *in Prax. Episcopali part.* 1. *verbo Beneficium*, *§.* 3. *d.* 4. qui in his terminis dicit, quod stante dubitatione Doctorum, Ordinarius prouidebit, prout Deus Benedictus sibi inspirauerit, quod consilium confirmat 2. *part. verbo Reseruatio*, *§.* 7. & ab illo non discedit Quarant. *Summ. Bull. verbo Beneficiorum reseruatio in Addit. lit. A. vers. Controuertitur tamen*, & coadiuuant moderni, nam Barbos. Massob.

Massob. & alij *supra cit.* permittunt Ordinarijs conferre post mensem in hoc casu, nulla facta mentione reuocationis, quasi hodie illa obseruetur in praxi, & Lotter. *etiam cit. loc.* defendens contra reuocationem ex *Extrauag. prima*, nullam mentionem facit de *Extrauag. ad regimen.*

20 Restringunt primò communiter DD. hanc reseruationem ob vacationem in Curia in Ecclesijs Parochialibus Apostolica Sede vacante. Potest enim Ordinarius Collator conferre beneficia curata sede, Apostolica vacante, non solum, quæ vacant ipsa sede vacante, sed quæ vacarunt ante vacationem sedis, nec fuerunt collata, & hoc potest etiam non expectato lapsu mensis, disponit Text. *in cap. Apostolica de præb. in 6.* notant Gonz. *in regul. de mensib. §. 5. procem. num.* 125. *& seqq.* Piasec. *in Prax. Episcopali part. 2. cap. 5. num.* 12. Garz. *de Benefic. part. 5. cap. 1. num.* 101. Campanil. *diuers. Iur. Canon. rubr.* 11. *cap.* 13. *num. 493. vers. Secundo, si Papa.* Idque extendunt DD. prædicti ad Parochiales reseruatas per quamuis aliam reseruationem, quam posse conferre Ordinarium Sede Apostolica vacante, affirmant, etiam infra mensem, sed de Parochialibus, quæ vacarunt viuo Papa, & succedente morte ante collationem, dicendam est posse illas Ordinarios conferre, si erant reseruata ex capite vacationis in Curia. Nec obstat regula illa, quod semel affectum, semper durat affectum beneficium, quæ non procedit in hoc casu, sed in alijs reseruationibus, docet Campanil. *cit. loc. num.* 495. & Garz. *num.* 107.

21 Obstringitur secundò, reseruatio per vacationem in Curia in Abbatijs, Prioratibus, & Beneficijs Regularibus, illa enim, etiam si vacant in Curia, non afficiuntur hac reseruatione *cap. 2. & hoc titul. de præbend. & lib. 6.* & huius *text. cap.* præsenti, ita docent DD. *in d. cap.* 2. præsertim Archid. *num.* 1. Franch. *num.* 5. Put. *decis.* 180. vbi testatur, quod licet beneficia regularia non sint reseruata vigore *cit. cap.* 2. dicuntur tamen reseruata ob vacationem in Curia, ex dispositione *Extrauag. ad regimen. de præb.* & patet ex lectura dictæ *Extrauag.*

22 Restringitur tertiò reseruatio ob vacationem in Curia in beneficijs iurispatronatus laicorum ex titulo fundationis, constructionis, vel dotationis acquisitis. Hæc enim, si vacant in Curia, non dicuntur reseruata, sed ad illa possunt liberè patroni præsentare coram Ordinario, & hoc ne retrahantur sæculares ab huiusmodi fundationibus, demonstrat Glos. *in cit. cap. 2. in verbo collatio*, vbi Gemin. *num.* 11. & Franc. *num.* 8. Monet. *in Tract. de commut. volunt. cap. 10. quæst. 5. num. 265. vers. siue etiam*, Campanil. *diuers. Iur. Canon. rub.* 11. *cap.* 13. *num.* 497. Lotter. *de re Benefic. lib. 2. quæst.* 8. *num.* 7. Inducit tamen vacatio in Curia per obitum Pontificem ad dispensandum, & in totum derogandum iurispatronatus laicorum, ita Mandos. *de signat. grat. in verbo, Derogationes iurispatron.* & alij, quos citant, & sequuntur Campanil. & Lotter. *cit. loc.* sed Lotter. *num. 98. & 99.* vbi asserit in hac derogatione concurrere etiam præsumptam voluntatem patroni, qui censetur se conformare rationi text. *cit. cap.* 2. ne quispiam inferior à Papa, ob reuerentiam ipsius, ac Sedis Apostolicæ, ingerat se in prouisione beneficij apud illam vacantis. Cæteras causas derogandi iurispatronatus, vide apud Paris. *lib. 2. de Resignat. quæst.* 4. *sub num. 45. & seqq.*

23 Hæc enim libertas iurispatronatus à reseruatione, & collatione Papæ, non prouenit ex defectu potestatis, quia hoc dicere est maximum absurdum, cum Papa in beneficialibus amplissimam habeat potestatem, & ideo in beneficijs iurispatronatus, etiam laicorum, ad libitum potest disponere, etiam patronis inuitis, ita Glos. communiter recepta in *Clement. 2. in verbo Apostolicis de præben.* cum alijs cumulatis per Paris. *de resignat. lib. 3. quæst. 4. num.* 32. quod latissimè exornat Monet. *in cit. Tract. de commut. volunt. cap. 10. quæst. 5. num. 258. & seqq.* Sed hoc totum pendet à voluntate Papæ, qui est ita constans in conseruando iura patronatus huiusmodi, vt non sinat illa comprehendi sub reseruatione maiori, & reseruata in corpore iuris, Lap. *alleg. 96. sub num. 3. vers. Nec obstat, quod Papa*, DD. *in cit. cap.* 2. & hoc ne retrahantur homines ab oblatione, & holocausto, vt legitur *Regul. 1. cap.* 2. & notat Gonz. *ad regul. de mensib. Gl.* 18. *num.* 3.

Diximus iuspatronatus laicorum competens ex fundatione, constructione, vel dotatione non cadere sub hac reseruatione ob vacationem in Curia. Hinc est, quod, si iuspatronatus laicorum competat ex iure singulari, & ex priuilegio, comprehenditur sub quacumque reseruatione, etiam generali, ita, vt non sit necessaria aliqua derogatio, ita Gimin. *in cap. 2. supra cit.* latè Cened. *Canon. quæst.* 22. *sub num. 20. vers. Supradicta tamen*, & ratio est, quia in hoc casu cessat prædicta ratio, ne retrahantur laici ab oblationibus, Cassad. *decis. 4. de iurepatron. num. 5. vers. Sed quod*, Roland. *consil. 46. num. 16. lib.* 1. Couar. *pract. quæst. cap. 36. num.* 6. vbi Dom. Add. Quomodo in dubio censeatur acquisitum iuspatronatus, vide infra *num.* 29. 24

Item diximus iuspatronatus laicorum ob vacationem in Curia, non fieri reseruatum, sed in illis semper censeri reseruatum laicis eorum ius, quod procedit, etiam si Papa conferat beneficium, nam Papa nunquam censetur derogare iuripatronatus laicorum, nisi de derogatione expressa fiat mentio in litteris, Lap. *alleg.* 96. Roc. *de Iurepatronat. verbo Honorificum quæst.* 3. Lambert. *eodem Tract. 1. lib. 3. part. q. 6. art.* 1. Glos. *in Clem. 2. verbo Apostolicis de præb.* & est absolutum apud omnes, & testatur de communi Couar. *cit. loc. num.* 1. 25

Diximus Laicorum; nam iuspatronatus Ecclesiasticum cadit sub reseruatione ob vacationem in Curia, vt tenent communiter DD. post Glos. *in cit. cap.* 2. Lap. *cit. alleg.* 96. Cardin. *in Clement. 2. quæst. 6. de præb.* Rot. *decis. 331. in nouis.* Roc. *cit. loc. verbo Competens quæst.* 24. Lambert. 1. *part. 2. lib. 6. quæst. art.* 2. & est indubitatum apud omnes. Dicitur iuspatronatus Ecclesiasticum, & consequenter comprehensum sub reseruatione non solum illud, quod ex bonis Ecclesiæ constituitur, quod est indubitatum, Glos. *in Clem. 2. in verbo Præsentare de iurepatron.* Roc. *in verbo Ius quæst.* 7. Lambert. *lib. 2. quæst. 1. art.* 5. & alibi. Sed etiam illud, quod à principio constitutum est ex bonis laicis, sed postea ex testamento, donatione, vel alio quouis titulo ad Ecclesiam translatum est, vel ad Collegium Ecclesiasticum sæcularium, probatur ex *cap. vnico, §. vltimo de iurepatron. in 6.* Lambert. *cit. loc. lib. 1. quæst. 1. art. 8. & lib. 2. part. 3. quæst. 9. art.* 20. 26

Non tamen debet dici Iuspatronatus Ecclesiasticum ad hunc finem reseruationis illud, quod possidetur pro vna parte ab Ecclesia, & pro alia à Laico, quia in hoc casu non debet Laicus pati præiudicium ex Societate Ecclesiæ, testatur de communi Panormit. *in cap. vltim. de iurepatr. & in cap. dilectus de off. leg.* Roc. *loc. cit.* Cassad. *decis. 7. de iurepatron.* Gig. *de pension. quæst.* 24. Fel. *in cap. in nostra, Coroll. 38. de rescript.* Lambert. 2. *lib. 3. part. q. 9. art.* 9. Quod, si pro duabus partibus iuspatronatus esset Ecclesiasticum, & pro vna laicale, tunc posse regulari secundum leges iuspatronatus Ecclesiastici, ratione maioris partis, tenet Couarr. *pract. quæst. cap. 36. num. 5. vers. Tertiò opportunè, circa medium.* 27

Dictum est supra iuspatronatus laicorum non cadere sub hac reseruatione ob vacationem in Curia, quo ad tollendam patronorum præsentationem. Dubitatur modo, quid quoad institutionem, ita scilicet an teneantur patroni præsentare coram Papa ob reseruationem, & ab eo obtinere institutionem; Ad quam dubitationem, distinguendo, respondendum est; quod, si tractatur de Episcopatibus, Abbatijs, Prioratibus, Decanatibus, & alijs dignitatibus, quæ Summo Pontifici reseruantur per *Regul. 2. & 3. Cancell.* & tunc præsentare tenentur patroni coram Summo Pontifice, & ab illo est facienda institutio; si vero tractatur de alijs beneficijs inferioribus, & tunc præsentatio fieri potest coram Ordinario, & ab eo est facienda institutio, cum hæc beneficia non comprehendantur sub reseruatione, & ideo, nec quoad præsentationem, nec quoad institutionem sub illa continentur, ita distinguit Couar. *Pract. quæst. cap. 36. num.* 5. & sequitur Lotter. *de re Benef. lib. 2. quæst. 8. num.* 8. 28

Obseruandum est ad supradicta, nempe iuspatronatus laicorum, non cadere sub reseruatione, quando ex fundatione, constructione, vel dotatione; secus, si ex consuetudine, præscriptione, vel priuilegio Papæ quæsitum est, quod in dubio præsumitur à laicis acqui- 29

ſitum iuſpatronatus ex fundatione, conſtructione, vel dotatione, non alio particulari titulo præſcriptionis, conſuetudinis, vel priuilegij, quia his modis iure communi acquiri iuſpatronatus, docet poſt Caſſador. *deciſ. 6. de iurepatron.* Panorm. *in cap. querelam col. 3. de elect.* & alios, Couar. *cit. loc. num. 6. verſ. Quarto eſt.*

OBSERVATIONES

D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Beneficiorum collatio ſpectat ad Ordinarium. Et quid illorum de iurepatronatus?*
2 *Praxis ſernat quandoque pro Capitulis cum Epiſcopis, & varius modus.*
3 *Epiſcopus interueniens in Capitulo quando non habeat votum deciſiuum.*
4 *Italiæ vſus, & aliquarum prouinciarum.*
5 *Quid de Canonicatu Pœnitentiario.*
6 *In Collegiatis Canonicatuum prouiſio ad quem ſpectet.*
7 *Collatio quando ad ſolum Epiſcopum ſpectet.*
8 *Regulariter fundata eſt Ordinarij intentio.*
9 *Valoris expreſſio non eſt neceſſaria in collationibus motu proprio.*
10 *Reſeruationes beneficiorum quando inceperint, & referuntur, & quando ceſſent.*
11 *Synonima an ſint vacare beneficia in Curia, vel apud Sedem.*
12 *Beneficia Vrbis ſi vacent in Curia an ſint reſeruata.*
13 *Beneficia iuriſpatronatus ſi vacent in Curia, an ſint reſeruata?*
14 *Iuſpatronatus pro maiori parte Eccleſiaſticum, an ſit reſeruatum,*

1 IVris communis diſpoſitione, primæuoque Eccleſiæ vſu attentis omnia beneficia quandocumque, & quomodocumque vacantia ad Epiſcopi, ſeu Ordinarij loci collationem ſpectant, exceptis illis de iurepatronatus ab eodem tamen Ordinario prouidendis ad præſentationem patronorum, quatenus infra legitima tempora, ſeruatiſque alijs ſeruandis perſonam idoneam concordes, vel pro maiori parte præſentent. Adhuc remanente iure prædicto conferendi habituali, ſeu potentiali ad exercitium deducibili non facta præſentatione valida, ſcilicet extra tempus præſentandi præfinitum, ſeu minus dignè, aut eiuſdem patronis in diuerſa vota abeuntibus, adeò vt maiorem partem non conſtituant.

2 In Canonicatibus verò, ac Dignitatibus alijſque Beneficijs, Cathedralis, vel Metropolitanæ Eccleſiæ, cum prouiſiones fiant nomine eiuſdem repræſentatæ per Epiſcopum tamquam caput, & Capitulum tamquam membra, hinc ſimultanea vtriuſque eſt collatio. Expreſſa autem in iure non habetur ſuper huiuſmodi ſimultaneæ exercitio. Vnde propterea non modicalis inter ſcribentes deſuper viget. Magis autem receptum eſt, conſuetudini, vel expreſſæ conuentioni, aut etiam particulari Apoſtolicæ determinationi (vbi adeſt) deferendum eſſe. Sin minus coæquale ius eorum eſſe, ſcilicet vt tanta ſit vox ſolius Epiſcopi, quanta totius Capituli, quod à maiori, ſeu legitima parte illud de iure repræſentante in propoſito attenditur perinde, ac ſi omnes Capitulares in eandem deueniant ſententiam diſcordantium adhæſione cum voto Epiſcopi non curata, neque illud in aliquo augente, vt coram Penia Rota *deciſ. 754. & 993.*

Simultaneus verò, ſeu Collegiatiuus non requiritur concurſus Epiſcopi, & Capituli in huiuſmodi actu explicando, ſed quilibet ſuum ius diuerſo loco, diuerſoque tempore, vel modo explicare poteſt, Epiſcopus nempe ſingulariter, Capitulum verò Collegialiter, dummodo in eadem perſona ſequatur concurſus, vbi verò in diuerſis perſonis, neuter actus concluſus remanet, ideoque elapſo ſtatuto tempore a iure communi, vel particulari fit locus deuolutioni iuxta gradus ab eodem iure ſtatutos.

Hinc laudabilis inoleuit vſus huiuſmodi iuris exercitium diuidendi per alternatiuam, ſeu per menſes, & tempora, vt quilibet nomine conſortis totum ius abſque hac diſcrepantia exerceat. Eadem turnaria diuiſione commendabiliter quoque in pleriſque Eccleſijs introducta inter eiuſdem Capituli Canonicos vocales, ac etiam inter patronos in iure præſentandi.

Quoties tanta eſt vox Capituli, quanta Epiſcopi, tunc ſi Epiſcopus non interuenit in Capitulo, quia conſideretur vti diuerſa perſona habens coæquale ius cum Capitulo, ita vt tanta ſit vox ipſius, quanta alterius, perinde ac ſi Capitulum vnam tantum perſonam Epiſcopo coæqualem repræſentaret, & quilibet eorum diſiunctiuè diuerſiſque loco, & tempore ſuam collationem facere poteſt, Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. gloſ. 45. num. 52.* Rota *deciſ. 366. p. 9. recent.*

Hoc caſu ſi interuenire velit in Capitulo ibi præſidendo 3
tamquam Epiſcopus, nullum habet votum deciſiuum, iuxta expreſſam diſpoſitionem Sac. Concil. Trid. *ſeſſ. 25. de reform. cap. 6.* Vnde propterea ſublato voto Epiſcopi de Capitulo attenditur maior pars Capituli, unò ſi minor pars Capituli adhæreat Epiſcopo, nulla ratio minoris partis habetur, quia maior pars ſuffocat minorem, vt reiecta opinione Hoſtienſ. *in cap. poſtulaſtis de conceſſ. præbend.* & Genuenſ. *in practicabil. Eccleſ. cap. 643.* cum Io. Andr. Butrio, Abb. Imol. & alijs Card. de Luca *de benefic. diſcurſ. 30. num. 9.* Et ob paritatem votorum electio non remanet concluſa, & deuolutio locum habet, idem Card. de Luca *vbi ſup. num. 5.*

Quando tam Capitulum, quàm Epiſcopus concurrunt in collatione, tunc collatio fieri dicitur nomine ipſius Eccleſiæ quam repræſentat Epiſcopus tamquam caput, & Capitulum tamquam reliquum corpus, Fagoan. *in cap. cum Eccleſia Volater. de elect.*

In Italia frequentius iſtud Capituli ius ab aula receſſit, 4
illudque in ſolo Epiſcopo conſolidatum eſt, eo ſolum in aliquibus Capitulis nimium raro remanente. In alijs verò prouincijs præſertim in Hiſpania è conuerſo totum conſolidatum eſt in Capitulo, in quo Epiſcopus collegiatiuè tamquam vnus ex Capitularibus habet ius interueniendi cum voto alicubi duplicato, alicubi verò præponderanti iuxta particularem conſuetudinem, qua ceſſante remanet ſimplex votum alijs coæquale, & conſuetudo eſſe debet immemorabilis.

Canonicatus Pœnitentiarius ex Tridentini Concilij de- 5
creto per ſolum Epiſcopum abſque Capituli participatione prouidetur, ſecus verò in Metropolitanis, & Cathedralibus Hiſpaniarum, in quibus ex Apoſtolicis indultis dicto Conciliari decreto non obſtante tam iſte Pœnitentiarius, quàm Doctoralis, & Theologalis prouidentur per concurſum habendum coram Epiſcopo, & Capitulo iuxta formam in eiſdem Conſtitutionibus præſcriptam. Cadente ſolum quæſtione, an Baleares Inſulæ, & Cathaloniæ Principatus in propoſito caderent ſub huiuſmodi indultis de Hiſpanijs loquentes.

In Collegiatis autem Canonicatuum, & beneficio- 6
rum prouiſio eſt ad electionem ipſius Collegij, Epiſcopi verò ſeu Prælati inferioris confirmationem. Niſi agatur de erectis ex antiquis beneficijs ad ordinarij alias liberam collationem, quæ adhuc durat huiuſmodi immutatione non obſtante, & niſi vno, vel altero caſu lex fundationis, vel legitima conſuetudo, aut Apoſtolicum indultum aliter diſponat, vt Card. de Luca *de benefic. diſc. 28.*

Epiſcopo, & Capitulo coæquale ius habentibus, ſi Ca- 7
pitulum negligat, vel è contra Epiſcopus, totum ius conſolidatur penes eligentem, vt practicatur in præſentationibus patronorum, de Luca *vbi ſup.* idemque ſi eligatur ex parte vnius aliquis indignus.

His autem caſibus particularibus ceſſantibus generali- 8
ter fundata eſt Ordinarij intentio in prouiſione beneficiorum in eius diœceſi, vel territorio exiſtentium, niſi ex Apoſtolica conceſſione, ſeu immemorabili conſuetudine, vel præſcriptione alteri inferiori Prælato iſtud ius in aliquibus beneficijs quæſitum ſit, eodem modo, quo de Capitulo Cathedralis habetur, quaſi quod inferior ipſius Ordinarij vicario nomine hoc ius ex conſuetudine, vel priuilegio exercent, de Luca *de benef. diſcur. 1.*

Taleque ius reſidere etiam poteſt in inferiori Prælato

Regu-

7 Regulati non immutata beneficiorum sæcularium natura, vt sæcularibus conferri debeant, & è contra.

Tenetur Ordinarius, vel alter in quem ius translatum sit, illud exercere infra terminum regulariter sex mensium à die vacationis in eius diœcesi, vel territorio contingentis ob scientiæ præsumptionem, nisi mors possessoris extra diœcesim, vel alia iusta causa huiusmodi præsumptionem cessare faciat; Et est necessaria, perfecta, & concludens probatio scientiæ, Card. de Luca *de benefic. in summa num.* 19.

Data negligentia conferendi infra terminum, siue facta prouisione de scienter indigno, aut alia concurrente in ipso collatore incapacitate ratione excommunicationis, vel similis impedimenti intrat gradualis deuolutio ad Superiores, quibus idem prouidendi terminus statutus est, nempe ab inferiori non excepto ad Episcopum, ab Episcopo non exempto ad Metropolitanum, & ab ipso ad Papam. Denegatur deuolutio a Capitulo ad Episcopum, si illud babeat ius eligendi simultaneum cum Episcopo.

9 In prouisionibus ordinarijs, quæ fiunt motu proprio non est necessaria valoris expressio, vel iustificatio, vt in prouisionibus Apostolicis desideratur, vt idem de Luca *in summ. vbi sup. num.* 21.

10 Decimotertiò nostræ salutis sæculo cœpit Apostolica Sedes collationem aliquorum beneficiorum in aliena diœcesi existentium sibi reseruare. Prius ratione loci, in quo vacatio sequi contingeret puta in Curia, siue apud Sedem. Deinde ratione personarum, puta ipsius Papæ familiarium, vel Sedis Apostolicæ qualificatorum Officialium. Siue ratione qualitatis beneficiorum, quia primæ Dignitates in Cathedrali, vel in Collegiata iurisdictionem, vel prælaturæ speciem annexam habentes, vel quatenus eius valor excedat decem florenos auri, de Luca *de benef. discurs.* 12. *in fin.* Ac demum ratione temporis aliquos menses sibi reseruando.

Duplex est huiusmodi reseruationum species. Vna earum, quæ dicuntur clausæ in corpore iuris, vtpotè manantes à decretis Apostolicis, quæ in *Decretalium* libris præsertim *Sexto*, vel *Clementinis*, & *Extrauagantibus* inserta sunt. Altera verò manantium à Regulis Cancellariæ, quas Pontifex in crastinum suæ assumptionis edere solet.

Notabilis autem differentia est inter huiusmodi reseruationum species. Quoniam prima per mortem Papæ non cessat; sicuti cessat altera resultans à regulis Cancellariæ, quæ vtpotè editæ pro ipsius Papæ placito per eius mortem cessant, ideoque Sede Pontificali vacante fit reuersio ád primæuum statum, ac iuris communis dispositionem super iam indicato Ordinarij loci iure conferendi omnia beneficia quocumque tempore vacantia.

Effectus autem huius cessationis percutit solùm reseruationes accidentales, quas discontinuas dicimus ratione mensis, vel loci, non autem reales, vel personales, quas continuas appellamus ratione scilicet qualitatis beneficij, vt sunt primæ Dignitates, Monasteria Concistorialia, Canonicatus Basilicarum Vrbis, & similia. Vel ratione personarum, quæ vacantia beneficia possederint, quia nempe Officiales Collectores, Prothonotarij, familiares, & similes. Quamuis enim cessent istæ reseruationes, quæ respectiuè in corpore iuris clausæ non sint, sed à regulis Cancellariæ tantùm manent, adhuc tamen ob statum reseruationis in quo extiterunt vigentibus regulis beneficia remanent effecta, cum huiusmodi qualitas semel impressa semper duret.

Verùm & in discontinuis reseruationibus eatenus Ordinariorum ius restituitur, vel aperitur, quatenus vacatione ipsa durante prouisio ipsa sequatur, cum nouus Pontifex in crastinum assumptionis omnia beneficia vacata, & non prouisa aliàs sub Apostolicis prouisionibus cadentia sibi reseruare solet, ideoque si eadem die creationis Pontificis ordinariam prouisionem sequi contingat, illa vtpotè in tempore inhabili viribus caret, de præcedenti autem tempore extrinsecus constare debet aliàs quàm per ipsarum litterarum datam in proposito de antidata suspectam, Lotter. *de re beneficijs lib.* 2. *quæst.* 57. *num.* 74. Caualer. *decis.* 184.

Crediderunt aliqui sub reseruationum, vel affectionum cessatione cadere casum negligentiæ Papæ nuper defuncti non prouidendi infra mensem, quasi quòd sequuta Sedis Apostolicæ vacatione, iam impressæ reseruationis qualitate non obstante inferior collator suam ordinariam reassumat potestatem.

Opinio autem hæc erronea est, vel quia Canones ita desuper disponentes contrario vsu iam antiquati sint, vel quia restrictionem habeant ad sola beneficia principaliter curata, quæ aliàs liberæ collationis accidentaliter sub locali reseruatione caderetur per obitum in Curia, *cap. si Apostolica de præbend. in* 6.

Exceptuant aliqui beneficia mannalia à reseruationibus, vel affectionibus, quæ potius dicuntur legata pia.

Cardinalibus, vel alijs si concedantur indulta conferendi beneficia reseruata, vel affecta, hoc casu illi iure delegato conferre dicuntur, & iure Papæ, Card. de Luca *in summ. num.* 32.

Pro synonimis an vacationes in Curia, vel apud Sedem Apostolicam, an habendæ sint? Ventrig. *num.* 5. firmat, quòd sic. Verius autem dic, esse species diuersas, licèt quandoque confundantur. Differunt enim, quia si beneficia sint in Vrbe tunc si morientes possessores non sunt Curiales beneficia non sunt reseruata, sed conferuntur ab Archipresbyteris, & Capitulis Basilicarum, & Cardinalibus Titularibus, alijsque Collatoribus, *cap. præsenti, §. sanè de præbend. in* 6. Buratt. & ibi Ferrentill. *decis.* 540. *num.* 20. *&* 21. Rota *decis.* 9. *&* 429. *part.* 5. *recen.* 11

Curialium enim beneficia quamuis sint in Vrbe semper sunt reseruata, & Curialium nomine veniunt Cardinales, Prælati, Iudices, Aduocati, Procuratores, Notarij, Expeditores negotiorum Datariæ, & Cancellariæ, qui sub vocabulo Sollicitatorum apud beneficialistas explicati solent, Gonzal. *glos.* 13. §. 1. *num.* 19. Lotter. *lib.* 2. *quæst.* 32. *num.* 43. Solumque aliàs dubitatum fuit, an familiares Auditorum Rotæ dicendi sint necne Curiales? Et affirmatiuè decisum habetur *in decis.* 9. *&* 409. *part.* 5. *recent.*

Beneficia Vrbis non sunt reseruata si vacatio contingat in Vrbe, si autem extra Vrbem etiam in districtu Vrbis erunt reseruata, ita declaratum per Constitutionem Alexandri VII. refert Card. de Luca *de benef. discurs.* 20. *& seq.* quamuis aliter videbatur dicendum ex eo, quod idem sit decedere in Vrbe, quod in districtu Vrbis, Lotther. *lib.* 2. *quæst.* 35. *num.* 23. Gizzarell. *decis.* 24. Rouit. *decis.* 11. 12

Iurispatronatus laicalis, si vacent apud Sedem solet derogari per Papam, vt Ventrigl. *num.* 25. Regulariter autem beneficia de iurepatronatu laicali non cadunt sub reseruationibus, si illud sit ex fundatione, vel dotatione. Secus si ex præscriptione, vel priuilegio, Beltram. ad Ludouil. *decis.* 397. 13

Cadet autem sub reseruatione quoties est Ecclesiasticum adhuc quod sit ex fundatione, vel dotatione, nisi in limine fundationis sit aliter cautum esset, Roias *decis.* 274. Rota post Viuian. *de iurepatr. lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 8. & à laicis præsumitur quæsitum ex fundatione, vel dotatione, Ventrigl. *num.* 29.

Iuspatronatus partim Ecclesiasticum, & partim laicale regulariter an Ecclesiasticum? Ventrigl. *num.* 27. firmat, quòd iuspatronatus Ecclesiasticum pro vna parte, & pro alia parte laicale non patiatur præiudicium subiectionis reseruationi. Aliter ratione maioris partis Ecclesiasticæ. 14

Oppositum dic verius, vt in materia præiudiciali, & damnosa patronis, vt est reseruatio, per quam perduntur priuilegia in fundatione concessa, patronatus mixtus censetur laicalis non solùm quando patroni clerici sunt totidem, vt laici, & coæqualem vocem habent, ita vt mixtura proueniat ex paritate patronorum, sed etiam vbi vox clericorum præualeret. Nam & tunc quoque ex eadem ratione, ne patronus laicus ex consortio clericorum amittat priuilegium, & libertatem præsentandi attenditur qualitas laicalis ad dictum effectum reseruationis, vti magis priuilegiata, quamuis non æqualis, nec preponderans voci clericorum, ita Lambert. *9. art. 9. quæst. princip. part.* 3. *lib.* 2. *num.* 5. latè Rota *decis.* 376. *part.* 13. *recent. per tot.* vbi quod cesset regula, vt magis dignum trahat ad se minus dignum. Et ita practicatur in patria mea.

SVM-

SVMMARIVM.

1 VAtare in Curia, an dicantur omnia beneficia reseruata, Verum de Curialibus, qui tales.

2 Reseruantur Beneficia Papa, de quibus fit mentio in extrauaganti ad regimen, & extr. execrabili de prebendis.

3 Reseruata num sint beneficia Prothonotariorum etiam creatorum à legatis.

4 Reseruantur Beneficia promotorum ad Patriarchatum, Archiepiscopatum, Episcopatum, &c. quid si resignentur ante acceptatam dignitatem, num. 5.

6 Vacans beneficium Iurispatronatus ob electionem in Episcopatum retineri potest, etsi in dispensatione pro retinendis beneficijs non sit facta derogatio.

7 Reseruatio non habet locum cum electis in Episcopos titulares.

8 Reseruantur beneficia vacantia ob depositionem, priuationem, &c. auctoritate Apostolica factas.

9 Reseruantur Papa Beneficia vacantia ob consecutionem aliorum ab eadem sede Apostolica; quid in incompatibilibus, quid in collatis ab Ordinario, num. 10.

11 Vacante Parochiali, si quis beneficium resignet, & deinde illam obtineat, resignatio reseruationi non ufficit.

12 Clausula apponi solita in gratia beneficij pro habente aliud incompatibile.

13 Reseruantur Sedi Apostolica Beneficia, de quibus fuit facta electio, vel postulatio in concordia, seu discordia electi, vel postulati deinde irritata.

14 Reseruantur Beneficia vacantia per assecutionem secundi incompatibilis.

15 Reseruationes predicta renouantur in prima regula Cancellaria. Vbi circa officiales disponitur, et si tales esse desierint.

16 Reseruantur Sedi Apostolica ex reg. prima Cancellaria Beneficia collata contra decreta Tridentini.

17 Reseruatur Papa Beneficium curatum collatum absque concursu, non tamen in praiudicium Collatoris non culpam habentis.

18 Reseruantur Papa Patriarchales, Primatiales, Archiepiscopales, & Episcopales Ecclesia ex prima parte Regula Cancellaria, quid in Iure Patronatu Regis./ Et quid in monasterijs certam redditum quantitatem habentibus, num. 19.

20 Reseruantur Papa Beneficia vacantia collatoris sede vacante vsque ad possessionem adeptam noui conferre potentis.

21 Reseruantur Papa Beneficia vacantia sede Episcopali vacante. Quid si Episcopus cum Capitulo, vel alio socio, & quid si conferendum ad consilium alterius, num. 22.

23 Reseruantur Papa Beneficia quomodocunque vacet sedes vsque ad possessionem adeptam, nisi per Episcopum stet quin capiat.

24 Reseruantur Papa omnes dignitates post Pontificales in Cathedralibus, & Principales in collegiatis; vide qua.

25 Reseruantur dignitates, etsi simplicem habeant praeminentiam absque iurisdictione.

26 Reseruatur in Cathedrali maior, & principalis in collegiata. Quid si plures in dubio de maioritate, & principalitate, vbi quid maioritas ex nomine consideretur. Quid si dignitas vna sit, num. 30.

27 Dignitatis Ecclesiastica maioritas ex modo assistendi in diuinis, & ex vestibus habetur.

28 Dignitas maior ex maioritate administrationis. Quid de Cimiliarcha, Primicerio, & primo Diacono Neapolitano.

29 Reseruantur prima dua dignitates in Cathedrali, vel Collegiata si pares sint, & num. 30.

31 Reseruantur Papa Prioratus, Prapositura, & alia conuentuales dignitates, & praceptoria generales, non tamen Militiarum.

32 Reseruantur Prioratus conuentuales tanquam venientes sub nomine dignitatis; quid in Claustralibus.

33 Reseruantur Beneficia familiarium Papa, & Commensalium Cardinalis cuiuslibet. Qui tales, num. 34. & 35. quid in familiari Papa ex Priuilegio, num. 36.

37 Reseruantur Beneficia multorum officialium Curia, & Palatij Apostolici.

38 Reseruatio quando inducatur ex familiaritate.

39 Reseruantur Beneficia familiarium Papa, etsi non vacent in Curia. Quid in familiari familiaris, num. 40.

41 Reseruantur Beneficia familiarium obtenta tam ante, quàm post familiaritatem.

42 Beneficium familiaris vacans quomodo impetrandum. Quid si diuersorum Cardinalium familiaris.

43 Familiaritas ad effectum reseruationis quomodo sit probanda.

44 Reseruatio ex familiaritate non oritur cum his, qui non habent victum, vt seruiant. Quid in Vicarijs Cardinalium, num. 45. Quid in Vicario olim commensali, num. 46.

47 Reseruantur ex quarta Reg. Cancellaria Beneficia collectorum, & Vnicorum Subcollectorum Camera Apostolica, qua tunc obtinebant, vel ius ad illa, num. 48. quid si absque Iure.

49 Reseruatio Beneficiorum ob officium collectoris, an per solam deputationem ad officium oriatur.

50 Reseruationis effectus oritur ex electione ad colligendos fructus Camera Apostolica. Quid in Collectore Decimarum, & taxa.

51 Reseruantur Beneficia quorumcunque Collectorum. In subcollectoribus verò requiritur vnicitas, num. 52. vbi quid si primo secundus addatur, vel duplex sit subcollector in Ciuitate, & Diœcesi, num. 53.

54 Reseruantur Beneficia vtriusque Subcollectoris, si secundus constituatur absque mentione primi.

55 Reseruationis effectus habetur ex vnicitate prasumpta subcollectoris.

56 Reseruata non sunt Beneficia plurium collectorum deputatorum à Cardinali potente designare plures Collectores, & Subcollectores.

57 Reseruantur Beneficia vnici Subcollectoris, etsi in Diœcesi sit Collector. Quid si Subcollector subcollectorem habeat.

58 Reseruatio, vt habeat effectum quomodo probanda facultas collectoris, vel subcollectoris.

59 Reseruatio, vt habeat locum collectores constituendi cum Iurisdictione.

60 Reseruantur ex Regula quinta Cancellaria Beneficia Curialium vbicunque decedentium dum Curiam insequuntur, quando dicatur Curia transferri, num. 61.

62 Reseruantur Beneficia Cubiculariorum, & Cursorum Papa, quod in Cubicularijs honoris tantum, num. 63.

64 Reseruantur ex 7. vel 8. Regula Cancellaria Beneficia S. Io: Lateranensis, Principis Apostolorum, S. Maria Maioris de Vrbe. Quid de beneficijs, qua sunt Tituli Cardinalium absentium.

65 Reseruantur ex 8. vel 9. Regula Cancellaria Beneficia, quacunque vacantia in mensibus extra Martium, Iunium, Septembrem, & Decembrem, quod si Episcopus alternatiuam acceptauerit. Quomodo computentur mensis, num. 66. & à qua hora habeat initium, num. 67.

68 Reseruatio, an habeat locum decedente beneficiato in media nocte vltima diei. Distingue plures casus hic, num. 69. & 70.

71 Reseruatio non habet locum quantum ad conferendi, sed quantum ad vacationis tempus.

72 Reseruatio mensium non durat sede vacante.

73 Reseruatio mensium non habet locum in Iurepatronatu, quid in beneficio resignato in manus ordinarij in mense Papa, num. 74.

75 Alternatiua non gaudet Episcopus non residens. Quid si animo non resideat. Quid si conferat, & postea non resideat, num. 76.

77 Alternatiua non gaudet Episcopus non residens à principio mensis, licet tempore collationis resideat.

deat. Quid si per saltus resideat, num. 78.

79 *Alternatiuæ vigore prouisus in contradictorio cum prouiso à Papa, debet probare acceptationem alternatiuæ, & residentiam, limita in mense Iunij, & Decembris, num.* 80.

81 *Alternatiua incipit à principio mensis post alternatiuæ impetrationem; finit morte Episcopi, Papæ concedentis, & per priuationem.*

82 *Reseruantur Beneficia Germaniæ ob crimen hæresis vacantia. Quid in collatis personis prohibitis, num.* 83. *quid in expositis, num.* 84.

85 *Reseruantur Papæ Beneficia recepta per confidentiam. Quid si sint de Iurepatronatus, num.* 86.

87 *Reseruantur Papæ Beneficia Parochialia collata præter, vel contra formam Tridentini.*

88 *Vacant, & Papæ reseruantur Beneficia Offendentium litigantes, eorumque Iudices, Aduocatos, &c. in Rom. Curia; quod procedit tam si lis fuerit occasio proxima, quam remota iniuriæ, siue realis, siue verbalis, etiam extra Ecclesiasticum Statum illata si inibi fortassè aliquis ex prædictis Officialibus occasione litis in Romana Curia vertentis assistat, & num.* 89.

90 *Vacant, & Papæ reseruantur Beneficia ob non publicatam resignationem factam siue coram Papa, siue coram Ordinario; diuersimodè tamen, num.* 91.

92 *Reseruatio ob non publicationem Resignationis, non habet locum si resignatio fuit nulla. Quid si resignatarius decedat intra tempus datum ad publicandum, num.* 93.

94 *Vacant, & Papæ reseruantur Beneficia se supponentium pro alijs examini, vel impetrantium, vt resignent, quid si talia fiant extra Curiam, num.* 95. *intellige secuta prouisione, & qualiter, num.* 96.

97 *Reseruantur Papæ Beneficia vacantia, ob non delationem habitus Clericalis: irrationabilem tamen, num.* 98.

99 *Reseruata Papæ dicuntur Beneficia ad illum deuoluta.*

100 *Reseruantur Papæ Beneficia affecta ob impositionem manuum illius, vbi quid si inutiliter imposita.*

101 *Reseruatio per appositionem manuum Papæ, cessat per simplicem prouisionem absque possessione.*

102 *Reseruatio an cesset respiciendum tempus reseruationis vel qualitas Beneficij.*

103 *Reseruatio an tollat etiam Ordinario potestatem vniendi Beneficia.*

104 *Reseruatio sit ne fauorabilis, an odiosa: distinguendum est, & num.* 105.

ANNOTATIO II.

§. II.

1 NOta primò nonnullos DD. dixisse omnia Beneficia reseruata, censeri vacare in Curia; immò id deduxere in necessarium consequens, est reseruatum, ergo censetur vacare in Curia, ita originaliter Calder. *consil.* 9. *ad fin. vers. item non dubium de præb.* Ænea de Falcon. *de reseruat. prima parte, quæst.* 4. *effectu* 2. *sub num.* 1. *vers. & videtur valere*, Simonet. *eodem tract. quæst.* 3. *num.* 4. & videtur de mente Rot. apud Fastol. *dub.* 53. *sub num.* 2. *ad fin.* & non solùm omnia reseruata; sed etiam affecta, dicuntur vacare in Curia, iuxta sententiam Gonzal. *ad regul. de mensib. Gl.* 13. *num.* 46. *& seqq.* Verùm propriè loquendo id intelligendum est de Beneficijs, quæ vacant per mortem illorum, qui ita addicti sunt Romanæ Curiæ tanquam partes illius, vt propterea non liceat eis à prædicta Curia, absque speciali licentia Papæ recedere, vt sunt Cardinales, Vicecancellarius, Camerarius, Pœnitentiarius, Notarij Sedis Apostolicæ, Auditores contradictarum, Correctores literarum, Abbreuiatores, Capellani, Legati, siue Nuncij, & omnes alij Papæ Officiales, & Commensales, isti enim ita sunt Curiæ adstricti, vt vbicunque, sint, semper ibi adesse intelligantur, & proindè vbicunque decedant, in Curia mori intelligimus, & illorum beneficia vacare in Curia, & hoc apertè probatur per *Extrauag. ex debito*, §. *huiusmodi autem de elect.* docet eleganter Lotter. *de re benef. lib.* 2. *quæst.* 27. *num.* 84. *& seqq.* sed si loquamur impropriè, & largo modo, omnia Beneficia reseruata specialiter, & per *Extrauag. ad regimen. de præb.* dicuntur vacare in Curia, ratione reseruationis, & dispositionis Curiæ, habetur ex dictis per Put. *decis.* 36. *num.* 1. *lib.* 2. Monet. *de opti. cap.* 3. *num.* 17. 38. *&* 49. Rot. *in Corauben. Capellaniæ* 28. *Octobris* 1596. *&* 24. *Ianuarij* 1597. *coram D. Corduba*, Garz. *de benef. part.* 5. *cap.* 1 *num.* 88. & ita intelligendus est Gonz. *cit. loc.* qui testatur omnia Beneficia reseruata, & affecta, dici vacare in Curia. Hac ergo occasione dicemus breuiter aliqua de Beneficijs reseruatis, &

2 Primò reseruantur Summo Pontifici Beneficia de quibus fit mentio *in Extrauag. ad Regimen. hoc titul. de præb. & in Extrauag. execrabilis eod. tit.* de quibus reseruationibus, plura Mandos. *in prima regul. Cancell.* Simonet. & Granut. *tract. de reseruat.* per plures quæst. In quibus *Extrauag.* & præsertim in dicta *ad Regimen* reseruantur dispositioni Apostolicæ Beneficia vacatura per obitum Cardinalium, & Officialium Sedis Apostolicæ, & familiarium Papæ, quos omnes idem text. enumerat, & de quibus multa apud Gomez *ad regul. de mensib. gl.* 50. *num.* 6. *& seqq.* Barbos. *de iur. Eccles. lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 45. *& seqq.* vbi refert, qui dicantur Officiales Papæ, & hæc reseruatio durat etiam dimisso officio quoad Beneficia, quæ possidebantur tempore officij, & habet locum vbicunque moriatur Officialis extra Curiam, & in quolibet mense, ad latè dicta per Lotter. *de re benef. lib.* 2. *quæst.* 27. *num.* 94. *& seqq.* Barbos. *cit. loc.* post Gonzal. Garz. & alios citatos.

3 Quæstio est inter DD. an reseruata dicantur omnia beneficia prothonotariorum, etiam illorum, qui creati sunt prothonotarij à legatis; quam quæstionem latè disputat Mandos. *ad regul.* 1. *Cancell. quæst.* 7. *& sub num.* 3. tenet sub reseruatione comprehendi etiam beneficia prothonotariorum à legatis creatorum, & hanc opinionem dicunt moderni esse magis communem, & veram, eamque comprobat post alios per se relatos Lotter. *de re benef. lib.* 2. *quæst.* 29. *per totum*, contra Caualc. *decis.* 17. *sub num.* 31. *part.* 2.

4 Item in eadem *Extrauag.* reseruantur Sedi Apostolicæ beneficia vacantia per promotionem ad Patriarchatum, Archiepiscopatum, Episcopatum, vel Monasteriorum regimina, de quibus multa docent post alios Gonz. *ad regul. de mensib. gl.* 51. *num.* 35. Garz. *part.* 11. *cap.* 6. *num.* 30. Barbos. *de potest. Episcopi part.* 3. *alleg.* 58. *num.* 66. *& seqq.*

5 In quibus terminis notandum est, quòd si electus ad dignitates prædictas, sciens electionem, Beneficium resignet ante acceptationem, resignatio non valet, ita Simonet. *de reseruat. quæst.* 26. *num.* 5. Cassador. *decis.* 2. *de constit.* Rot. *in vna Conchen. Parochialis* 9. *Febr.* 1615. *coram D. Vbaldo*, vbi etiam firmant, prouisionem interim factam alteri ex causa resignationis huiusmodi, non posse seruire pro titulo colorato, stante decreto irritante, de quo in Constit. Pauli V. sub data 25. Februarij anno eius 5. quod inficit titulum, & possessionem, Cassad. *decis.* 11. *num.* 5. *super reg.* Rot. *decis.* 65. *num.* 3. *lib.* 1. *part.* 3. *diuers.* Put. *decis.* 183. *num.* 2. *lib.* 2.

6 Notandum est etiam, quòd licèt per electionem ad Episcopatum vacet etiam beneficium iuspatronatus; si tamen Papa dispenset cum electo, vt possit retinere Beneficia, valida est dispensatio, etiam non facta mentione, vel derogatione iurispatronatus laicorum, docet Couar. *pract. quæst. cap.* 36. *num.* 12.

7 Notandum est vlterius supradictam vacationem, & reseruationem Beneficiorum, locum non habere in electis in Episcopis titularibus, & in Episcopatu existente in terris infidelium, ita Paris. qui testatur de commun. *de resignat. lib.* 3. *quæst.* 1. *num.* 9. *&* 89. *& quæst.* 6. *num.* 49. Garz. *cit. part.* 11. *cap.* 6. *num.* 24. vbi vide cætera ad hanc materiam.

8 Item in prædicta *Extrauag. ad regimen*, reseruantur dispositioni Apostolicæ beneficia vacantia per depositionem, priuationem, translationem, aut muneris consecrationis susceptionem auctoritate Apostolica factas, vel faciendas, de qua reseruatione, vide apud Paris. *de resignat. lib.* 2. *quæst.* 6. *num.* 27. Gonz. *ad regul. de mensib.*

Gl. 51. *num.* 32. Ioan. à Cochier. *ad regul.* 1. *Cancell. n.* 2. *vers. quintus*, Viuian. *in prax. iurispatronat. lib.* 14. *cap.* 1. *num.* 16.

9 Similiter in eadem *Extrauag.* reseruantur dispositioni Apostolicæ beneficia vacantia, & vacatura per assecutionem pacificam quorumcunque prioratuum, dignitatum, personatuum, officiorum, canonicatuum, præbendarum, & aliorum beneficiorum, auctoritate Apostolica prouisorum, seu prouidendorum, idem disponitur in *Etrauag. ex dubie*, §. *huiusmodi*, *de elect.* de hac reseruatione vide apud Rot. *decis.* 65. *de rescript. in antiq.* Gonz. *ad regul. de mensib. Gl.* 51. *num.* 36. *& seqq.* Garz. *de benef. part.* 11. *cap.* 5. *num.* 52. *& seqq.* Lotter. *de re benef. lib.* 2. *quæst.* 27. *num.* 37. Barbos. *de Iure Eccles. lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 52. Hanc reseruationem dicunt communiter DD. procedere in beneficijs vacaturis per assecutionem alterius, non solùm ex dispositione iuris, sed etiam ex decreto Papæ, Rot. *in Segouiens. Canonicatus* 24. *Nouembris* 1588. *coram D. Ploto*, quam adducit Garz. 5. *part. cap.* 1. *num.* 685. notat Gonzal. & Barbos. *cit. loc.*

10 Nota primò prædicta procedere in beneficijs incompatibilibus; in illis enim per assecutionem secundi, vacat, & reseruatur primum, prout latius, & clarius habetur ex declaratione Pauli V. in his terminis emanata de anno 1609. quam adducit Garz. *part.* 11. *cap.* 5. *post num.* 64. Et procedere etiam in beneficijs collatis à Papa; nam si Ordinarius conferret secundum beneficium, primum non esset reseruatum, sed vacaret in mense Ordinarij, & ad illum spectaret prouisio, obseruant *cit. loc.* Gonz. *num.* 37. & Barbos. *num.* 25. *ad finem*.

11 Prædicta adeo vera sunt, vt si quis vacature parochiali, resignauerit beneficium, quod prius habebat, & vacantem mox obtinuerit, quia censetur in fraudem reseruationis, resignatio non valet, & beneficium resignatum censetur vacare per assecutionem, & esse reseruatum, fuit dictum *in vna Concben. Parochialis* 9. *February* 1615. *coram D. Vbaldo*, & refert Lotter. *de re benef. lib.* 2. *cap.* 27. *num.* 38. *& seqq.* & idem dictum est supra in casu vacationis per assumptionem ad Episcopatum.

12 Hinc ad maiorem cautelam hodie in gratia facta de aliquo beneficio ei, qui habet aliud incompatibile, seu ius ad illud, apponitur decretum, quod ipse Orator infra duos menses à die habitæ possessionis secundi, seu quam per eum steterit quominus illam assequatur, primum dimittere, seu iuri competenti cedere in manibus Romani Pontificis tantùm liberè omninò teneatur, alioquin ambo vacent ipso iure, ita vt de illis per Sedem Apostolicam dumtaxat disponi possit, ac irritum, &c. Quo stante Decreto, prouisus nec ante, nec post habitam possessionem secundi, resignare potest primum conditionaliter, aut causa permutationis, nec coram Sanctissimo, nec coram Ordinario, sed tenetur liberè illud dimittere; probat ex multis Garz. *de benef. part.* 11. *cap.* 5. *num.* 55. *& seqq.* vbi habetur tota materia per extensum.

13 Reseruantur etiam dispositioni Sedis Apostolicæ per supradictam *Extrauagantem ad Regimen* beneficia, de quibus in concordia, vel discordia electi, vel postulati, fuit facta electio, vel postulatio, quæ postmodum fuit cassata, seu repulsa, vel renunciata, admissaque reseruatio, referunt post alios Gonzal. *ad regul. de mensib. Gl.* 51. *n.* 34. Barbos. *de iur. Eccles. lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 53.

14 Reseruantur etiam dispositioni Sedis Apostolicæ beneficia, de quibus in *citata Extrauag. execrabilis*, nempè vacantia per assecutionem, & retentionem secundi beneficij incompatibilis cum primo, quæ reseruatio habetur etiam in *citata Extrauag. ad regimen vers. nec non etiam*. Prædicta vacatio, & reseruatio dicitur apud DD. *propter execrabilitatem*, nomen sumendo ab Extrauaganti prædicta, quæ est Ioannis XXII. de qua materia, vltra dicta supra hic, dicta sunt etiam multa in *prima part. ad text. in cap. de multa de præbend.* reliqua vide apud Garz. *citat. loc.* & Lotter. *lib.* 2. *quæst.* 30. *per totum*.

15 Supradictæ reseruationes, de quibus in *citat. Extrauagantib.* renouantur in *prima regula Cancellariæ*, vbi disponitur vlterius illas habere locum, etiam si Apostolicæ Sedis Officiales in *citat. constitutione ad regimen* expressi, ante obitum eorum esse desierint, quoad beneficia, quæ tempore, quo officiales erant obtinebant; declarat nihilominus beneficia, quæ dictæ Sedis Officiales, qui ratione officiorum suorum huiusmodi eiusdem sedis Notarij erant, etiam dimissis ipsis officijs, & quandocunque assecuti fuerint sub huiusmodi reseruationibus comprehendi, ita *Regula*.

16 Secundò reseruantur dispositioni Sedis Apostolicæ ex *Regul. Cancellar.* 1. *in fin.* beneficia omnia, de quibus Ordinarij, & alij Collatores contra Concilij Tridentini decreta disposuerunt, & disponent in futurum. Decernit enim Concil. Trident in multis locis conferri per Ordinarios nonnulla beneficia certis personis, & sub certa forma, siue nonnullis qualitatibus seruatis, vt in *cap.* 3. *sess.* 7. *de reform. & cap.* 4. *sess.* 22. *de reform.* vbi mandatur conferri personatus, præbendas, officia, portiones, & alia beneficia ijs, qui ætatem, & habilitatem integrè habere dignoscuntur. *Et in cap.* 6. *sess.* 23. *de refor.* vbi disponitur conferri beneficium simplex habenti saltem primam tonsuram, & decimum quartum annum. *Et in cap.* 18. *sess.* 23. *de refor.* vbi decretum est conferri dignitatem Doctoribus, vel Magistris, aut licentiatis in Theologia, vel Iure Canonico. *Et cap.* 12. *sess.* 24. *de refor.* vbi prohibetur conferri dignitates, quibus animarum cura subest ijs, qui saltem vigesimum quintum suæ ætatis annum non attingerint, & in clericali ordine versatus doctrinam, vel munus eorum exequendum necessarium non habuerint. Et ibidem prohibetur etiam conferri Dignitatem, Canonicatum, seu Portionem ei, qui eo Ordine sacro non sit initiatus, quem illa Dignitas Præbenda, aut Portio requirit, aut qui in tali ætate est constitutus, vt infra annum non valeat ordinari, & in *in cap.* 8. *sess.* 24. *de refor.* vbi præcipitur conferri præbendam Pœnitentiariæ Magistro, Doctori, aut Licentiato in Theologia, vel Iure Canonico, & Constituto in ætate annorum 40. & in *cap.* 15. *sess.* 25. *de refor.* vbi interdicitur conferri beneficia filijs clericorum, qui non ex legitimo nati sunt matrimonio in Ecclesijs, in quibus Patres eorum beneficia habent, vel habuerunt. Et in *cap.* 10. *sess.* 14. vbi imponitur, beneficia Regularia conferenda non nisi Regularibus, actu, aut qui esse debeant. Et in *cap.* 18. *sess.* 24. *de refor.* vbi præscribitur forma conferendi beneficia curata, & Ecclesias Parochiales. Quæ, & alia disposita per Concil. Trid. circa beneficiorum collationem, si per Ordinarium non seruentur in eius collationibus, beneficia dicuntur vacare, & reseruata dispositioni Sedis Apostolicæ per *primam regul. Cancell.* ita vt nec ipse Ordinarius possit secunda vice purgando defectum conferre.

17 Ad supradicta notandum est reseruari Sedi Apostolicæ beneficium curatum, quod Episcopus contulit non seruata forma Concil. Trid. *cit. cap.* 18. *sess.* 24. *de refor.* & proindè Episcopum pro illa vice priuari iure conferendi, sed id non est intelligendum in præiudicium inferiorum ab Episcopo, quibus spectat ius conferendi in casu, quo Episcopus, ad quem spectat, non curauit facere concursum iuxta formam Concilij; nam non debet inferior ex culpa Episcopi priuari iure suo, docet Gonzal. *ad regul. de mensib. gl.* 6. *ex num.* 126. eumque sequitur Lotter. *de re benef. lib.* 2. *quæst.* 31. *num.* 9.

18 Tertiò reseruantur dispositioni Sedis Apostolicæ Ecclesiæ Parochiales, Primatiales, Archiepiscopales, & Episcopales, vt ex *prima parte Regul.* 2. *Cancell.* de qua Gonzal. *ad Regul. de mensib. gl.* 51. *num.* 49. Garz. 5. *part. cap.* 1. *num.* 212. In quibus terminis notandum est, quòd hæc Reseruatio est conformis dispositioni antiqui iuris communis, nam prouisio Cathedralium olim ad solum Romanum Pontificem pertinebat, *cap.* 1. *&* 2. 22. *dist. gl. in cap. quamquam de elect. in* 6. *in princ. & in verbo deuoluetur*, Selua *de benef.* 2. *part. quæst.* 22. 3. *cas. num.* 9. Bertach. *de Episcopis lib.* 1. 3. *part. num.* 1. Hinc electionem Episcoporum non pertinere iure diuino ad Clerum, sed ad Summum Pontificem, vt vel ipse eligat, vel præscribat eligendi modum, testatur omnigenæ virtutis, & integritatis vir Cardinalis Bellarm. 1. *tom. Controuers.* 5. *lib.* 1. *cap.* 8. *& secundo tom. Controuers.* 2. *lib.* 1. *cap.* 8. Postea tractu temporis fuit per Papam data hæc facultas eligendi Episcopos Ecclesijs Cathedralibus, *cap.* 1. *cap. ne pro defectu*, *cap. quia propter de elect. cap. cum Ecclesia Sutrina de causa possess. &c.* Selua *cit. loc.* Demùm prædicta prouisio

sio est reseruata Papæ, *vt in hac Regul. Cancell.* vbi Sot. Rebuff. & Mandos. Simonet. *de reseruat. q.* 39. Cabed. *de Patronat. Regiæ Coronæ Lusitaniæ cap.* 34. qui omnes testantur regolam prædictam non habere locum io Ecclesijs de iurepatronatus Regis, vel Principis, etiam si iuspatronatus illi competat ex priuilegio, vel consuetudine, ita Lambert. *de iurepatr.* 3. *part.* 2. *lib. q.* 1. *art.* 11. *num.* 2. Couar. *pract. cap.* 36. *num.* 2. *& num.* 6. *vers. secundum*, in quibus institutio Papæ reseruatur, non autem electio, Couar. *cit. loc. num.* 5. *&* 35. Gonzal. *gl.* 51. *num.* 49.

19 In 2. *part. eiusdem Reg.* 2. *Cancell.* reseruantur dispositioni Sedis Apostolicæ Monasteria virorum, quorum redditus valorem annuorum ducentorum Florenorum auri communi extimatione excedunt, & de his Mandos. *in ead. regul. q.* 3. *& in tract. de signat. grat. rubr. de prouision. col. penult.* Gonzal. *glos.* 51. *num.* 50. latè Lotter. *de re Benefic. q.* 26. *lib.* 1. *per totum*. Hæc enim intelliguntur de Monasterijs, quæ conuentu destituta sunt, vel quæ commendari solent, prout latius Lotter. *cit. loc.* & de Monasterijs idest Abbatijs Consistorialibus, nempe quæ consistorialiter prouideri solent, Gonzal. *cit. loc.* licet possit illa Papa pro suo libito prouidere etiam extra consistorium, Alph. Sot. *ad regul.* 2. *prædictam post princip. vers. sed si sanè consistorio*.

20 In 3. *part. eiusdem Regulæ* 2. reseruantur dispositioni Sedis Apostolicæ beneficia vacantia, & vacatura sede Patriarchali, Primatiali, Archiepiscopali, Episcopali, aor Abbatiali, vel alterius Collatoris, seu Collatricis vacante per obitum, aut dimissionem, seu amissionem, vel priuationem, vsq; ad promotionem, vel prouisionem successorum, & pacificam illorum possessionem adeptam, quando collatio, seu dispositio ad quemlibet illorum, vel illarum pertinet, dummodo non sit simultanea cum alio, vel alijs, aut etiam ad alterius præsentationem, vel electionem pertineat. De hac reseruatione extat Bulla Pij V. incipiente *Sanctissimus de anno* 1576. tractant Gonzal. *cit. loc. gl.* 51. *n.* 52. Garz. 5. *p. cap.* 1. §. 4. latè Nouar. *Sum. Bull. titul. de Benef. vacantib. sede Episcopali vacante*, Barbos. *de potest. Episcopi p.* 3. *alleg.* 57. *n.* 90. *& seqq. & de Iure Eccles. lib.* 3. *cap.* 13. *n.* 57. Lotter. *de re Benef. lib.* 2. *q.* 34.

21 Dicuntur igitur reseruata Sedi Apostolicę virtute huius *Regulæ* omnia beneficia vacantia sede Episcopali vacante non solom, quæ spectabant ad Collationem Episcopi, sed etiam, quæ ad Præsentationem, Electionem, & ad quamcumque aliam dispositionem illius spectabant, non solum in morte Episcopi, sed etiam cuiusuis alterius Ordinarij Collatoris, vt ex claris verbis ipsius *Regulæ* apparet, idque procedit quando Episcopus, seu alter Collator Ordioarius solus conferebat; nam si Episcopus ipse, vel alius collator cum Capitulo, vel cum alio socio conferebat, tunc sede Episcopali, vel Collatrici vacante, adhuc beneficium vacans non dicitur reseruatum Sedi Apostolicæ; sed solus socius, vel Capitulum confert; nec Reseruatio procedit in beneficijs Iurispatronatus, vt legitur *in text. Regulæ*, & obseruant Lotter. & Garz. *cit. loc.*

22 Habet etiam locom Reseruatio quando Collatio ad Episcopum spectat, vel cum consilio, aut consensu alterius, ita Gonzal. *ad regul. de mensib. glos.* 47. *num.* 29. quem sequitur Garz. 5. *part. cap.* 1. *num.* 233. *ad fin.* Quid dicendum quando Collatio est diuisa inter Capitulum, & Episcopum ratione concordiæ per turnum, vide Garz. *cit. loc. num.* 234. *& seqq.*

23 Hæc Reseruatio procedit non solum quando Episcopatus vacat per obitum, sed etiam quando vacat per Dimissionem, Amissionem, vel Priuationem, vnde facta resignatione per Episcopum, illico remanet spoliatus potestate conferendi, & transit ad Papam, vt diximus, & denotant verba ipsius *Regulæ*, & illam remanere apud Papam qoousque sedes Episcopalis fuerit prouisa de successore, & is pacificam possessinnem fuerit adeptus, aduertit Lotter. *cit. loc. num.* 26. *& seqq.* vbi defendit, quod si Episcopus impeditur possessionem capere, nec per ipsum stat, adhuc lucratur fructus Ecclesiæ Episcopalis, & consequenter potest conferre, & cum Collatio beneficiorum sit inter fructus, pro qua sententia adducitur Rotæ iudicium io *vna Auersana fructuum* 18. *Iunij* 1607. *coram D. Sacrato*.

24 Quartò reseruantur dispositioni Sedis Apostolicæ in 3. *regul. Cancell.* Primò, omnes dignitates maiores post Pontificales in Cathedralibus, etiam Metropolitanis, & Patriarchalibus, & Dignitates Principales in Ecclesijs Collegiatis excedentes valorem decem Florenorum auri; ad hanc regulam vide glos. Rebuff. & Mandos. Gonzal. *glos.* 51. *num.* 55. Garz. 5. *part. cap.* 1. *num.* 256. *& seqq.* Lotter. *lib.* 2. *q.* 33. Barbos. *de Iur. Eccl. lib.* 3. *cap.* 13. *n.* 58.

25 Et licet propriè illa dicatur Dignitas, quæ iurisdictionem habet iuxta dicta per Abb. *in cap. de multa de præbend. n.* 21. *ad fin.* nihilominus ad hunc effectum reseruationis non requiritur in dignitate iurisdictio, sed sufficit, vt administratio aliqua cum simplici præeminentia illi cohæreat, vt dicatur dignitas, colligitur *ex text. in l. honor ff. muner. & honorib.* probat Lotter. *cit. loc. n.* 23. *& seqq.*

26 Notatur in hoc casu, quod in qualibet Ecclesia Cathedrali, & in vnaquaque Ecclesia Collegiata reseruantur tantom vna Dignitas, nempe maior io qualibet Cathedrali, & principalis in qualibet Collegiata, ioxta veriorem opinionem, & approbatam per Rotam *in vna Turritana Archipresbyteratus* 7. *Maij* 1574. quam adducit Garz. *cit. loc. num.* 268. tenent omnes citati contra Mandos. *in hac regul. q.* 3. Quod si plures sint Dignitates in Ecclesia, ad finem iudicandi, quæ sit maior, & principalis, & consequenter reseruata, videndum est quomodo illæ fuerint erectæ à principio, & id seruandom esse docet Abb. *in cap. de multa num.* 22. *vers. quinta conclusio de præbend.* Selua *de benefic.* 2. *part. q.* 2. *n.* 59. & alij. Sed si de erectione non constet, standum est consuetudini, & illi habenda est pro maiori, & principali dignitate, quam talem iudicat consuetudo ipsius Ecclesiæ si extat, sin minus, consuetudo Prouinciæ, in qua est posita Ecclesia, Boer. *decis.* 206. *num.* 8. Rot. *decis.* 4. *num.* 2. *de elect. & decis.* 9. *de præbend. in nouis.* Mant. *decis.* 75. *num.* 3. Ludouis. *decis.* 482. *num.* 3. & tantum valet in his terminis consuetudo, vt magis attendatur, quam ius commune Gram. *decis.* 64. *num.* 17. Beltram. ad Ludouis. *decis.* 411. *num.* 5. *vers. verum ante omnia*; quod si erectio, vel consuetudo prædicta haberi non potest, ad dignoscendam maiorem, & principalem dignitatem, recurrendum est ad nomen dignitatis, quod correspondet substantiæ rei, & ex his iudicandum est de qualitate dignitatis, iuxta dicta per Abb. *in cap. de multa num.* 21. *vers. sed pro certo de præbend.* Pacian. *de probat. lib.* 2. *cap.* 27. *num.* 12. & faciunt dicta per Gram. *decis.* 64. loquentem de maiori Diacono Ecclesiæ Metropolitanæ Neapolitanæ, & Primicerio contendentes inter eos de prima dignitate. Exemplificari id potest in dignitate Cimiliarchatus, cuius nomen græcum est, & significat Thesaurarium, seu Sacristam, *l. vltima §. fin. C. de bon. auct. Iud. possid.* vbi glos. *in verbo Cimiliarchio, & in l. litibus C. de agricol. & censib. lib.* 11. Dicuntur Cimilia sacra vasa, Sanctorum Reliquiæ, & alia pretiosa, in quibus consistit Thesaurus Ecclesiæ, vnde dictum est Cimiliarcha *Can. Apostolica*, vbi glos. *marg.* 12. *q.* 2. Brisson. *de verb. iur. signif. lib.* 3. Et apud antiquos dictum est Sanctius *ærarium*, Alex. ab Alex. *genial. dier. lib.* 2. *cap.* 2.

Fallunt prædicta in Cimiliarchatu Maioris Ecclesiæ Neapolitanæ, quem ad præsens possidet Admodum R.D. Ioannes Vincentius Iuueois vir doctrina, integritate, ac virtutibus omnibus satis conspicuus, ille enim cum nullam habeat præeminentiam in Capitulo, & inter Canonicos, cum quo Capitulo Canonicorum nil prorsus commune habet; sed tantum est Capot Collegij Hebdomadariorum eiusdem Ecclesiæ, iuxta eius erectionem, de qua Ioan. Villa Neap. *in sua Chron. cap.* 42. & Marc. Ant. Surg. Neapol. Illustr. *lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 21. Proinde non esse principalem dignitatem, nec cadere sub reseruatione fuit iudicatum per Rotam Romanam coram D. Bichio 26. *Iunij* 1647. *sequenti decisione V. D.*

Regulla tertia hodie quarta Cancellariæ in prima parte reseruat collationi Summi Pontificis dignitates maiores post Pontificalem in Cathedralibus, necnon principales in Collegiatis Ecclesijs, & ex vtroque capite informantes pro D. Abbate Vrsio, qui fuit prouisus de Cimiliarcatu Cathedralis Ecclesiæ Neapolitanæ tanquam de reseruato illius reseruationem deducebant; nempe quia Cimiliarcatus sit in Cathedrali maior dignitas post Pontificalem, vel principalis in Collegiata; ideo proposui hodie discutiendum an Cimiliarcatus cadat sub reseruatione, & negatiuè Rota respondit.

Omisso enim an Cimiliarcatus de sui natura sit di-

gnitas, vel officium cum in lingua Græca, à qua deriuat Cimilia sint Vasa sacra, Sanctorum Reliquiæ, & alia pretiosa, in quibus consistit thesaurus Ecclesiæ. Vnde Cimiliarcatus nil aliud significat, quàm officium Thesaurarij, seu Sacristæ, glos. in l. final. verb. in Cimiliarc hic Cod. bon. auth. ind. possid. Host. in summ. de offic. sacris post princip. vers. vocatur, & in cap. ea quæ, num. 1. de offic. Archidiacon. Petr. Gregor. Syntagm. iur. lib. 15. cap. 39. num. 4. Marsil. de ecclesiast. reddit. par. 2. cap. 12. num. 18. quod de iure communi non sonat in dignitatem, Aretin. consil. 23. num. 4. vbi quod nulla nomina officij Ecclesiastici de iure communi sonant in dignitatem, nisi Archidiaconatus, & Archipresbyteratus, Germon. de indul. Card. §. etiam si sacularia, num. 19. fol. 450. Pacian. de probat. lib. 2. cap. 27. num. 27.

Quia regula quarta non reseruat omnes dignitates, sed vnam tantum illam videlicet, quæ in Cathedrali sit prima post Pontificalem, vel principalis in Collegiata, nisi adsint duæ æquè maiores, & æquè principales, vt in regula tertia Cancell. notat Mandos. quæst. 3. num. 2. vers. contrarium, & per tot. quæst. 4. sub num. 7. & per tot. Gonzal. super reg. 8. glos. 21. num. 7. Garz. de benef. par. 5. cap. 1. num. 262. & seqq. Barbos. de potest. Episc. alleg. 57. num. 100. & seqq. Castropal. oper. moral. tom. 2. tract. 13. disp. 2. punct. 19. num. 3. Non sufficit probare, quod Cimiliarcatus sit dignitas, sed vltro probandum est, quod sit prima post Pontificalem in Cathedrali, aut principalis in Collegiata, vel coæqualis primæ ac principali, & quidem per probationes plenas, & necessarias, Put. decis. 265. lib. 3. Caualer. decis. 266. num. 6. decis. 46. num. 3. & 4. part. 2. diuers. & in terminis huius regulæ Add. ad sanct. mem. Gregor. XV. decis. 411. num. 5. in fin. Rot. decis. 143. num. 1. par. 7. recent.

Tantum autem abest huiusmodi probatio, quod immò in contrarium dantur. Primò tres enunciatiuæ, quod prima dignitas in Ecclesia Cathedrali Neapolitana sit Primiceriatus, altera videlicet in litteris Leonis Decimi de Anno 1521. summ. Iuenis num. 1. altera Pauli Tertij de Anno 1538. summ. ibidem num. 2. tertia Vincentij Cardinalis Caraffæ Archiepiscopi Neapolitani de Anno 1539. summ. num. 3. quæ cum sint plures diuersarum personarum, & excedant metam centum annorum maximi momenti sunt, Felin. in cap. cum causam num. 4. de probat. Seraph. dec. 1334. num. 2. Put. decis. 149. num. 2. lib. 3. Rot. decis. 91. num. 2. in fine par. 1. recent. & in terminis ad probandam qualitatem beneficij decis. 163. num. 2. decis. 202. num. 1. par. 1. ibidem.

Secundò tres sententiæ Rotales latæ super maioritate inter Primicerium, & primum Diaconum eiusdem Cathedralis, in quarum prioribus dictum fuit Primiceriatum esse primam dignitatem, in tertia verò ab illis recedendo ex nouiter deductis, pronunciatur coram Mohedano, quod prima dignitas post Pontificalem residet penes primum Diaconum, & quamuis latæ fuerint non citato Cimiliarca, quia tamen ob rei qualitatem, ac diuturnitatem temporis quo lis durauit impossibile est, quod Cimiliarca illarum scientiam non habuerit, & admodum inuerisimile, quod si sibi in Ecclesia maioritas fuisset debita ad causam vtrumque exclusurus se admitti non fecisset, vt poterat Ioan. Andr. in cap. 2. num. 1. vers. si verò, & ibi Gemin. sub num. 4. vers. si vero, vt lit. pend. in 6. Facchin. controu. iur. lib. 1. cap. 5. add. ad Greg. XV. decis. 259. num. 7. multum deferendum videtur dictis sententijs, quæ propter antiquitatem ferè centum annorum probant etiam sine actis, Cassad. decis. 3. num. 5. de procur. Put. decis. 328. lib. 2. in corr. Rot. decis. 143. num. 8. par. 2. diuers. & in Auximana sepulturæ 28. Maij 1646. coram R. P. D. meo Arguelles, ac etiam contra tertium non citatum faciunt vehementissimam præsumptionem boni iuri Seraphin. decis. 1422. sub num. 8. præsertim stante antiquissima possessione primi Diaconi, & re iudicata, quæ pro veritate habetur, l. res iudicata 208. ff. reg. iur. Surd. consil. 106. num. 13. Rot. decis. 404. num. 1. par. 1. recent. necnon pluribus actibus capitularibus ab Anno 1502. datis in Summ. Iuenis num. 6. in quibus ipso Cimiliarca præsente, & acquiescente post primum Diaconum Primicerium, & alios, nominatur sexto, vel septimo loco Cimiliarca, quod est signum eius inferioritatis Mandos. consil. 27. num. 5. Cassan. in Cathalogo glor. Mund. par. 1. consider. 17. Gonzal. super regul. 8. Cancell. glos. 5. §. 7. num. 31. Grammat. decis. 64. num. 28. addit. ad Gregor. XV. decis. 411. sub num. 5. vers. & nominatio, Rota decis. 322. num. 5. part. 6. recent.

Tertiò accedit visitatio Ordinarij de Anno 1582. summ. num. 5. in qua habetur, quod Cimiliarca habet dignitatem, non tamen inter Canonicos, sed tantum inter hebdomadarios, quodque ille sedet in quinta sede, ex ordine enim successionis infertur ad ordinem dignitatis, quia dignioribus primæ sedes debentur, Cardin. consil. 30. num. 7. Lotter. de re Benefic. lib. 2. quæst. 33. num. 50. Grammat. dicta decis. 64. num. 20. Seraph. decis. 1445. num. 3. Rot. decis. 518. sub num. 3. part. 1. diuers. decis. 310. num. 3. & ibi add. num. 9. coram san. mem. Gregor. XV. & multum deferri solet visitationibus ordinariorum, quia tunc inquirunt de qualitate, & statu beneficiorum suæ Diœcesis, Cassad. decis. 2. num. 3. de caus. poss. & propr. Seraph. decis. 780. nu. 1. Gregor. XV. decis. 482. num. 6. & in his terminis Rot. decis. 465. num. 3. part. 4. tom. 3. rec.

Quartò dirimit omnem controuersiam vltima prouisio huius Cimiliarcatus facta à Greg. XIII. in personam Octauij Floriani cum explicita assertione, quod Cimiliarcatus non est dignitas maior post Pontificalem sum. nu. 11. nam vltimus status attenditur pro dignoscenda qualitate beneficij ad effectum includendæ, vel excludendæ reseruationis, Calderin. consil. 23. de probat. Put. decis. 206. num. 1. Caualer. decis. 639. num. 9. Rot. decis. 2. de præbend. in nou. decis. 154. num. 3. & seqq. part. 1. decis. 340. num. 5. part. 3. recent. & in puncto regulæ quartæ decis. 465. num. 1. decis. 633. num. 4. part. 4. tom. 3. decis. 143. num. 2. & 29. part. 7. quo magis, quia Florianus sic prouisus possedit Cimiliarcatum per quadraginta, & amplius annos. Ad tradita per Abb. in cap. fin. num. 17. vers. distingue tamen de consuetud. vbi ait, quod vnus actus si habet causam successiuam, ac temporis requisiti continuationem, inducit sufficientem præsumptionem, eumque sequitur Dec. consil. 134. sub n. 1. circa fin. vers. vt notat, Abb. Rot. decis. 290. num. 8. & 9. part. 5. recent. Et quia agitur contra Abbatem Vrsium, qui cum veniat ex vacatione per obitum dicti Floriani prouisi de Cimiliarcatu vti non maiori dignitate videtur agnouisse huius assertionis, aliorumque in litteris Apostolicis Floriani narratorum veritatem, ac iustificationem, Rota decis. 311. sub num. 2. part. 3. recent. decis. 465. sub num. 7. p. 4. tom. 3.

Non obstat, quod vltimus status non attendatur, vbi constat de anteriori contrario, quia hoc procedit quando de anteriori statu contrario constat per probationes perfectas, secus si per imperfectas, vt benè declarauit Rot. d. decis. 455. n. 7. part. 4. tom. 3. recent. quales sunt ex aduerso adductæ siquidem antiquus Codex Ecclesiæ, quem sequuti fuerunt aliqui scriptores historiarum refert solum, quod Cimiliarcatus fuit à S. Siluestro ante alias dignitates erectus, quod conuincit prioritatem originis, sed non dignioritatem, vbi aliæ dignitates adsunt maioris præeminentiæ, Ioan. de Anan. in cap. de multa num. 21. in fin. de praben. Pacian. de probat. lib. 2. cap. 27. num. 11.

Testes deponentes de communi reputatione, & fama, quod Cimiliarcatus sit prima dignitas, præter quod patiuntur exceptiones personales, & fuerunt examinati vigore remissorialium A. C. carentis prorsus iurisdictione in beneficialibus, Acchill. decis. 24. de appellat. Coccin. decis. 169. n. 1. Rota inter recent. decis. 271. n. 4. part. 1. non releuant, quia contrarium apparet ex scripturis supra deductis, & communis reputatio, & fama quantumcumque in antiquis nõ suffragatur concurrentibus contrarijs coniecturis, tũc enim non est inconcussa, & constans apud omnes, vt requiritur, & testes de ea deponentes conuincuntur, si non de mendacio, saltem de non sufficienti informatione, Rot. decis. 176. n. 6. part. 1. diuers. decis. 182. nu. 7. part. 1. recent. decis. 325. n. 17. & 18. coram Gregor. XV. decis. 6. num. 5. coram Card. Caualer. magisque standum est scripturis, quam Testibus, l. census, ff. probat. glos. in cap. 3. loco verb. testium eod. tit. Roman. cons. 319. num. 1. Cassan. cons. 16. num. 1. Rota decis. 64. num. 17. part. 5. recent.

Tandem, quod Cimiliarcatus gaudeat aliquibus prærogatiuis recensitis in libro Ecclesiæ Neapolitanæ sum. Vrsij n. 10. non efficit, vt sit dignior alijs dignitatibus eiusdem Ecclesiæ habentibus alias præeminentias superius adductas, vt in puncto ad effectum regulæ quartæ respondit Gonz. super regul. 8. glos. 51. n. 56. quominus dum in vltimo

statu

statu continuato vltra quadragitita annos Cimiliarcatus non fuit collatus, & possessus tanqoam prima dignitas.

Rursus non obstat, quod cum Primicetiatus, & primus Diaconatus sint expertes reseruationis regulæ quartæ, ille quia est de iurepatronatus laicorum, hic quia subiacet optioni seqoens dignitas, & sic Cimiliarcatus cadat sub regula, vt bis Rota resoluit io decis. relat. à Garz. *de benefic. p.5. cap.1. n.270.* & in his terminis tradit Lotter. *de re benef. lib.2. q.33. n.43.* Tum quia oon fuit probatum, quod Cimiliarcatus sit tertia dignitas, immò apparet Cimiliarcam sedere 5. 6. & 7. loco, & ipse Liber Historiæ Cioccarelli ex aduerso relatus summ. Vrsi. num. 7. narrat Cimiliarcam habere vltimum locum inter septem Canonicos Presbyteros præbendatos. Tum etiam quia quoad primom Diaconatum actus, qui dantur in summ. Vrsi. num. 22. non eoocludunt optandi consuetudinem, sine qua, aut particulari statuto, seu priuilegio Apostolico, optio non competit, vt notant DD. *in cap. fin. de consuet. in 6.* Gonzal. *super. reg. 8. glos. 34. num. 12. & 13.* Monet. *de option. cap. 2. num. 1.* & in dobio reseruatio impedit optionem Paris. *cons. 10. num. 5. lib. 4.* Gonzal. *dicta glos. 34. num. 2.* Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 6. cap. 26. q. 14. vers. porro*, Paul. Granut. in addit. ad Simonet. *de reser. q. 45. litt. B. & q. 54. num. 6.* Put. *decis. 4. lib. 2.* cum alijs pleno calamo congestis à Monet. *de option. cap. 3. num. 41. & seqq.*

Quo verò ad aliud caput reseruationis, ex quo Cimiliarcatus sit principalis dignitas in Collegiata admiserunt Domini, quod dignitas existens in Cathedrali oon maior post Pontificalem, si ex indulgentia Sedis Apostolicæ, aut aliquo alio iure habet sub se Canonicos in Ecclesia Collegiata, ibique principalis dignitas sit, cadit sub regula quarta quando Ecclesia Collegiata est actu distincta à Cathedrali, in quibus terminis loquitur Garz. *de benef. part. 5. cap. 1. num. 260.* Gonz. *glos. 51. num. 55.* Barbos. *de potest. Episcop. alleg. 57. num. 98.* Lotther. *de re benef. lib. 2. q. 33. num. 2. & 22.* Monet. *de option. cap. 3. sub. 59.* non autem quando Collegium, cuius talis dignitas est caput existit in ipsa Ecclesia Cathedrali, prout existit Collegium hebdomadariorum, cui præest Cimiliarca, quia Papa non reseruauit principales dignitates in Collegijs, sed in Ecclesijs, Collegiatis ibi principales io Collegiatis Ecclesijs; Vnde vt intret reseruatio inspiciendom tantummodo est an Ecclesia sit Cathedralis, vel Collegiata, non attento ao in Cathedrali vltra Capitulum Canonicorum adsit etiam Collegium Beneficiatorum, cum Papa in eadem Ecclesia vno tantùm lumine voluerit priuare ordinarios collatores, vt post Mandos. tradit Gonzal. *glos. 21. num. 7.* Garz. & alij relati à Castropal. *oper. moral. tom. 2. tract. 13. disp. 2. punct. 19. num. 3.*

Ex quibus reiecta opinione Lotther. *dicta quæst. 33. n. 58.* qui fuit Aduocatus: pro Cimiliarca in causa tunc pendentem in Rota decisum fuit vtraque parte informante Cimiliarcatum non cadere sub reseruatione &c.

27 Vlterius ad cognoscendam maiorem, vel principalem dignitatem inter alias eiosdem Ecclesiæ est considerandus modus assistendi in diuinis, & ornatus, siue vestes personæ, cum dignioris iudicetur, qui dignioribus indutus est vestibus, Cassan. *in Catal. gl. mundi part. 7. consid. 44.* probat text. *in cap. vt Apostolica de priuil. in 6.* Idem etiam indicandum est ex loco, in quo sedet possidens dignitatem; sedes enim nobilior assignatur ei, qui maiorem habet dignitatem, ad dicta per glos. & DD. *in l. decernimus C. de sacros. Eccles.* Bald. *cons. 387. in princip. & in vers. insigniora lib. 1.* Rot. *decis. 4. de elect. in nou. & decis. 518. sub nu. 3. circa fin. vers. nono facit p. 2. diuers.*

28 Item probatur maior, & principalis dignitas, ex maioritate administrationis, vt si illa prouisus iurisdictionem habeat, vt latè Lotter. *de re Benef. lib. 1. quæst. 16. num. 47.* vel babeat aliquod signum intrinsecum, vt est custodia sigilli capitularis, Ioan. And. *in cap. deliberatione nu. 1. verbo prælationis de off. leg. in 6.* Fel. *in rub. de maior. & obed. n. 10.* siue extrinsecum, puta si sceptrum, vel virgam aliquam præ manibus gestet Rot. *decis. 288. num. 3. part. 1.* Hinc in *vna Neapolitana Cimiliarchatus coram D. Sacrato*, in qua disceptabatur, quæ esset maior dignitas in Ecclesia Neapolitana ad effectum huius reseruationis, Primus ne Diaconus, an Primiceriatus, vel potius Cimiliarchatus, vbi dicebatur Cimiliarchatum esse primam dignitatem respectu Primiceriatus quod est de iurepatronatus Nobilis Familiæ de Ianuario, & sic liber ab hac teseruatione, & respectu dicti primi Diacoui, etiam concesso cum Gram. *decis. 64. per totum*; quod primus Diaconus præcedat Ptimicerio, non tamen debet præcedere Cimiliarchæ, quia prærogatiuæ, quas de iure communi habet Archidiaconus non sunt in actu, sed in habitu; quas verò habet Cimiliarcha, qui assistit in diuinis cum pluuiali, & mitra, & cum virga in signum cuiusdam iurisdictionis in Collegiom Beneficiatorum, siue Hebdomadariorum, & custodit sigillum capituli, sunt in actu non in habitu, & sic arguunt maiorem dignitatem. Verùm prædicta Neapolitana posita die 10. Iunij 1620. non fuit resoluta licet referat decisum aliàs per Rotam Gomes. *tract. de expectat, sub num. 46. vers. nam prout aliàs dixi*, & testatur Lotter. *lib. 2. quæst. 33. ad finem*, qui propterea dicit non esse recedendum à dictis per Gram. *vbi supra*.

29 Verùm si peosatis omnibus circumstantijs supradictis, ac attenta consuetudine in Ecclesia Cathedrali sunt duæ dignitates maiores post Pontificalem, vel in Collegiata duæ principales æquales ambæ sunt reseruatæ, tenuit Rot. *in vna Tuden. Abbatiæ de Bayona 13. Iunij 1554. coram D. Montesfla Conen.* quam refert, & sequitur Garz. *de Benefic. part. 5. cap. 1. num. 266.* & ad id etiam refert aliam *Turritanam Archipresbyteratus 7. Maij 1574.*

30 Eodem modo dicendum est esse reseruatam, si in dictis Ecclesijs sit vna tantum dignitas secundum veriorem, & magis communem seotentiam, quam tenet Simonet. *q. 3.* Mand. *ad hanc regul. quæst. 5.* Garz. *cit. loc. num. 167.* Rot. *in cit. Turritana*, Gonzal. *ad regul. de mensib. Gl. 4. §. 4. sub num. 18. vers. quinimò*, Lotter. *cit. loc. num. 30.* contra Gomes. & Zerol.

31 In secunda parte insdem 3. *regul. Cancel.* reseruantur dispositioni Summi Pontificis Prioratus, Præpositure, ac aliæ dignitates conuentuales, ac præceptoriæ generales ordinum quorumque, sed non militiarum, de qua reseruatione, vide Glos. *ad eandem regul. Cancell.* & Mandos. *quæst. 8. & 10.* Gonz. *Glos. 51. num. 59.* Garz. *5. part. cap. 1. nu. 271.* Barbos. *cit. loc. num. 60.* ex pluribus colligitur regulam reseruare Dignitates principales Regularium Conuentualium, seu Monasteria Fratrum, quæ non reguntur per Abb. illamque procedere in prioratibus in Commendam dari solitis, ita Seraph. *decis. 1305. n. 6.* non tamen comprehendit Prioratus, Præposituras, & alias dignitates temporales, vt Ordinum Mendicantium, DD. cit. communiter.

32 Ex his nota, quod Prioratus Conuentuales, qui regunt Monasteria, in quibus non degunt Abbates, loco Abbatum dicuntur habere Dignitatem, & tanquam tales sunt comprehensi in hac reseruatione, & sunt capaces delegationis Apostolicæ *Clement. 2.* vbi Glos. *in verbo Conuentualem ad fin. de rescrip.* Abb. *in cap. nisi essent num. 6. vltim. notab. de præb.* Quod tamen non procedit in prioratibus claustralibus, cum eorum nulla sit propria administratio, aut officium cum iurisdictione, sed quædam simplex procoratio, & Agentia, indeque sunt reuocabiles, vt probatur ex *text. in cap. cum ad Monasterium §. tales de statu Monach.* declarat Tholosan. *Syntag. iuris lib. 15. cap. 18. num. 1. & seqq.*

33 In 3. *parte prædicta 3. regul. Cancel.* reseruantur etiam dispositioni Summi Pontificis beneficia Familiarium Papę, ac Cardinalium continuorum commensalium, de qua materia vide Glos. *ibid.* Simonet. *de reseru. quæst. 35. & seqq.* Sarnen. *in proœmio regul. quæst. 6. & in regul. de impetrand. benef. per obit. famil. Cardin. quæst. 13. & 14.* Gambar. *de off. leg. lib. 3. n. 133. & seqq. & lib. 5. nu. 130.* Boer. *quæst. 35.* Menoch. *de arbitr. lib. 2. cap. 201. n. 111. & seqq.* Mascard. *de prob. concl. 755.* Gonz. *ad regul. de mens. Gl. 51. num. 16. & seqq.* Garz. *5. part. cap. 1. num. 273. & seqq.* Barbos. *de potest. Episcopi 3. part. alleg. 57. n. 106. & seqq. & de Iur. Eccles. lib. 3. cap. 13.* Lotter. *de re benef. lib. 2. quæst. 32. per totum*, Paris. *de resignat. lib. 2. quæst. 16. num. 36. & seqq. extat, & alia regul. 30. aliàs 31. de impetrantib. beneficia per obitum familiarium Cardin. Constitutio 23. 78. & 79.* Pauli III. & Iulij III. *constitut. 44.* & Leonis X. *constitut. 14. & 36. & constitut.* Pij IV. 5. & 16. & Sixti V. *constitut. 35.* Pauli V. *constit. 58.* & Gregorij XV. *constitut. 19.*

34 Dicuntur autem familiares Commensales, de quibus in *hac reg.* qui à Domino deputati sunt ad aliquod ministe-

rium etiam obsequiale, & officium mediantibus expensis cibarijs, etiam si salarium, seu mercedem in pecunia recipiant, nam victus succedit loco mercedis, Simonet. *de reseruat. q.35. num.6.* post Gemin. *in cap. vltimo sub num. 8. vers. vnde hic sumitur de verb. signif. in 6.*

35 Debent enim concurrere ad constituendam hanc familiaritatem, & commensalitatem, mens siue corpus, & dens, iuxta dicta per Paris. *de resignat. lib. 10. quæst. 3. n. 22.* idest vt familiaris deputetur obsequio, siue ministerio Domini, & illi præstentur alimenta siue certum salarium, & necessario debere concurrere ad hunc effectum commensalitatem, cum familiaritate, docet Campanil. *diuers. Iur. Canon. rub.9. cap.9. sub num.15.* Vnde si quis solum esset familiaris Cardinalis ex solo priuilegio, quia diceretur fructus familiaris, illius beneficia non includerentur sub hac reseruatione, docet post Gomes. & Menoch. Lotter. *de re Benef. lib.2. cap.32. num.16. & seqq.* Vel si quis sine titulo familiaritatis seruitij, vel obsequij in persona ipsius Domini ab illo reciperet expensas, victus, siue partem vti amicus, consanguineus, vel eleemosinaliter, vel alia causa non diceretur familiaris ad effectum huius reseruationis iuxta dicta per Rot. *in vna Salamatina, & Abulens. beneficiorum 9. Iunij 1599. coram D. Penia*, quam refert, & sequitur Garz. *loc. cit. num.317.*

36 Quod dictum est de familiari ex priuilegio, habet tantum locum in familiari Cardinalis, non autem in familiari Papæ, qui ex nudo priuilegio Papæ habetur pro vero familiari in omnibus, & per omnia, iuxta Declarationem Pauli III. de qua in sua *Constit. sub datum 22. Decembris 1594. 3. eiusdem Pontificis in Bull.* & notat Simonet. *de reser. quæst.35. num.25.*

37 Hinc beneficia Referendariorum, & aliorum, qui solum panem honoris habent à palatio, necnon eorum, qui nihil habent, sed solum percipiunt emolumenta suorum officiorum, idest Secretariorum Apostolicorum, Scriptorum Apostolicorum, Cubiculariorum, Militum S. Petri, Prothonotariorum non participantium, Scutiferorum, Subdiaconorum, Rotæ Auditorum, Conclauistarum, & reliquorum Officialium Cancellariæ Apostolicæ, & similium, dicuntur reseruata hac reseruatione, & prædicti pro veris, & continuis commensalibus habentur, cum Summus Pontifex illos realiter familiares, & commensales reputet probant post alios Gonzal. *glos. 51. num. 26. & seqq.* Lotter. *lib.2. q.32. num. 22. & seqq.* Rot. *decis.71. num. 2. part. 3. diuers.* Pereg. *decis. 104.* Put. *decis. 313. num. 3. & seqq. lib.1. fuit dictum in vna Beneuentana beneficiorum coram D. Seraphino.*

38 Familiaritatem ad finem inducendi reseruationem debere esse continuam saltem per quatuor menses testantur communiter DD. *in cap. final. de verb. signif. in 6.* Rot. *diuers. decis.378. lib. 3. part.3.* Verall. *decis.10. n.2. part.2.* & disponit expressè *reg.32. de impetrand. per ob. famil. in fin. vers. nec illos*, & sequitur Lotter. *cit. loc. lib. 2. q. 32. n. 10.* Sed verius dicendum est ad effectum reseruationis non esse necessarium tempus quadrimestre familiaritatis, & continuæ commensalitatis, sed sufficere, quod durante familiaritate beneficia obtinuerit, seu in illis, vel ad illa ius ei competerit quantumcumque paruo tempore duret familiaritas, iuxta opinionem Mandos. quem refert, & sequitur Garz. *5. part. cap.1. num.276. vers. requiratur.* Requiritur tamen familiaritas, & continua commensalitas per quatuor menses ad effectum *regul.32.* nempè vt in prouisione beneficij vacantis per obitum familiaris Cardinalis debeat exprimi nomen, & titulus ipsius Cardinalis, & ad prouisionem accedere consensus eiusdem Cardinalis, si in Curia sit, iuxta *cit. regul.32.* quæ id disponit; in *regula vero 3. seu 4.* iuxta modernas, reseruantur beneficia familiarium commensalium prædictorum nulla facta mentione temporis, de quo nec etiam fit mentio in *dict. cap. fin.* igitur cum illud ad hoc leges nõ requirant, nec nos requirere debemus.

39 Numerantur omnes familiares, & continui commensales Summi Pontificis per Gonzal. *gl. 51. num. 6. & num. 18, & seqq.* quibus etiam alios superaddit Garz. *cit. loc. n. 273.* & Lotter. *cit. quæst. 32.* ibi, *eas inuenies omnes*, & in præcit. Constit. Pauli III. quorum beneficia si vacent per obitum extra Curiam, & loca vicina per duas dietas, & non in actu legationis, licet non sint reseruata ratione vacationis in Curia, de qua §. 1. *hac annot.* reseruantur tamen ratione familiaritatis, seu continuæ commensalitatis, vt aduertit Lotter. *cit. loc. num.61. vers. ex quo.*

Extendunt etiam DD. hanc reseruationem ad beneficia, quæ obtinent familiares familiarium Papæ, & Cardinalis, dummodo dicti mediatè familiares, recipiant etiam partem, seu expensas ab ipso Papa, vel Cardinali, tenent, & probant Garz. *cit. loc. num. 325. & seqq.* qui testatur sic voluisse Rotam *in vna Regien.* per eum adducta, & Lotter. *vbi supra num. 62. & seqq.* quidquid teneat Mandos. Verum in hoc casu limitatur primò sententia Garz. & Lotter. in familiaribus familiarium Papæ, qui illi non seruiunt, & quos non nouit, vt voluit Rot. *in vna Romana beneficiatus Sancti Petri 30. Martij 1626. coram D. Pirouano.* Limitatur secundò eadem sententia quando Papa, vel Cardinalis daret portionem pro se, & duobus familiaribus suo familiari, qui habens plures familiares non designauit duos, qui viuunt expensis Papæ, vel Cardinalis, tunc ratione incertitudinis beneficia omnium familiarium prædictorum essent libera ab hac reseruatione, ita Garz. *cit. loc. num.330.* Limitatur tertiò in familiari illius, qui non potest esse familiaris Cardinalis, vt est Rotæ Auditor, cuius familiaris nec etiam dici potest familiaris Cardinalis quantumcumque ab illo recipiat partem, vel expensas, Cresc. *decis.5. de præb.* 40

Nota, quod hæc Reseruatio comprehendit omnia beneficia, quæ familiaris habebat tempore familiaritatis, vel ad illa tunc temporis ei ius competebat, etiam si illa obtinuerit ante familiaritatem, sed si cessauerit à familiaritate, illa tantum beneficia dicuntur reseruata, quæ habebat tempore familiaritatis, non autem illa, quæ postea obtinuit, docent verba ipsius *Regul.* & ibidem communiter aduertunt DD. 41

Quomodo sit impetrandum beneficium vacans per obitum familiaris, & continui commensalis, & quomodo requiratur consensus Cardinalis, deciditur per *Regul. 32.* vbi multa Mandos. & quid si familiaris mortuo, vel adhuc viuente Cardinali transeat ad aliam familiaritatem, vide Garz. & Lotter. *loc. cit.* post Mandos. *ibid.* 42

Quomodo sit probanda familiaritas, & continua commensalitas ad hunc effectum reseruationis, vide Mascard. *de prob. concl.772.* Simonet. *de reseruat. cap. 35.* Gomes. & Mandos. *ad eandem reg.31.* Gonzal. *gl.51. nu. 30.* Ludouis. *decis.166.* vbi latè Beltram. latissimè Lotter. *lib.2. quæst.32. num.126. & seqq.* 43

Limitatur primò hæc Reseruatio ratione familiaritatis, & continuæ commensalitatis, nam illa non habet locum in beneficijs certarum personarum, quas solent Cardinales retinere domi illis victum exhibendo, siue partem non tamen principaliter, vt seruitium præstent, licet seruiant Cardinali, vt dicitur *nell' Anticamera*, & illum associent ad Concistoria, & Capellas, sed vti personæ benemeritæ, vel litteratæ, vel ratione magnæ Amicitiæ, docet Garz. *cit. part.5. cap.1. num.316.* qui testatur pluries fuisse iudicatum secundum hanc sententiam, Beltram. ad Ludouis. *cit. decis.66. vers. in quo tamen*, vbi testatur Rotam pluries voluisse deputationem ad certum seruitium ad effectum probandi familiaritatem in hoc casu, saltem vt deputatio sit facta ad seruiendum sine certitudine seruitij, vulgariter dicendo *per simplice gentil'homo.* 44

Limitatur secundò in Vicarijs Cardinalium Episcoporum, nam licet hi recipiant certum quid pro expensis, & salario à Cardinalibus, in quorum Episcopatibus munus Vicariatus exercent, non tamen ex hoc dicuntur familiares, & continui commensales illorum, cum potius censeantur seruire dignitati, quam personæ, Simonet. *de reseruat. q.45. vers. quarto quæritur*, Rot. *in Parmen. Canonicatus 11. Februarij 1585. coram D. Gipsio.* Vbi idem disponitur de Auditore Generali Cardinalis, qui licet inseruiat eidem Cardinali, & habeat prouisionem, siue partem, non tamen dicitur familiaris ad effectum reseruationis, cum requiratur in hoc, quod sit continuus commensalis, *cap. fin. de verbor. signif. in 6.* Sarnens. *de impetr. benef. per obit. familiar. q.13. in princip.* Simonet. *de reser. q.35. n.21.* 45

Contrarium tamen dicendum est, nempe habere locum reseruationem in eo, qui antea erat familiaris, & continuus commensalis Cardinalis, & fuit deinde creatus Vicarius, vel Auditor Generalis illius, quod secus est in alio, qui nunquam comedit cum illius familia, Rot. de qua per 46

Gonz.

Gonz. *ad regul. 8. Cancell. gl. 51. num. 66.* vbi etiam *in 2. edit. d. tractatus*, adducit Rotam *coram D. Orano Seguntina beneficij 12. May 1589.* docet Lotter. *cit. loc. 127. & seqq.* cætera ad hanc materiam, vide apud Garz. & Lotter. *cit. loc.*

47 Quintò reseruantur dispositioni Summi Pontificis ex 4. *regul. Cancell.* Beneficia omnia quorumcunque Collectorum, & vnicorum in quacunque Ciuitate, vel Diœcesi, qui suo tempore officia exercuerint Subcollectorum fructuum, & prouentuum Cameræ Apostolicæ debitorum, illa videlicet beneficia dumtaxat, quæ durante eorum officio obtinebant, & in quibus, seu ad quæ tunc eis ius competebat; ita *Regul.* de qua materia DD. super hanc regulam, Gonzal. *ad regul. de mensib. Gl. 51. num. 67. & seqq.* Garz. *part. 5. cap. 1. §. 6. per totum*, Lott. *lib. 2. cap. 32. num. 154. & seqq.* Barbos. *de potest. Episcopi, part. 3. alleg. 57. num. 115. & seqq. & de Iur. Eccles. lib. 3. cap. 13. num. 62. & seqq.* Ricc. *coll. decis. part. 5. collect. 1647.* Simonet. *de reser. quæst. 23.* Mascard. *de probat. concl. 317.* Æneas de Falcon. *de reseruat. quæst. 3. princip.* Barthol. Bell. *tract. de charit. subsid. quæst. 115. & seqq.*

48 In quibus terminis notant DD. esse reseruata dispositioni Summi Pontificis omnia beneficia, quæ Collector, vel vnicus Subcollector obtinebat durante officio, siue illa obtinuerit tempore officij, vel ante officium; & non solum illa, de quibus possessionem pacificam obtinuit tempore officij, vel antea, sed etiam ad quæ ius aliquod ei competebat officij tempore; demonstrant finalia verba eiusdem regulæ, & tenent Bell. *cit. loc. quæst. 120.* & alij, quos refert, & sequitur Garz. *cit. loc. num. 352. & seqq.* Rot. *decis. 176. in nouis. & decis. 10. de præb. in nouis.* & alij contra Mandos. *in eadem regul. quæst. 5.* contra quem tenent omnes, & nouissimè Barbos. *cit. loc.* vbi alias adducit Rot. decis. Non tamen sunt reseruata beneficia, quæ Collector, vel Subcollector vnicus obtinuit postquam desijt esse Collector, vel Subcollector, quod etiam probatur ex finalibus verbis *regulæ*, & testatur Bell. *citat. loc. quæst. 119.* & voluit Rot. *decis. 700. in antiq. & decis. 176. in nouis.* dummodò tempore officij ius ad illa ei non competeret, quia si ius competebat etiam si possessionem non habebat dicuntur reseruata, Bell. *cit. loc. quæst. 121.* & est commune; prædicta enim Reseruatio extenditur etiam ad beneficia, quæ Collector, vel vnicus Subcollector de facto possidebat tempore officij, ad quæ nullum habebat ius, seu titulum, maximè quando titulus vacabat, nec penes alium reperiebatur, ita probat Bell. *cit. loc. quæst. 122.*

49 Controuersum est inter DD. an vt beneficia Collectorum, & Subcollectorum vnicorum dicantur reseruata necessarium sit, vt acceptetur officium, & illud exerceatur, an sola deputatio sufficiat; tenent multi requiri exercitium officij ad inducendam hanc reseruationem, quos citat Garz. *de benef. 5. part. cap. 1. num. 350.* Alij verò tenent requiri tantùm acceptationem officij, non verò exercitium illius, dummodò, qui acceptauit sit paratus adueniente occasione, vel remoto impedimento exercere, ita Gonzal *gl. 51. num. 71.* qui pro hac opinione iudicasse Rot. refert; Cæteri verò DD. tenent solam deputationem sufficere etiam si illa non fuerit visa, nec recepta, & hanc esse magis receptam sententiam testantur ijdem DD. Garz. *cit. loc. num. 347.* post Mandos. *ad hanc regul. quæst. 4.* Simonet. *de reseruat. quæst. 33. num. 8. & seqq.* Æneas de Falcon. *eodem tract. quæst. 3. princip. num. 16.* Cochier. *super hanc regul. 4. num. 20.* Barbos. *de iure Eccles. lib. 3. cap. 13. num. 63.* & secundum hanc sententiam decisum est per Rot. *decis. 12. de præb. in nouis.* apud Verall. *decis. 141. num. 2. part. 2.* apud Put. *decis. 329. num. 4. part. 2. in correct. & in Cremonen. Canonicatus 14. Ianuarij, & 15. Aprilis 1630. coram D. Duran. & coram eodem in Casaraugustana Canonicatus 10. Iunij 1630.* & licèt hæc opinio videatur frequentior, & illam esse admittendam puto, si Collector, vel vnicus Subcollector post deputationem, & ante acceptationem, & notitiam illius obijt, tunc illius beneficia esse reseruata non dubito, cum credendum sit officium fuisse receptum, nisi mors præuenisset, maximè si illud fuisset datum à Papa, vel Thesaurario cum contineat in se quid honoris, iuxta dicta *in cit. decis. 12. in nouis. post med.* idem dicerem, si deputatus tale officium sibi procurasset per intermediam personam. Sed si post deputationem electus non acceptauerit officium, immò illud accipere renuit, ita vt alius electus fuerit Collector, vel Subcollector, & tunc non habere locum reseruationem, est indubitabile, cum per eum stet non exercere, Garz. *cit. loc. num. 311.*

50 Subcollector iste ad hoc, vt Reseruatio habeat locum, debet esse deputatus, & electus ad colligendos fructus, & prouentus Cameræ Apostolicæ, quod indubitatum est apud omnes, ex verbis eiusdem regulæ, ibi, *Subcollectorum fructuum, & prouentuum Cameræ Apostolicæ debitorum;* Idque ampliatur ad Collectorem, siue Subcollectorem decimarum impositarum per Sedem Apostolicam pro subsidio contra Turcas, iuxta opinionem Mandos. *in 4. regul. quæst. 6.* contra Glossatorem ibidem; & ad Collectorem, siue Subcollectorem, vel Exactorem taxæ, seu compositionis factæ cum Camera Apostolica, docet Lotter. *de re benef. lib. 2. quæst. 31. num. 157.*

51 Reseruat Regula beneficia Collectorum, & vnicorum in quacunque Ciuitate, vel Diœcesi Subcollectorum, in quibus terminis nota, quòd quoad Collactores non est necessaria vnicitas, sed beneficia illorum sunt reseruata, etiam si plures sint in eadem Ciuitate, vel Diœcesi, etiam non insolidum deputati, idque probat verbum illud positum in Regula, *quorumcunque*, quod est verbum ampliatiuum, vt notat *Gl. in Clem. dignum, in verbo quorumcunque de celebrat. miss.* & tenet Bell. *de charit. subsid. quæst. 118. per totum.*

52 Est tamen necessaria vnicitas quoad Subcollectores per dictam Regul. per quam reseruantur beneficia vnius Subcollectoris in quacunque Ciuitate, vel Diœcesi, & sufficit quod hæc vnicitas semel verificata sit, vt si per Collectorem fuerit deputatus vnicus Subcollector in vna Ciuitate, vel Diœcesi, qui per aliquod tempus solus exercuit officium; si deinde alius addatur Subcollector simul cum primo, beneficia primi, qui semel fuit solus, sunt reseruata, idest, ea, quæ habebat tempore, quo erat vnicus Garz. *cit. loc. num. 371.* & si secundus ob remotionem, vel mortem primi, remaneat solus, adhuc beneficia illius dicuntur reseruata, eodem modo si Collector successiuè annum post alium deputauit Subcollactores, omnium beneficia sunt reseruata, est commune inter DD. cit. Bell. *cit. loc. quæst. vltim.* Garz. *loc. cit. num. 365. & seqq.*

53 Nec diceretur vnicus Subcollector ad finem huius reseruationis, si in Ciuitate esset vnus Subcollector, & in Diœcesi alius; necessarium enim est ad hoc, vt intret Reseruatio, vt in Ciuitate, & Diœcesi sit vnicus Subcollector, etiam si Diœcesis sit ampla, & habeat plures Ciuitates, docent Gonzal. *in regul. de mensib. gl. 43. num. 167. & gl. 51. num. 73. & seqq.* Garz. *cit. loc. num. 375.* fuit resolutum *in vna Calaguritana beneficiorum 2. Decembris 1602. coram D. Lancellotto*, & confirmatum *in alia Burgen. beneficij 23. May 1603. coram D. Litta.* Id non procedit quando duo Episcopatus sunt vniti æquè principaliter, quia tunc in vnaquaque Diœcesi potest constitui Subcollector, & beneficia vtriusque sunt reseruata, ita Garz. *cit. loc.*

54 Nota in hoc casu, quòd quando Collector deputauit secundum Subcollectorem, nullam faciendo mentionem primi, censetur tacitè reuocasse primum, & proindè isti dicuntur vnici Subcollectores suis temporibus, & consequenter eorum beneficia reseruata, Rot. *decis. 9. de off. deleg. in nouis*, cum alijs adductis per Garz. *num. 366.* vbi supra, quod intellige quando Collector habet potestatem reuocandi Subcollectorem, & quando in constitutione secundi non adhibuit clausulam non reuocando primum.

55 Nota secundò, quòd vnicitas prædicta præsumitur, donec probetur contrarium, ita Barbos. *de Iure Eccles. lib. 1. cap. 13. num. 64.* Hinc impetrans beneficium Subcollectoris, non tenetur probare vnicitatem, sed sufficit illam allegare, ita resolutum fuit *in vna Calaguritana Scholastica de Logrono vltima May 1546. coram D. Ant. August.* quam refert, & sequitur Garz. *cit. loc. num. 356.* Hoc tamen limitatur quando impetrans expresserit vnicitatem in sua gratia, quia tunc est per impetrantem iustificanda, & probanda ista qualitas, & narratiua vnicitatis, & ita fuit dictum *in vna Lucien. beneficiorum 4. February 1608. coram D. Canalerio, inter decis. ipsius 16.*

56 No-

56 Nota tertiò, quòd si Cardinalis deputatus à Papa Collector generalis cum potestate deputandi Collectores, & Subcollectores deputauerit io vna Ciuitate, vel Diœcesi plures Collectores eodem tempore, oon ex eo, quod illos vocauerit Collectores non requireretur vnicitas ad effectum huius reseruationis, cum in effectu isti sint Subcollectores non Collectores, dum habemus Collectorem Generalem, & proindè cum ooo concurrat vnicitas, eorum beneficia non sunt reseruata, ita habetur *in citat. decis.* 16. *Canaler.*

57 Nota quartò, quòd beneficia Subcollectoris vnici suot reseruata, etiam si in Prouincia, vel in eadem Ciuitate adsit Collector generalis, vt post alios probat Garz *citat. loc. num.* 357. *& seqq.* quid si Subcollector vigore consuetudinis, vel alterius eius facultatis deputauerit alium Subcollectorem in eadem Ciuitate, vel Diœcesi, vide euodem Garz. *num.* 373. & Mandos. *in hac regul. quæst.* 3. *&* 4. inter se pugnantes.

58 Quomodo verò sit probanda facultas Collectoris, & Subcollectoria ad fioem, & effectum huius reseruationis, videndus est Mascard. *concl.* 317. Garz. *cit. loc. num.* 376. *& seqq.* qui alios citat Lotter. *de re benef. lib.* 4. *quæst.* 32. *num.* 158.

59 Nota vltimò, quòd ad constituendum hunc Subcollectorem ad effectum, vt beneficia illins cadant sub reseruatione, non sufficit illum deputare ad oudum ministerium exactionis, sed necessariò debent concurrere cum hac exactione iurisdictio, & imperium pro cogendis debitotibus Cameræ, probat latè Lotter. *citat. loc. num.* 154. *& seqq.*

60 Sextò reseruaotur dispositioni Sedis Apostolicæ ex 5. *regul. Cancell.* beneficia curialium, quos dum Curia Romana de loco ad locum transfertur, eam sequendo decedere contigerit io quouis loco, quantumcunque etiam à dicta Curia remoto; de qua reseruatione habetur etiam *in Extrauag. ad Regimen de prabend.* tractant DD. *in hoc cap. præsenti*, & Glossator, Rebuff. & Mandos. *ad eandem regul.* Gonzal. *ad regul. de mensib. gl.* 51. *num.* 83. Garz. 5. *part. cap.* 1. §. 7. Barbos. *de potest. Episcopi alleg.* 57. *num.* 127. *& seqq. & de iure Eccles. lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 65. Lotter. *de re benef. lib.* 2. *quæst.* 41. *num.* 8. *& seqq.* notatum est aliquid supra hac eadem anootatione.

61 Notandum est in his terminis dici transferri Curiam quando Papa aliò vadit cum Cancellaria, & Tribunalibus suis, seu cum audientia cootradictorum, iuxta dicta per Garz. *cit. loc num.* 391. *& seqq.*

62 Septimò reseruantur dispositioni Summi Pontificis beneficia cubiculariorum, & cursorum suorum, de qua reseruatione, Glossator, Soto, Rebuff. & Mandos. *ad regul.* 6. *Cancell. vel* 7. secundum modernos, Gonzal. *citat. loc. num.* 90. *& seqq.* Garz. §. 8. *dict. loc.* Barbos. *dict. alleg. num.* 139. *& seqq. & d. cap.* 13. *num.* 66. Lotter. *cit. loc. cap.* 32. *num.* 162. *& seqq.*

63 In quibus terminis notandum est, quòd in noua regula Cancellariæ additum est beneficia omnia cubiculariorno, etiam honoris, vt *dict. loc.* notaot Lotter. & Barbos. moderni scriptores, vbi inuenies, qui siot isti cubicularij, & Cutsores Summi Pontificis.

64 Octauò reseruantur dispositioni Summi Pontificis ex *regul. Cancell.* 7. *vel* 8. secundum modern. omnia beneficia, & officia Ecclesiarum S. Ioan. Lateraneosis, Principis Apostolorum, & Sanctæ Mariæ Maioris de Vrbe; & in 2. *part. eiusdem regul.* reseruantur beneficia titulorum Cardinalium à Curia absentium, de qua reseruatione videndi sunt Glossator, Soto, Rebuff. & Mandos. ad eandem Regul. Sarnen. *in regul. de triennal. quæst.* 31. *vers. sed ante quam*, Gonzal. *gl.* 13. *à num.* 21. *& Gl.* 51. *num.* 97. Garz. 5. *part. cap.* 1. §. 9. Ricc. *part.* 5. *collect.* 1672. Barbos. *cit. alleg.* 57. *num.* 132. *& seqq. & cit. cap.* 13. *num.* 68. Sed hodie Cardinales obtinent à Papa indultum absentiaruio conferendi dicta beneficia, vt testatur Leo *Thesaur. for. Eccles. cap.* 20. *num.* 21. de hac secunda reseruatione, vide latè tradita per Lotter. *lib.* 2. *quæst.* 35.

65 Nonò reseruantur dispositioni Summi Pontificis ex 8. *vel* 9. *reg. Cancell.* omnia beneficia Ecclesiastica cum cura, & sine cura, sæcularia, & Regularia qualitercunque qualificata, & vbicunque existentia in singulis mensibus Ianuarij, Februarij, Aprilis, Maij, Iulij, Augusti, Octobris, & Nouembris extra Romanam Curiam, aliàs, quàm per resignationem quocunque modo vacatura. Verùm si Episcopus acceptauerit alternatiuam, tunc reseruantur Papæ tantùm sex menses, videlicet, Ianuarius, Martius, Maius, Iulius, September, & Nouember; de hac reseruatione, & alternatiua extat solemnis tractatus Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell.* vbi latissimè materia discutitur, tractant Garz. *de benef.* 5. *part. cap.* 1. §. 10. *&* 11. Lotter. *de re benef. lib.* 2. *quæst.* 37. *& seqq.* Barbos. *de potest. Episcopi alleg.* 57. *num.* 140. *& seqq. part.* 3. Nouar. *nous iur. Pontif. conclus. titul. de alternat.*

Computatur mensis in his terminis, prout iacet, etiam, 66
quòd habeat minoris temporis spatium 30. dierum prout probat Gonzal. *gl.* 11. *num.* 7. licèt aliàs cum fit mentio mensis intelligatur de mense 30. dierum, quia tot diebus suum cursum conficit, *l. final.* §. *sin autem duobus*, §. *simili modo*, *&* §. *donec autem*, *C. de iur. delib.* Put. *decis.* 442. *num.* 5. *lib.* 2. Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *cap.* 50. *num.* 2. *& seqq.*

Habet principium mensis io his terminis à media nocte 67
præcedente primum diem mensis, & finit in media nocte subsequente vltimum diem mensis, *l. more Romano, ff. de ferijs*, Titaq. *de vtroque retract.* §. 1. *Gl.* 11. *num.* 7. Rebuff. *tract. de nominationibus quæst.* 16. *num.* 2. Gomes. *in regul. de infirm. resignat. quæst.* 38. *per totam*, & est absolutum apud omnes.

Et quia quandoque beoeficiatus ab hac vita discedit cir- 68
ca horam mediæ noctis, solet dubitari in quo mense vacauerit beoeficium, quo casu ad tollendas differentias distinguendi sunt plures casus. Primò, si mors successit in loco, in quo aderat horologium benè ordinatum, & tunc pulsationi illius standum est ad dignoscendam horam ex communi, & quando horologium pulsat horam mediæ noctis, in primo pulsu illius, etiam si alij subsequedi sint, dicitur cxpleta media nox, videlicet io mensibus, in quibus media nox incidit in sexta hora illorum, si beneficiatus moritur in primo pulsu sextæ horæ, dicitur mortuus io mense subsequenti, non autem præcedeoti, ita docet Sanch. *de matrim. lib.* 2. *disp.* 41. *num.* 40. quem refert, & sequitur Garz. in his termiois 5. *part. cap.* 1. *num.* 524. quando verò sunt diuersa horologia standum est horologio Parochiæ, seu viciniæ, in qua defunctus obijt; si in Parochia, seu vicinia sunt duo horologia, standum est illi, quod fouet Ordinario, prout patebit ex his, quæ dicemus quando sumus io dubio; Si verò sint multa horologia in Parochia, seu vicinia, fidei illorum, quæ numero vincunt, & certiora esse solent, ita Garz. *cit. loc. num.* 525.

Secundò, si mors successit io loco, in quo non adest ho- 79
rologium, vel si adest non erat benè ordinatum, vel audiri non potuit, & tuoc standum est iudicio, ac attestationibus habentium experientiam, & cognitionem de hoc, & etiam communiter accidentibus, & verosimilibus; & plurimum ad hoc conferre galli cantum, teouit Rot. *in vna Auersana Parrochialis* 12. *Martij* 1562. *coram D. Oraduno, & in alia Assisien.* quam refert Ioseph Ludouicus *decis. Perus.* 116. *num.* 6. & licèt Gonzal. dubitet de hac præsuoptione deducta ex galli cantu; illam tamen omninò recipieodam esse ad sustinendam prouisionem Ordinarij, cum pro illo ius commune stet, tenet Garz. *loc. cit. num.* 526.

Tertiò, si præsumptiones, & coniecturæ prædictæ non 70
possunt haberi, & sumus in casu omoinò dubio, vt si reperitur beneficiatus mortuus in lecto primo die mensis, vel in flumine, vel io foueam proiectus, vel in nemore; & tunc quia casus est dubius, teneri Ordinarium inquirere, & diligentias facere pro indaganda veritate, & hora mortis, quam si non inuenier, posse cooferre probant post alios Gonzal. *cit. loc. num.* 37. *& seqq.* & latius Garz. etiam *cit. loc. num.* 528. *& seqq.* vbi probat id procedere etiam si reperiretur prouisus Apostolicus sub prætextu vacationis in mense reseruato in possessione, oam adhuc est præferenda prouisio Ordinarij, qui in casu dubij habet intentionem fundatam pro se, & oous probandi contrarium spectat ad prouisum Apostolicum, etiam si reperiatur io prouisione, ita Garz. prædictus contra Gonzal.

Nota primò Ordinarium posse conferre beneficia vaca- 71
ta in suo mense, etiam postquam ingressus est mensis

Papæ,

Papæ, prout indubitatum tenent Gonzal. *cit. gl.* 11. *n.* 48. *& seqq.* & Garz. *cit. cap.* 1. *num.* 536.

72 Nota secundò, indubitatum esse apud omnes, Sede Apostolica vacante, Ordinarium prouidere, & conferre beneficia vacantia, etiam in mense alias Apostolico, quo tempore non durat reseruatio mensium, Zerol. *in prax.* 2. *part. verbo beneficium*, §. 1. Piasec. *in prax. part.* 2. *cap.* 5. *n.* 12. Caputaq. *decis.* 86. *part.* 1. Gonzal. *in proœm.* §. 5. *n.* 46. *& seqq.* Garz. *cit. loc. num.* 645. quod extenditur, vt possit Ordinarius conferre beneficia mensis Apostolici, Sede Apostolica vacante, etiam si Papa successor sit electus, & renouauerit regulas Cancellariæ, dummodò non reseruauerit expresse beneficia vacantia tunc temporis, idem Gonzal. *in proœm.* §. 1. *n.* 60. *& seqq.* & Garz. *cit. loc. n.* 537. *&* 646. *in fin.*

73 Nota tertiò ex communi voto DD. quòd hæc reseruatio mensium non habet locum in beneficijs de iurepatronatus laicorum acquisitis per Fundationem, Constructionem, vel Dotationem, latè probat post alios Garz. 5. *part. cap.* 1. *num.* 571. *& seqq.* vbi etiam ait, quòd licèt hæc Reseruatio comprehendat iurepatronatus acquisita ex consuetudine, præscriptione, vel priuilegio, & iuspatronatus Ecclesiasticum; non tamen habet locum in iurepatronatus mixto, puta clericorum, & laicorum, sequitur etiam Ricc. *in prax.* 3. *part resol.* 386.

74 Nota quartò, hanc reseruationem mensium non habere locum in beneficijs vacantibus per resignationem, vnde si fuerit facta resignatio in mensibus Ordinarij, vel causa permutationis, vt simpliciter in mense Apostolico; Ordinarius potest conferre, si alia non obstet reseruatio, faciunt aperta verba eiusdem Regulæ, ibi, *aliàs, quàm per resignationem*. Idque declara procedere in resignatione expressa tantùm, non verò in resignatione tacita, quæ intelligitur fieri ipso iure per assecutionem secundi beneficij incompatibilis, per contractum matrimonij, & similia, iuxta dicta per Gonzal. *gl.* 14. *num.* 62. *& seqq.* & Garz. *cit. cap.* 1. *num.* 544. cætera ad hanc materiam, vide apud Gonz. & Garz. *cit. loc.*

75 De alternatiua dictum est abundè per supradictos DD. hìc solùm nota, quòd illa gaudet Episcopus, si continuò residet, cum ad alliciendos Episcopos ad residendum sit inducta, vt communiter aduertunt Canonistæ; & ad hunc effectum non solùm requiritur residentia, & præsentia corporalis, sed animus etiam residendi; vnde si Episcopus reperitur in residentia, non solùm in principio mensis, sed etiam continuò vsque ad finem, sed non animo ibi permanendi, si contingat vacatio in mense ipso alternatiuæ, & residentiæ, non gaudet alternatiua, iuxta decisa apud Ludouis. *decis.* 70. *&* 239. vbi Episcopus repetiebatur in residentia, quia tamen habebat officium inquisitoris in alia Ciuitate, dictum fuit non residere continuò, dum animum habebat redeundi ad officium, Marches. *tom.* 1. *pag.* 350. *num.* 4. contra Garz. *cit. loc. num.* 701.

76 Si verò Episcopus resederit, & resider animo non discedendi, cum nulla appareat causa discessus; Verùm ex aliquo euentu post factam collationem in mense alternatiuæ discessit à residentia, valet collatio, quia fuit facta de tempore habili, probat Rot. *in vna Papien. Beneficij* 10. *Aprilis* 1617. *coram D. Andrea.*

77 Si verò Episcopus fuit absens à residentia in principio mensis; Verùm fuit præsens tempore vacationis, adhuc non potest conferre vigore alternatiuæ, quia iam mensis à principio ob non residentiam affectus fuit Papæ, & proindè ius illi quæsitum, tolli non potest, fuit dictum *in vna Fauentina Canonicatus* 16. *Decembris* 1585. *coram D. Blanchetto*, quam adducit Garz. *de benef. part.* 5. *cap.* 1. *num.* 693. *& seqq.* tenet etiam Germon. *de indultis Cardinalium* §. *volumus autem nu.* 21. *& seqq.* Rot. *in cit. Papien. beneficij*, vbi reprobantur rationes, & opiniones Gonzal. *gl.* 43. 5. *quæst. num.* 136. & Garz. *cit. loc. num.* 683. *& seqq.* Contrarium tenentes, nempè posse Ordinarium conferre in mense alternatiuæ, si tempore vacationis reperiebatur residens, etiam quòd in principio illius fuerit absens, iuxta opinionem prædictam contra Gonzal. & Garz. vidi ego seruatum, & iudicatum in Curia Romana annis elapsis in quadam causa Caluensi, in qua consuleram.

78 Si verò Episcopus resederit in principio mensis; in medio verò mensis per aliquos paucos dies absfuerit, & deindè in eodem mense redierit ad residentiam, & dum residet in eodem mense vacauerit beneficium, & tunc quid dicendum sit, non caret maxima difficultate, nam hic casus propositus sæpius in Rota *in vna Regien. Canonicatus coram D. Pirouano*, Domini semper fuerunt in pari voto, vt testatur Lotter. *de re benef. lib.* 2. *quæst.* 40. *n.* 90. qui etiam refert Rot. sub die 26. Maij 1628. mandasse causam omninò concordari, ob difficultatem decisionis. Verùm ipse Lotter. abundè defendit Episcopum non posse conferre in dicto mense vigore alternatiuæ stante tali interruptione residentiæ, & testatur *num.* 99. *&* 100. Rot. *in vna Segobien. beneficij* 24. *Martij* 1604. *coram D. Iusto*, iudicasse contra Episcopum ob absentiam horarum 39. tantùm factam causa salutandi Regem; & faciunt dicta per Gonzal. *gl.* 43. *num.* 83. vbi in casu figurato, ibi, *num.* 41. *vers. hinc nouissimè ob absentiam dierum duorum*, tenet contra Episcopum, & alternatiuam.

79 Nota quintò, quòd prouisus ab Ordinario vigore alternatiuæ, in contradictorio cum prouiso Apostolico, tenetur probare non solùm alternatiuæ acceptationem, sed residentiam Episcopi conferentis, cum hoc sit fundamentum suæ intentionis, docet Gonz. *glos.* 41. *num.* 92. Garz. 5. *part. cap.* 1. *num.* 502. *& seqq.* Ludouis. *decis.* 94. vbi Beltram. latè *num.* 11. Lotter. *lib.* 2. *quæst.* 40. *num.* 73. *& seqq.* Nouar. *nouis iur. Pontif. conclus. titul. de alternat. conclus.* 3. *num.* 5. qui omnes contra Gonzal. testantur id procedere, siue prouisus Apostolicus sit actor, siue reus.

80 Limitantur supradicta, vt Episcopus, qui alternatiuam acceptauerit, & non residet, possit conferre in mensibus vulgò nuncupatis *fixis*, nempè Iunij, & Decembris, quia in his duobus mensibus etiam extra alternatiuam, nullum ius Papæ competit, ita Nouar. *cit. loc. num.* 18.

81 Incipit, & principium sumit alternatiua à principio primi mensis alternati post impetrationem, ita vt mensis, in quo est facta impetratio alternatiuæ non cadit sub illa, & finit per mortem Episcopi impetrantis, ita vt non transeat ad successorem, & per mortem Papæ concedentis, est commune apud omnes, Nouar. *cit. loc. num.* 15. *& est conclus.* 4. post Gonz. Garz. & alios per eum adductos; finit etiam per priuationem, quæ tunc incidit quando Episcopus confert in mensibus Apostolicis, idem Nouar. post alios *conclus.* 4. & per non residentiam vt supra, cætera ad hanc materiam, vide apud DD. citatos.

82 Decimò ex *Regul. Cancell. & alijs Constitutionib. Apostolicis*, reseruantur beneficia Regni Germaniæ in certis mensibus Canonicatus Ecclesiæ, Cæsaraugustanæ; in Abbatia Sanctæ Crucis Ordin. Camaldul. Diœcesis Eugubinæ, & beneficia quorumuis Ordinum etiam militiarum, vacantia ob crimen hæresis; quæ reseruationes cum sint particulares, & parum frequentes, remitto me ad Glossatorem, Rebuff. & Mandos. *ad easd. Regul.* Gonzal. *gl.* 51. *num.* 99. Barbos. *de potest. Episcopi part.* 3. *alleg.* 57. *& de Iure Eccles. lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 70. *& seqq.* & alios, ac etiam beneficia vacantia ob crimen Simoniæ, quæ hæresi æquiparatur, Leo *Thes. for. Eccles. part.* 2. *cap.* 5. *num.* 36. Barbos. *cit. loc. num.* 75. vide Constit. Pij V. incip. *cum ex Apostolatus* 6. *Kalen. Februarij* 1566. *in Bull. nouo, tom.* 2. *fol.* 213. vbi beneficia vacantia propter hæresim reseruantur Summo Pontifici, Ricc. *resol.* 478. *num.* 7. *in prax.* 2. *part.*

83 Vndecimò, reseruantur dispositioni Summi Pontificis beneficia collata personis prohibitis propter suum genus, vt sunt, qui descendunt à sanguine infecto, aut ex genere, seu stirpe de hæresi condemnati, & collata personis prohibitis ratione alicuius particularis statuti à Sede Apostolica confirmati, vel concessionis, aut priuilegij; prædictæ enim Collationes sunt nullæ, & beneficia remanent Sedi Apostolicæ reseruata, ita disponente Gregor. XIII. in sua Constit. 66. incipiente *in Ecclesijs, datum Idib. Nouemb.* 1580. *in Bull. nouo tom.* 2. *fol.* 448. de qua reseruat. Gonzal. *gl.* 51. *num.* 103. Barbos. *de potest. Episcopi* 3. *part. alleg.* 57. *num.* 4. *& de Iure Eccles. lib.* 3. *cap.* 13. *n.* 76.

84 Nota, quòd in his terminis expositi non dicuntur descendere à sanguine infecto, quando nulla habetur patris

certi-

certitudo, sed ignotatur, Lotter. *de re benef. lib. 2. quaest. 42. num.* 36.

85 Decimosecundò reseruantur dispositioni Summi Pontificis beneficia recepta per confidentiam, quæ vacant ipso iure, & ad Collationem Sedis Apostolicæ spectant, iuxta Constit. Pij IV. 85. incip. *Romanum Pontificem in Bull. nouo tom.* 2. *fol.* 120. & iuxta Constit. Pij V. incipiente *intolerabilis* 78. de qua reseruat. Flam. Paris. *de resignat. benef. lib.* 2. *quaest.* 16. *num.* 28. *& de confid. benef. quaest.* 7. Leo *Thes. for. Eccles. part.* 2. *cap.* 5. *num.* 24. qui id extendit etiam ad beneficia de iurepatronatus laicorum, Barbos. *de potest. Episcopi part.* 3. *alleg.* 57. *num.* 41. *& de iure Eccles. lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 77. vbi alios citat.

86 Nota, quòd prædicta procedunt in beneficijs collatis in confidentiam cum pacto, modo, seu conditione, nam talis coofidentia dicitur Simoniaca prohibita, & punibilis per dictas Constitutiones Pij IV. & Pij V. iuxta latè tradita per Garz. *de benef. part.* 11. *cap.* 3. *num.* 166. *& seqq.*

87 Decimotertiò beneficia Parochialia, si conferantur præter, vel contra formam per Concil. Trid. *cap.* 18. *sess.* 24. *de refor.* præsertim in examine per concursum faciendo præscriptam, vacant ipso iure, & sunt reseruata Collationi Sedis Apostolicæ per Constit. Pij V. incip. *in conferendis, publicata Kalend. April.* 1567. *in Bull. nouo tom.* 2. *fol.* 219. de qua Francis. Leo *cit. loc. cap.* 5. *num.* 26. *&* 32. Barbos. *de Iure Eccles. lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 78. prædicta vacatio, & reseruatio procedit non solùm quando in concursu non est seruata forma tradita per Concil. *cit. loc.* Sed multò magis, quando collatio est facta sine concursu, docet Zerol. *in prax. verbo Parochia*, §. 2. *dub.* 2. Hæc Reseruatio coincidit cum alia, de qua diximus supra enascente à Collatione facta per Ordinarium contra formam Concilij Trid. id superadditum, quod non solùm quando contra, sed etiam quando præter formam traditam in *cit. cap.* 18. confertur Parochialis Ecclesia, intrat hæc Reseruatio; Defectus Episcopi in hoc casu non præiudicat inferiori Collatori, latè Lotter. *lib.* 2. *quaest.* 31. *n.* 9.

88 Decimoquartò beneficia offendentium litigantes in Romana Curia, eorumque Iudices, Aduocatos, Procuratores, Testes, vel Notarios, eosque iniuriantium vacant ipso iure per delictum talis offensæ, vel iniuriæ, & eorum Collatio spectat, & est reseruata Summo Pontifici per Constitutionem, vulgò nuncupatam Alexandrinam, promulgatam per Alexandrum VI. incip. *in eminentia, in Bullar. nouo, tom.* 1. *fol.* 400. de qua reseruat. Gonzal. *gl.* 51. *num.* 105. Barbos. *de potest. Episcopi, part.* 3. *allegat.* 57. *num.* 55. *& de iur. Eccles. lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 79.

89 Nota supradicta procedere non solùm quando lis fuit occasio, & causa proxima offensionis, vel iniuriæ, sed etiam si fuit remota, & non solùm quando iniuria fuit realis, sed etiam quando fuit tantùm verbalis, ita Put. *decis.* 98. *per totam*, Rot. *decis. diuers.* 166. *part.* 2. Item procedere, etiam quando offensio, vel iniuria fuerit facta extra Vrbem, & in loco, in quo reperiretur aliquis ex dictis officialibus occasione litis vertentis in Curia, ita Put. *cit. loc. decis.* 99. *per totum*, etiam si iniuria, vel offensio fuit extra Statum Ecclesiasticum, vt in casu eiusdem decis. notat etiam Lotter. *de re benef. lib.* 3. *quaest.* 30. *num.* 123. *ad fin. vbi per plures num. seqq.* probat Alexandrinam prædictam non habere locum, quando iniuria, vel offensio fuerit ex noua, vel diuersa causa, & occasione; vel fuerit facta ad prouocationem offensi, vel iniuriati, & quandocunque iniuria, vel offensio fuerit facta sine dolo, & temeritate.

90 Decimoquintò, reseruantur dispositioni Sedis Apostolicæ beneficia omnia vacantia ob non factam publicationem resignationis, iuxta dispositionem Gregorij XIII. incip. *Humano vix iudicio*, *Nonis Ianuarij* 1584. secundum ordinem *noui Bullarij* 85. 2. *tom. fol.* 469. de qua reseruatione, Flamin. *de resignat. lib.* 11. *in præfat. num.* 5. Quarant. *Summ. Bull. verbo benef. resignatorum public.* Gonzal. *gl.* 51. *num.* 106. Garz. *part.* 5. *cap.* 1. *num.* 90. *& part.* 11. *cap.* 3. *num.* 273. Barbos. *de potest. Episcopi alleg.* 57. *num.* 46. *& de Iure Eccles. lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 80. Lotter. *lib.* 3. *quaest.* 21. dictum est supra *hac eadem annot.* §. 1. *vers. collige* 3. *ad fin.*

Nota in his terminis, quòd ob non publicationem prædictam, dicuntur beneficia resignata reseruari dispositioni Apostolicæ, siue resignatio sit facta coram Papa, siue coram Ordinario; hac tamen differentia; quòd si non publicatur resignatio facta coram Papa, beneficium resignatum dicitur vacare in Curia, & ita intelliguntur, quæ superius diximus; si verò non publicatur resignatio facta coram Ordinario, beneficium resignatum non dicitur propriè vacare in Curia, sed largo modo, quatenus beneficium adhuc est reseruatum Sedi Apostolicę; faciunt dicta per Garz. *cit. num.* 90. 91

Nota secundò non habere locum reseruationem prædictam ob non publicationem resignationis, quando resignatio fuit nulla, vt si resignans in sacris constitutus aliunde, vnde viuere potest non habet, docet Garz. *part.* 11. *cap.* 3. *num.* 279. 92

Nota tertiò, non habere locum dictam reseruationem ob non publicationem, quando resignatarius decessit intra tempus datum ad publicandum publicatione non facta, Gonz. *gl.* 15. §. 2. *num.* 53. *&* 54. Cætera ad hanc materiam dicemus alibi, interim require DD. citatos. 93

Decimosextò, beneficia illorum, qui se ipsos pro alijs examini supponunt, vel annuas pensiones offerunt pro consequendis beneficijs, aut beneficia impetrant pro alijs, vt ab eis aliquid consequantur, vel quando pro se ipsis impetrant beneficia, cum intentione illa resignandi, vacant ipso iure, & Collatio spectat ad Papam ex Constitutione 33. Pauli IV. incipiente *inter cæteras*, *in vers. possintque beneficia, &c. sub datum* 27. *Nouembris* 1557. de hac reseruatione, vide Gonzal. *gl.* 51. *num.* 107. Barbos. *de potest. Episcopi part.* 3. *alleg.* 57. *num.* 56. *& de Iure Eccles. lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 82. 94

Nota primò, prædicta procedere quando beneficia impetrantur prædicto modo in Curia Romana, seu à Papa, non verò ab Ordinarijs, seu extra Curiam, vt clarè apparet ex prædicta Bulla Pauli IV. & ibidem notant Mandos. *ad regul.* 29. *de Subrog. Collitig. quaest.* 3. & Garz. *part.* 11. *cap.* 3. *num.* 191. *ad finem*, & eodem num. inuenies multa ad declarationem dictæ Bullæ. 95

Nota secundò, non induci vacationem, & reseruationem prædictam vigore citatæ Bullæ per solam procurationem, seu examen, sed requiri effectum subsequutum prouisionis, vt tenet Garz. *cit. loc.* qui ait sufficere supplicationem signatam, & gratiam publicatam in Cancellaria; sequitur etiam P. Thesaur. *in prax. Ecclesiast.* 2. *part. verbo beneficia, cap.* 2. *in fin.* 96

Decimoseptimò, reseruantur dispositioni Sedis Apostolicæ beneficia vacantia ob non delationem habitus Clericalis per Constitutionem Sixti V. 92. incip. *cum Sacrosancta*, *Romæ publicatam* 18. *Ianuarij* 1589. *in Bullar. nouo, tom.* 2. *fol.* 653. refert Quarant. *Summ. Bullar. verbo habitus Clericalis*, de qua materia tractat etiam Garz. *part.* 7 *cap.* 1. *in princip. signanter num.* 18. Barbos. *de Iure Eccles. lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 83. 97

Nota, quòd prædicta pœna, & reseruatio ob non delationem habitus contrahitur ipso iure, statim ac quis continuò in publico sine causa rationabili incessit sine habitu Clericali, ita Gonz. *cit. loc.* Viuald. *ad dictam Bull. num.* 10. P. Thesaur. *in prax. Eccles. part.* 2. *verbo habitum Clerici, &c. cap.* 1. *vers. amplia, vt ad hos*, Ricciul. *de iur. person. lib.* 7. *cap.* 6. *num.* 16. clarius dicemus *annotat.* 7. *vers. nota* 3. 98

Decimooctauò, beneficia deuoluta ad Papam dicuntur etiam reseruata Papæ secundum magis communem sententiam, de qua Barbos. *de Iur. Eccles. lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 88. contra Gonzal. quando dicantur beneficia deuolui ad Papam: vide latè adducta per Rebuff. *in prax. titul. de deuolutionib.* Leo *Thes. for. Eccles. part.* 2. *cap.* 5. *num.* 30. vbi adducit deuolutionem, de qua in pluribus locis in corpore iuris, & est, si Episcopus intra spatium sex mensium beneficium vacans non conferat, computandum à die sententiæ. 99

Decimononò, dicuntur etiam reseruata dispositioni Sedis Apostolicæ beneficia omnia affecta dictæ Sedi per appositionem manus illius; in quibus casibus dicatur beneficium affectum Sedi Apostolicæ, vide latè tradita per Barbos. *de Iur. Eccles. lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 90. & in quibus casibus dicatur affectum, seu reseruatum ex appositione ma- 100

ne ma-

ne manus Papæ, latè discurrit Garz. *de Benef. 5. part. cap. 1. §. 2. per totum num.* 138. *& seqq.* in quibus terminis notat ipse Garz. *eodem loco*, induci reseruationem, siue affectionem beneficij per solam appositionem manus Papæ, etiam inutiliter, ita vt si Papa conferat beneficium inhabili, vel incapaci, aut alio modo Collatio sit nulla, beneficium remanere affectum. Verùm Lotter. *de re Benefic. lib.* 2. *q.* 26. *n.* 38. ponderando *Extrauag. ad Romani Ponficis §. Romani quoque*, dicit reseruationem habere locum in hoc casu, quando in appositione manus Papæ concurrit præexistens Reseruatio generalis, cum decreto irritante; in hoc enim casu dicit, quod existente nulla prouisione Papæ, Ordinarius non potest conferre, ita Lotter. reprehendens Garz. & non sine ratione.

101 Notandum est etiam, quod cessat effectus reseruationis per appositionem manus Papæ, non solum quando Prouisus Apostolicus possessionem apprehenderit, sed etiam quando possessionem non apprehenderit, Rot. *decis.* 190. *num.* 9. *recent.* quam sequitur Lotter. *de re Benef. cit. loc. num.* 39. quidquid aliud sit de mandato ad prouidendum. Cæteros casus, in quibus beneficia Sedi Apostolicæ reseruantur, videndi sunt apud Gonzal. *cit. gl.* 51. Barbos. *cit. cap.* 13. Leo *Thes. For. Eccles. part.* 2. *cap.* 5. Garz. & alios; de quibus remissiuè loquimur tanquam de minus frequentibus.

102 Dubitatur, an prædictæ Reseruationes locum habeant Sede Apostolica Vacante, in qua dubitatione, etsi dicatur, quod per mortem Pontificis auctoritas Regularum Cancellariæ expiret, quod indubitatum est; nihilominus quoad reseruationem, dicendum est, quod Reseruatio, quæ inducta est per regulas Cancellariæ ratione temporis, vt est illa de mensibus in 8. seu 9. *regul.* quia inducitur in ipso tempore obitus beneficiati, tunc si Sedes Apostolica vacat, Reseruatio cessat, & proinde Ordinarius potest conferre non obstante, quod sit mensis Apostolicus. Quando verò Reseruatio est inducta ratione personæ, vel qualitatis beneficij, vt est ratione familiaritatis, primæ dignitatis, & similium, quia Reseruatio est inducta à principio, statim, quàm, quis fuit familiaris Collector, seu beneficium fuit prima dignitas, & cæt. meritò etiam vacante Sede Apostolica, dicitur durare Reseruatio, & beneficia vacantia Sede Vacante reseruari futuro Summo Pontifici, nec Ordinarium posse conferri, ita post alios distinguit Barbos. *lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 98. *de Iur. Eccles.*

103 Dubitatur secundò, an per reseruationem, sicut tollitur potestas ab Ordinario conferendi beneficia, ita, & etiam tollatur facultas vniendi; quod idem est ac dicere, an Ordinarius possit vnire beneficia reseruata, de qua materia dicemus suo loco distinctius; pro nunc dicendum est, quod aut reseruatur tantum Collatio beneficiorum, quia Collatio non comprehendit vnionem, Ordinarius potest vnire; sed suspenditur effectus vnionis, donec Reseruatio consumetur, Zabar. *in Clement. si vna num.* 15. *de reb. Eccles. non alien.* Franc. *in cap. si tibi absenti num.* 12. *de preb. in* 6. Rot. *decis.* 4. *&* 6. *de reb. Eccles. non alien. in antiq.* Mandos. *ad regul.* 3. *Cancell. quæst.* 5. *num.* 3. Si verò reseruatur non solum Collatio, sed omnis alia dispositio; & tunc Ordinarius non potest vnire, quia appellatione dispositionis, venit etiam vnio propter generalitatem vocis, & ita intelligitur Abb. *in cap. sicut vnire num.* 7. *ad finem de excess. prælat.* & explicat Lotter. *de re Benefic. lib. prim. quæst.* 30.

104 Nota controuerti inter Nostrates, cuius naturæ fauorabilis ne, an odiosæ sit Reseruatio, proinde Gonzal. *ad regul. de mensib.* §. 6. *proœm. num.* 6. post multos per ipsum cumulatos malè sentit de reseruatione, eamque tanquam odiosam damnat, idque deinde *num.* 27. restringit, dicendo reseruationem inductam ad alterius instantiam esse odiosam, fauorabilem verò illam, quæ proprio motu emanatur; Sed generalius, & melius dicendum est reseruationem, nisi includat expectatiuam, quæ continet votum captandæ mortis, esse fauorabilem, non odiosam, & ratio est, quia Reseruatio nil detrahit potestati ordinariæ iurisdictionis, vt minus iustè sentit Gonzal. *cit. loc. num.* 7. nam Papa, penes quem per prius erat tota facultas conferendi, reseruando non aufert, sed simpliciter cessat diffundere, tenet Lap. *alleg.* 26. *num.* 2. & ibi Mandos. *in verbo fauorabiles*, vbi alios refert, quem sequuntur alij, quos adducit idem Gonzal. *cit. loc. num.* 27. *& seqq.*

Obijcies: certum est Papam diffudisse à principio hanc conferendi facultatem omnibus Episcopis, sed quando reseruat, reuocat hanc facultatem, & reuocatio continet adimibilitatem per *regul. decet de regul. iur. in* 6. ergo Reseruatio dicitur odiosa. 105

Respondetur verum esse argumentum, & obiectionem obstare, in reuocationibus concessionum factarum in gratiam recipientium; secus factarum in gratiam concedentis, prout est in casu nostro, nam illa diffusio fuit facta per Papam, non in gratiam Ordinariorum, sed ipsius diffundentis, & proinde ad instar simplicis mandati potest ad nutum mandantis reuocari; ita, & latius doctè loquendo respondit Lotter. *de re Benefic. lib.* 2. *quæst.* 27. *num.* 17. *& seqq.* Quod cum Reseruatio sit fauorabilis, sequitur esse latè interpretandam, & in dubio pro ea tenendum.

OBSERVATIONES

D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Distinguitur Prothonotariatus in materia reseruationis beneficiorum.*
2 *Beneficia possessa per Episcopos an sint affecta.*
3 *Beneficia vacantia per depositionem quando sint reseruata.*
4 *Pater non potest habere beneficium in Ecclesia, in qua habet filius. Et quid è conuerso.*
5 *Ecclesiarum species assignantur, & quæ sint reseruata.*
6 *Familiaritatis requisita ad inducendam reseruationem.*
7 *Collectoris, & Subcollectoris beneficia, quando sint reseruata.*
8 *Beneficia ratione mensis, quæ sint reseruata declaratur.*
9 *Moribundus an reputetur potius mortuus, quam viuens.*
10 *Reseruatur beneficium ob non publicationem resignationis, vel permutationis.*
11 *Reseruationes aliæ continuæ, aliæ discontinuæ declarantur.*
12 *Consistoriale beneficium reseruatum, quod sit.*
13 *Differentia inter vtramque reseruationem.*
14 *Beneficia reseruata Sede Apostolica vacante, an conferat Ordinarius.*
15 *Alternatiuæ, quæ conceduntur Episcopis declarantur.*

PRo intelligentia reseruationis ratione Prothonotariatus distinguitur de Prothonotarijs. Quidã enim in statu qualificatæ, Prælaturæ numeratum Collegium in Curia Romana constituunt, & repræsentant Notarios in primitiua Ecclesia ad martyrum acta scribenda deputatos, & qui ad aliarum differentiam Participantes dicuntur, nulla cadit difficultas super reseruatione in corpore iuris etiam clausa *Extrauag. ad regimen de prabend.* Bich. *dec.* 221. 1

Inferiorum verò Prothonotariorum plures habeantur species. Vna scilicet eorum, qui per litteras Apostolicas directæ à Papa creantur, in quibus pariter extra controuersiam est intrare reseruationem ob præsumptam scientiam, & acceptationem, nisi contrariæ veritatis probatio accedat expressa, vel adminiculatiua.

Altera est species Prothonotariatus ex Apostolica auctoritate manans non explicitè, vt præcedens, sed implicitè, seu fictè, ac priuilegiatiuè resultans ab aliquibus Romanæ Curiæ officijs, & hæc species etiam reseruationem causat.

Tertia est eorum, qui creantur per Legatos, vel Nuntios Apostolicos, ac alios ex Apostolica concessione ad id potestatem habentes. Et quamuis ista quoque eumdem causet affectum, attamen exigit saltem præsumptam, seu coniecturalem probationem scientiæ, & acceptationis, ac implementum illius formæ, quæ vel in literis deputationis, vel in facultatibus deputatis præscripta est. Vsus

insignium sufficientem probationem non facit, benè tamen adminiculum præstat, & data deputatione probat acceptationem, Card. de Luca *de benefic. in sum. num. 67.*

Prothonotariatus dignitas acquiritur etiam igooranti sine acceptatione si conferatur per Papam motu proprio, Bich. *vbi sup. num. 9. & seq.*

2 Beneficia possessa per Episcopos sunt affecta per oppositionem manuum Papæ occasione dispensandi super eorum retentione alias incompatibili cum Episcopatu, per quem alia beneficia non data dispensatione vacant, ex Burat. *decis. 464. n. 9. in add. n. 11. & decis. 473. n. 1.* vbi etiam quod vacant pensiones, quæ non intrant io Episcopatibus titularibus in partibus infidelium, Fontanell. ad Buratt. *decis. 464.*

3 In *Extrauag. ad regimen*, reseruantur dispositioni Apostolicæ beneficia vacantia per depositionem, vel priuationem in Curia Rom. factam iuxta Ventrigl. *n. 8.* Et sufficit sola sententia in iudicatum transacta etiam ante aliquam executionem facti, nec requiritur iustificatio senteotiæ, quoties simpliciter narrata fuit sententia contumacialis, quæ probat Reo intra annum non comparente, itavt interim potuerit alius de beneficio prouideri, resolubiliter tamen Bich. *decis. 472. à num. 4.*

4 Pater non potest habere beneficium io Ecclesia in qua obtiouit filius, ex S.C. Trid. *sess. 23. de ref. cap. 15.* Et è contra iuxta Ventrigl. *n. 16.* Dic locum habere dispositionem Concilij in filijs illegitimis inhærentis dispositioni Sacrorum Canonum *cap. ad abolendum, & cap. conquerente de fil. presbyt,*

Si autem filius illegitimus vti Clericus sit asoriptus seruitio Ecclesiæ, vel sit sacerdos participans de massa, tuoc non habet locum Decretum Conciliare, Card. de Luca *de benef. discurs. 66.* ita practicatum inquiens, etiam si promotus fuerit ad seruitium Ecclesiæ,

Filij verò legitimi non possunt immediatè succedere in beneficio per patrem obtento, vt tollatur in beneficijs hæreditaria successio, *c. ad hæc, & c. ex transmissa de fil. presb.*

Decretum Conciliare prohibet tam obtentionem beneficij paterni, quàm alterius, vt nequeat filius in eadem Ecclesia obtinere beneficium, quando pater habet diuersum, sed econuerso an pater possit post mortem filij obtinere beoeficiũ, & inhabilitatio filij illegitimi percutiat patrem? Negant Rebuff. Garz. & alij relati per Barbos. *in collect. ad Conc. Trid. sess. 25. de ref. cap. 15.* videndus Card. de Luca *de benef. discurs. 66.* Quæ dicuntur de beneficio adhuc procedunt in Canonicatibus, & similibus.

5 Plures species Ecclesiarum enumerat Ventrigl. *n. 18.* Scilicet Patriarchales, Primatiales, Archiepiscopales, Cathedrales, seu Episcopales, quæ sunt reseruatæ. Hinc cognoscuntur plures species Prælatorum. Aduertat Lector, quod ex errore impressoris legitur verba Ecclesiæ Parochiales, vice verbi Patriarchales, & error colligitur ex summario.

Patriarchales dicuntur quattuor Basilicæ Vrbis nempe Lateranensis, Vaticana, Liberiana, seu Sanctæ Mariæ Maioris, & S. Pauli ad muros, de qua edisserit Card. de Luca *in Miscell. Eccles. discurs. 1. num. 26.*

Primatialis Ecclesia est, quæ Metropoliticam prærogatiuam habet tanquam sponsa Metropolitanorum duplicem speciem constituens. Vnum Cathedrale propriæ, & immediatæ diœcesis, in qua Archiepiscopus consideratur tanquam Episcopus, seu Ordinarius primæ instantiæ, & alteram Metropolitanæ, seu capitis Prouinciæ complexiuæ plurium Cathedralium. Alterum est genus Cathedralium, quæ formant caput omnium aliarum Ecclesiarum diœcesis.

Cimiliarchatus Ecclesiæ Neapolitaoæ, an sit primæ Dignitas d. Cathedralis, & reseruata? Rota coram Bich. *decis. 312.* negatiuè decidit, quia si caput Collegij Hebdomadiorum d. Ecclesiæ, & non sit primæ dignitas Cathedralis, & decisionem transcribit Ventrigl. *n. 26.* incip. *Regula tertia.*

6 Ad inducendam familiaritatem ad effectum reseruationis requiruntur meos, & dens, idest quod quis actu addictus sit alicui seruitio honesto Cardinalis per quem tanquam per speciem contractus reciproci receptus sit inter eius famulos, & in eorum rotulo descriptus cum destinatione ad aliquod seruitium concernens eius personam, Beltram. ad Ludouis. *decis. 166. n. 10.* quod adeo rigorosè procedit, vt aliqui crediderint, necessarium esse aliquod officium habens suam particularem denominationem, vt sunt Cubiculi, Præfectus, Secretarius, Dapifer, & similes, vnde non venirent famuli assistentes vulgò nuncupati *Gentilhuomini di Spalliera*, licet contrarium sit receptum, Card. de Luca *de benefic. disc. 6. n. 6.*

Et vlterius, quod viuat expensis Cardinalis recipiendo in eius domo victum tam in pane, & vino, quàm in ferculis, & obsonijs, & alijs ad vitam necessarijs, quia non in solo pane viuit homo. Nec sufficiat percipere alimenta, nec præstatio alicuius seruitij, quoties id potest referri ad coniunctiooem sanguinis, vel ad amicitiam, vel ex motiuo charitatis, cum requiratur formalis, edictio actuali seruitio, quod concernat cultum personæ Cardinalis, de Luca *d. discurs. 6. per tot.*

Familiaritatem non tollunt actus maioris honorificentiæ, & qualificati familiaris, vt sedere, & comedere in eadem mensa, & admitti ad standum in præsentia Cardinalis operto capite, Buratt. *dec. 228. n. 10.*

Collectoris deputatio an sit probanda per literas paten- 7
tes Cardinalis Camerarij à Notario, & testibus subscriptas, Ao verò sufficiunt literæ, committentis cum eius sigillo absque manu Notarij, & testium subscriptione? Dic solitum fieri deputationes per acta Notarij Cameræ Apostolicæ, & deputationes subcollectorum cum iurisdictione solere fieri per literas petentes loquentes explicitè de iurisdictiune; & adhoc vt beneficia sint reseruata plenè, & concludenter probanda est deputari. Subcollectoris cum iurisdictione, latè Bich. *dec. 299. per tot.*

Regulas Cancellariæ super mensiom reseruatione primus edidit Alex. V. anno 1447. ita Card. de Luca *vbi supr.* 8
discurs. 31. n. 17.

An, & de quo tempore computandom sit Initium nouæ diei incipientis, & consequenter finis diei labentis sub quæstione est, Et hinc pendet, an in vno, vel altero mense vacatio sequatur. Plerisque volentibus computandum esse à crepusculis vespertinis, alijs à matutinis, quæ sub nomine auroræ, siue ortu Solis, explicari solent. Ac alijs a meridie, quod pendet à Nationum receptis moribus.

Attamen per ius Romanorum statutum est, terminare, ac respectiuè incipere in media nocte, ex cuius excessu etiam in momento resultat expiratio præcedentis diei, ac initium sequentis, iuxta text. *in l. more Romano ff. de ferijs*, vbi glos. Quidquid sit ad effectum actorum iudicialium, vt Antonell. *de temp. legal. lib. 1. c. 3.* Card. de Luca *de benef. discurs. 15.* vbi an datur medium inter vnum, & alterum diem, & diuersitas horologiorum qualiter discernatur, & attendenda siot potius dicta consonnia, quam vouni, quasi vnum sit vnicum testimonium.

Moribundus, seu in mortis articulo constitutus, quam- 9
uis pro mortuo sit habendus, quia magis de morte, quam de vita participat, ex traditis per Pbanuc. *de moment. temp. c. 6. n. 2.* Polid. Rip. *de act. in art. mort. c. 1. nu. 1.* Attamen hæc est mors ficta, nun vera, nec inducit vacationem. Beneuerùm operatur vt aliqua maior præsumptio assistat pro vacatione in mense status moribundi, de Luca *discurs. 15. num. 15.*

Reseruatum est beneficium ob non publicationem resi- 10
gnationis infra sex menses intra Montes, & nouem vltra montes, ex Const. 85. Greg. XIII. & vacatio inducitur ex persona resignatarij, non resignaotis, sed habens indultum conferendi reseruata potest conferre, Card. de Luca *discurs. 94. per tot.*

Reseruatio alia est discontinua. Alia continua. Discon- 11
tinua, & contingibilis est ratione mensis, vel loci. Continua est personalis, vel realis. Prima potest non adesse, quia beneficium non vacet in Curia, vel in mense non reseruato. Secus altera, vt quia possessor sit vtriusque Signaturæ referendarius, & in *Extrauag. ad regimen de præbend.* beneficia Nunciorum, Thesauriorum, Legatorum, & Rectorum prouinciarum, & Ciuitatum Status Ecclesiastici, quæ sunt reseruata vbicumque decedant, & aliæ reseruationes pœnales Prothonotariorum, & familiarium Papæ. Reales sunt Monasteria Cómissorialia, quæ exprimuntur etiam in indulto concesso conferendi reseruata, & Cómissorialia dicuntur, quæ in libris Cameræ taxata reperiuntur in florenis sexagita sex cum dimidio, vel supra, & hæc Monasteria exequantur Cathedralibus, Lotter. *lib. 1. q. 26. n. 41.*

Dici-

12 Dicitur etiam Comissoriale, quia in Concistorio prouideri solent, licet id noo sit præcisè necessarium, quoniam etiam Comissorialia prouideri possunt per Papam extra Concistorium, vt Lotter *n.47.*

13 Quando continua est reseruatio, illa semper durat, & beneficium semel effectum semper remanet affectum ad instar olei, quod semel effusum super panno imprimit maculam oon delendam, quamuis cesset causa effusionis.

Familiaritas puta Papæ, vel Cardinalis cessat per mortem Papæ, vel Cardinalis, & quamuis viuentibus illis beneficia familiaris sint reseruata, vt quia incoogruum sit, vt indultarius habens facultatem conferendi conferat in faciem Papæ viuentis. Dissoluta autem familiaritate cessat reseruatio beneficia tamen remanent affecta noo reseruata, Duran. *decis.*154. *num.*11. Card. de Luca *de benefic. discurs.*5. *num.*20.

14 Beneficium, Canonicatus, vel Sacristia si vacet in mense reseruato puta Ianuarij, vel alio, si vacet Sedes Apostolica vtrum durante vacatione possit prouidere Ordinarius? Affirmanduio videtur per text. *in cap. si Apostolica de prabend. in 6.* vbi Parochialis si vacet Sede Episcopali vacante, siue io Curia, siue extra Curiaio quocumque modo potest conferri per Ordinarium donec vacet Sedes, & ante diem creationis noui Pontificis.

Rectius distinguendæ sunt Parochiales vacantes Sede Apostolica, vacante ab alijs beneficijs vacantibus in mense reseruato, vel io Curia, vel alio modo fiot affecta, & reseruata. Nam dispositio *d. text. in d. cap. si Apostolica*, locum habet solum in parochialibus, ne cura animarum ob diuturnam vacationem detrimentum patiatur, & in casu quo vacet beneficium curatum per mortem in Curia.

Aut vacet extra Curiam in mense reseruato Parochiales vacante Sede Apostolica. Scribentes scissi sunt in duas opiniones. Prima est, vt possit Ordinarius conferre antequam Sedes prouideatur quocumque modo sit reseruata Parochialis, siue per vacationem in Curia, siue in meose reseruato, vel alio modo, vt tenent Zerol. *in prax. Episcop. part.*1. *verb. beneficium* §. 3. *dict.*10. Gonzal. *ad reg. Cancell.* §. 5. *num.* 137. Pacis Ioardan. *de benefic. lib.* 10. *tit.* 2. *de benefic. affect. num.* 57. Garz. *de benefic. part.*5. *cap.*5. *n.*95.

Et absolutum est beneficiale principium, quod Sede Papali vacante cessent regulæ Cancellariæ, & reseruationes accidentales, seu discontinuæ illa præsertim mensium, & Ordinarius conferat in omnibus mensibus, Garz. *par.*5. *cap.*1. *num.*645. Merlin. *decis.*192. *n.*4.

Cootrarium, & verius tenent alij, vt dispositio dicti *cap. si Apostolica*, procedat in vacatione in Curia, & ooo in Parochialibus vacantibus extra Curiam in mense reseruato, vel alio modo affectis, Franch. *in cap. statutum de prabend. in* 6. Gasp. de Perus. *de reseru. quæst.* 5. Garz. *vbi sup. num.*103. Barbos. *in collectan. ad d. cap. si Apostolica in fin.* vbi nominatim reijciuntur Zerol. & Gonzal. & declarationem factam per Datarium Pauli V. refert Pirr. Corrad. *in prax. benefic. lib.*3. *cap.*6. *num.*58. io contingentia casus vacationis Parochialis extra Curiam in mense reseruato Sede Apostolica vacante videndi sunt relati per Card. de Luca *de benefic. discurs.*29. *&* 30.

Hactenus scripta deseruiunt ad elucidationem eorum, quæ tradit Ventrigl. *n.*72.

15 Papa vt Episcopos ad residentiam alliciat concedit alternatiuam, ob quam illi sex menses assequuntur, & illa oemini denegatur, & ad illius effectum acceptatio requiritur adnotata in libro Datariæ, & descriptio non solet fieri nisi post exhibitionem litterarum Episcopi in forma consueta super d. acceptarione. Et dicitur quidam permutationis contractus ioitus ex simultaneo consensu Papæ, ac Ordinarij, & vigore dicti quasi contractus Papa ex octo mensibus sibi reseruatis concedit Episcopo quattuor, & viceuersa Episcopus ex quattuor ad eum spectantibus concedit duos S. Pontifici, ideòque non potest taotum vnius voluntate dissolui, & ad hunc effectum Episcopus supplicat Papæ pro solutione vinculi, & quilibet in pristinum statum reponatur, & acceptario semel facta cancellatur, & adnotatur in margine acceptationis dies, mensis, & annus, quo fuit dissoluta, Rota *decis.*108. *part.*11. *recent. num.*17. *& seqq.*

Acceptatione sequuta in mense Apostolico iam cepto, iste non desinit esse Apostolicus, sed perseuerat vsque ad finem, Rota *decis.* 299. *part.* 10. *recent.* Sed quid è conuerso, nunquid acceptatione facta in mense Ordioario, perseuerare debeat in eodeio statu, an debeat seruari æqualitas? Dic quod non, vt Barbos. *de Canon. & Dignit. cap.*14. *num.* 24. *& de Episcop. alleg.* 53. *num.*38. *&* 41.

Mensis Apostolicus iam ceptus ob alternatiuæ acceptaoonem iam sequutam si detineret esse talis ob non residentiam, & fieret ordinarius, si Episcopus rederet ad residentiam adhuc mensis continuat esse Apostolicus, Lotter. *lib.*2. *quæst.*40. *num.*87.

Alternatiua cooceditur solum Episcopis, & Archiepiscopis, non autem Capitulis, vel alijs Prælatis inferioribus, Garz. *p.*5. *cap.* 1. *n.* 683. Et alternatiua cessat per mortem Papæ, vel Episcopi, & translatione ipsius ad aliam Ecclesiam, Card. de Luca *de benef. discurs.* 93. *n.*20.

ANNOTATIO III.

De Vacatione, & Collatione Beneficiorum.

ARGVMENTVM.

Notatur §. I. Quando beneficium dicatur vacare per Mortem. Quando per Professionem in Religione. Quando per Resignationem, & non factam resignationis publicationem. Quando per Assecutionem alterius incompatibilis. Quando per contractum Matrimonij, vel Militiam, aut non delationem habitus clericalis, vel si habeatur pro derelicto. Quando prouisus de Curato non est promotus ad Sacerdotium infra annum. Per promotionem ad Episcopatum, & à quo tempore. Quando per non ostensionem tituli, petitam ab Ordinario. Quando possessio est capta ante expeditionem Bullarum. Quando resignans non suprauixerit per 20. dies, vel in mense Papæ moriatur est reseruatum. Quando beneficium curatum conferuntur contra formam decreti Concil. Trid. & Constitutionis Pij V. Quando ob violentam occupationem possessionis, vel per violationem sequestri Romanæ Curiæ, & detentionem indebitam scripturarum spectantium ad Cameram Apostolicam. Quando ob crimen hæresis, vel defensionem illius, vel Simoniæ, aut confidentiæ, seu ob crimen læsæ Maiestatis, vel Corruptelæ iudicis Romanæ Curiæ, aut sodomiæ. Quando ob crimen offensionis Cardinalis, vel Episcopi, litigantium in Romana Curia, & Assassinij, vel detentionis Clerici in carcerem. Quando vacat ex eo, quod quis supposuit se examini pro alio, vel ob alienationem bonorum illius, aut per priuationem.

§. II. Beneficium esse conferendum per Ordinarium infra sex menses. Quando hic teminus incipiat currere. Quando finiat, & alia plura de hoc termino. Item notatur collationem faciendam esse digno, & quando digniori, & quis dicatur talis, & an aliàs facta Collatio sit valida, & de pœnis conferentis indigno, & quando in hoc datur appellatio, & quomodo, & alia.

§. III. Quomodo, & quando fit deuolutio collationis Beneficij ab vno Collatore ad alium. Quando à Capitulo ad Episcopum, & è conuerso, & quando ab Episcopo ad alium Superiorem, & quomodo. An à Vicario, ad Episcopum, vel à Cardinali ad Archiepiscopum, vel alium. Quando à patronis ad habentem instituendi facultatem, & an possit inferior prorogare terminum ad impediendam deuolutionem. In quibus beneficijs habeat locum deuolutio, & alia.

SVMMARIVM.

1 *VAcare quando dicatur beneficium de tempore dato ad conferendum, & de deuolutione ad text, cap. nulla de concessione Prebendæ.*

2 *Vacat multis modis beneficium, & quod per mortem naturalem, quid nomine huius mortis, Quid si Beneficiatus resurgeret, num. 3.*

4 *Vacatio beneficij non inducitur per mortem, si beneficium sit alteri vnitum, vel Ecclesia non numerata.*

5 *Vacatione per mortem inducta, quomodo mors probanda.*

6 *Vacatio beneficij inducitur per professionem Religionis validè emissam; quid professione declarata nulla, n. 7. quid ca ratificata, num. 8.*

9 *Vacatio non inducitur per simplicem susceptionem habitus Religiosi. Quid cum PP. Societatis Iesu, num. 10.*

11 *Vacat beneficium per Resignationem, & per non factam Resignationis publicationem.*

12 *Vacat beneficium per assecutionem alterius incompatibilis.*

13 *Vacat beneficium per contractum matrimonij ipso facto, quid in sponsalibus. Quid in non consummato, num. 14.*

15 *Vacat beneficium post matrimonium contractum, vt neque ad fauorem renunciari possit, nec retineri fructus. Quid in iure accessus, & regressus, num. 19. quid in pensione, num. 17.*

18 *Vacat beneficium per contractum matrimonij etiam nullum. Nisi nullitas sit ex defectu consensus.*

19 *Vacat beneficium quando Clericus efficitur miles. Et quando miles efficiatur.*

20 *Vacat ipso facto beneficium ob irrationabilem, & publicam non delationem habitus. Quomodo probanda hæc negatiua, & an citato possessore, num. 21.*

22 *Vacat beneficium per decennium habitum pro derelicto, an ita dici possit, num. 23.*

24 *Vacatio beneficij eo, quod habeatur pro derelicto, elidi tur, si citatus id neget.*

25 *Vacat beneficium curatum, si prouisus intra annum in Sacerdotem se promoueri non curabit; quomodo computetur annus, num. 26. Quid si in petitorio prouiso sit mota lis, num. 27.*

28 *Vacatio ob non susceptum Sacerdotium intra annum, non habet locum, si prouisus repellatur, vt illiteratus, quid si morbo impediatur. An resignari possit intra annum, num. 29.*

30 *Vacant ipso iure beneficia per promotionem ad Episcopatum, quo tempore de iure, & quo de stylo, quid in alijs officijs, vt prothonotariatus, num. 31.*

32 *Vacat Ecclesia à die, quo in Consistorio Episcopus à vinculo absoluitur etiam ante expeditionem litterarum translationis.*

33 *Vacare quomodo dicatur Prælatura, si electus intra tempus non consenserit, vel confirmari non petierit.*

34 *Vacat ipso facto dignitas, si ad illius administrationem electus ante confirmationem se iniecerit. An idem in omni beneficio.*

35 *Vacatio per administrationem ante confirmationem inducitur, si sit cum fructuum perceptione. Quid si sit causa colorata, vel error iuris, aut facti, n. 36.*

37 *Vacat ipso iure beneficium per non ostensionem tituli, si petatur ab Ordinario. Quid in ostendenda dispensatione pro obtinendis pluribus beneficijs, num. 38.*

39 *Vacat ipso Iure beneficium à Papa collatum, si possessio capiatur ante expeditionem litterarum. Possessio olim permittebatur capi à sola signatura, num. 40. hodie ex hoc inducitur vacatio. Et quid in male possessionem apprehendente, prouiso ab Ordinario, num. 41.*

42 *Vacat beneficium per obitum Resignantis, non superuiuentis per 20. dies, siue in Resignatione simplici, siue causa permutationis.*

43 *Vacat, & est reseruatum Papæ beneficium resignatum coram Ordinario, si resignans in mense Papæ moriatur ante dies 20.*

44 *Vacat ipso iure beneficium curatum collatum non seruata forma Constitutionis Pij V. seu verius Tridentini.*

45 *Vacat ipso iure per mortem Papæ, ad cuius beneplacitum beneficium fuit collatum, quid in decreto, quod dimittatur primum, si non adimpleatur.*

46 *Vacat ipso iure beneficium, & omne opus ad illud perdit Beneficiatus violenter possessionem occupans. An impetrans debeat possessorem citare, num. 47.*

48 *Vacatio non prouenit ex sola occupatione Prædij alicuius beneficij, quid si ex Iudicis decreto possideat, num. 49.*

50 *Vacat ipso iure beneficium per violationem sequestri Romanæ Curiæ in causa Beneficiali, & qualis, num. 51.*

52 *Vacant ipso iure beneficia detinentium indebitè scripturas spectantes ad Cameram Apostolicam, vel scientium, & non releuantium.*

53 *Vacant beneficia ob crimen hæresis, vbi, an requiratur sententia priuatiua. Quid in obtentis ad preces hæreticorum, num. 54.*

55 *Vacant beneficia eorum, qui fauent, vel defendunt hæreticos.*

56 *Vacat beneficium simoniacè obtentum. Et relinquit inhabilitatem circa obtinendum, num. 57.*

58 *Vacans beneficium ob Simoniam, si sit collatum per obitum, redit ad Collatorem, si per resignationem, ad resignantem vsque ad priuationem.*

59 *Vacant beneficium ob crimen confidentiæ. Vbi quot modis committatur.*

60 *Vacare quando dicatur beneficium ob crimen læsæ Maiestatis. Criminis exemplum, num. 61.*

62 *Vacare quando dicatur beneficium ob crimen corrumpendi Iudices Romanæ Curiæ.*

63 *Vacat Beneficium ob crimen abortus. An distinguendum de fœtu animatu necne.*

64 *Vacat ipso iure beneficium ob crimen sodomiæ.*

65 *Vacat beneficium ob crimen in personam Cardinalis. Quid in percutiente Episcopum.*

66 *Vacant ipso iure beneficia offendentium litigantes Romanæ Curiæ, eorumque Auditores, & Iudices.*

67 *Vacat ipso facto beneficium ob Crimen Assassinij. Vbi an sufficiat sententia declaratoria Iudicis laici.*

68 *Vacat ipso iure beneficium Ecclesiastici Domini temporalis, detinentis carceratum Clericum, vt beneficia resignet, vel ne adeat Curiam Romanam. Quid in Prælatis id committentibus.*

69 *Vacant ipso iure beneficia supponentium se pro alijs examini, vel offerentium pensiones. Quid in impetrantibus pro alijs beneficia.*

70 *Vacat ipso iure beneficium, cuius bona alienantur.*

71 *Vacat beneficium per sententiam priuatiuam.*

72 *Expectatiua prohibita.*



ANNO.

ANNOTATIO III.

§. I.

Ad Text. in cap. Nulla de concess. preb.

1 IN hoc text. Concil. Lateranen. statuit in prima eius parte, quòd beneficia Ecclesiastica alicui non tribuantur, nec promittantur antequam vacent; in secunda parte, ibi, *cum verò, &c.* statuit vacans beneficium conferendum esse intra sex menses personis, qui dignè ministrare valeant; in tertia parte, ibi, *si autem*, statuit quòd si infra dictum tempus Collator beneficium vacans non contulit, illius Collatio ad Capitulum deuoluatur; quòd si ipsa Collatio spectat ad Capitulum, deuolutio fiat ad Episcopum, quòd si omnes fortè neglexerint, ad Metropolitanum fiat deuolutio, ita text. pro cuius intelligentia dicemus in prima parte, quando beneficium dicatur vacare, & quando non, ad finem cognoscendi, quando non potest de illo disponi, in secunda parte, de tempore dato ad conferendum, in tertia, de Deuolutione.

2 Quoad primum; beneficium multis modis dicitur vacare, de quibus per Staph. *de lit. gratiæ titul. de var. mod. vacat.* Pauin. *de off. & potest. Capit. sed. vac. prælud. vlt.* Rebuff. *in prax. titul. requisita ad Collationem bonam, num. 49. & seqq. & in Concor. titul. de Regia ad prælaturas nominat. §. Monasterijs verbo vocantibus, & in repet. huius cap. nulla 6. præmisso,* Carrof. *de benef. 1. part. Capitul. 8.* Gonzal. *ad regul. de mensib. Gl. 15.* Garz. *de benef. 11. par. per totum*, Barbos. *de Iure Eccles. lib. 3. cap. 14. num. 1. & seqq.* & alij.

3 Primò communiter dicunt DD. primum modum vacandi beneficium, esse per mortem naturalem Beneficiatij; dicitur mors naturalis, quia per eam soluitur debitum naturæ, vt in *Extrauag. commun. 1. in princip. de sepult.* & licèt illa sit, quæ propriè ex causa naturali intrinseca incurritur nulla interueniente vi extrinseca, nam ista dici solet violenta, siue mala mors, vt notant Add. ad Bal. *in cap. vnico in princip. sub num. 3. ad fin. in verbo rectè, vers. diuino iudicio, quib. mod. feud. amitt. in vsibus feud.* tamen dicitur hìc mors naturalis largo modo, quatenus comprehendit omnes modos, quibus Anima separatur à Corpore, vt ex *Can. si quis obiecerit 1. quæst. 3.* Guill. de Bened. *in cap. Raynutius in verbo mortuo num. 19. de testam.* Dicimus mortem naturalem, ad distinctionem mortis ciuilis, & fictæ; quæ mors naturalis propriè explicatur per illam particulam, *Obitus*, in supplicationibus, & Bullis Apostolicis apponi solitam, Ita declarat Lotter. *de re benef. lib. 3. quæst. 10. num. 10. & seqq.* Supradicta procedunt etiam facta sola Collatione ante adeptam possessionem, ita R. Marant. *2. part. controu. resp. 9. num. 36.* Ita per mortem vacat beneficium, vt si miraculosè Beneficiatus resurgat, adhuc beneficium non recuperet, ita Barbos. *cit. loc. n. 2.* post Gonzal. *ibidem. num. 6.*

4 Limitant communiter DD. suprapositam conclusionem, vt mors non inducat vacationem beneficij, quando illud est suppressum ab habente potestatem, vel est vnitum, vel est de mensa, vel Ecclesia non est numerata, ita Gonzal. *cit. loc. num. 7.* Garz. *num. 2. & 3.*

5 Quomodo in his terminis probetur mors, vide latè adducta per Lotter. *cit. lib. 3. excepr. 10. num. 38. & seqq.* & quia vt plurimum in hoc casu non solet interuenire præiudicium alterius, nisi tantùm illius, qui supponitur defunctus, cui nil, aut parum præiudicatur, cum semper, quòd compareat recuperet beneficium; meritò admittunt DD. probationem etiam semiplenam per publicam vocem, & famam, iuxta doctrinam Bart. *in l. 2. §. si dubitetur num. 3. quemad. test. aper.* Verùm si id tangeret præiudicium alterius, tunc rigorosè est probanda mors, & de modis illam probandi, vide Lotter. *cit. loc. num. 40. & seqq.*

6 Non solùm per mortem naturalem, sed etiam per mortem ciuilem, idest per ingressum Religionis, & professionem validè emissam, vacant beneficia professi ipso iure, vt in *cap. beneficium de reg. Iur. in 6.* Rebuff. *in prax. part. 3. de mod. amitt. benefic. num. 44.* Garz. *cit. loc. cap. 9. per totum, & signanter num. 1.* est indubitatum apud omnes; ratio verò huius vacationis est, quia status Regularis dicitur incompatibilis cum beneficio, ita Hoied. *de benef. incompatib. part. 1. cap. 24. num. 92. & seqq.* & non solùm per professionem expressam; sed etiam tacitam vacant beneficia si sit emissa modis non sublatis per Trid. de quibus diximus *1. part.* annotando *ad cap. ad Apostolicam de Regul.* præsertim per delationem habitus professorum, iuxta dicta per Lotter. *lib. 3. cap. 26. num. 38. & seqq.* post Garz. *part. 11. cap. 9. num. 8. & seqq.*

7 Dictum est vacare beneficia per professionem validè factam, quòd adeò verum est, vt si Beneficiatus sit nulliter professus, siue nullitas proueniat ex defectu ætatis, siue metus incussi, siue ex defectu interruptionis anni nouitiatus; postquam professio est declarata nulla, Beneficiatus recuperat sua beneficia, vt probat Lotter. *cit. loc. num. 32. & seqq.*

8 Dubitatur si quis nulliter professionem emiserit, illamque post aliquot menses ratificauerit, quando dicatur vacasse beneficium, in mense professionis, an in mense ratificationis; Et dicendum est vacasse tempore professionis, quæ tanquam principium rapit in se finem, ita vt ratificatio sequuta retrotrahatur, iuxta doctrinam Bald. *in l. 1. sub num. 11. post medium vers. non obstat primum C. si plur. vn. sent.*

9 Beneficia Nouitij non vacant per susceptionem habitus ante professionem emissam, nec est, qui dubitet, & ita intelligitur Constit. Pij V. prohibentis Ordinarios admittere resignationem, nisi in certis casibus, & signanter resignationem Religionem ingressuri, idest per professionem, ita Gonz. *cit. loc. num. 23.* ita vt si resignatio fuerit admissa, prouisio est suspendenda vsque ad professionem, Lotter. *cit. loc. num. 25.* & prædicta adeò vera sunt, vt Nouitius durante anno probationis, & vsque ad professionem faciat fructus suos, quos non amittit ratione absentiæ, P. Alph. de Leon. *de off. Capell. part. 1. quæst. 4. num. 69.*

10 Quid seruetur cum meritissimis Patribus Societatis Iesu, quorum Doctrina nauis Petri coadiuuatur, eorumque studijs, & laboribus non solùm possessa beneficia, sed cæteri Ecclesiastici fructus deberentur, nisi eorum modestia, & integritas illos refutaret, vide Barbos. *de Iur. Eccles. lib. 3. cap. 14. num. 4.*

11 Secundò dicitur vacare beneficium per Resignationem, siue Renunciationem, iuxta dicta per Paris. *de resig. lib. 1. quæst. 5. num. 15. & seqq.* Gonzal. *gl. 15. num. 8.* Garz. *11. part. cap. 3.* Lotter. *lib. 3. quæst. 14.* de qua materia, dicemus annotat. particulari, Virgine protegente; eodem modo dicitur vacare ob non factam publicationem resignationis seruata forma Bull Gregor. XIII. Garz. *cit. loc. §. 4.*

12 Tertiò, beneficium dicitur vacare per assecutionem alterius beneficij incompatibilis, de qua materia disponitur in *Extrauag. execrabilis, §. qui vero de præb.* & in Concil. Trid. *sess. 7. de refor. cap. 4. cap. de multa de præb.* vbi annotata sunt aliqua supra in *1. part.* tractant Gonzal. *gl. 15. n. 9. & seqq.* Garz. *part. 11. cap. 5.* Lotter. *lib. 3. q. 23.* Ne reincidam in aliàs dicta, ibi me remitto.

13 Quartò, vacat beneficium per contractum matrimonij ipso facto, *cap. 1. cap. diuersis Falacijs de Cler. coniug.* ita vt statim, ac beneficiatus contrahit matrimonium per verba de præsenti, statim non expectata aliqua sententia remaneat ipso iure beneficio priuatus, quasi per electionem status incompatibilis ipsemet beneficium renunciauerit, *gl. in cit. cap. 1. verbo relinquenda*, docent communiter DD. quos longa caterua adducit Sanch. *de matrim. lib. 7. disp. 42. num. 4.* & transcribit Barbos. *de Iure Eccles. lib. 3. cap. 14. num. 7.* voluit Rot. *in recent. part. 3. decis. 8. num. 2.* Inducit enim vacationem huiusmodi matrimonium contractum per verba de præsenti, non tamen sponsalia, vt docent omnes, quos refert, & sequitur Sanch. *cit. loc. num. 1.* qui testatur, nec per sententiam posse priuari beneficio, qui sola sponsalia contraxit, non subsequuto matrimonio, Rot. *decis. vnica de Cler. coniug. in nou. num. 1.*

14 Ampliant communiter DD. prædictam sententiam, vt per matrimonium contractum vacent beneficia, etiam si matrimonium non sit consumatum, & vxor religionem ingrediatur, ita Garz. *cap. 8. num. 3. part 11.* quod tamen

dici

dici non poteſt de ſponſalibus ſequuta copula, quia copula cum ſponſalibus non parit vacationem prædictam, Ioan. And. in cit. cap. 1. num. 2. & alij, quos cumulat Sanch. cit. loc. num. 5. Rot. deciſ. 8. num. 3. part. 3. in recentiorib.

15 Ampliant etiam, vt poſt contractum matrimonium Beneficiatus, nec fructus beneficij retinere poſſit, nec illud ad fauorem renunciare, ſed ſtatim poteſt tanquam vacans impetrari, Barboſ. cit. loc. num. 9. & eſt commune, Ricciul. de iur. perſonar. lib. 7. titul. de Apoſtatis cap. 1. num. 10. & ſeqq.

16 Ampliatur quoque, vt non ſolùm beneficia, ſed etiam omne ius, quod Clericus habet ad illa, ſiue regreſſus, & acceſſus amittitur per contractum matrimonij, iuxta communem DD. prædictorum ſententiam, Sanch. cit. loc. num. 7. Ricciull. num. 14. Barboſ. & alij.

17 Ampliatur ſimiliter, vt non ſolùm beneficia, ſed etiam penſiones vacent per contractum matrimonij, licèt illæ beneficium non ſint, docet Sanch. cit. loc. diſp. 44. num. 5. Ricciull. cit. loc. cap. 3. voluit Rot. in vna Romana penſionis 10. May 1610. coram D. Coccino, & in Tullen. fructuum prioratus 21. Iunij 1619. coram eodem, Lotter. lib. 3. cap. 26. num. 65. Hæc tamen limitatio non procedit, quando penſio datur in miniſterio ſæculari, vel quando datur laico in defenſionem Eccleſiæ; Nec quando reſeruatur vti laico, ita Ricciull. cit. loc. cap. 3. num. 4. & ſeqq. vbi etiam refert quid dicendum de Militibus.

18 Quæſtio eſt non leuis inter DD. quando matrimonium irritum, & nulliter contractum per Beneficiatum, inducat beneficij vacationem, de qua latè Sanch. cit. loc. diſp. 43. & latius Ricciull. de iurepatron. lib. 7. cap. 2. Lotter. lib. 3. quæſt. 26. num. 76. poſt Garz. & alios, ex quibus eò magis vera colligitur concluſio, quòd quando matrimonium fuit nulliter contractum ob defectum conſenſus ipſius Clerici, vt quia erat impubes, nec malitia ſupplebat ætatem, & beneficium obtinebat cum diſpenſatione legitima, vel amens, vel metu inductus, & tunc beneficium non dicitur vacare ipſo iure, ſi verò nullitas prouenit ex alio defectu, puta ex impedimento conſanguinitatis, vel affinitatis, & tunc diuerſimodè loquuntur DD. vt videre eſt apud Sanch. & Ricciull. cit. loc. Sed verior opinio eſt, quòd ſiue Beneficiatus contrahat ſciens impedimentum, ſiue ignorans, ſemper vacat beneficium ipſo iure, vt optimè defendit contra Sanch. Lotter. cit. loc. num. 76. & Ricciull. eodem loc. num. 24. vbi num. 33. defendit vacationem ipſam, etiam ſi matrimonium ſit nullum ex defectu ſolemnitatis.

19 Eodem modo ſtatim ac, & eo ipſo, quòd Clericus efficitur miles, quòd tunc eſt, quando eius nomen in matricula militari deſcribitur, dicitur beneficium vacare, cum per factum ipſum videatur beneficio renunciare, ita Io: And. in cap. final. de Cler. coniug. Gig. de penſio. quæſt. 55. num. 2. Clar. in §. final. quæſt. 73. num. 6. verſ. item Cler. Pariſ. de reſig. lib. 1. quæſt. 1. num. 22. probat abundè Ricciul. cit. loc. cap. 5. n. 12. & ſeqq. quæ procedunt etiam ſi ipſe Beneficiatus militiæ adſcriptus ad ſæua non deuenerit, vt per Ricciul. & Lotter. lib. 3. quæſt. 26. num. 90.

20 Quintò, vacat beneficium per non delationem habitus Clericalis, quæ vacatio contrahitur ipſo facto, quando Beneficiatus in locis publicis, & populo frequentibus ſine rationabili cauſa ſine habitu prædicto continuò incedit, ita diſpoſuit Sixtus V. in ſua Conſtit. 19. ſecundum nouum Bullar. de qua Quarant. Summ. Bull. verbo habitus clericalis, & meminit Gonz. gl. 15. num. 56. Garz. part. 7. cap. 1. quomodo poſſit probari hæc negatiua, ideſt non delatio habitus in hoc caſu per impetrantem, vide Lotter. lib. 3. quæſt. 26. num. 92. & ſeqq. eſſet tamen probandum, quòd Beneficiatus tanto temporis ſpatio in habitu Clericali non inceſſit, vt communi opinione reputetur laicus, ita poſt Chriſtophor. de Caſtell. & Farinac. tenet Ricciul. de iure perſ. lib. 7. cap. vltimo num. 16. contra aliquos, qui tenent, quòd ſufficit probare, quòd ſemel inceſſerit ſine habitu, quæ opinio habet quid rigoris, contra quam tenet etiam Barboſ. lib. 3. cap. 14. ſub num. 63.

21 Nota, quòd impetrans beneficium vacans ob non delationem habitus, tenetur prædictam probationem facere coram executore citato poſſeſſore, aliàs probatio erit nulla, & poſſeſſor debet in ſua poſſeſſione manuteneri, ita docet poſt alios per ſe adductos, Barboſ. cit. loc. num. 63. ad finem.

22 Sextò, vacat beneficium, quando Beneficiatus habet illud pro derelicto per ſpatium decem annorum ad notata in cap. ex parte 8. vbi gl. verbo per decem annos, & Abb. num. 2. de Cler. non reſid. Barboſ. cit. loc. num. 33. vbi alios citat Rebuff. in prax. titul. de mod. amitt. benef. ſub num. 49. verſ. quemadmodum.

23 Nota primò ad ſupradicta, quòd propriè loquendo, non poteſt dici beneficium pro derelicto habitum, nam ea dicimus habere pro derelictis, quæ prius in dominio noſtro erant, l. interdum §. 1. ff. de acquir. poſſ. §. hoc amplius §. pro derelicto inſtit. de rer. diuiſ. Sed beneficia non dicuntur in dominio noſtro, niſi quoad vſum; ideò id impropriè, dici teſtatur Lotter. cit. lib. 3. quæſt. 26. num. 3.

24 Nota ſecundò, hanc vacationem ſuas habere difficultates cum ſit fundata ſuper præſumptionibus, vnde ſi citatus Beneficiatus compareat, & dicat non habere beneficium pro derelicto, eliditur vacatio. Vnde Lotterius cit. quæſt. 26. in principio, reſtringit hanc præſumptionem derelictionis duobus in caſibus, primò quando citatus Beneficiatus ad reſidentiam, ad quam tenetur, redire recuſat; Secundò in caſu electionis ſtatus incompatibilis cum beneficio, qualis eſt militia, matrimonium, & ſimilia, & in prædictis caſibus non eſſet expectandus lapſus decem annorum, iuxta opinionem Barboſ.

25 Septimò vacat ipſo iure beneficium curatum, ſi illud obtinens non ſe facit promouere ad ordinem Sacerdotalem infra annum, habetur diſpoſitum in cap. licet Canon. & cap. commiſſa de elect. in 6. vbi DD. omnes Rebuff. in prax. titul. de diſpenſat. de non promouend. & titul. de non promot. intra annum, Pariſ. de reſignat. lib. 3. quæſt. 2. Zerol. in prax. 1. part. verbo beneficium §. 4. d. 4. Staph. de lit. gratiæ titul. de varijs modis vacat. §. quartus principalis, Garz. de benef. 3. part. cap. 4. num. 3. Barboſ. de Iur. Eccleſ. lib. 3. cap. 14. num. 21.

26 Nota primò, computari hunc annum à die prouiſionis, ſeu Collationis, non à die vacationis beneficij, vt dicit Lotter. lib. 2. quæſt. 47. num. 19. vbi refert conſilium dandum ei, qui ætatem non ſufficientem habet, vt Epiſcopus expectet quantum poteſt ad conferendum. Sed melius dicendum eſt hunc annum numerandum eſſe à die adeptæ poſſeſſionis, iuxta verba Sacræ Congreg. in declaratione adducta per Garz. cit. loc. num. 7. dummodò per Beneficiatum non ſteterit quominus antea poſſeſſionem perceperit, iuxta aliam declarationem adductam per Barboſ. in Summ. Apoſtolicarum deciſ. verbo annus num. 7.

27 Nota ſecundò, quòd habet locum hæc vacatio, ſi infra annum fuerit prouiſio motalis ſuper beneficio in petitorio, ſecundum declarationem Sacræ Congreg. quam adducit Garz. 11. part. cap. 5. num. 121. licèt ipſe num. 122. dicat, quòd talis declaratio non videatur iuri conformis.

28 Nota tertiò, vacationem prædictam nec habere locum, ſi Beneficiatus promoueri petijt ad Sacerdotium, offerens quantum in ſe erat paratus ſuſcipere ordines; verùm Epiſcopus eum reprobauit ratione illiteraturæ, refert deciſum per Sacram Congreg. idem Garz. 3. part. cap. 4. num. 8. & 9. refert etiam deciſum huiuſmodi vacationem non habere locum, ſi infra annum Parochus fuit morbo impeditus; Et impedimentum adeò excludit hanc vacationem, vt ſi Parochus impediatur promoueri in fine anni, eo quod ſi impedimentum ſuperueniat in finali parte anni, etſi in tali tempore, quod ſupereſt non poſſit Beneficiatus promoueri, & tunc ſunt, qui tenent tale impedimentum, etiam excuſare vacationem, ita Rebuff. in prax. titul. de non promotis num. 48. Salzed. ad Diaz. cap. 53. lib. 10. Verùm contraria opinio verior iudicatur per Garz. part. 11. cap. 5. num. 119.

29 Nota quartò, quòd Beneficiatus infra annum illi conceſſum ad ſuſcipiendum Sacerdotium poteſt beneficium reſignare etiam ad fauorem, etiam ſi eſt certus infra annum non poſſe promoueri, & ſic beneficium vacare, iuxta dicta per Rebuff. cit. loc. hoc intellige, ſi ſupereſt tempus ad perficiendam reſignationem.

30 Octauò, vacant beneficia per promotionem ad Epiſcopatum ipſo iure poſtquam Epiſcopus poſſeſſionem receperit, & conſecrationem, vel poſt lapſum temporis ad peten-

petenda consecrationem, & hoc vigore *c. in cunctis, §. cum vero de elect.* Conc. Trid. *sess. 7. cap. 9. de ref. & sess. 23. c. 2. de ref.* docent communiter DD. & hoc de iure, nam de stylo Curiæ Romanæ per decretum Papæ, qui in actu promotionis decernit beneficia vacare, & tunc dicuntur vacare à die promotionis, non consecrationis, prout post multos declatat Barbos. *de Iur. Eccles. lib. 3. cap. 14. num. 23. & seqq.* & melius Lotter. *lib. 3. quæst. 26. num. 50. & seqq.* vbi designat tempus trimestre ad petendam consecrationem, & testatur illud non prorogari vltra semestre.

31 Nota, hanc vacationem procedere tantùm in beneficijs, quia de illis tantùm loquitur text. *in cit. §. cum vero*, hinc per promotionem hanc non vacant officia, vt sunt prothonotariatus, & similia, Achill. de Grass. *decis. 36. aliàs 1. de elect.* Hoied. *de incompat. part. 1. cap. 4. num. 14. & 15.*

32 Si Episcopo contigerit transferri ad aliam Ecclesiam, vacat prima, à die, quo idem Episcopus ab illius vinculo absoluitur in Consistorio, etiam ante expeditionem litterarum, iuxta declarationem Sacræ Congregationis die 14. Decembris 1624. quam adducit Barbos. *de Iur. Eccles. lib. 3. cap. 14. num. 25.*

33 Quomodo dicitur vacare prælatura, si electus intra mensem, vel aliud statutum tempus non consenserit electioni, vel si consenserit intra tres menses, non petierit confirmari, vide Gonzal. *gl. 15. num. 50. & 51.* & Barbos. *cit. loc. num. 26. & 27.*

34 Nonò, vacare dicitur Dignitas quando ad illam electus per se, vel per alium se iniecerit administrando ante confirmationem, & hoc ipso facto, ita disponit *Cap. auaritiæ de elect. in 6.* qui text. licèt loquatur in electione, & postulatione, & in dignitatibus, nihilominus DD. communiter illius dispositionem extendunt ad præsentatum in quocunque beneficio etiam simplici, qui si se iniecerit in illius administratione ante institutionem, beneficium dicitur ipso iure vacare, ita Arch. *in eodem cap. auaritiæ, num. 4.* Fran. *num. 2.* & alij, quæ vacatio oritur ex vnico actu, docet Crescent. *decis. 6. de iur. patronat. num. 17. & seqq.*

35 Nota primò, non incurri hanc vacationem per quamcunque administrationem, sed necessariò requiri fructuum perceptionem, siue temporalium, siue spiritualium, vt de eo, qui recepit iuramentum, defendit Put. *decis. 45. lib. 3.* Rot. *decis. 83. num. 4. & 6. part. 3. lib. 3. diuers.* Gabriel. *consil. 199. num. 4. lib. 1.* qui testatur de communi.

36 Nota secundò, excusare hanc vacationem quamlibet causam coloratam prouenientem ab errore facti, vel iuris valdè dubij, vt post alios defendit Lotter. *2. quæst. 13. num. 8. & seqq.* dicitur ius dubium si concurrat mixtura facti, vel conflictus opinionum, Coccin. *decis. 295. num. 8. & 9.*

37 Decimò, dicunt DD. vacare beneficium ipso iure per non ostensionem tituli, seu dispensationis instante Ordinario pro illorum ostensione, idque deducunt ex *cap. Ordinarij, §. quòd si fortè de obl. ord.* vbi disponitur, quòd si quis plura possidet beneficia incompatibilia est cogendus ab Ordinario ad ostendendam dispensationem, quam si ostendere recusat, vacat beneficium; sed propriè loquendo hæc vacatio non inducitur ex prædicta non ostensione, quasi ex nouo modo vacandi, sed potius dicendum est per dictam non exhibitionem tituli, siue dispensationis detegi vacationem beneficij antiquam, cum semper vacauerit beneficium, ex quo intrusus non habuerit titulum. Hinc Lotter. *3. lib. quæst. 24. num. 36.* iste non exhibens titulum, seu dispensationem, non puniri pœna priuationis, sed expulsionis, seu detrusionis. Quomodo possit Ordinarius cogere Beneficiatum ad ostensionem tituli, & dispensationis; quomodo Beneficiatus satisfaciat huic præcepto, & quomodo procedatur contra contumacem non parentem, latè Lotter. *cit. quæst. 24. per totam.*

38 Nota hic, quòd dispositio *cit. cap. Ordinarij*, quæ dat facultatem Ordinario compellendi Beneficiatum habentem plura beneficia, ad ostendendam dispensationem innouata fuit per Concil. Trid. *sess. 7. cap. 5.* Nec suffragatur, quòd Beneficiatus sit possessor triennalis, quin non teneatur ostendere dispensationem prædictam, mandante Ordinario, quia per regulam de triennali excluditur tertius inquietans in beneficio, non tamen Ordinarius, tenet Cened. *ad sex. Collect. 18. num. 3.* Mena *variar. lib. 2. quæst. 23.*

Vndecimò, vacat beneficium collatum à Papa ipso iure si apprehendatur illius possessio ante litterarum expeditionem, iuxta Constitutionem Iulij III. sub datum Romæ 27. Maij 1553. de qua materia tractant Mandos. *ad regul. 27. quæst. 3.* Gonz. *gl. 15. num. 98.* Garz. *part. 4. cap. 2. num. 46. & seqq.* Lotter. *lib. 3. quæst. 2.* Barbos. *de Iur. Eccles. lib. 3. cap. 14. num. 38.* in quibus terminis. 39

Notandum est, quòd licèt olim ex sola signatura permittebatur apprehensio possessionis, hodie tamen ex Constitutione prædicta denegatur, aliàs inducitur vacatio prędicta ipso facto, docet Garz. *cit. loc. num. 47.* 40

Notandum est secundò, induci vacationem prædictam quando quis non expeditis litteris, & cum sola signatura possessionem de nouo apprehenderit, secus tamen est, si prouisus ab Ordinario malè possessionem apprehenderit vigore literarum Ordinarij, & postea nouam obtinuerit prouisionem à Papa, & litteris non expeditis possessionem continuauerit, Crescent. *decis. 5. num. 2. de rest. spoliat.* Cassad. *decis. 4. in fin. eod. titul.* Achill. *decis. 104.* 41

Duodecimò, vacat beneficium per obitum, si resignans non superuixit per viginti dies per Regul. Cancell. 19. secundum modernum ordinem, de qua materia Flam. Paris. *de resignat. lib. 12. quæst. 14.* Gonzal. *gl. 15. num. 84.* Garz. *5. part. cap. 1. num. 158. & seqq.* Lotter. *lib. 3. quæst. 15.* Barbos. *de Iur. Eccles. lib. 3. cap. 14. n. 35.* Viuian. *in prax. iurispatron. part. 2. lib. 5. cap. 5. num. 81.* Ioan. à Cochier. *in regul. 8. Cancell. gl. 7. num. 13.* computantur hi viginti dies à die præstiti consensus, vt notatur in eadem regula circa medium; & locum obtinent in quacunque resignatione, siue simpliciter fiat, siue causa permutationis, vt indicant verba ipsius regulæ. 42

Nota, quòd prædicta regula de viginti, locum obtinet, siue resignatio fiat coram Papa, siue coram Ordinario ex causa, notat Barbos. *cit. loc.* vnde est, quòd si quis resignauerit coram Ordinario, à quo iuxta causa mediante fuit admissa resignatio, verùm resignans non expletis diebus 20. obijt in mense Apostolico, licèt resignatio sit facta in mense Ordinarij beneficium dicitur reseruatum, cum in hoc casu vacet per obitum, non per resignationem, & generaliter dicendum est, quòd Regula de viginti, non afficiat beneficium extra Curiam resignatum, ita Lotter. *cit. loc. cap. 57.* quem sequitur *cit. loc.* Barbos. quod secus est, si resignans moriatur in Curia infra terminum viginti dierum, tunc enim beneficium remanet reseruatum ratione obitus in Curia, Garz. *cit. part. 5. cap. 1. num. 158.* & est indubitatum. 43

Tertiodecimò, vacat ipso iure beneficium curatum, si in Collatione illius non fuerit seruata forma Constitutionis Pij V. incip. *in conferendis*, sub datum 15. Kalend. Aprilis 1566. quam adducit Quarant. *Summ. Bull. verbo Beneficiorum Parochialium Collatio*, Gonz. *cit. loc. num. 88.* Sed verius pace multorum DD. melius dicendum est in hoc casu non vacare beneficium ob contrauentionem prędictæ Constitutionis, cum in illa non inducatur nouus modus vacandi, sed solùm declaratur collationem Parochialium factam contra, vel præter formam Concil. Trid. præsertim in examine per concursum faciendo, esse inualidam, & beneficium vacare, sicut antea vacabat, & remanere reseruatum; itaque Constitutio declarat adhuc durare primam vacationem, ergo non inducit nouam vacationem. 44

Quartodecimò, vacat beneficium ipso iure per mortem Papæ, à quo fuit collatum ad beneplacitum illius, cum beneplacitum morte expiret, *cap. si gratiosè de rescript. in 6.* docet Barbos. *cit. loc. num. 39.* Eodem modo vacat beneficium, quod Papa contulit cum decreto, quod prouisus teneatur dimittere aliud, quod habet infra sex menses; ita vt si non adimpletur decretum, vacat secundum beneficio ipso iure, elapso termino assignato, quod est computandum à die notitiæ decreti, latè Barbos. *cit. loc. num. 40.* 45

Decimoquintò, vacat beneficium ipso iure, & omne ius, quod habet ad illud perdit prouisus, qui violenter occupauit possessionem illius, prout deciditur in *cap. eum, qui 18. de preb. in 6.* vbi DD. communiter tractant, Gon- 46

zal.

zal. *gl.* 13. *num.* 18. Lotter. *lib.* 3. *quaest.* 22. & alios, quos citat Barbos. *cit. loc. num.* 43.

47 Nota, quòd licèt dicatur per DD. quòd hæc vacatio sit inducta ipso Iure, tamen secundum veriorem sententiam, impetrans hoc modo, non potest propria auctoritate possessionem apprehendere, sed tenetur possessorem violentum prædictum coram executore citare, cum possit illi aliqua defensio competere, probat post alios Lotter. *cit. loc. num.* 4. post Mandos. ad Lap. *alleg.* 127. *num.* 6. *vers. sed contra prædicta.*

48 Nota etiam prædictam vacationem non habere locum, quando quis violenter occupauit possessionem alicuius prædij beneficij, sed solùm quando se intrusit in beneficio, iuxta opinionem Rot. *decis.* 19. *num.* 10. *part.* 2. *diuers. & in vna Mutinen. Canonicatus* 14. *Martij* 1603. *coram D. Lancellotto Iun.* quos refert, & sequitur Barbos. *citat. loc.*

49 Item nota, quòd hæc vacatio non inducitur quando quis violenter occupauit possessionem beneficij, præuio iudicis decreto, lato iuris ordine seruato, quia iudex in tali casu non dicitur vim inferre, *l.* 3. *§. sed si vim accipimus de eo, quod met. caus.* & in his terminis probat Lotter. *cit. loc. num.* 15. qui id limitat, si iudex de facto procederet excedendo fines suæ iurisdictionis, vel cum dolo procedendo, & tunc dicitur inferre vim, & potest illi impunè resisti, declarat Fel. *in cap. si quando sub num.* 2. *vers. secundo fallit de off. deleg. l. prohibitum, C. de iur. fisc.*

50 Similis vacandi modus est, qualis inducitur ipso iure per violationem sequestri, emanati per Romanam Curiam in causa beneficiali, iuxta terminos *Clem. vnica de sequest. poss.* dicitur quis violare sequestrum, quando fructus beneficij sequestratos occupat, quod intellige, si occupans sit vnus ex litigantibus, & fructus sint beneficij, de quo est lis, Lotter. *cit. loc. num.* 40. Gonz. *gl.* 15. *num.* 59.

51 Quæ vacatio inducitur quando violatur sequestrum, appositum in vim sententiæ diffinitiuæ, latæ per Rotæ Auditorem super negotio principali; non tamen, si violatur sequestrum appositum ex officio in causa attentatorum, vel simili, Put. *decis.* 46. *lib.* 2. Seraph. *decis.* 1335. *num.* 6. Bellam. *decis.* 54. *num.* 2. Et quando adest temeritas nulla ratione excusabilis, quia cum Clem. prædicta sit à iure exorbitans, non debet extendi, probat Lotter. *cit. loc. num.* 48. *& seqq.* sequitur Barbos. *cit. loc. num.* 44.

42 Decimosextò, vacant ipso iure beneficia detinentium, & non restituentium indebitè, scripturas spectantes ad Cameram Apostolicam, nec non etiam, & scientium, & non reuelantium occupationem prædictam, iuxta disposita per Iulium III. in sua Constitutione, die vltima Aprilis 1552. & refert Barbos. *cit. loc. num.* 41.

53 Decimoseptimò, vacant beneficia per nonnulla delicta, seu excessus patratos per Beneficiatum; Et primò per crimen hæresis, *cap. abolendam*, §. 1. *de hæresi*; & notant communiter DD. inter quos solùm est differentia, an requiratur sententia priuatoria; sunt enim, qui defendunt vtramque sententiam, sed communior, & magis recepta videtur illa, quòd non requiratur aliqua sententia priuatoria, sed beneficia posse impetrari ante sententiam criminis declaratoriam, iuxta dicta per Barbos. *cit. loc. num.* 47. per alios per ipsum adductos, latè Ricciul. *de iur. patronat. extra lib.* 19. *cap.* 19.

54 Et non solum vacant beneficia ipsius hæretici per crimen hæresis, sed etiam omnia alia beneficia, quæ fuerunt obtenta ad preces hæreticorum, vt in *cap.* 2. *§. ad hæc de hæresi in* 6. notat Gonz. *gl.* 15. *num.* 68. Azor. *instit. moral. part.* 1. *lib.* 8. *cap.* 13. *quæst.* 8. *vers. octaua pœna.*

55 Ampliatur etiam, vt vacent ipso iure beneficia credentium, receptantium, fautorum, & defensorum hæreticorum vigore Bullæ Cœnæ Domini, de qua per Diaz. *in pract. crim. canon. verbo Hæretici, cap.* 114. *in fin.* tenet Farinac. *de hæresi quæst.* 189. *num.* 74. qui testatur posse defendi contrarium de iure communi.

56 Crimen etiam Simoniæ realis facit vacare ipso iure beneficium sic obtentum, iuxta formam *Extrauag. cum detestabile, de Simon.* inter communes, & Constit. Pij V. incip. *cum primum quinta*, §. 8. *sub datum Romæ Kalend. Aprilis* 1566. de hac materia tractant Flam. Paris. *lib.* 7. *quæst.* 2. *num.* 12. *& seqq.* Gonz. *ad regul. de mensib. gl.* 15. *num.* 69. Garz. *part.* 8. *cap.* 1. Bonac. *tract. de Simon. quæst.* 7. *punct.* 2. *diffic.* 1. Lotter. *lib.* 3. *quæst.* 29. *n.* 161. Barbos. *de Iur. Eccles. lib.* 3. *cap.* 14. *num.* 51. P. Thesaur. *pract. Eccles.* 2. *part. verbo Simonia, cap.* 2. *in princip.* & alij.

57 Nota, quòd hæc vacatio est inducta quoad beneficium simoniacè obtentum, cum inhabilitate ad futura ipso iure; non tamen vacant alia beneficia, in quibus Simonia non intrauit, & ante Simoniam legitimè obtinebantur, iuxta veriorem opinionem, quam defendit Lotter. *cit. loc. num.* 161. contra Garz. & sequuta est Rot. apud Achil. *decis.* 341. *aliàs* 2. *de Simon. num.* 2. *& decis.* 411. *num.* 2. *part.* 3. *lib.* 3. *diuers.* P. Thes. *cit. loc. vers.* 2.

58 Nota etiam, quòd hæc vacatio facit, vt beneficium, in quo est commissa simonia redeat ad Collatorem, quando vacauit per obitum, quòd si vacauit per resignationem, redit ad resignantem quousque non fuerit priuatus per sententiam, vt docent Garz. *part.* 11. *cap.* 3. *num.* 214. P. Thesaur. *cit. loc. vers. sufficit autem ad finem*; non tamen potest resignans ipse instare sibi restitui tale beneficium ex causa simoniacæ resignationis, quia repelleretur tanquam allegans propriam turpitudinem, ita post Rebuff. Diaz. & alios, docet Garz. *cit. loc. num.* 218.

59 Crimen etiam confidentiæ commissum in beneficio, facit illud vacare ipso iure, iuxta terminos Bullæ Pij V. incipient. *intolerabilis*, vbi si quis qualecunque beneficium Ecclesiasticum ex resignatione, vel cessione, simpliciter, vel cum circuitu retrocessionis, cum regressu, vel accessu, etiam sola dimittentis intentione receperit, vt illud etiam in euentum regressus, vel accessus eidem dimittenti, vel alteri postea conferatur; aut illius fructus, vel pars eorum alij, vel alijs concedantur, vel pensiones soluantur ex eisdem; hæc confidentia iudicatur. Item si Collator conferat beneficium vacans, ea conditione tacita, vel expressa, vt transferatur in alterum, vel vt prouisus, fructus illius, vel partem ad vtilitatem, vel arbitrium Collatoris, vel decedentis, aut alterius transferat, vel pensionem illi, vel illis, quem, vel quos Collator, vel cedens, vel alius voluerit, persoluat Simonia confidentialis iudicatur. Item si id à Patrono, seu præsentatore, seu electore fieri contigerit, quod de Collatore dictum est, confidentia iudicatur; & in his casibus transgressorum beneficia, non solùm in quibus commissa est confidentia, sed etiam alia vacant ipso iure, vt in citata Constitut. Pij V.

60 Crimen læsæ Maiestatis quando inducat vacationem beneficij, vide latè adducta per Lotter. *part.* 3. *cap.* 30. *per tot.* vbi materia latè, & eruditè discutitur Barbos. *de Iur. Eccles. lib.* 3. *cap.* 14. *num.* 52. post Gonz. *glos.* 15. *num.* 72.

61 Exemplificatur hoc crimen læsæ Maiestatis inter cætera hoc exemplo in falsificante, vel vtente falsis litteris Apostolicis, cuius beneficia ipso iure vacant, *cap. ad falsariorum de crim. fals.* Gonz. *cit. gl.* 15. *num.* 23. Garz. *part.* 11. *cap.* 10. *num.* 170. *de benef.* Lotter. *cit. loc. num.* 9.

62 Crimen Corruptionis iudicum Romanæ Curiæ, quando inducat vacationem beneficiorum, vide Constitutionem Gregor. XIII. *nou. Bull.* 24. *incip. Ab ipso, sub datum Non. Nouembris* 1574. quam latè explicat Lotter. *lib.* 3. *quæst.* 32.

63 Crimen Abortus inducit vacationem beneficiorum ipso iure per Constitutionem Sixti V. anno 1588. 4. Kal. Nouembris in ordine noui Bullar. 87. quam adducit compendiosè Lotter. 3. *part. quæst.* 31. *num.* 51. in quibus terminis nota, quòd licèt aliàs ad incurrendas pœnas huius criminis, criminalistæ distinguant, an fœtus esset animatus, an inanimatus; in hac tamen vacatione non adducitur hæc distinctio, nam Bulla prædicta in vtroque casu inducit hanc vacationem, vt post Graff. *aur. decis. part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 63. *num.* 27. *vers. sed an*, aduertit Lotter. *cit. loc. num.* 53. quod est contra Barbos. *de Iur. Eccles.* 3. *lib. cap.* 14. *post num.* 63. qui tantùm loquitur in casu animati fœtus habere locum vacationem.

64 Crimen sodomiæ inducit ipso iure vacationem; hoc enim horrendo crimine delinquentes, qui sunt apostatæ à natura, idest ab intentione ipsius naturæ, secundum Lotter. *lib.* 3. *quæst.* 31. *num.* 58. sunt ipso facto priuati

bene-

beneficijs Ecclesiasticis per Bullam Pij V. incipientem, *horrendum sub datum 3. Kal. Septembris 1558. in Bull. nouo 72.* & est secundum disposita in *cap. Clerici de excess. Prælat.* notant Gonzal. *gl. 15. nu. 83.* Lotter. *cit. loc.* Garz. *part. 11. cap. 10. §. 2. num. 196.* Campanil. *diuers. iur. Canon. rub. 11. cap. 22. num. 10.* Barbos. *de potest. Episcopi part. 2. alleg. 44. num. 29. & seqq.* Plura ad dictam Constitut. Pij V. vide apud Farinac. *quæst. 148. num. 1. & seqq.* quæ non habet locum contra semel, aut bis tantum patrantem tale crimen, sed contra illos, qui ex vsu, & continuò talem actum exercent, quod deducitur ex verbo illo in Bulla posito videlicet, *Exercentes*, docet Genuens. *in prax. cap. mihi 82. in princip.* Lotter. *cit. loc. num. 66.* contra Cæuall. *comm. contra commun. quæst. 248. sub num. 4.* Hanc vacationem non esse in vsu in Curia, testatur idem Lotter. *num. 68.*

65 Crimen illarum in personam Cardinalis, inducit vacationem beneficiorum, ita, vt tale crimen, sed percussionem inferentes priuentur beneficijs ipso iure, statuitur in *cap. felicis §. si qua vero de pœn. lib. 6.* declarat Barbos. *de iur. Eccl. lib. 3. cap. 14. num. 54. & lib. 1. cap. 5. vers. tertio.* Eodem modo ob percussionem Episcopi, vacant beneficia; illa tamen beneficia, quæ obtinet percutiens in Ecclesia Episcopi percussi *Clem. 1. §. à fendis de pœn.* Item eodem modo vacant ipso iure beneficia per occisionem Rectoris Ecclesiæ, *cap. in quibusdam de pœn.* idest illius Ecclesiæ, in qua sunt beneficia, de hac materia vide adducta per Barbos. *de iur. Eccles. cit. cap. 14. num. 54. 55. & 56.*

66 Crimen offensionis illatæ in personam litigantium in Romana Curia, inducit ipso iure vacationem beneficiorum offendentis, & non solum offendentis ipsum principalem, sed Procuratores, Aduocatos, Notarios, vel Iudices, iuxta disposita in Constitut. 11. Alex. VI. incip. *in crimin.* de qua materia vide Put. *decis. 97. 98. & 99. lib. 2. in correct.* Gonz. *gl. 15. n. 100.*

67 Crimen detestabile assassinij inducit ipso facto vacationem beneficiorum Clerici assassini, ex *cap. 1. de homicid. in 6.* vbi DD. est absolutum apud omnes. Nota, quod tenetur impetrans ex hac vacatione, probare assassinium cum suis requisitis; quo in casu an sufficiat probatio desumpta ex sententia Iudicis laici declaratoria commissi assassinij, vide Lotter. *quæst. 31. num. 44. & seqq. lib. 3.* de hac materia Alph. de Leon. *de off. Capell. lib. 3. quæst. 31. num. 34.*

68 Crimen de quo in *Clement. multorum de pœn.* inducit vacationem beneficiorum ipso iure; ibi enim priuantur ipso iure beneficijs Domini temporales, personæ Ecclesiasticæ, qui carcerari faciunt, vel carceratos detinent Clericos, donec sua beneficia resignent, vel ne citati possint accedere ad Apostolicam Sedem, dummodo hæc patrantes non sint Prælati, sed inferiores, nam Prælati alia pœna mulctantur in dicta *Clement. multorum*; de his Gonzal. *gl. 15. num. 80.* Barbos. *cit. loc. cap. 14. num. 58.*

69 Vacant quoque beneficia ipso iure illorum, qui pro obtinendis beneficijs, se ipsos pro alijs examini supponunt, vel annuas pensiones offerunt, aut beneficia impetrant pro alijs, vt ab eis aliquid consequantur: vel quando impetrant pro se ipsis beneficia cum intentione illa resignandi, reseruata sibi pensione, vel non reseruata, ad fauorem aliorum; ita disponit Constitut. 33. Pauli IV. incip. *inter cætera sub datum 26. Nouembris 1557.* quam per extensum adducit Gonzal. *gl. 15. post num. 90.*

70 Vacat etiam beneficium ipso iure per alienationem bonorum Ecclesiæ, factam contra, vel præter formam *Extrauag. ambitiosæ de reb. Eccles. non alien.* illud tamen beneficium, cuius bona alienantur sine solemnitatibus; & ita vacat, vt Ordinarius, vel alius Collator, cui spectat Collatio absque alia declaratione conferre potest, ita disponit ipsa *Extrauag.* in illis verbis, *Inferiores verò, & cæt.* notat Gonz. *gl. 15. num. 63.* Barbos. *citat. cap. 14. num. 42.*

71 Vacat denique beneficium per priuationem, quæ sortitur ex delictis, & excessibus, in quibus Beneficiatus venit priuandus beneficijs; in quo casu notandum est, quod nullum crimen quantumuis graue inducit vacationem ipso iure, nisi id expressum sit in iure, sed criminosus est per sententiam priuatoriam priuandus; vt post alios resoluit Garz. *de Benef. part. 11. cap. 10. num. 5.* Vnde est, quod licèt in casibus prædictis, & alijs, in quibus beneficium vacat ipso iure, dicatur illud vacare in ipso puncto, quo casus accidit, idest in ipso tempore matrimonij, professionis, delicti, & cæt. tamen in casu, quo quis venit priuandus beneficio, non dicitur illud vacare tempore excessus, vel delicti, sed in puncto ipso sententiæ declaratoriæ, quæ in iudicatum fecit transitum, ita vt si interim moriatur Beneficiatus per obitum, dicitur vacare beneficium non alio modo, ita declarat Barbos. *de Iur. Eccles. lib. 3. cap. 14. num. 66. & seqq.*

In suprapositis autem casibus, & alijs in iure sparsis dicitur vacare beneficium, ita vt de illo possit Collator legitimus disponere, & conferre; & non antea, vt benè aduertit text. *in hoc cap. nulla de excess. prælat. in 1. part.* in qua prohibetur non solum Collatio de beneficio non vacanti, sed etiam promissio. Hinc Sacr. Concil. Trid. sectando vestigia antiquorum Canonum *sess. 24. cap. 19. de reform.* mandata de prouidendo, & gratias, quæ expectatiuæ dicuntur, nemini concedi statuit, & hactenus concessas reuocauit; a quo tempore, nec Summi Pontifices, qui pro sui libito aliter disponere possunt pro eorum Summa sanctitate tales gratias concesserunt, ita testatur Lotter. *lib. 2. quæst. 25. num. 4. & seqq.* 72

OBSERVATIONES

D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia vacantia per mortem de qua morte sint intelligenda.*
2 *Per captiuitatem beneficiati, an vacet beneficium, vel Ecclesia?*
3 *Mors qualiter probetur. Distingue.*
4 *Per matrimonium cum impubere contractum, an vacet beneficium? Expenditur Reg. de Marit.*
5 *Beneficium amittatur per non delationem habitus.*
6 *Priuatio beneficij quando inducatur.*
7 *Ob simoniam, vel confidentiam quando amittantur.*

BEneficia quæ infra sex menses non fuerunt collata per Ordinarium, & vacauerint in eius mense deuoluuntur ad Papam, & regulæ Cancellariæ vacantia beneficia per mortem, an intelligendæ etiam de vacatione ob mortem ciuilem? Negandum videtur, quia dictæ regulæ inducentes reseruationes non clausas in corpore iuris hominis potius, quam legis dispositionem continere videntur Papæ scilicet pro tempore, qui eas edere solet pro solo tempore eius vitæ, seu Pontificatus duraturas, & quæ per eius mortem euanescunt, exceptis reseruationibus clausis in corpore iuris, vnde sub nomine mortis non venit mors ciuili, fusè Card. de Luca *de benefic. discurs. 16. num. 8.* 1

Obitus vocabulum significat mortem naturalem, & mortis vox significat etiam ciuilem, Rota *decis. 543. n. 2. in fin. part. 2. recent.* de Luca *vbi sup. num. 10.*

Elegans quæstio est, vtrum vacatio beneficij inducatur per captiuitatem beneficiati, vel attendatur mors naturalis? Ex dispositione enim iuris Ciuilis *in l. in omnibus, & l. seq. ff. de captiu. postlimin. reuers. & §. ab hostibus ff. quib. mod. ius patr. pot. solut.* moriens in captiuitate ex fictione legis Corneliæ fingitur mortuus ipsa præambula captiuitatis hora, ad quam mors naturalis licet ex longo interuallo sequuto retrotrahitur.

Præterea in *cap. si Episcopus de suppl. neglig. Prælat. in 6.* disponitur, vt Episcopo in captiuitatem redacto Ecclesia censeatur vacare, & iurisdictio ad Capitulum deuoluatur.

Contrarium verius probat de Luca *vbi sup.* quod scilicet non sit attendenda fictio iuris ciuilis in spiritualibus, & ad text. *in cap. si Episcopus*, respondet, quod iurisdictio per modum prouisionis deuoluatur ad Capitulum per captiuitatem Episcopi apud hostes fidei.

3 Probari qualiter debeat mors beneficiati, vt dicatur vacare beneficium morte, Distinguendum est, an agatur de probanda morte apud fideles, & probatur ex libris mortuorum, vel pro testes de visu, & sepultura. Aut de morte in bello, vel in nauigatione, siue in captiuitate, aut tempore pestis cum similibus casibus accidentalibus, & tunc receptum sit, mortem etiam leuioribus probationibus, & adminiculis iustificari, Lotther. *lib.* 3. *de re benefic.* q. 10. *n.* 54.

Aliter si ageretur de probanda morte coniugis ad effectum contrahendi nouum matrimonium, quia necessarij forent testes de visu à captiuitate reuersi me Iudice, & iuxta instructiones Sacræ Congregationis.

4 . Per matrimonium legitimè contractum vacat ipso iure beneficium, Ventrigl. *num.* 13. *& seqq.* Addo Reg. de Marin. *lib.* 1. *resol.* 60. *n.* 1.

Pertransit de Marin. cum Garz. *de benefic. part.* 11. *cap.* 8. cum Rota *decis.* 1. *de sponsal. in antiq.* dicente, hoc procedere etiam si cum impubere matrimonium contractum esset.

Plumbeo tamen pede incedendum videtur super hac assertione. Quia matrimonium cum impubere contractum quoties nullum est, resoluitur in sponsalia etiam copula consumatum, vt Ventrigl. *n.* 14. de Marin. *n.* 5. vbi quod ex defectu ætatis sponsæ peti matrimonium nulliter contractum non vacat ipso iure beneficium.

Intrat igitur quæstio, an matrimonio nulliter contracto beneficium ipso iure intelligatur vacare? Reg. de Marin. hinc inde edisserit, & indistinctè an scienter, vel ignoranter matrimonium nulliter contrahetur resoluit negatiuè. Vnde videtur corruere, quod firmat Ventrigl. *num.* 18. ibi: *Sed verior opinio est, quod siue beneficiatus contrahat sciens impedimentum, siue ignorans, semper vacat beneficium ipso iure*, cum Ricciull. aduersus Sanch. & Lotter.

Militiæ sæculari se ascribendo Clericus beneficium amittit, quia militia temporalis est contraria cœlestis, Ventrigl. *num.* 19. cum statum incompatibilem assumendo censeatur dimittere clericatum, Card. de Luca in annot. ad S. C. Trid. *discurs.* 12. *n.* 8. vbi limitat, vbi militia esset pro seruitio Sedis Apostolicæ, siue pro defensione patriæ obsessæ, aut aduersus infideles.

5 Animaduersione digna est assertio, quæ firmat per non delationem habitus vacet beneficium, vt Ventrigl. *num.* 20. E contrario enim cauet Sac. Conc. Trident. *sess.* 23. *cap.* 6. *de reform.* quod non teneatur deferre habitum clericus habens beneficium Ecclesiasticum, vt latè Reg. de Marin. *lib.* 1. *res.* 56. *n.* 1.

Quamuis Sixtus V. contrarium statuerit die 18. Ianuarij 1589. vt non incedentes in habitu clericali ipso iure beneficijs priuentur, Attamen per motum Summi Pontificis Clementis VIII. sublatam Constitutionem Pontificis Sixti V. probat Reg. de Marin. *vbi supr. num.* 7. *& seqq.* vbi refert Ascanium de Angelis clericum beneficiatum fideiussorem certi arrendamenti habitum pro clerico quamuis allegaretur nunquam incessisse in habitu, & tonsura, imò vti laicum contraxisse, & nihilominus remissum ad Curiam Archiepiscopalem.

Extendit Reg. de Marin. *num.* 10. etiam si beneficium sit absque redditibus, quasi redditus non sit de substantia beneficij.

Oppositum videtur sentire Card. de Luca in annot. ad Sacr. Conc. Trident. *discurs.* 24. *num.* 13. loquens de beneficijs de pertica, & quod illi, qui licentiosam, & criminosam vitam ducunt, in habitu, & statu de facto merè laicali à sæculari tamen foro se assecurare volunt, curat, vel per se ipsos, vel per eorum coniunctos fundari cum redditibus alicuius prædioli derelicti, vel cum aliquo exiguo censu aliquod ideale beneficium ad meram fraudem, & formalitatem. Lex enim imposita dicitur rebus, non verbis, ideòque spectari debet finis, seu affectus ob quem illa constitutio emanauit, & consequenter id intelligendum de illis beneficijs ex quibus dignoscatur clericus quis apud populum, videndus Card. de Luca, & penitus res examinanda.

6 Caducitas, & priuatio beneficij incurritur ob contrauentionem decreto in ipsa gratia contento, seu ob eius non implementum, siue non susceptionem ordinis, terminus autem currit ad implendum quamuis in verbis computandus à die gratiæ, tamen currere incipit à die pacificæ possessionis, vel vbi per eum dat, quo minus adipiscatur, Card. de Luca *de pensionib. discurs.* 56.

Crimina ob quæ priuatio beneficiorum ipso iure incurritur, pleraque in iure habentur. Potissimè ob 7
simoniam, vel confidentiam. Siue ob apostasiam à fide. Ob assassinium. Ob sacrilegium in defloratione Monialis. Ob litterarum Apostolicarum falsificationem. Ob earundem litterarum transumpta præter formam à Constitutionibus Apostolicis præscriptam. Ob insordescentiam in excommunicatione vltra annum, Card. de Luca *de benefic. in summ. num.* 224.

Nimirum tamen rari sunt in foro casus, in quibus huiusmodi obiectiuæ impetrationes, quas piscatorias dicimus ob priuationem ex crimine suum sortiantur effectum vtpotè odibiles, ideòque de facili excusatio admittatur, Card. de Luca *vbi sup.*

Simonia an committatur ob pecuniam, quam dignior dedisset ad effectum, vt minus digno non postponeretur, quoniam cum ita beneficium de iustitia sibi debitum esset, ita pecunia, vel res temporalis potius dari dicitur pro remouendis molestijs de facto, quam pro assequutione beneficij. Ad instar præbentis pecuniam bannitis, ac latronibus, seu hostibus pro redemptione eius personæ, aut bonorum, siue pro euitandis maioribus damnis, & molestijs. Vnde simoniam non committi, sentit Menoch. *cons.* 67. *n.* 13.

At Menochium nuncupatiuè confutat Card. de Luca *de benefic. discurs.* 70. *num.* 11. qui expendit Abbatem *in cap. nobis num.* 4. *de elect.* distinguentem. Aut pecunia datur coniunctis eligere debentium per tertium, puta coniunctos eligendi absque scientia tam eligentium, quàm electi, siue eligendi, itaut agatur de puro facto inter tertios, & tunc non intret simonia, alia videnda in *d. discurs.* 70.

SVMMARIVM.

1 *Collatio Beneficiorum dignius facienda intra sex menses. Collationis materiam, qui DD. exagitent.*

2 *Collatio facienda à Papa tempore non ligatur. Quid in vacatione, in Curia, & executore Papa.*

3 *Collationis terminus sex mensium, non habet locum in institutione ad Iuspatronatus.*

4 *Collationis terminus sex mensium, habet locum in Episcopo habente facultatem conferendi iuspatronatus, ob negligentiam patronorum sibi deuolutum.*

5 *Collationis terminus sex mensium, habet locum etiam in electione. Quid in Sede Episcopali, & Regularibus.*

6 *Collationis terminus sex mensium statuitur pro conferendo quouis beneficio, præter exceptos. Quid in Collatione Curati.*

7 *Collationis terminus sex mensium, comprehendi habentem indultum conferendi a Papa.*

8 *Collationis terminus sex mensium statuitur patronis præsentare debentibus ad Iuspatronatus Ecclesiasticum. Quid in laico.*

9 *Collationis terminus sex mensium est vtilis, non continuus. An currat impedito, num.* 10.

11 *Collationis terminus sex mensium incipit à die notitiæ. An certiorandus Collator sciens, n.* 12. *dies notitiæ computatur à tempore, quo scire debuit, num.* 13. *An scientia præsumpta sufficiat, & quid in termino quatuor mensium pro significando concursu Papæ, n.* 14.

15 *Collationis terminus sex mensium integer concedendus impedito quomodo computentur menses huius termini, num.* 16.

17 *Collationis terminus sex mensium non complectitur diem notitiæ, & excludit diem, num.* 18.

19 *Collationis terminus sex mensium statuens complectitur acceptationem, & possessionem capiendam per promissum.*

20 *Di-*

20 *Dignus Beneficio est, qui habet qualitates requisitas pro eo administrando; indignus, qui non habet, & remissiuè, num. 20.*

22 *Collatio facta digno prætermisso digniori est valida.*

23 *Collationis facta minus digno grauatus dignior potest appellare.*

24 *Collator prætermittens digniorem peccat. An in omni beneficio, & quid in Patronis præsentantibus, num. 25.*

26 *Collator quando teneatur ad restitutionem, si omisso digniori, minus digno contulit. Quid in Curata ex Tridentino. Et quid in resignante, num. 28.*

27 *Collator omittens digniorem aliena Diœcesis non peccat, nec ad restitutionem tenetur.*

29 *Dignior, an sit, qui abundat in spiritualibus, an qui Ecclesiæ magis præfuturus.*

30 *Dignior, an qui semper bonus, an qui Pœnitens.*

31 *Collator sciencer indigno conferens priuatur potestate conferendi. Quid si ignoranter, & an in conscientia.*

ANNOTATIO III.

§. II.

1 IN 2. *part. huius cap. nulla*, disponitur beneficia vacantia, intra spatium sex mensium conferenda esse personis, qui dignè ministrare valeant; id etiam deciditur in *cap. licet de supplen. neglig. prælat.* & in *Clement.* 1. *eodem titul.* & in Bulla Pij V. incipiente *in conferendis sub datum* 15. *Kalend. Aprilis* 1566. Garz. 9. *part. cap.* 2. *post num.* 3. *de Benefic.* quæ constitutio loquitur tantum in beneficijs curatis. De hac materia tractant Rebuff. *in prax. titul. de deuolutionib.* DD. communiter *in cit. cap. licet*, Ioan. Nicol. Gimon. *in Enchiridio benefic. titul.* 2. *cap.* 3. *num.* 26. *& seqq. & titul.* 3. *num.* 30. *& seqq.* Zerol. *in prax.* 1. *part. verbo iuspatron.* §. 8. 1. *dub.* Flores de Mena *quæst.* 3. *num.* 6. Azor. *instit. Moral.* 2. *part. lib.* 6. *cap.* 26. *quæst.* 10. Garz. *de Benef. part.* 10. *cap.* 2. *per totum*, Barbos. *de Iur. Eccles. lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 105. *& seqq.* & alij, in quibus terminis.

2 Nota primò, quod hic terminus sex mensium procedit tantum, & statuitur Episcopo Ordinario, vel alteri inferiori Collatori; non tamen afficit Collationem Papæ, qui nullo tempore limitato adstringitur ad conferendum, etiam si beneficium sit illi deuolutum ob negligentia inferioris, ita Io. Andr. *in cap.* 3. *de præb. lib.* 6. vbi etiam Phil. Franch. *col.* 3. *vers. item* 3. *intellige*, Rot. *decis.* 263. *in nouis*, est absolutum, quidquid dicat Paul. *de citat. tract. de iur. patron.* 6. *part.* 26. *quæst.* Et licèt annot. prima præterita sit dictum in vacatione in Curia post lapsum mensis ordinarium posse conferre, id tamen non procedit priuatiuè quoad Papam, sed cumulatiuè, vt ibi dictum est. Idem dicitur de executore Papæ, qui cum illius vice fungatur, non ligatur termino Garz. *cit. loc. num.* 11.

3 Non habet locum hic terminus sex mensium in institutione in beneficijs de iure patronatus, nam licèt in dictis beneficijs præfigatur terminus Patronis ad præsentandum, vt dicemus infra, Ordinario verò ad instituendum nullus præfigitur terminus, nec prædictus terminus sex mensium habet locum in institutionibus, ita Abb. *in hoc cap. nulla, & consil.* 28. *num.* 2. *part.* 2. Lambert. *de iur. patron.* 3. *part.* 2. *lib.* 2. *quæst. princip. art.* 6. *num.* 7. Rot. *decis.* 4. *vers. prætereà nullum tempus de iure patron. in nouis, & in vna Lunen. Sarzanen.* 5. *Decembris* 1601. *coram D. Sacrato, & in Firmana Altaris* 24. *Februarij* 1616. *coram D. Vbaldo.*

4 Aduerte tamen, quod prædictus terminus sex mensium, habet locum in beneficijs de iure patronatus, quando ob non præsentationem factam per patronos infra tempus legitimum, vel aliàs, deuoluitur Collatio beneficij ad Episcopum; tunc enim tenetur conferre infra sex menses prædictos, alias subintrat deuolutio, de qua §. *sequenti*, Lottec. *de re Benefic. lib.* 2. *quæst.* 13. *num.* 60. & est absolutum.

5 Nota secundò, quòd licèt hic terminus sex mensium non solum habeat locum in Collatione, sed etiam in electione secundum doctrinam Abbatis *in cap. dilectus de concess. præb. num.* 2. non tamen procedit in electione facienda ad Cathedralem de Episcopo, & ad Regularem, de Abbate, Priore, vel Præposito principali; ij enim ratione maioris periculi, eligi debent intra terminum trium mensium, iuxta disposita in *cap. postquam* 50. *dist. cap. abeuntibus* 63. *dist. & cap. ne pro defectu de elect.* Sed hæc obtinet; cum illorum electio spectet ad Papam, vt ex terminis.

His exceptis constituenda est regula absoluta, & generalis, hunc terminum sex mensium, habere locum in Collatione cuiusuis Prælaturæ, Dignitatis, Canonicatus, Cathedralis, vel alterius Ecclesiæ, siue dignitas sæcularis sit, vel regularis, & in Collatione cuiusuis beneficij non solum simplicis, sed etiam curati ad Ordinarium spectante, docent communiter DD. *in cit. cap. ne pro defectu*, & Abb. *in hoc cap. nulla*, Cuc. *instit. moral. lib.* 4. *titul.* 2. *n.* 168. Rot. *decis.* 5. *de elect. in nouis*, Garz. *de Benef.* 10. *part. cap.* 2. *num.* 5. & de beneficijs Curatis disponit citata Bull. Pij V. in quibus terminis est aduertendum, quod quando Collatio beneficij curati spectat ad Ordinarium, tenetur illud conferre intra terminum sex mensium: quando Collatio curati non ad Episcopum Ordinarium, sed ad Papæ, vel alterius Collationem spectat; tunc tenetur Ordinarius peracto concursu, iuxta terminos Conc. Trid. *sess.* 24. *cap.* 19. *de reformat.* Significare Collatori infra spatium quatuor mensium personam magis idoneam, per ipsum in concursu electam ita Constit. prædicta Pij V. 6

Hoc termino sex mensium in conferendis beneficijs ligatur non solum Episcopus, & omnis alius inferior Collator, sed etiam habens indultum à Papa conferendi beneficia, etiam si Cardinalis sit, iuxta decisa apud Cassad. *decis.* 8. *de præb.* Crescent. *decis.* 15. *eodem tit.* & tenet Anast. Germon. *de indultis Cardin.* §. *volumus num.* 56. 7

Habet quoque locum hic terminus sex mensium in præsentatione facienda per patronum Ecclesiasticum, ad beneficium de iurepatronatus Ecclesiæ, vel alterius loci Ecclesiastici; potest namque in hoc casu patronus Ecclesiasticus præsentare vsque ad sex menses; non tamen id totum conceditur Patrono laico, qui non habet, nisi tempus quatrimestre ad præsentandom, *cap. quoniam, cap. cum propter de iurepatron. & cap. eam te eodem titul.* 8

Nota tertiò, quod hoc tempus sex mensium datum ad conferendum vtile est, & non continuum, *arg. cap. quia diuersitatem de concess. præb.* ita Io. Nicol. Gimon. *in enchiridio benef. titul.* 2. *cap.* 3. *num.* 26. Qui verò dicantur dies vtiles, tradit Iureconsultus *in l.* 1. §. *dies ff. quando appellandum l.* 2. *ff. quis ordo in bo. possess. ser.* de quadriennio vtili, vide *text. in l. petende, C. de temp. in integr. rest.* 9

Hinc est, quod hic terminus sex mensium ad conferendum, non currit impedito, siue impedimentum sit iuris, siue facti DD. communiter per text. ibi *in cit. cap. quia diuersitatem*, Garz. post alios multos per se relatos in *cit. part.* 10. *cap.* 2. *num.* 17. *& seqq.* vbi adducit Rot. decisiones. Sed intellige prædicta, quando Collator non fuit in colpa in remouendo impedimento, iuxta *decis. in vna Ciuitatis Castellana* 20. *Decembris* 1585. *coram D. Pamphilio*, vbi determinatur, quod licet hic terminus non currat Episcopo, qui non dum possessionem apprehendit, nisi à die captæ possessionis; id tamen non procedit quando potuit capere possessionem, & per ipsum stetit. 10

Hinc etiam est, quod generaliter docent DD. hoc tempus semestre datum ad conferendum, principium habere à die notitiæ, & scientiæ, non autem à die vacationis, *cit. cap. quia diuersitatem in fin. & cap. licet magister de suppl. negl. præl.* Ratio est quia, qui nescit, potestatem experiendi non habet *l. annus in fin. ff. de calumniat. l. cum sex menses ff. de edilit. Can. biduum* 2. *q.* 6. docet post alios adductos Garz. *cit. loc. num.* 15. & licèt præcit. Bull. Pij V. videatur sentire hoc tempus currere à die vacationis, id tamen communiter explicant DD. à die vacationis notæ, & sequuta est Rota in decis. adducta per eundem Garz. *cit. loc. num.* 21. & alia adducta *num.* 32. *in final. verbis*, quidquid dicant Flores de Mena, & Rebuff. 11

Sed aduerte, quod Collator, qui scit beneficium vacare, vlterius certiorari non debet, vt expresse habetur in *cap. licet de supplen. negl. præl.* ibi, *si vobis constiterit*, quouis modo scilicet, & in *cap. cum inter vniuersos de elect.* 12

& cap. de multa §. 1. *de prab.* facit text. *in l.* 1. *in fin. ff. de action. empt.*

13 Restringitur suprapoſita concluſio, vt hoc tempus ſex menſium debeat computari non ſimpliciter à die ſcientiæ, ſed à die, & tempore, quo Collator ſcire potuit, & debuit vacationem, ita tenuit Rot. *deciſ. 7. de præb. in antiquior. quæ in antiq. eſt* 13. *de iurepatronat. aliàs* 559. *& deciſ. 6. eodem titul. de iurepatronat. in nouis, aliàs* 263. *& in vna Burgen. Canonicatus 27. Martij* 1583. *coram D. Bubalo, & in vna Macerat. beneficij* 1. *Iunij* 1594. *coram D. Luca*, Biſignet. *deciſ. 7. de præb.*

14 Procedit aſſignata regula, vt tempus prædictum currat à die ſcientiæ, vel à die, quo Collator ſcire potuit, vel debuit non ſolum in tempore ſex menſium collationis faciendæ per Epiſcopum, vel alium Collatorem, ſed in termino quatuor menſium, ſtatuto Epiſcopo ad ſignificandum Papæ, vel alteri Collatori magis idoneum, in caſu, quo Collatio ſpectat ad Papam, vel alium, prout in terminis voluit Rota *in vna Toletana Beneficij* 18. *Nouembris* 1578. *coram D. Seraph. in* 1. *part. diuerſ.* 481. Idque etiam procedit in termino quatuor menſium, dato patronis laicis, vel ſex menſium Eccleſiaſticis ad præſentandum, ſecundùm veriorem, & receptam ſententiam, teſtatur Gemmenſ. *in prax. cap.* 190. *num. 7. ſecundùm vltimam impreſs.* & alij plures, quos refert, & ſequitur Garz. *cit. loc. n.* 34. qui contrarium tenentes reſpuit; firmauit etiam Rot. *deciſ. 7. de præb. in antiquior. &* 13. *de iurepatron. in antiq. & in vna Legionen. Parochialis inter diuerſ.* 1. *part. deciſ.* 421. *& in Spoletana iuriſpatronat. ſeu beneficij* 3. *Iulij* 1589. *coram Bubale inter Farinac. nouiſs. deciſ.* 520. vbi etiam habetur ſecundùm hanc opinionem pluries iudicaſſe Rotam. Et quod omninò ſufficiat contra Patronos ſcientia præſumpta vacationis, poſt diſcuſſa omnia, firmat Garz. *cit. loc. num.* 38. In terminis enim ſcientiæ, & notitiæ huiuſmodi, paria ſunt ſcire, vel ſcire debere, aut de facili ſcire poſſe, vt conſiderat Rot. apud Verall. *deciſ.* 107. *ex num.* 4. *part.* 3. faciunt latè adducta per Lotter. *lib.* 2. *quæſt.* 24. *num.* 16. *de re Benef.* vbi ea Rot. deciſionibus, & firmioribus rationibus, firmat contra quemcunque Collatorem, ſcientiam veriſimilem ſufficere, & tempus currere, ne dum à die, quo probatur Collatorem verè, & certò ſciuiſſe, ſed ex die, quo potuit id veriſimiliter ſcire; & licèt in terminis patronorum videatur tenere requiri ſcientiam indubitatam vacationis in *lib.* 2. *q.* 6. *n.* 24. tamen quia rationes ſupra per ipſum adductæ ſunt validiores; non eſt recedendum ab illa opinione, nec apparet ratio differentiæ inter Collatorem, & præſentantem in hac materia, cum in vtroque eadem militet negligentia.

15 Dicimus cum communi hoc tempus ſex menſium, non currere impedito; ad quod notandum eſt, quòd ceſſante impedimento, integrum ſemeſtre concedendum eſſe Collatori, probat Lotter. *de re Benef. lib.* 2. *quæſt.* 24. *num.* 27. hæc opinio habet magnam iuris aſſiſtentiam per diſpoſitionem text. *in cap. ſi electio, de elect. in* 6. *& l. ideo ff. de verb. oblig.* non eſt tamen ſecundùm rationem legis, quæ ſtatuit hunc terminum ſex menſium in collationibus, ad tollenda damna, quæ irrogantur beneficijs ex dilongatis vacationibus; nam ſi poſt quodlibet impedimentum concedimus integrum ſemeſtre Collatori, differi poſſent vacationes, etiam ad annos, ideò dicerem, ſi impedimentum eſt in principio ſemeſtris, currere opinionem; Si verò à principio Collator non fuit impeditus, & deinde ſucceſſit impedimentum, ſublato tempore impedimenti, tempora coniungenda eſſe; & hæc opinio non caret fundamento, nam certum eſt in iure, ita computari tempora, quæ currunt de momento ad momentum, & hoc tempus ita currit de momento ad momentum, vt tenet Garz. *de Benef.* 10. *part. cap.* 3. *n.* 43.

16 Quomodo ſit computandus menſis, diuerſimodè loquuntur DD. ſecundùm diuerſitates materiarum, prout videre eſt apud Sanchez *de matrim. lib.* 2. *diſp.* 24. *nu.* 14. *& ſeqq.* In caſu verò noſtro, cum ſex menſes, legis diſpoſitione incipiant currere à die vacationis notæ eſt, accipiendus menſis ſecundùm, quod occurrit in Kalendario, ita vt quod ex primo menſe deficit, accipiatur de ſequenti, & ita menſis conſtituitur tot dierum, quot habet in Kalendario, ita computat Sanch. *cit. loc. num.* 15. & ſequitur Garz. *de Benef.* 10. *p. cap.* 3. *n.* 42. poſt alios per eum adductos, qui dat exemplum, videlicet, ſi beneficium vacat 8. Februarij, ſemeſtre completur 7. die Iulij, quod eſt contra aliquos, qui voluere hoc ſemeſtre tempus, ita computandum eſſe, non vt medium conficiat annum, ſed vt ſinguli menſes triginta, vel triginta vnius dierum numerentur.

Dies vacationis, vel notitiæ, non computatur in hoc ſemeſtri, nam cum tempus huiuſmodi computetur de momento, vt cum Garz. dictum eſt, ſequitur quod dies, ex qua terminus ſtatuitur non computetur in termino, vt latè diſcutit Tiraq. *de retract. lign.* §. 1. *gl.* 11. *num.* 17. *& ſeqq.* quem ſequitur Sanch. *cit. loc. num.* 16. *ad finem.* 17

Finit hic terminus ſex menſium in vltimo die ſexti menſis incepto, licèt non completo, vt in exemplo allato, ſemeſtris non finit completo die 8. Iulij, ſed ſufficit, quod ſit inceptus, & ideò dictum eſt finiri die 7. Iulij, ideſt finita die 7. & incepta die 8. & ratio dictorum eſt, quia quando tempus deſignatur per menſes, tunc illud dicitur completum quando eſt cœpta vltima dies vltimi menſis, *l. qua ætate ff. qui teſtam. facer. poſſ. l.* 1. *de manumiſſ. l. in vſucapionibus, cum l. ſequenti ff. de vſucapionibus l. ſi in annos ff. de condit. & demoſtr.* 18

Vltimò aduertendum eſt, quod cum leges conſtituant terminum ſex menſium Collationibus, ad hoc vt vltra non prolongentur Vacationes, & euitentur damna Eccleſiæ vacantis, vt dictum eſt ſupra, ſequitur dicendum, quod non ſufficit, Collatorem conferre tantum beneficium intra ſex menſes, ſed prouiſus tenetur infra eundem terminum prouiſionem acceptare, & poſſeſſionem capere, quia per ſolam electionem, ſiue Collationem non effectiuam, non dicitur contractum vinculum matrimoniale inter prouiſum, & Eccleſiam, vt aduertit Io: And. *in cap. ſi electio ſub num.* 2. *ad fin. ſuper verbo, recuſat, de elect. in* 6. & cum iura deſiderent Collationem intra dictum tempus credendum eſt deſiderare Collationem perfectam, quæ talis non dicitur ex ſola electione, ſeu deſtinatione ſine acceptatione, ita Gemin. *in cap. præſenti in princip. ſub num.* 2. *verſ. & ſi videtur de præbend. in* 6. Couar. *variar. reſol. lib.* 3. *cap.* 16. *ſub num.* 3. cum pluribus adductis per Lotter. *lib.* 3. *quæſt.* 1. *num.* 19. *& ſeqq.* 19

Nota in illis verbis huius *tex. ijs, qui dignè adminiſtrare valeant conferantur*, quod beneficia Eccleſiaſtica dignis conferenda ſunt, & dicuntur digni, qui habent qualitates requiſitas ad illa, è conuerſo indignius dicuntur, qui qualitates requiſitas ad illa non habent, quibus beneficium conferri non debet, aliàs conferens peccat mortaliter *gl. in cap. ad Apoſtolicam, verbo prohibendum, de Regul.* Rebuff. *in prax. par.* 1. *cap.* 16. Pœnæ contra Collatores, & cæt. *num.* 6. Garz. *de Benef. par.* 7. *cap.* 16. *in princip.* & tenetur reſtituere Eccleſiæ taliter læſæ quanti illius intereſt Cardin. & Anchar. *in Clem.* 1. *de æt. & qualit.* Rebuff. *cit. loc. num.* 8. Sed aduertendum eſt, quod verba *tex. Beneficia dignis conferenda eſſe*, intelliguntur ſimpliciter, non autem comparatiuè; nam ſi dignus concurrit cum digniori, huic conferri debet beneficium, vt communiter habetur apud omnes Gonzal. *gl.* 4. *num.* 128. 20

De indignis ad beneficia ratione impedimenti, vel defectus, vide latè adductos per Barboſ. *de Iur. Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 130. *& ſeqq.* 21

An igitur poſſit prætermiſſo digniori eligi ad beneficium dignus, latè diſcutit Garz. *de benef. cit. par.* 7. *cap.* 16. *per totum*, Campanil. *diuerſ. iur. Canon. rub.* 6. *cap.* 3. *num.* 32. *& ſeqq.* poſt Gonz. *cit. loc.* Sanch. *in opuſcul. lib.* 2. *cap.* 1. *dub.* 2. *num.* 7. *in fin. & num.* 12. *& ſeqq.* R. Marant. *par.* 2. *controuerſ. reſp.* 2. *num.* 53. *& ſeqq.* quo in caſu dicendum eſt, quod Collatio facta digno, prætermiſſo digniori, eſt valida non ſolum in foro conſcientiæ, ſed etiam in foro exteriori, & aliàs dicere, eſſet viam calumnijs aperire, probat doctiſſ. Marant. *cit. loc.* poſt Lotter. *de Re Benef. lib.* 2. *quæſt.* 31. *num.* 114. Barboſ. *de poteſt. Epiſcopi par.* 3. *alleg.* 61. *num.* 97. *& ſeqq.* & ſequitur Rota Romana *loc. cit.* per Marant. 22

Et licèt in caſu prædicto valida Collatio iudicetur, cum nulla lex reperiatur annullans ipſo iure talem collationem, nihilominus poteſt magis idoneus prætermiſſus in Collatione facta cum concurſu, vel oppoſitione, appellare ab irrationabili iudicio Collatoris, & coram iudice, ad quem, 23

poteſt

potest dicto de grauamine, collationem reuocari facere, sed interim donec non fuerit reuocata, tenet Gonz. *cit. loc. num.* 139. Ludouis. *decis.* 11. *num.* 6. Rot. *in Nicien. Parochialis* 19. *Martij* 1628. *coram D. Duran.* Lotter. *cit. loc. num.* 116.

24 Peccat tamen Collator, siue Elector prætermisso digniori eligens dignum, cum dignioribus semper beneficia conferri debeant; & quòd peccet mortaliter, docet D. Thom. 2. 2. *quæst.* 61. *art.* 1. *&* 2. *& quæst.* 185. *art.* 3. & alibi, quem sequitur caterua DD. adductorum per Garz. *cit. loc. num.* 2. & per eruditiss. Marant. *cit. loc. num.* 55. An autem id procedat indistinctè, tam in beneficijs curatis, canonicatibus, & similibus, quàm in simplicibus, controuersum est apud DD. vt videre est apud Garz. *cit. loc.* qui omnes adducit, ipse verò *num.* 17. approbat sententiam illorum, qui tenent, quòd conferens digno omisso digniori beneficium simplex, non peccet mortaliter, & hæc opinio videtur magis communis, quæ secundum veriorem limitatur, quando simplex beneficium confertur digno, omisso digniori per expositionem; tunc enim conferens, vel eligens peccat mortaliter contra iustitiam commutatiuam, seu contra ius dignioris neglecti, ita post Sanch. & Gonz. aduertit P. Thesaur. *in prax. Ecclesiast.* 2. *part.* *verbo beneficium indigno, vel minus digno, vers. amplia prædicta, cap.* 10. *de beneficiis curatis*, vide infra annot.

25 Hæc opinio nō procedit in beneficijs de iurepatronatus laicorum, contra patronos, qui non astringuntur sub pœna peccati præsentare magis idoneum, sufficit enim, quòd præsentent idoneum, & talem tenetur instituere Episcopus, nisi concurrerent duo præsentati, quia tunc esset instituendus dignior, docet Lambert. *de iurepatr.* 1. *part.* 2. *lib. quæst.* 10. *art.* 3. *ad fin.* cuius opinionem comprobat etiam ex verbis Concil. Trid. *sess.* 24. *cap.* 18. *de reform.* Garz. *cit. loc. num.* 18. Campanil. *cit. rubr.* 6. *cap.* 3. *n.* 33. *qui num.* 32. aliàs sentit contra patronos.

26 Non solùm peccat mortaliter Collator, qui prætermisso digniori, contulit beneficium digno, vt supra, sed etiam tenetur ad restitutionem quando contulit beneficium Curatum, vel aliud, quod vigore alicuius Iuris, Statuti, Consuetudinis, vel Fundationis erat conferendum digniori, tenetur itaque in hoc casu Collator ad restitutionem damnorum digniori prætermisso, qui ob suam dignitatem dicebatur habere ius in re præter alios, doctè scribit Marant. *cit. loc. num.* 58. post Garz. *cit. loc. num.* 40. *& seqq.* Beltram. ad Ludouis. *decis.* 11. qui testatur pluries, ita iudicasse Rot. & alios per ipsum adductos, sequitur P. Thes. *cit. loc. vers. amplia prædicta circa medium*, Barbos. *de Iur. Eccles. lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 162. & probatur in beneficio Curato, ex verbis Concil. Trid. *cit. cap.* 18. ibi, *Ex hisque Episcopus eum eligat, quem cæteris magis idoneum iudicauerit*, cuius dispositione cum prouisio de digno, omisso digniori reddatur irrita ipso iure, sequitur, quòd etiam dignus prouisus, neglecto magis idoneo, teneatur ad restitutionem eidem, ita P. Thesaur. *cit. loc. vers. amplia prædicta ad fin.* post Gonz. *gl.* 4. *n.* 128. & Leon. *Thes. for. Eccles. part.* 2. *cap.* 3. *num.* 38. quæ opinio intelligitur in beneficijs Curatis, maximè stante Bulla Pij V. incipiente *in conferendis*, de qua apud Garz. *quæst. part. cap.* 2. *num.* 3. vbi declaratur prouisos de Parochialibus præter, vel contra formam Concil. Trid. nullum acquirere ius in beneficio, & prouisiones esse irritas ipso iure; Sed Concil. disponit curata conferenda esse magis idoneis, ergo, &c. Hæc procedere possunt quando prouisus clarè cognoscit digniorem fuisse omissum, nam in dubio præsumendum est Ordinarium iusta causa illum omisisse, cum idoneitas ad beneficia, maximè curata, multas requirat conditiones, præsertim integritatem morum, vitam exemplarem, ætatem prouectam, doctrinam cum aptitudine ad Ecclesiæ iura tuenda, & similia, quæ quia cum difficultate, & raro concurrunt, præsumendum est pro Collatione facta per Ordinarium. Suprapositam sententiam ampliat Campanil. *cit. loc. num.* 34. *vers. quin etiam*, vt si concurrat solùm minus dignus cum digniori, peccet mortaliter.

27 Excusatur Collator à reatibus prædictis, si conferat beneficium digno suæ Diœcesis, omisso digniori alterius Diœcesis, nam in rigore non tenetur perquirere digniorem extra suam Diœcesim, licèt laudabilibus agat, si id faciat, prout exemplo Diui Gregorij, probat Campanil. *diuers. Iur. Canon. rub.* 6. *cap.* 3. *sub num.* 32.

Imputatur etiam ad peccatum mortale resignanti ad fauorem digni, quando habet digniorem, tenent Rebuff. *in prax. rub. de infir. resign. gl.* 14. *num.* 3. Nauar. *in Summ. cap.* 23. *num.* 107. *vers.* 2. *in fin.* Dec. *consil.* 141. *num.* 3. *vers. sed quia*, Sot. *de iust. & iur. quæst.* 6. *art.* 2. *in finalib. verb. vers. & peculiariter*, latè Nauar. *tract. de orat. Miscell.* 43. *num.* 78. Paril. *de resignat. benef. lib.* 4. *quæst.* 11. *num.* 34. 28

Notandum est hic, quòd dignus, siue dignior in his terminis dicitur duplici modo, vel simpliciter, & est ille, qui magis abundat in spiritualibus gratiæ donis, & maioris est dignitatis, & bonitatis; vel secundum quid, & est ille, qui magis profuturus est Ecclesiæ, vel auxilio potentiæ, vel industriæ, vel alio modo; & quia idoneitas secundo modo respicit vtilitatem communem, ideò in hoc casu digni secundum quid debeant præferri, cum respectiuè dicantur digniores, ita Lotter. *cit. loc.* vbi plura habes scitu digna ad hanc materiam, quem sequitur Campanil. *cit. loc. num.* 35. 29

Dubium est in hac materia quis dicatur dignior, & successiuè præferendus, an qui semper fuit bonus, an verò qui semel malus, deindè peracta pœnitentia emendatus est, in quo dubio diuersimodè loquuntur DD. & licèt cum peccatore pœnitente, & emendato concurrant multi, ex eo quod sit aptior ad commiserendum; nihilominus magis communis sententia est, quòd semper bonus sit dignior, & præferendus, voluit Rip. *in cap. cum te num.* 39. *de rescript.* Fel. *ibidem num.* 12. *vers. limita* 3. qui opinionem dicit procedere cæteris paribus, quia si cum emendato concurrant maiora merita, est præferendus, procedit tamen ratio opinionis contrariæ in Beneficiato Curato, qui valeat commiserere super subditos, dictum est supra *hac part. annot.* 1. §. 3. *num.* 58. 30

Collator itaque conferens scienter indigno beneficium, ipso iure remanet priuatus potestate conferendi illud alteri idoneo in eadem vacatione. Si verò contulit ignoranter indigno vt puta, quia inhabilitas prouisi erat occulta, non priuatur ipso iure, ideòque in eadem vacatione poterit idem beneficium alteri conferre, ita text. *in cap. si electio de elect. in* 6. Abb. *in cap.* 2. *num.* 16. *de postul. prælat.* Reboff. *in prax. part.* 1. *cap.* 16. *num.* 1. Burat. *decis.* 162. *num.* 7. quæ pœna priuationis obligat in conscientia, etiam ante sententiam probat P. Thesaur. *in prax. Eccles. verbo electio cap.* 3. *not.* 32. 2. *part.* 31

OBSERVATIONES
D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Forma prouidendi de parochijs explicatur.*
2 *Concursus quando cessat.*
3 *Quid si institutio fiat per Prælatum inferiorem.*
4 *Quod munus sit Examinatoris.*
5 *Prælectio magis digni spectat ad Episcopum.*
6 *Appellatio ab irrationabili iudicio, an detur, & cuius effectus.*
7 *Ius prouocandi ad examen quando locum habeat.*

SVper Parochialium Ecclesiarum prouisionibus, vt dignè fiant pro meliori animarum cura Sacrum Concilium Trid. *sess.* 25. *de refor. cap.* 18. certam adiecit formam prouidendi, quam magis declarauit subsequuta B. Pij V. Constitutio sub decreto annullatiuo, quando talis forma non benè seruetur. 1

Vnde propterea praxis docet aduersus iam prouisos de parochialibus Apostolicas fieri impetrationes, *certo modo vacare*, quæ ob non seruatam formam Constitutionis B. Pij V. dicuntur, & de facto multæ ex dictis impetrationibus effectum sortiri, tradit Card. de Luca *in annot. ad S.C. Trid. discurs.* 32. *num.* 1.

Forma igitur est, vt sequuta vacatione Ordinarius illicò

licèt prouisionalem Vicarium curæ animarum præficere habeat siue in mense Ordinarij, siue Apostolico vacatio sequuta sit, & indici debeat concursus mediante affixione edictorum in ipsa Ecclesia Parochiali, & in loco solito residentiæ Episcopi, eiusque Tribunalis, in quibus statuto competenti termino, qui non debet esse minus dierum decem, prorogari tamen potest pluries, dummodò non excedatur terminus dierum viginti inuitando concurrere volentes, vt certo loco, certave die, vel hora compareant, concursui, & examini se expositurі, ipsoque termino adueniente, & comparentibus oppositoribus examen peragendum est coram ipso Ordinario, vel Vicario generali, & Examinatoribus in proxima Diœcesana Synodo deputatis, qui non sint minus, quàm tres, qui dignos approbent, & indignos reprobent, vt Episcopus illum præeligat, quem magis dignum credat, & si ad ipsum collatio spectet, præelecto conferat, vbi verò ad Apostolicam Sedem, tunc testimoniales litteras concedat præelecto pro obtinenda Apostolica prouisione.

2 Cessat hæc necessitas formæ, vbi agitur de permutatione, vel resignatione ad fauorem certæ personæ, aut etiam libera in manibus Papæ, vel de vacatione in Curia cum similibus, in quibus Apostolica tantùm prouisio intret, Barbos. *in coll. ad Concil. d. c. 18.*

Præterea cessat forma concursus in Parochiali de iurepatronatus laicorum, competente solùm Episcopo iure examinandi, & inquirendi de idoneitate circa literaturam, & vitam, & mores. Adhiberi posset concursus, si patroni plures cumularent, Buratt. *decis. 94.* Vel nisi iuspatronatus esset Ecclesiasticum. Secus si esset mixtum, Beltram. ad Ludouis. *decis. 494.* Neque intrat concursus in Vicarijs pro exercitio curæ in Parochia annexa Monasterio, vel Collegio, præterquam in illo Canonicatu, vel beneficio, cui fixè, & perpetuò cura demandata sit, Card. de Luca *de benefic. in summ. num. 328.*

In casibus, in quibus cessat forma concursus adhuc examen faciendum est per Episcopum, vel Vicarium, & Examinatores Synodales habentes votum decisiuum super approbatione, vel reprobatione, & non aliàs Episcopus nominatum instituere debet, Card. de Luca *de Paroch. discurs. 7.*

3 Quando institutio pertinet ad Prælatum inferiorem existentem intra fines Diœcesis Ordinarij, tunc concursus fit coram Ordinario, & præuijs literis testimonialibus illius, institutio fit per Prælatum. Si autem Prælatus habeat omnimodam iurisdictionem, vt vulgò dicitur nullius, & habeat ius indicendi Synodum, & de facto celebrat, ita vt adsint Examinatores Synodales, & coram eo fit concursus, & si ius indicendi Synodum non habeat, & Examinatores Synodales, tunc coram Episcopo viciniore fit concursus, Barbos. *vbi sup.* & Card. de Luca *in annot. ad S. C. Trid. discurs. 37. num. 56.*

4 Examinatores ab omni sorde, & præmio, etiam sub colore expensarum, seu mercedis laboris personalis, iuxta Decreti Conciliaris dispositionem abstinere debent, Barbos. *vbi sup.* Examinatorum partes non sunt declarandi magis, vel minus dignum, sed solùm renunciandi quem idoneum, & quem non idoneum reputent.

5 Præelectio autem magis digni pertinet ad Ordinarium, vel ad eius Vicarium generalem id in facultatibus habentem. Dictamque præelectionem facere non oportet in ipso actu scrutinij, in quo approbati denunciandi sunt, sed fieri etiam potest ex interuallo, & in diuerso loco. Quinimò & per diuersas personas, quia nempè Vicarius interueniat in concursu, Episcopus autem vnum ex approbatis præeligat. Minus tenetur sequi numerum votorum, sed eligere potest approbatum cum minoribus suffragijs, quæ tamen concludant, etiamsi mediante adhæsione.

6 Præelectio de magis digno facienda est in curatis, & non in libera voluntate, sed in benè regulato arbitrio id repositum est. Hinc perindè reiecto magis digno conceditur ius appellandi ad Superiorem, qui detecta irrationabilitate iudicij, præelectum destituere, & appellantem instituere poterit, appellatio autem conceditur quoad deuolutiuum, & non suspensiuum effectum. Rarum tamen, & difficile est, illum conuincere cum non ex singularibus qualitatibus maiorem dignitatem regulariter præseferentibus puta gradu, ætate, nobilitate, ciuilitate, & similibus id resultet, sed ex omnibus simul iunctis, sæpius enim minus doctum, vel non graduatum, seu iuniorem posita sufficienti idoneitate doctiori, nobiliori, seniori, vel graduato præferre congruit ratione maioris prudentiæ, seu vitæ, & morum, siue quia populo magis gratus existat, Card. de Luca *in Summ. vbi supra, num. 324.*

Appellanti autem etiam non docto de irrationabilitate iudicij conceditur ius prouocandi ad examen nouum in Vrbe præelectum, nisi ratio nimium remotæ regionis, vel grauis ætas promoti, vel alia iusta causa Iudicis arbitrium regularet illud decernendi in partibus. 7

S V M M A R I V M.

1 *DEuolutio qualiter fiat secundum text. cap. nulla: & qui DD. materiam exagitent.*
2 *Deuolutio fit, vel ob non factam collationem infra sex menses, vel ob factam indigno. Vbi distingue.*
3 *Deuolutionis causa volens impetrare beneficium quid probare debeat.*
4 *Deuolutio gradatim fit ab inferiore ad proximum superiorem.*
5 *Deuolutio fit à Capitulo ad Episcopum, nisi simul concurrant ad conferendum. Quid si diuisio fit per Turnos.*
6 *Deuolutio fit à Capitulo ad Episcopum, etiam si Episcopus tanquam vnus de Capitulo Collationi interesse debebat; Secus autem si ipse causam dederit.*
7 *Deuolutio fit à Prælato subdito, etiam absente, ad Episcopum, si Ecclesia sit in Diœcesi. Quid si habeat iura Episcopalia, num. 8. Quid si exemptus, num. 9. vbi distingue.*
10 *Deuolutio fit ab Episcopo ad Capitulum, si iure proprio ad Episcopum conferre spectabat, & tunc fiet canonis auctoritate superior, num. 11.*
12 *Deuolutio fit ab Episcopo ad Superiorem, si iure deuolutionis ad ipsum spectabat.*
13 *Deuolutio non habet locum in beneficijs conferendis ab Episcopo vigore alternatiuæ.*
14 *Deuolutio ab Episcopo ad Capitulum, procedit in negligentia conferendi infra sex menses, nisi concurrant simul.*
15 *Deuolutio ab Episcopo exempto, non ad Capitulum fit, sed ad Papam.*
16 *Deuolutionem esse factam per omnes Superiores, iustificabit impetrans beneficium à Papa, non enim præsumitur Papam iure præuentionis conferre.*
17 *Deuolutio ab Episcopo ad Capitulum, vel alium Superiorem, & è contra non habet locum in Sede Episcopali vacante.*
18 *Deuolutio non fit ad Capitulum, si coniunctim cum Episcopo conferebat, eo mortuo, vel excommunicato.*
19 *Deuolutio non fit à Vicario ad Episcopum. Quid in collatione facta indigno.*
20 *Deuolutio, an fiat à Cardinali ad Archiepiscopum, vel alium non Cardinalem, an ad Papam.*
21 *Deuolutio fit à Patronis non præsentantibus ad Institutorem. Quid si coram Episcopo, seu Examinatore dominante, & non institutore præsentauerint, num. 22.*
23 *Deuolutio non retardatur quoad Superiorem, eo quod inferior proroganit patronis præsentandi tempus.*
24 *Deuolutio non mutat vacationem. Quid in Papa ex deuolutione conferente, an teneatur legibus Beneficij, num. 25.*
26 *Deuolutio statim transfert ius in Superiorem, vt neque possit purgari mora. Quid si concederetur, num. 27.*
28 *Collatio nulla est, si fiat à Superiore ante deuolutionem.*
29 *Deuolutio non habet locum in impedito impedimento iuris, vel facti, nisi leue, vel procuratum tale impedimentum sit.*

30 *Deuolutio non habet locum in instituendo ad Iuspatronatus. Quid si affectatè institutio differatur, vel pessimè negetur, num. 31.*

32 *Deuolutio tantùm de non publicata resignatione, habet locum in beneficiys resignatis coram Ordinario.*

33 *Deuolutio quomodo habeat locum in beneficiys curatis.*

ANNOTATIO III.

§. III.

1 IN 3. *part. huius Cap. nulla, ibi, si autem, &c.* statuitur, quòd si Collator infra tempus sex mensium in eodem text. taxato, beneficium non contulerit, illius Collatio ad Capitulum Cathedralis deuoluatur, & si Collator sit ipsum Capitulum, Collatio deuoluatur ad Episcopum, quòd si omnes fortè neglexerint, deuolutio fiat ad Metropolitanum; pro cuius intelligentia notanda sunt hic aliqua de deuolutione prædicta, de qua materia tractant Rebuff. *in praxi titul. de deuolutionib.* Gonzal. *ad regul. de mensib. §. 4. proœmia num. 81. & seqq.* Garz. *de benef. part. 10. cap. 3. per totum*, Lotter. *de re benef. lib. 2. quæst. 24. per totam*, Barbos. *de potest. Episcopi, part. 3. alleg. 126. & de Iur. Eccles. lib. 3. cap. 13. num. 105. & seqq.* statuitur non solùm in hoc *cap. nulla*, sed etiam in *cap. licèt de supplen. negl. prœl. cap. ne pro defectu de elect. clem. vnica de supplen. negl. prælat.*

2 Nota primò, hanc deuolutionem potestatis conferendi, habere locum in duobus casibus. Primò, quando Collator infra sex menses computandos, vt *in* §. 2. beneficium non contulit, vt hìc in text. Secundò, quando contulit beneficium infra sex menses, sed indigno, seu inhabili, & incapaci, *cap. cum in cunctis, §. final. de elect. cap. si compromissarius eodem titul. in 6.* Mant. *decis.* 158. est tamen differentia inter has deuolutiones; nam deuolutio, quæ fit ob Collationem non factam, non habet locum, nisi probata scientia in Collatore, vt probatum est supra, tempus semestre currere à die scientiæ, vel à die, quo scire potuit vacationem; Deuolutio verò, quæ fit ob Collationem factam indigno, statim contrahitur; nam Collator tenetur ex vi sui officij scire conditionem eius, cui beneficium confert; ita vt præsumatur ante collationem, inquisitionem fecisse de vita, & moribus illius, & plenam notitiam habuisse, *cap. innotuit de elect. cap. bonè il 2. in fin. de post. prælat.* Rebuff. *in prax. titul. de pœnis contra Collatores indignis conferentes num.* 3. Barbos. *de Iure Eccles. cit. loc. num.* 113. Prædicta procedunt quando incapacitas, & defectus sciri potuit, secus est, si erat occultus, & cognosci de facili non potuit adhibitis diligentijs, quo casu diximus §. *præcedenti num. fin.* excusari conferentem indigno.

3 Hinc est, quòd impetrans beneficium ob deuolutionem ex collatione non facta infra sex menses, tenetur omninò probare scientiam vacationis in primo Collatore, saltem præsumptam, & verisimilem, vt diximus §. *præcedenti* cum Bisegnet. *decis. 7. num. 3. & 4. de præb.* Rot. *in vna Aquen. Archipresbyteratus 30. Aprilis 1604. coram D. Lancellotto, & in vna Pampilonen. de Iondam. 12. Decembris 1597. coram D. Litta, & in alia Pampilonen. de Cscur. 30. Octobris 1602. coram D. Lancellotto.* Impetrans verò ob deuolutionem ex collatione facta indigno, non tenetur probare scientiam defectus in Collatore, nisi defectus esset occultus; sufficit enim tantùm probare defectum, & inhabilitatem in prouiso, vt diximus supra. Cætera ad hanc probationem, vide apud Lotter. *citat. quæst.* 24 faciunt dicta *incit. decis. Mant.* 158. *num.* 2.

4 Deuolutionem hanc gradatim fieri; videlicet ab inferiori ad proximum Superiorem, testantur vno ore DD. *ex cap. postulasti de concess. præb.* Videlicet si Capitulum, vel alius inferior Collator non exemptus, infra sex menses non contulerit, fiat deuolutio ad Episcopum, qui si infra alios menses sex non contulerit beneficia ei deuoluta, fiat deuolutio ad Metropolitanum, qui si infra alios sex menses non contulerit, deuolutio fiat ad Papam; ita Abb. quem sequuntur omnes in hoc *cap. 2. num. 7.* & post Lotter. *cit. quæst. 24. num.* 43. qui testatur non esse receptam opinionem illorum, qui tenent fieri deuolutionem à Metropolitano ad Patriarcham.

5 In hac graduatione notandum est primò, absolutum esse, quando Collatio spectat ad Capitulum, si infra tempus sex mensium non contulit, ad Episcopum fieri deuolutionem, tanquam immediatum superiorem, vt deciditur in hoc *text. & cap. irrefragabili de off. ordin.* notat Garz. *de benef. 10. part. cap. 3. num.* 33. & alij communiter. Hæc procedunt quando Collatio spectat solùm ad Capitulum; nam si ad Capitulum, & Episcopum simul spectaret, tunc deuolutio ex capite huius negligentiæ in conferendo, non ad Episcopum, sed ad Metropolitanum fiet, & si Ecclesia Metropolitana sit, ad Papam, *cit. cap. postulasti de concess. præb.* Barbos. *de Iure Eccles. lib. 3. cap. 13. num.* 100. & hoc ampliatur, vt procedat etiam si Episcopus, & Capitulum Collationem inter se diuiserunt per turnos, si Capitulum in suo turno neglexerit tempore statuto prouidere, adhuc deuolutio fiet ad Metropolitanum, non ad ipsum Episcopum, quia diuisio non tollit, nec mutat naturam deuolutionis, quæ fit ad proximum superiorem, ita Garz. *cit. cap. 3. num. 35. & seqq.* vbi refert Rotæ decis.

6 Ampliatur suprapositam conclusionem, vt à Capitulo ad Episcopum fiat deuolutio, procedere, & locum habere, etiam si Episcopus tamquam vnus ex Canonicis, & de Capitulo collationi interesse debuerat, nam adhuc in hoc casu si Capitulum non contulerit infra sex menses, deuolutio fiat ad Episcopum, dummodo ipse Episcopus non dederit causam negligentiæ, *cap. postulasti cit. vers. nisi fortè*, Rot. *decis. 1. de supplen. negl. in nouis, aliàs decis.* 313.

7 Notandum est secundò, quòd si Collatio spectat ad inferiorem Prælatum, qui subest Episcopo, deuolutio fit à dicto Prælato ad Episcopum, & potestas conferendi transit ad Episcopum tamqnam immediatum superiorem, vt disponitur in hoc text. ad eum, scilicet Episcopum, cui subest Ecclesia, siue beneficium, licèt Collator alibi maneat, ita Garz. *de benef. part. 5. cap. 3. num.* 28. quem refert, & sequitur Barbos. *de Iure Eccles. lib. 3. cap. 13. num. 109. ad fin. ex gl. in Clem. vnica verbo locorum, de supplen. negl. Præl.*

8 Quòd si iste inferior Prælatus habeat iura Episcopalia, Ecclesiam Cathedralem, Capitulum, & subditos, de illo dicendum est, sicut & de Episcopis, vt infra.

9 Si verò hic inferior Prælatus sit exemptus à iurisdictione Ordinarij, & subsit immediatè Sedi Apostolicæ, & tunc distinguendum est, quòd aut talis Prælatus est sæcularis, aut Regularis, si est sæcularis deuolutio ab illo fit ad Sedem Apostolicam, ad quam in hoc casu transit Collatio, cum alium non habeat Superiorem, *cap. cum singula §. vltimo, & cap. licet ad fin. de supplen. neglig. prælat.* Abb. *in hoc cap. nulla num. 7. vers. si autem*, Cassad. *decis. 8. num. 4. de præb.* si verò alium haberet superiorem ad illum fieret deuolutio, Erasm. à Coch. *de iurisd. ordin. in exempt. part. 4. quæst. 30. num.* 7. Quòd si hic inferior Prælatus est Regularis, & est negligens in conferendis beneficijs elapso tempore statuto deuoluitur Collatio ad Episcopum, qui potest ex deuolutione, tanquam Sedis Apostolicæ delegatus, ita deciditur apertis verbis *in Clem. vnica de supplen. neglig. prælat.* Zerol. *in prax. part. 1. verbo beneficia, vers. ad tertium*, Barbos. *de Iure Eccles. cit. cap. 13. num. 109. ad med.* Ad eum verò Episcopum fit deuolutio, in cuius Diœcesi sita sunt beneficia, licèt alibi sit Abbas, vel Monasterium, ita glos. *in citata Clemen. verbo locorum*, docet Rebuff. *in prax. titul. de deuolut. num.* 39.

10 Notandum est tertiò, quòd si Collatio spectat ad Episcopum, distinguendum est, aut Collatio prædicta illi spectat iure proprio, aut iure deuolutionis, vel priuilegij; in primo casu si Episcopus est negligens in conferendo, vel indigno confert deuolutio fit ad Capitulum Cathedralem Ecclesiæ ipsius Episcopi, secundum disposita in hoc *cap. nulla, ibi, si autem, &c.* vbi DD. communiter; & sicut de Capitulo ad Episcopum, ita de Episcopo ad Capitulum fit deuolutio; & hoc speciale est ob magnam communionem, quæ est inter Episcopum, & Capitulum Cathedralis Ecclesiæ, ita Garz. *cit. loc. num.* 33. sentit Rot. *decis. 1. num. 2. de suppl. negl. præl. in antiquior Bisignett.*

11 Et licet hic casus singularis sit, tamen nil derogat suprapositæ conclusioni, quòd deuolutio fiat ab inferiori ad Superiorem; nam saluari potest casus singularis dicendo,

quòd

quòd Capitulum hic efficiatur superior Episcopo auctoritate canonis, ita intelligit glos. *in cap. si Episcopus, in verbo debebit de supplen. negl. prælat. in 6.* Lotter. *de re benef. lib. 2. quæst. 24. num. 42.*

12 Si verò Collatio spectet ad Episcopum iure particulari, deuolutionis, priuilegij, & similis tunc Episcopo negligente non fit deuolutio ad Capitulum, sed ad Superiorem, ita tenet Abb. *in hoc cap. num. 6. & 8.* post Innoc. *in cap. cum in cunctis num. 7.* vbi etiam Compostella *num. 18.* & Bellam. *num. 36. ad fin.* & sequuntur communiter moderni Garz. *cit. loc. num. 34.* Barbos. *vbi supra num. 11. circa fin.*

13 Beneficia, quæ spectant ad collationem Episcopi vigore alternatiuæ si non fuerint collata intra tempus statutum non solùm non deuoluitur illorum Collatio ad Capitulum, sed nec ad Metropolitanum, cum in illis non cadat deuolutio, ita tenet cum Cassador. *decis. 8. de præb.* Lotter. *cit. loc. n. 36.* ea ratione, quia alternatiua non extinguit reseruationem, sed aperit viam, & facultatem de reseruatis, contra Gonz. *gl. 53. num. 27. & 31.* quem grauiter reprehendit Lotterius *cit. loc.*

14 Supradicta deuolutio ab Episcopo ad Capitulum procedit quando Episcopus est negligens conferre infra sex menses beneficia ad suam collationem spectantia separatim à Capitulo, vt notat Barbos. *cit. loc. num. 11.* Hinc si Collatio spectaret ad Episcopum, & Capitulum coniunctim, tunc ob negligentiam, vel ob collationem indigno factam non deuolueretur collatio ad Capitulum, sicut dictum est supra *vers. in hac graduatione*, ea potissimum ratione, quia non admittitur in eadem persona repræsentatio negligentis, & supplentis *decis. 1. de supplen. negl. prælat. in nou. vbi num. 2. vers. præterea licet legatus.* Ponderatur hæc ratio in terminis ab eodem Barbos. *de Canon. & dignit. cap. 42. num. 26.*

15 Denegant hanc deuolutionem ab Episcopo ad Capitulum DD quando Episcopus est exemptus, & Sedi Apostolicæ immediatè subiectus, tunc enim si indigno confert beneficium, vel post sex statutos menses, deuolutionem ad ipsam Sedem Apostolicam fieri non ad Capitulum dicunt, *ex cap. licet de suppl. negl. prælat. in final. verb.* Rebuff. *in prax. titul. de deuolut. num. 36.* voluit Rota in Archiepiscopo, qui non habet alium Superiorem, quàm Papam, *in vna Toletana portionis 9. Decembris 1559. coram D. Mantica*, quam refert Garz. *de benef. 10. part. cap. 3. num. 3.* & clarius Barbos. *de iur. Eccles. lib. 3. cap. 13. num. 112.*

16 Diximus cum communi deuolutionem fieri ab inferiori ad proximum Superiorem gradatim, in qua graduatione vltimo loco ponitur Papa; idque non intelligitur, vt non possit Papa conferre beneficia inferiorum Collatorum, cum id dici non possit ratione suæ supremæ potestatis, & cum possit beneficia inferiorum Collatorum conferre non solùm iure deuolutionis, sed etiam iure præuentionis, iuxta text. *in cap. dudum de præb. lib. 6.* & iure concursus, iuxta text. *in cap. quia diuersitatem de concess. præb. & cap. si eo tempore de elect. in 6.* faciunt dicta per Lotter. *citat. quæst. 24. num. 66. & 67.* Intelligitur, tamen, vt non soleat Papa conferre, nisi postquam deuolutio transijt per omnes Collatores, nisi aliter ex narratiua colligatur, Gonzal. *§. 4. proœm. num. 89. & 90.* Hinc est, quòd impetrans beneficium tanquam deuolutum ad Sedem Apostolicam, necesse habet iustificare scientiam omnium Collatorum, idest in primo Collatore de vacatione, & in alijs de deuolutione ad eos facta, vt firmauit Rot. *in Spoletana beneficiorum 31. Ianuarij 1594. coram D. Mantica, quæ est decis. 260. & in alia Aquen. Archipresbyteratus 11. Martij 1602. coram D. Lancellotto.*

17 Denegatur etiam deuolutio Collationis ab Episcopo ad Capitulum, vel ad alium Superiorem, & è contra, à Capitulo ad Episcopum tempore vacationis Sedis Episcopalis, ita denegatur ab Episcopo ad Archiepiscopum in *cap. pen. de suppl. negl. prælat. lib. 6. facit cap. pastoralis de eff. ordin.* vbi datur facultas Archiepiscopo in casibus à iure expressis, & hic casus non est expressus in iure; id etiam probatur ex dispositione huius text. *cap. nulla*, vbi datur deuolutio ab Episcopo ad Metropolitanum, vel alium superiorem, ob negligentiam; sed Episcopus mortuus non potest dici negligens, ergo, &c. & hæc est verior opinio contra glos. *in cap. presbyteris 24. dist.* Et quòd nec ad Capitulum Sede Episcopali vacante deuoluatur Collatio, probatur *in cap. 2. ne sede vacan.* & tenet Rebuff. *in prax. titul. de deuol. num. 101.*

18 Limitatur tamen quando Collatio spectat ad Episcopum, & Capitulum coniunctim; tunc mortuo Episcopo, vel etiam excommunicato, Capitulum confert, *cap. 1. ne sede vac. lib. 6. cap. fin. de regul. lib. 6.* in hoc enim casu non confert Capitulum iure deuoluto, sed proprio; & id procedit, siue Episcopus interueniat in collatione tanquam Episcopus, siue tanquam Canonicus, *cap. à collatione de appellat. lib. 6.* siue Capitulum conferre habeat cum consensu Episcopi, *cit. cap. 1. ne sede vac. in 6.* & hęc procedunt hodie etiam attenta dispositione Bull. Pij V. incip. *Sanctissimus*, de anno 1576. & *regul. 3. Cancell. in 2. part.* vbi reseruantur Sedi Apostolicæ beneficia vacantia sede Episcopali, vel alia Collatrici vacante, notat post alios Barbos. *de Iur. Eccles. lib. 3. cap. 13. num. 57.*

19 Deuolutionem à Vicario ad suum Episcopum ob negligentiam prædictam communiter non admittunt DD. cum illa sit danda ad proximum superiorem, & Episcopus, & Vicarius faciunt idem Tribunal. Tamen in casu, quo Vicarius contulit indigno deuoluitur collatio ad suum Episcopum, vel propriè loquendo non priuatur Episcopus iure conferendi, cum in hoc nulla ei imputetur culpa, *cap. si compromissarius de elect. in 6.* tenet Barbos. *de Iure Eccles. lib. 3. cap. 13. num. 114.* post Rebuff. *in prax. titul. forma Vicariatus num. 140. & seqq.* qui id limitat quando Episcopus collationem indigni ratam habuerit; & quando in mandatis dedit Vicario ad conferendum isti indigno.

20 Quæstio est in his terminis, non vulgaris, quando collatio spectat ad Cardinalem, qui infra sex menses non contulit, nunc dubitatur, cui fiat deuolutio ad Archiepiscopum ne, qui Cardinalis non est, seu alteri, ad quem de iure competit deuolutio; An verò ad Papam? Hanc quæstionem ventilat pro vtraque parte satis abundè Gonzal. *ad regul. de mensib. gl. 24. num. 78. & seqq.* ita vt illi ne minimum addi potest; ipse verò defendit veriorem esse sententiam *num. 89.* deuolutionem fieri ad Archiepiscopum, iuxta terminos huius *cap. nulla*, & testantur *num. 97.* ita voluisse Rot. *decis. 774. lib. 3. part. 3. diuers.* etiam si beneficium vacauerit in mense alias Apostolico.

21 Notandum est quartò, quòd in beneficijs de iurepatronatus, adhuc locum habet deuolutio hoc modo, vt si patronus laicus non præsentet infra quatuor menses, & Ecclesiasticus infra sex, deuoluatur Collatio libera, ad quem pertinet institutio, tanquam ad proximum superiorem in hoc negotio, iuxta text. *in cap. 3. & cap. cum propter, & cap. eam te de iurepatron.* docent DD. communiter in hoc *cap. nulla*, Rebuff. *in prax. titul. de deuol. num. 54.* Roch. *de iurepatron. verbo honorificum quæst. 33.* Barbos. *de Iure Eccles. lib. 3. cap. 13.* etiam si talis instituere habens, non sit Episcopus, sed alius inferior, cui ex priuilegio, vel præscriptione legitima competat institutio, vt obseruat Barbos. *cit. loc.* qui à die notitiæ huius deuolutionis tenetur conferre infra sex menses, prout in alijs collationibus, alias deuolutio progreditur ad vlteriora vsque ad Papam, iuxta text. *in cap. 1. de iurepatron. in 6.* Pro hac deuolutione est verior opinio, quam tenent omnes relatos per Garz. *de benef. part. 10. cap. 3. num. 4.* licet sint, qui contra teneant, quos refert *num. 509.*

22 Ampliatur hæc deuolutio, vt habeat locum, etiam si patronus præsentauerit infra tempus legitimum, non coram inferiori instituere habente, sed coram Episcopo, cui spectat onus examinandi præsentatum vigore Concilij Trid. *sess. 7. cap. 13. de refor.* & clarius *sess. 25. cap. 9. vers. quod si*, nam præsentatio est facienda coram eo, qui instituere habet, fuit dictum per Rot. *in vna Mediolanen. iurispatronatus 22. Maij 1595. coram D. Blanchetto.* Fallit tamen hæc sententia, si patronus habuit iustam causam credendi ad Episcopum spectare ius instituendi, vel ad alium coram quo præsentauit in tempore, licet in veritate ad alium spectaret, tunc enim excusatur patronus, & non habet locum deuolutio, nisi postquam cognouerit veritatem, & neglexerit præsentare infra statutum tempus, habetur *in eadem Mediolan.* & probat Garz. *de benef. 10. part. cap. 3. num. 7.* vbi alios refert.

23 Ad-

23 Aduertendum est hic, quod licèt possit Ordinarins prorogare tempus ad præsentandum, concessum Patrono, quod omnes admittunt, & nntatum est supra *annot.* 1. *hac parte*; tamen hæc prorogatio non retardat deuolutionem in præiudicium superinris, sed in præiudicium ipsius Ordinarij, vnde est, quod si Ordinarius prorogauerit tempus ad præsentandum patrono laico per alinm mensem vltra quatuor, si ipsi fiat deuolutio, tenetur conferre intra quinque menses, quia sextum concessit patrono, aliàs deuolutio fit ad superiotem, tenet Gonzal. *in regul. de mensib.* §. 4. *procem.num.*92. pnst Cresc. *decis.*11. *aliàs* 148. *de dilation. num.*3. *& per tot.*

24 Notandum est quintò, quòd proprium deuolutionis est, vacationem non mutare, nec nouam inducere, ita tenet Rot. *in aliàs citata decis.* 774. *num.* 2. *diuers.* Vnde est, qnòd deuolntio fit cum omnibus oneribus, & qualitatibus, quas habebat beneficium, ita Rebuff. *in prax. titul. de deuolut. num.*40. Gonzal. *ad regul. de mens. gl.*46. *n.* 33. & superior, cui facta est deuolutio tenetur beneficium ennferre illis personis, & sub ea lege quibus, & sub qua tenebatur conferre primus Collator, à quo facta est deuolutio *Clem.*1. *vbi gl.*1. *& in verbo Monasterium de supplen. neglig. prælat.* Abb. *in cap. ne pro defectu, num.* 3. *de elect.* & ita si fundator voluit præsentari ad iuspatronatus presbyterum de sua familia, si facta est deuolutio ad Ordinarium, vel alium Superiorem, non potest beneficium conferri extraneo, sed presbytero de familia, Rebuff. *cit. loc. num.*42.

25 Supradicta ampliantur etiam ad Collationem, quæ fit per Papam de beneficin deuoluto iure deuolutionis, in qua collatione si aliter non fit dispositum, censetur Papam restringere prouisionem suam ad normam deuolutionis, nec credendum est vti plenitudine potestatis, qua solet vti quando prouidet iure proprio de beneficio affecto, vel reseruato, ita post alios Lotter. *de re Benefic. lib.* 2. *quæst.* 24. *num.*64.

26 Notandum est sextò, quòd statim elapso statuto tempore prouisionis, fit deuolutio ad proximum superiorem vt suprà, eo modo, vt Collator negligens, & à quo facta est deuolutio non possit amplius conferre, nec per viam purgationis moræ, & si de facto conferrat, Collatio est nulla, etiam si conferat primo die post sex menses, docent communiter post Gl. DD. *in hoc cap. nulla*, & Gl. *in cap. vltimo in verbo irritam titul. de supplen. negl. prælat.* Rebuff. *in prax. titul. de deuolut. num.* 27. Lotter. *cit. loc. num.*54. *& seqq.* vbi addit, quod Collatio est ipso iure nulla, nisi expressè toleretur à Papa, Barbos. *de Iur. Eccles. lib.*3. *cap.*13. *num.*118.

27 Id tamen limitat Rebuff. *cit. loc. num.* 30. si Superior, cui facta est deuolutio, concederet Collatori, à quo facta est denolutio aliud tempus vltra sex menses; tunc enim licèt Collator à quo, sit exclusus, poterit conferre iure superioris.

28 Eodem modo esset quoque nulla Collatio, si superior ante deuolutionem conferret, quæ per superuenientem deuolutionem non conualidaretur absque noua ratificatione facta tempore debito, docent DD. *in cap.* 2. *de præb. in* 6. Fel. & alij *in cap. cum ex officij de præscrip.* Boer. *dec.*70. quos sequitur Rebuff. *in prax. titul. de deuolution. num.* 32. qui superaddit, quod cùm hæc Collatio sit omninò nulla, nec præbet titulum coloratum.

29 Excusant communiter DD. deuolutionem, si conferens fuit impeditus, siue impedimentum sit iuris, siue facti, vt in *cap. quia diuersitatem de concess. præb.* etiam si causatum sit ex propria culpa Collatoris, Alex. *consil.*58. *nu.*10. *lib.*5. exemplum afferunt de impedimento excommunicationis, siue litis, & huiusmodi, Guttier. *Canon.*9. *lib.*1. *cap.*28. *n.*1. *& seqq.* notatum est etiam §. *præced.* Sed id intelligendum est, nisi impedimentum sit procuratum, vel culpa sit ordinata ad ipsum impedimentum, docet Surd. *decis.*262. *num.* 16. *& seqq.* vel nisi impedimentum de facili remoueri possit, *cap. vltimo de elect.* Rot. *decis.*104. *nu.*3. *p.* 1. *diuers.* Surd. *cit. loc. & decis.* 189. *num.*29. *& seqq.* in his enim casibus impedimentum non excusaret deuolutionem.

30 Excusatur etiam deuolutio in institutione, nam Ordinario instituere habenti præsentatum ad beneficium de iurepatronatus, non assignatur de iure terminus; hinc est, quòd regulariter deuolutio non habeat locum, dictum est suprà cum Lamber. 3. *part.* 2. *lib.* 2. *quæst. princip. art.*6. *num.*3. Rebuff. *in prax. titul. de deuolut. num.* 6. & tenent alij multi, quos refert, & sequitur Garz. *de Benef. part.*10. *cap.*4. *in princip.* At per indirectum in hoc casu, etiam potest dari deuolutin, nam si Ordinarius, cui spectat institutio affectatè differt illam, potest præsentatus adire superiorem, qui præfigere valet terminum Ordinario, intra quem instituet, & si infra assignatum terminum non instituet, fit deuolutio ad superiorem, docent Lambert. & Garz. post alios supra adductos, & ita docuit Rot. *decis.*4. *vers. præfigatur de iurepatron. in nouis*; Et hunc terminum assignandum non debere transcindere duos menses post quatuor menses datos ad præsentandum, tenet Lambert. *cit. loc. num.* 8. quid in beneficio curato, dicam *annot.*5. §.2.

31 Succurritur etiam præsentato in casu, quo Ordinarius differt instituere alia via, vt per viam appellationis à grauamine positiuè illato, quando institutio expressè negatur, vt in *cap. pastoralis*, vbi glos. *in verbo appellaueris de iurepatron.* vel etiam quando tacitè negatur, vt cùm affectatè differtur, tunc tribus instantijs requisitus Ordinarius iuridicè, si obstinatè distulerit, etiam per viam appellationis deuoluitur ad superiorem facultas instituendi, docet post alios Lotter. *de re Benef. lib.*2. *quæst.*13. *nu.* 67. *& seqq.* vbi latè discutit hanc materiam Garz. qni multos refert *cit. loc. num.*9.

32 In beneficijs resignatis coram Ordinario per viam permutationis, vel alio modo, non attenditur alia deuolutio, nisi illa, de qna fit mentio in Bull. Gregorij XIII. *de publicand. resignat. in Bull.* 87. & apud Quarant. *Summ. Bull. verbo beneficiorum resignatorum publicationem.*

33 Quomodo fiat deuolutio in beneficijs Curatis, & Parochialibus Ecclesijs, dicemus *annot.*5. §. 2. vbi vigore Bullæ Pij V. quam ibidem obseruabimus, beneficia curata si non conferantur intra statutum tempus, non deuoluuntur ad alium superiorem, sed sunt immediatè reseruata Sedi Apostolicæ.

OBSERVATIONES

D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Collatio si spectet ad inferiorem Prælatum, quando deuoluatur ad Episcopum.*

2 *Quid si beneficium sit exemptum, & exemplificatur exemptio.*

3 *Beneficium si non in vna diœcesi, sed conferatur ab alio, vbi esse dicatur.*

4 *Tempus quadrimestre datum patronis ad præsentandum quando incipiat.*

5 *Quid de tempore conferendi Episcopis dato.*

1 Beneficiorum collatio ex consuetudine, vel præscriptione quoties spectat ad Capitulum, vel aliud Prælatum inferiorem, si adsit negligentia, vel malè exerceatur collatio, tunc Ordinarius suam reasumit potestatem, & confert iure deuoluto, Barbos. *allegat.* 127. *num.*19. Fagnan. *in cap. cum te à num.*3. *de ætat. & qualit.* Quando tamen collatio fit à Capitulo tantùm, quamuis in eo interueniat Episcopus tamquam Canonicus. Secus si Episcopus habeat simnltaneam collationem cum Capitulo, an reputentur duæ personæ, & discordent, quia tunc deuolutio fit ad Papam, Lotter. *lib.* 1. *de re benefic. quæst.*15. *num.*43. Card. de Luca *de benefic. discurs.* 1. *num.* 30. *&* 31.

Collatio si diuisa fuerit per turnnm, & tunc collatio dicitur facta nomine omnium, & si fiat per vnum iste dicitur mandatarius, seu Vicarins omnium, ideòque communis remanet, & snbstantia dicitur indiuiduata, de Lnca *vbi sup. n.*32. *&* 33.

2 Beneficium exemptum cuius collatio spectet ad alterum Prælatum, & nnn ad eum, in cuius diœcesi existat. Si non conferatur in tempnre statuto, hoc casu collatio spectat iure delegato ad Ordinarium loci, in quo est situm

beneficium textus est in *Clement.* 1. *de supplend. neglig. prælator.* vbi in beneficijs exemptis Ordinarius non iure proprio, & diœcesano, sed ex delegatione Sedis Apostolicæ supplet negligentiam collatoris, Merlin. *decis.* 89. *num.* 3.

5 Quia beneficium existens in diœcesi vnius Episcopi, si spectet ad alterius collationem, non dicitur esse in loco, in quo materialiter situm est, Anchar. *in cap. si propter de rescript. in 6. num.* 3. ponens exemplum de Capella existente in Ciuitate Florentiæ, sub iurisdictione Episcopi Fesulani, quod non dicatur esse in diœcesi Florentina, sed in Fesulana, de Luca *de benefic. discurs.* 27. *num.* 9.

Nullam difficultatem continet in se quæstio de tempore patronis laicis dato ad præsentandum ad beneficium vacans per mortem beneficiati, vt sit quatuor mensium à die scientiæ vacationis, etiamsi fundator mandasset præsentationem faciendam infra quadrimestre, nam intelligitur à die scientiæ vacationis mortis beneficiati, *cap. nos quidem de testam.* Viuian. *de iurepatr. part.* 2. *lib.* 7. *cap.* 4. *num.* 36. Reg. de Marin. *lib.* 1. *res.* 300.

Ignorantia autem præsumitur, nisi scientia probetur, Riccius *decis.* 233. *part.* 4. Bich. *decis.* 388. Scientia autem præsumitur, si vacatio esset publica, & notoria in loco beneficij, Reg. de Marin. *vbi supra num.* 7. & 8. vbi quod quadrimestre non currit absenti, vel legitimè impedito accedente etiam beneficij modicitate.

Suboriri potest difficultas, an data scientia aliquorum patronorum, & lapso quadrimestri, aliquo tamen absente deuoluatur collatio ad Ordinarium? Negandum videtur, quia præsentatio accrescit absenti, qui hoc casu insolidum præsentabit, etiamsi minorem partem habeat iurispatronatus, quia illud residet penes vnumquemque insolidum, glo. *in cap.* 1. *de iurepatr.* Bich. *decis.* 364. *num.* 14.

Contingit quandoque, vt quis habens medietatem vocum, vel maiorem partem medietatis pro obtinenda gratia cum derogatione alterius medietatis recursum habeat ad Summum Pontificem, & vt sit prior in data porrigat supplicationem mediante persona alicuius Curialis pro impetratione anticipatè in tempore, quo Curialis non potuit habere notitiam mortis, vt sæpè euenit pro obtinendis Canonicatibus, & Dignitatibus, & hoc casu fit indignus, Nicol. *in floscul. verb. Vicarius Capitularis num.* 62.

5 Episcopis, alijsque Prælatis, qui ius eligendi, & conferendi habent sequuta vacatione beneficij à die scientiæ sex menses habent ad conferendum, à quo tempore elapso deuoluitur electio ad Summum Pontificem, *cap. quia diuersitatem de concess. præbend.* Seraph. *decis.* 380. de Marin. *vbi sup. num.* 5.

ANNOTATIO IV.

De Renunciatione Beneficij.

ARGVMENTVM.

Notantur §. I. Causæ renunciationis iustæ, & discutiuntur in particulari videlicet. Debilitas, & senectus, Aduersa Valetudo, Impedimentum, siue vitium corporis, Ignorantia, Conscientia criminis, Irregularitas, Odium plebis, & Capitales inimicitiæ, Ad scandalum sedandum, censuræ. Ligamen, Incommoditas seruiendi in beneficio, Pluralitas Beneficiorum, Religionis ingressus, Quando dicantur militare causæ prædictæ. Quomodo Renunciatio coram Ordinario debeat esse libera, nec conditionalis, vel ad fauorem, nec contra formam Bullæ Pij V.

§. II. Quando possit, vel non possit resignari Beneficium, ad cuius titulum quis est promotus, vel aliundè non habet vnde viuere possit, & quid si de facto admittatur. Beneficium resignatum coram Ordinario, quibus conferri non possit, & quid si resignans decedat infra 20. dies. Permutationem Beneficiorum non posse fieri coram Ordinario, nisi ex causa necessitatis, vel vtilitatis Ecclesiæ. Discutiuntur causæ prædictæ, an possit permutatio fieri coram Vicario Episcopi, vel Capitulo Sede vacante, vel coram alio inferiori, si beneficium est patronatus, & quomodo requiratur consensus patronorum. Quomodo permutatio debeat esse libera, & purè facta, & quid si alterius Beneficium sit inæquale, & an valeat permutatio triangularis, vel fraudulenta, & quando præsumatur fraus, vel de Beneficio vnito, & quid si alter permutantium decedat, vel sit ordinatus ad titulum Beneficij permutati. Concurrente iusta causa, quomodo, & quando possit Episcopus compellere ad permutandum. De permutatione præbendarum inter duos Canonicos. Quid si in permutatione intercedit læsio, an possit rescindi, & alia de permutatione. Notatur etiam quomodo resignatio, vel permutatio sit publicanda; intra quod tempus: in quibus Ecclesijs. De pœnis omittentium publicationem, vel extra tempus illam facientium, quibus an concedatur restitutio. Quid si publicatio facta sit litteris non expeditis, vel an sit facienda si populo nota est resignatio. In quibus permutationibus, & resignationibus sit facienda; A quo, & an facienda ab impetrante beneficium ob publicationem non factam, & alia de publicatione, iuxta formam Bullæ Gregorij.

SVMMARIVM.

1 *RENUNCIATIONIS causarum materia, ad text. cap. cum pridem de Renunciatione, & ad Bullam Pij V. & qui DD. de ea.*
2 *Renunciandi iusta causa est debilitas, & senectus, n.* 3. *qui dicatur senex, num.* 4.
5 *Renunciatio senis, seruitio habilis non admittenda.*
6 *Renunciatio valetudinarii admittitur: Qualis, num.* 7.
8 *Renunciatio ob impedimentum, vel vitium corporis admittitur.*
9 *Renunciandi iusta causa est ignorantia. Qua scientia requiratur in Beneficiato, num.* 10.
11 *Renunciare ob ignorantiam, an quis cogi possit, & quid de hac causa ignorantia, num.* 12.
13 *Renunciandi iusta causa est conscientia criminis, & qualitatis.*
14 *Renunciatio ob crimen inducens ipso iure vacationem, non admittitur, & quid in aliis.*
15 *Renunciatio beneficii ipso iure vacantis, neque si fiat coram Papa, valet.*
16 *Renunciandi iusta causa est, si renuncians sit crimine obnoxius, vbi quid pro hoc.*
17 *Renunciandi iusta causa, est irregularitas, & qua, num.* 18.
19 *Renunciandi iusta causa, est irregularitas ex homicidio. Vbi limita.*
20 *Renunciandi iusta causa, est odium plebis, vel capitales inimicitia, num.* 32. *Quid si per ipsum stet, quin concilientur.*
21 *Renunciandi iusta causa, est ob scandalum sedandum. Quid in extrinseco, & an Beneficiatus ad hoc cogi possit.*
22 *Renuncians ob scandalum sedandum compensandus alius*

alijs redditibus. Quid in scandalosè viuentibus, an locus sit appellationi, & cui, num. 23. & 24.

25 *Renunciare debent lunatici stomacho languidi, & imperiti ex verbis Bullæ secundum DD. mentem, n. 26.*

27 *Renunciare iustè potest interdicto, vel censuris irretitus.*

28 *Renunciare admittuntur commodè, vel debentes Ecclesiæ inseruire. Qui tales.*

29 *Renunciare quis admittitur alterutrum ex duobus, quæ simul retinere nequit.*

30 *Renunciare iustè quis potest professionem emissurus, vel vxorem ducturus; quando renunciandum, vel conferendum. Et quomodo intelligatur locus Bullæ, num. 31.*

34 *Renunciandi quodlibet beneficium, sufficiunt prædicta causa.*

35 *Renunciandi Episcopatum alia causa præter enumeratas, non sit aliorum beneficiorum, nisi causa sit reducibilis ad expressas, n. 36. & quæ sint, n. 37.*

38 *Resignatio coram Ordinario cum designatione antecedenti reijcitur, neque modum submissionis, num. 39. quando admittitur, & cuius.*

40 *Renunciatio cum intentione, quod certa persona conferatur quando simoniaca remissiuè.*

41 *Renunciatio conditionalis coram Ordinario non recipienda.*

42 *Renunciatio ad fauorem, an coram Ordinario fieri possit, an simoniaca. Quid in renunciatione cum intentione mutua, num. 43.*

44 *Resignatio facta contra formam Bullæ Pij V. & si ab ignorante, est nulla. Qui veniant nomine transgressorum ad incurrendas pœnas Bullæ, num. 45.*

ANNOTATIO IV.

§. I.

Ad text. in cap. Nisi cum Pridem de renunciat. & ad Bull. Pij V. incip. Quanta anno 1568. emanatam.

1 IN hoc text. Innocentius III. significat Archiepiscopo Calaritano causas, quæ inducunt iustam occasionem, & rationem renunciandi Ecclesiam, easque duobus versibus restringit compilator. Pota

Debilis, Ignarus, Malè conscius, Irregularis:
Quem mala plebs Odit, Dans scandala, cedere possit.

Pius verò V. enumerans causas, quibus validè quis potest renunciare beneficium, superaddit aliàs prædictis enumeratis per Innocentium III. quæ leguntur in citata Bulla, & distinctè notandè sunt hic. De hac materia tractant DD. communiter in hoc *cap. nisi cum pridem*, Gonzal. *ad regul. de mensib. gl. 14.* latè Garz. *de Benef. part. 11. cap. 3.* Genuens. *in prax. capite mihi 65.* Quarant. *Summ. Bull. verbo Beneficiorum resignationes*, Rebuff. *in prax. tit. de resignationib. & alijs similibus titulis*, Fusc. *de visit. lib. 2. cap. 28.* Ricc. *in prax. 3. part. de resign. benef.* Nouar. *Sum. Bull. titul. de benef. resignat. & permut.* Barbos. *de Iure Eccles. lib. 3. cap. 15. & in Summ. Apostolicarum decis. verbo Resignatio*, Campanil. *diuers. Iur. Canon. rubr. 11. cap. 17. num. 155. & seqq.* extat solemnis tract. Flam. Paris. & alij; ad quam materiam primò notanda sunt aliqua circa dictas causas, & deinde aliquid generale in materia renunciationis beneficiorum.

2 Primò iusta causa renunciandi beneficium, de qua in hoc text. est debilitas, quæ idem est, ac infirmitas, seu impotentia, & debet esse talis, vt reddat Beneficiatum inutilem, vel difficilè potentem pro seruitio sui beneficij. Hinc Innocentius III. *in eodem cap. nisi cum pridem*, ibi, *alia verò*, dicit non omnem debilitatem præbere iustam causam renunciandi, sed illam tantum, quæ reddit impotentem ad exequendum officium suum, explicat Fusc. *de visit. cit. loc. num. 3.* Paris. *de resignat. lib. 6. q. 3. num. 13. & seqq.*

3 Huic causæ debilitatis, reducit idem Innocentius *cit. loc.* senectutem, & testatur debilitatem, ex infirmitate, vel senectute procedere; senex enim iustam causam habet ad renunciandum beneficium. Hic notandum est, quod hæc causa in hoc text. includitur sub prima causa ibi posita, videlicet *Debilitate*; sed in Bulla Pij V. ponitur expressè primo loco, ibi, *qui autem senio confecti*.

Senex quis dicatur, diuersimodè loquuntur DD. non solum inter nostrates, sed etiam inter naturales, vt videre est apud Galen. *lib. 5. de tuenda san.* relatum per Menoch. *de arbitr. cap. 49. num. 1.* vbi alios citat, ex quibus colligi potest inter ciuilistas magis communem videri sententiam dici senem constitutum in anno quinquagesimo, inter Canonistas Constitutum in anno septuagesimo; sed verior opinio est hoc non esse iure definitum, & proinde relinqui iudicis arbitrio, vt firmat idem Menoch. *cit. loc.* qui iudex considerare debet onera beneficij; qualitatem personæ, an validi, & firmi corporis sit, & alia secundùm facti contingentiam, & sic iudicare senem, qui 50. 60. & 70. annos habet; ita in nostris terminis Genuens. *cit. cap. 65. num. 1.* Barbos. *cit. loc. num. 100.* 4

Nota ex illis verbis *tex.* ibi *Cùm interdum non plus hortetur senilis debilitas aliquem cedere, quàm moralis maturitas, quæ in senibus esse solet, ipsum in suo suadet officio permanere*; ex quibus verbis notandum est, quod quando senes sunt apti ad inseruiendum beneficio, non debet admitti illorum Renunciatio, cum eorum matura ætas, soleat esse proficua Ecclesijs. 5

Hæc enim debilitas, iusta causa pro admittenda resignatione, continet in se causam appositam in dicta Bulla Pij V. vbi secundo loco permittitur valetudinarij renunciatio; dicuntur autem valetudinarij, debiles corpore, & intelligitur de illa valetudine, quæ impedit, vel tardat Beneficiatum inseruire, ne languente pastore, grex dentibus insidiatoris laniandus relinquatur *cap. quamuis 7. quæst. 1.* 6

Dicuntur valetudinarij, qui malo Corporis habitu, & affectu sæpè malè valent, atque ita frequenter ægrotant, ita Gemin. *in cap. 1. de Cler. ægrot. in 6.* Socin. *in cap. quoniam frequenter col. 4. vers. tertiò declaratur, vt lit. non contest.* quos refert, & sequitur Menoch. *de arbitr. cas. 60. sub num. 5.* Hinc qui dicantur tales, remitti iudicis arbitrio, testatur Genuen. *cit. cap. 65. num. 1. vers. aut valetudinarij*, Nouar. *in Summ. Bullar. titul. de benefic. resignat. & permut. vers. secundò est infirmitas.* 7

Debilitas, iusta causa pro admittenda renunciatione beneficij, continet etiam in se causam appositam in Bulla prædicta, nempe corporis impedimentum, vel vitium, quod si tale sit, vt reddat inhabilem, vel difficile potentem Beneficiatum ad præstandum id, ad quod tenetur, præbet iustam causam renunciationi, si Ordinario videatur sufficiens, docet Barbos. *de Iur. Eccles. lib. 3. cap. 15. num. 102.* post Prosp. de August. ad Quarant. *cit. loc. vers. tertiò, & quarto*, Nouar. *vbi supra num. 2.* Flam. *vbi supra quæst. 6. num. 31. & seqq.* qui dicunt dici impeditum corpore. Leprosum, Scabiosum, Paralyticum, Apopleticum, Lunaticum, habentem morbum Comitialem, Morbum Gallicum, vlcera per Corpus, Tremolas, vel Chiragram continuant Vitiatum verò corpore dici cæcum, claudum, gibbosum, habentem manum mutilam, vel articulatam ad vsum inefficacem, habentem crus penitus abscissum, aut adeò contractum, vt ligneo pede sit opus, & omnem alium habentem diminutam quamlibet partem notabilem corporis. 8

Secundò iusta causa admittendi renunciationem beneficij est ignorantia, & defectus scientiæ, vt in hoc tex. Beneficiatus enim, qui ignorat ea, quæ necessaria sunt pro administratione spiritualium, & cura temporalium sui beneficij, iustè admitti potest ad illud renunciandum, cum dicat tex. hic §. *pro defectu*, quod salubriter renunciat Beneficiatus, si scientiam, qua Ecclesiam regat, non habet; nil enim magis Ecclesiæ Dei officit, quàm indignos assumere ad regimen Ecclesiarum & animarum *cap. nihil de elect.* ideò ea scientia requiritur vt possit satisfieri necessitati muneris suscepti, siue iniungendi Concil. Trid. *sess. 22. cap. 2. §. scientia de ref.* aduertunt in nostris terminis Fusc. *de visit. lib. 2. cap. 28. num. 8.* Flam. Paris. *cit. loc. quæst. 3. num. 67.* Barbos. *de Iure Eccles. cit. lib. 3. cap. 15. num. 92.* 9

Quanta autem scientia sit necessaria in Beneficiato; dicendum est, in Beneficiato simplicis beneficij requiritur scientia, vt possit recitare horas Canonicas, ad quas tenetur, Paris. *de resignat. lib. 4. cap. 11. num. 3.* Nauar. *de horis Canon. cap. 7. num. 3.* Prouisi de dignitatibus non habentibus iurisdictionem, & de canonicatibus cum teneantur 10

ad industriam, & consilium in capitulo debent habere mediocrem scientiam, & eam saltem, quæ sit necessaria ad eorum munus exequendum Menoch. *de arbit. cas.* 425. *num.* 45. Rot. *decis.* 12. *num.* 4. *de prob. in antiq.* Conc. Trid. *sess.* 24. *cap.* 12. *de refor.* Curati debent habere maiorem scientiam, quam Canonici, & simplices beneficiati, & eam saltim, quæ sufficiat pro confessionibus audiendis, & Sacramentorum administratione, & pro declaratione Euangelij, & virtutis Sacramentorum, *cap. penultimo, & cap. cum te de ætat. & qualit.* Staphil. *de lit. grat. §. sexta forma num.* 2. Nauar. *in cap.* 1. *§. caueant num.* 19. *& seqq. de pœnit. & remiss.* Concil. Trid. *sess.* 5. *cap.* 2. *& sess.* 24. *cap.* 18. *de reform.*

11 Nota dixisse aliquos, præsertim Paris. *cit. loc.* non solum concedendam esse licentiam Beneficiato renunciandi ob defectum scientiæ, sed etiam posse compelli ad renunciandum, quorum opinio in Curato non est tuta, nam Concil. Trid. *sess.* 21. *cap.* 6. *de refor.* statuit Parochis illiteratis posse Episcopum dare Vicarium, vel Coadiutorem pro tempore cum congrua fructuum portione, nulla facta mentione de renunciatione.

12 Nota etiam hanc causam concedendi licentia Beneficiato renunciandi, non reperiri in citata Bulla Pij V. expresse, ea potissimum ratione, quia cum hodie conferantur beneficia maximè curata, & Prælaturæ de quibus loquitur text. præuio diligenti, & rigoroso examine, non est credendum casum posse de facili sortiri, & lex adaptatur ad ea, quæ frequentiùs accidunt. Includantur tamen dum ibi confirmantur causæ, de quibus in hoc text.

13 Tertiò iusta causa admittendi beneficiatum ad renunciandum, de qua in suprascriptis versibus, de quibus in hoc text. est Conscientia criminis, explicata in *vers.* ibi, *malè conscius*; habens enim conscientiam commaculatam alicuius criminis non tamen cuiuslibet criminis, dicit textus, nam si omnes, quos arguit conscientia cuiuslibet culpæ admitterentur ad renunciandum, pauci, aut nulli in ministerio remanerent; Sed macula illius tantum criminis, quo Beneficiatus, officij exercitio post peractam pœnitentiam impeditur, ita text. & notat etiam Barbos. *de Iur. Eccles. lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 93. *ad fin.* & tale debet esse hoc crimen, quod irroget infamiam ipso iure secundum Fusc. *de visit. lib.* 2. *cap.* 28. *num.* 2. quod exemplificat in crimine hæresis, simoniæ, homicidij, &c.

14 Sed hic notandum est maximè ad exempla allata per Fusc. quod in criminibus illis, quæ inducunt vacationem ipso iure, vt est hæresis; simoniæ realis, & alia, de quibus *annot. præced.* quia vacatio beneficij inducitur ipso puncto delicti, vt explicat Barbos. *cit. loc. cap.* 14. *num.* 66. non potest criminosus admitti ad renunciandum, quia iam beneficium amisit; in alijs verò criminibus, quæ non inducunt vacationem ipso iure, sed per sententiam, potest criminosus admitti ad renunciandum vsque ad sententiam priuatoriam, & beneficium vacat per renunciationem, non per delictum, siue priuationem, vt diximus *annot. præced.* & declarat Barbos. *cit. loc. num.* 64. *& seqq.*

15 Supradicta adeo vera sunt, vt nec valeat resignatio ad fauorem factam coram Papa de beneficio, quod semel per delictum, vel alio modo vacauit ipso iure, iuxta communem, ita Barbos. *cit. loc. num.* 70.

16 Hæc causa numeratur inter positas in Bulla prædicta Pij V. ibi, *Aut crimine obnoxij*; & DD. intelligunt de illis delictis, in quibus Beneficiati veniunt priuandi Beneficijs, vt est crimen homicidij, Simoniæ, Adulterij, Concubinatus, & permanentiæ in excommunicatione per annum, ita post alios Genuens. *cit. cap.* 65. *num.* 1. *vers. aut crimine obnoxij*; Sed in crimine Simoniæ intellige non de reali, & quæ inducit vacationem ipso iure, vt diximus *annot. præced.* inter modos vacandi beneficia.

17 Quartò iusta causa admittendi renunciationem beneficij est irregularitas personæ, proueniens ex bigamia, vel ex coniugo cum vidua; non tamen proueniens ex non legitimo matrimonio; cum quo dispensandum esse, dicit text. si irregularitas, culpa, vel causa sit occulta, & proinde non debet admitti ad renunciandum, declarat Fusc. *cit. loc. num.* 7. Barbos. *cit. cap.* 15. *nu.* 94. post Flam. Paris. *cit. loc. quæst.* 3. *tract.* 177. *& sequent.*, asserens, quod ex causa irregularitatis non solum est permittenda renunciatio, sed Prælatus debet cogere irregularem ad renunciandum.

18 Irregularitas verò, quæ prouenit ex delicto, & crimine proprio Beneficiati, quomodo inducat iustam causam renunciandi, distinguendum est, vt supra de criminosis, quod aut irregularitas infertur ex delicto, quod inducit priuationem beneficij ipso iure, & tunc cum beneficium vacet in instanti delicti, Beneficiatus non potest renunciare, iuxta supradicta, si verò delictum inducens irregularitatem non inducit priuationem ipso iure, sed per sententiam, tunc quia Beneficiatus interim licitè retinet beneficium, & facit fructus suos sequitur, quod etiam possit renunciare, ita Paris. *de resignat. lib.* 5. *quæst.* 3. *num.* 182. *& seqq.* Zerol. *in prax.* 2. *part. verbo irregularitas* §. 4. Garz. *de Benef.* 11. *part. cap.* 10. *num.* 47.

19 Hinc homicida, quia non priuatur ipso iure beneficio, potest illud interim retinere, fructus suos facere, & renunciare, & irregularitas ex illo proueniens est, iusta causa admittendi renunciationem beneficij, qua admissa vacat beneficium ex renunciatione, non ex irregularitate, aut delicto, vt diximus supra, & latè post alios ostendit Garz. *cit. loc. num.* 48. *& sequentibus*, vbi id limitat in irregularitate proueniente ex assassinio, vel ex homicidio commisso in personam Cardinalis, Episcopi, vel conbeneficiati, quia hæc delicta inducunt irregularitatem, & priuationem ipso iure; & quia irregularis non potest beneficio inseruire; ideò hæc causa includitur in illa posita in Bulla Pij V. ibi, *aut qui nequeunt Ecclesiæ, vel beneficio inseruire.*

20 Quintò alia adducitur iusta causa ob quam quis potest admitti ad renunciandum beneficium, & est malitia plebis, designata ibi in secundo verso, *quem mala plebs odit*, & est quando plebs, seu populus, quem Beneficiatus regit ob suam duram ceruicem, non proficit, sed in dies magis indurescit, nec est spes correctionis, tunc Rector, vel similis beneficiatus adhibitis diligentijs pro remouenda malitia, & nihil proficiens iustam causam habet renunciandi exemplo Apostoli, Act. *cap.* 9. qui dimissus per sportam fugit Damascum. Et Heliæ, qui videns populum Israeliticum debitum errori, per multa tempora se absentauit, ab illorum aspectibus, vt legitur in *libris Reg.* & Saluatoris, qui à Iudæis se abscondit, & exiuit de templo. Ioan. *cap.* 8. & & Apostolorum, qui Iudæis aduersantibus discesserunt, & ad gentes se conuerterunt, Actor. 13. notant Rebuff. *in prax. titul. de resignat. express.* Fusc. *cit. cap.* 28. *num.* 5. Flam. *cit. loc. num.* 117. Barbos. *vbi supra num.* 95. Hæc causa non inuenitur inter positas per Pium V. in cit. Bulla expresse, sed benè sub generalitate, ibi, *qui Constitutionem fel. record. Innocentij III. & cæt.*

21 Sextò, & vltimò, in versibus præpositis dicitur *dans scandala*, vbi text. hic ait, quod propter graue scandalum est admittenda Renunciatio Prælati, quod intellige propter euitandum graue scandalum, quando aliter euitari non potest. Hinc DD. hic tenent, quod Episcopus potest Clericum, etiam inuitum, remouere à sua Parochia, in qua sine scandalo stare non potest, beneficium ipsius cum alio permutando refert Fusc. *de visit. lib.* 2. *cap.* 29. *sub n.* 6. Bell. *disq. Cler.* 1. *part. de discip. Cler.* §. 4. *num.* 67. & latius §. 15. *num.* 18. *& seqq.* Barbos. qui alios citat *de Iure Eccles. lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 96. Quod limita, quando scandalum prouenit ex improborum malitia, non ex culpa Beneficiati, tunc non potest cogi ad dimittendum, quia hoc scandalum est proprium Pharisæorum, vt tenet D. Thom. 2. 2. *quæst.* 44. *art.* 8. *in responsion. ad primum ver. aliquando verò*, Couar. post alios *in regul. peccatum in princip. sub n.* 6. quos refert, & sequitur Ricciul. *de iur. personar. extra Eccles. grem. existent. lib.* 9. *cap.* 5. *num.* 15. vbi latè discutit non teneri Papam renunciare Papatui ob sedandum scandalum, vel schisma.

22 Sed aduertendum est, quod quando cogitur Prælatus, vel alius Beneficiatus ad renunciandum ob scandalum sedandum, est ei danda compensa, aut contra cambium redditum, vt valeat viuere, ne in opprobrium ordinis mendicare cogatur, Flam. *cit. loc. quæst.* 3. *num.* 176. Barbos. *vbi supra num.* 96. *ad fin.* & est commune.

23 De his verò, qui turpiter, & scandalosè viuunt in suis beneficijs, loquitur Concil. Trid. *sess.* 21. *cap.* 6. *in fin.* mandans

dans postquam præmoniti fuerint coercendos, ac castigandos esse, & si adhuc incorrigibiles in sua nequitia perseuerent priuandos esse beneficijs, iuxta formam Sacrorum Canonum appellatione postposita, ita Concil. notat Paris. *cit. loc. lib. 5. quæst. 6. num.* 101.

24 In quo text. Concil. Trid. remouetur appellatio, sed intelligitur de appellatione suspensiua, non de deuolutiua, quam posse interponi ad Metropolitanum, etiam si procedat tanquam Sedis Apostolicæ Delegatus, nisi quando procedere contra exemptum, vt Delegatus, quia tunc est interponenda appellatio ad Papam, Garz. *de benefic. part. 4. cap. 5. num. 9.* Rot. *in Dertusen. Archipresbyteratus 16. Nouembris 1594. coram Pena.*

25 Dicuntur etiam scandalosi in hac materia, quibus est concedenda licentia renunciandi; immò possunt compelli, vt dictum est, cum sint irregulares; nam ex scandalo irregularitas oritur, Abb. *in cap. cum tua de corpor. vit.* non solùm, qui scandalosè viuunt, sed omnes, qui in seruitio Ecclesiæ præbent scandalum, vt sunt lunatici, patientes stomachi languorem, siue vomitum, illiterati, imperiti, & similes, ita Genuens. *in prax. cap. mihi 65. num. 1. vers. aut non debent.*

26 Hanc causam renunciandi propter scandalum, de qua in text. habetur, & in cit. Bulla Pij V. in illis verbis, *Aut non debent Ecclesiæ, vel beneficio inseruire*, ita explicant DD. testatur post alios Barbos. *de Iur. Eccles. lib. 3. cap. 15. num. 106. in fin.* nam scandalosi non debent Ecclesiæ inseruire.

27 Septimò iusta causa admittendi beneficiatum ad renunciandum iudicatur censura Ecclesiastica in cit. Bullæ Pij V. ibi, *censurisque Ecclesiasticis irretitus*; vnde DD. dicunt communiter, quòd excommunicatus, suspensus, vel interdictus potest renunciare beneficium, cum ad id dicatur habere iustam causam, notant Genuens. *in prax. cap. 65. num. 1. vers. censurisque*, Prosper. de August. ad Quarant. *Summ. Bull. verbo benef. resignat. vers. sexta*, Barbos. *cit. loc. num.* 125.

28 Octauò, est admittendus ad renunciandum beneficium, qui commodè non potest, & qui non debet illi inseruire; iudicatur enim hæc iusta causa ad renunciandum in eadem Bulla Pij V. ibi, *aut nequeant, aut non debeant Ecclesiæ, vel beneficio inseruire*, qui non possunt, dicuntur per DD. irregulares, exules, habentes aliud seruitium beneficij, & similes; qui non debent dicuntur scandalosi, corpore vitiati, & similes, qui possunt etiam cogi ad renunciandum, vt dictum est supra, notat Genuens. *cit. loc. num. 2. & vers. præcedenti*, Barbos. Prosp. de August. & alij cit. & est indubitatum apud omnes.

29 Nonò, habens duo beneficia, quæ simul retineri non possunt, potest liberè alterum renunciare, vt in cit. Bulla Pij V. ibi, *seu qui vnum, aliud, vel plura beneficia obtinuerint, vel quos ad aliud contigerit promoueri*, quæ verba concedunt licentiam renunciandi beneficium illi, qui aliud est consecuturus in spe, etiam non in re, dummodò sit certò, & de proximo consecuturus: multa de hac materia notata sunt *1. part. ad text. in cap. de multa*, aduertunt Flamin. *cit. loc. quæst. 6. num. 157. & seqq.* Prosp. de August. *citat. loc. vers. nona*. Prædicta procedunt quando duo beneficia simul retineri non possunt, vt si vnum sufficiat ad victum, secundum Genuens. *in prax. cit. mihi cap. 65. num. 3.* non tamen procedunt in duobus beneficijs incompatibilibus secundum *cit. cap. de multa*, in quibus per assecutionem secundi vacat primum ipso iure; tunc cum beneficium vacet per assecutionem, non potest renunciari, declarat Genuens. *cit. loc. num. 4. & 5.* & est absolutum.

30 Decimò, iustam causam habet renunciandi beneficium, qui ingressurus est religionem, vel contracturus matrimonium; iuxta disposita in cit. Bulla Pij V. ibi, *Religionem quoque ingressuri, vel matrimonium contracturi, si statim postea id re ipsa exequantur*. Hæc locum habent, quando renunciatur ante contractum matrimonij, vel professionem emissam, nam post non procedit Renunciatio, cum iam beneficium vacauerit ipso facto, vt notatum est *annot. præced.* Cùm enim admittitur Renunciatio ob has causas, Collator non potest beneficium conferre, nisi sequuta professione, vel contracto matrimonio, obseruant Genuens. *cit. loc. num. 6.* Barbos. *de Iur. Eccles. lib. 3. cap. 3. lib. 19. num.* 109.

Nota, quòd dicit Bulla admittendum esse Beneficiatum ad renunciandum ratione prædicta, si statim re ipsa sequatur matrimonium, vel Religionis ingressus; quo casu intelligenda est illa particula *statim*, & illa *re ipsa*, non grammaticaliter, sed prout materia subiecta requirit, & cum aliquo temperamento, *l. quod dicimus, ff. de solut.* Rot. *decis. 2. de testam. in antiq.* Gonz. *in regul. de mensib. post gl. 9. in annotat. num.* 217. & arbitrio iudicis Menoch. *de arbitr. cas. 9. in fin.* 31

Vltima adducitur in hac Bullæ iusta causa, cuius vigore, potest admitti Beneficiatus ad renunciandum Beneficium, & est si ob capitales inimicitias Beneficiatus non potest securus residere in loco beneficij; vt ex illis verbis, *qui etiam ob capitales inimicitias nequeunt, vel non audent in loco beneficij residere securi*, notant Fuscus *de visit. lib. 2. cap. 28. num. 8.* Genuens. *cit. cap. 65. num. 7.* Barbos. *de Iure Eccles. lib. 3. cap. 15. num.* 100. 32

Nota Bullam desiderare in hoc casu capitalem inimicitiam; quæ autem dicatur talis, relinquitur arbitrio iudicis; probat id Menoch. *de arbitr. cas. 100. num. 3.* Sed prædicta debent intelligi, quando inimicitiæ non possunt reconciliari, & dummodò ipse Beneficiatus non sit in causa, quominus reconciliatio sequatur, vt diximus supra *1. part. de residen. Parrochorum.* 33

Prædictæ sunt causæ, quæ in hoc text. & in prædicta Bulla iudicantur iustæ pro admittenda Renunciatione beneficiorum, etiam coram Ordinario; in quibus terminis notandum est, quòd licèt text. in hoc *cap. nisi cum pridem*, loquatur de Renunciationibus faciendis per Episcopos, quas Renunciationes admittit ex prædictis causis; illæ etiam sunt iustæ in Renunciationibus aliorum beneficiorum, per argumentum à maiori ad minus, validum in iure, & per dispositionem cit. Bull. Pij V. quæ generaliter pro omnibus beneficijs renunciandis, validas approbat causas prædictas, positas in hoc text. illisque addit alias positas in eadem Bulla. 34

Dubitatur hic si iusta subest causa, verùm non est de expressis in hoc text. & cit. Bulla, an possit admitti Renunciatio; in qua dubitatione distinguendum est: quòd aut loquimur in terminis huius text. *nisi cum pridem*, & quia ibi Papa non se restringit ad causas enumeratas, sed tantùm declarat; meritò si alia subest iusta causa, & ibidem non expressa, adhuc est admittenda Renunciatio Episcopatus, ita validis rationibus probat Campanil. *diuers. iur. Canon. rub. 11. cap. 17. num. 161.* vbi dicit validam esse rationem renunciandi Episcopatum ob aeris intemperiem, vel si Episcopatus fuerit obtentus per cupiditatem parentum, licèt hi casus nec expressè, nec tacitè comprehendantur in illis enumeratis in text. Aut loquimur iuxta terminos prædictæ Bullæ Pij V. quæ loquitur de Renunciationibus faciendis coram Ordinarijs, & tunc quia Pius V. in sua Constitutione 24. incipiente *exordientem officium*, prohibuit etiam simplices has Renunciationes fieri coram Ordinarijs, quousque esset super eis certa constituta forma per Sedem Apostolicam, & deindè post aliquot menses alia sua Constitutione, quæ est, de qua loquimur hic 58. restituit Ordinarij facultatem recipiendi simplices Renunciationes, factas tamen ab illis, qui aliqua, ex causis inibi expressis, adducuntur, & non aliter, proindè dicendum est, etiam si alia subest causa iusta renunciandi, si illa non est de expressis in Bulla, nec ad illas reducitur, Ordinarium non posse Renunciationem admittere, faciunt aperta verba eiusdem Bullæ, ibi, *Post hac Episcopi, & alij facultatem habentes earum dumtaxat Renunciationes recipere, & admittere possint, qui &c.* & signanter illa dictio, *dumtaxat*, quæ idem est, ac *tantùm*, siue *solùm*, *l. aliàs, ff. de cond. ob turp. caus.* Bart. *in l. cum ita de cond. & demost.* & cuius natura est limitare, & restringere, *l. solutum, §. si in sortem, ff. de pignor. act.* ex quibus probatum dicimus Pium V. dedisse Ordinarijs facultatem recipiendi tantùm Renunciationes ex causis enarratis in Bulla, non ex alijs. 35

Possunt verò Ordinarij recipere Renunciationes non solùm in casibus designatis in Bulla expressè, sed etiam in casibus similibus, & ad illos reducibilibus, & in quibus militat eadem ratio; quia ea est taxatiuæ dictionis natura, vt ita excludat extranea, & dissimilia, vt includat omnes casus similes, eamdemque rationem habentes, vt 36

latè multis allegatis probatur Euerardus *in suis topicis iuris loco, à natura dictionis taxatiua, num. 4. fol. mihi* 102. & quando causa potest reduci ad expressas in Bulla, tacitè dicitur inesse.

37 Itaque concludendum est non posse Episcopos, seu Ordinarios, Patronos, & alios habentes Ius recipiendi resignationes beneficiorum, & officiorum Ecclesiasticorum, illas admittere, nisi resignantes habeant aliquam ex his iustis causis, appositis in Bulla; Scilicet, quòd sint senio confecti, valetudinarij; corpore impediti, vel vitiati, crimine obnoxij, censuris ligati, qui aliud beneficium obtinuerint, Religionem ingressuri, matrimonium contracturi, si statim id, re ipsa, exequantur. Item habentes aliquam ex causis contentis in hoc *cap. nisi cum pridem*, iuxta versus in principio positos. Et qui ob capitales inimicitias residere non possunt.

38 Nec posse, Ordinarios, Patronos, vel alios, prædictum Ius habentes, recipere resignationes prædictas in casu, quo illæ simplices non fiunt; vnde Pius V. citata Constitutione prohibuit expressè, ne prædicti resignationem admittentes, designent antecedenter successorem ad suggestionem resignantium, neque inter eos promissio, vel intentio de eo intercedat, vt ex verbis ipsius Bullæ, *ibi*, *Caueant autem, &c.* Quibus verbis, non intelligitur prohibita suggestio simplex, seu expressio desiderij resignantis de persona prouidenda, si hæc suggestio fiat post resignationem; neque comprehenditur resignatio facta cum intentione, vel spe resignantis tantùm, vt beneficium spontè conferatur alteri, pro quo postea rogare intendit, nullo modo designato ante resignationem, docent Sanch. *lib. 2. opusc. cap. 3. dub. 36. num.* 23. Garz. *de benef. part.* 11. *cap.* 3. *num.* 209. Quarant. *Summ. Bull. verbo Beneficij Resignatio, vers. pro complemento*, Redoan. *de Simon. part.* 1. *cap.* 25. Suar. *de relig. tom.* 1. *tract. vltim. cap.* 35. *num.* 18. & ratio est, quia hæc expressio non afficit resignationem iam factam, dummodò non intendatur persona prohibita, puta consanguineus, vel affinis, vel familiaris; & Pontificem ibidem loqui de intentione, quæ aliquo modo exterius proditur, ita DD. citati.

39 Prohibetur etiam ex Bulla prædicta ante resignationem exprimere Ordinario, vel alteri admissuro ipsam resignationem, intentionem, seu personam, etiam si talis expressio fiat per modum liberæ submissionis, tenet Garz. *cit. loc. num.* 202. Vgol. *part.* 1. *de simon cap.* 28. §. 2. *in fin.* Bonac. *de simon. quæst.* 4. §. 14. *num.* 5. Suar. *cit. loc. cap.* 35. *num.* 18. Abb. Redoan. & alij, quos citat Bonac. *cit. loc.* & hæc videtur tutior opinio contra Sanch. *cit. loc.* Paris. *de resignat. lib.* 14. *quæst.* 6. *num.* 8. Prosp. de August. ad Quarant. *cit. loc. in fin*

40 Quando renunciatio, facta cum intentione, vt beneficium certæ personæ conferatur, dicatur continere Simoniam confidentialem, & incurratur in pœnas latas contra simoniacos, vel confidentiarios, vide latè adducta per Garz. *de benef. part.* 11. *cap.* 3. *num.* 16. *& seqq.* Bon. *cit. loc.* post Couar. Suar. Filiuc. & alios, quos refert Bonac. Dian. *resol. moral. part.* 6. *tract.* 7. *resol.* 42.

41 Deduc ex dictis; Renunciationem simplicem, & puram coram Ordinario fieri posse. Conditionalem, ad fauorem, cum pensione, & similibus non posse per Ordinarium recipi, non solùm si conditio deducatur expressè, sed etiam tacitè, vt in Bulla prædicta. Vnde facta Renunciatione conditionali coram Ordinario, ille non potest Renunciationem recipere reiecta conditione, & beneficium tanquam vacans, alteri conferre, quia talis Renunciatio habetur pro non facta, & Ordinarius est omninò inhabilis ad illam recipiendam per dictam Bullam, ita Paris. *lib.* 1. *quæst.* 3. *num.* 15. *de resignat.* probat latè Barbos. *de Iure Eccles. lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 46. *& seqq.* vbi referens tenentes posse Ordinarium talem Renunciationem recipere, reiecta conditione illos damnat, & confutat, & *num.* 49. *& seqq.* firmè demonstrat opinione multorum, & Rot. renunciationem factam coram Ordinario, vel alio Collatore sub conditione retinendæ pensionis, vel alterius rei temporalis esse simoniacam.

42 Quæstio est magnæ considerationis, an possit renunciari coram Ordinario beneficium in fauorem certæ personæ, absque reseruatione pensionis de iure communi, quam quæstionem satis abundè discutit Barbos. *de Iure Eccles. lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 52. *& seqq.* ipse verò tenet renunciationem hanc non continere simoniam, & eam exequentes non posse vti simoniacos puniri; licèt illam sacri canones damnent; & hoc etiam attenta dispositione huius Bullæ, in qua solùm imponitur præceptum Prælatis conferentibus, ne simplices renunciationes per eis recipiendæ, fiant verbo, nec signo, aut intentione in alterius fauorem. Quid dicendum de renunciatione facta ob permutationem, dicemus inferiùs.

43 Amplientur suprapositа, vt nec valeat Renunciatio coram Ordinario cum intentione mutua, vt liberè, & spontè beneficium renunciatum vniatur alicui certo loco, seu beneficio, nam locus, cui fit vnio beneficij potest dici successor saltem largo modo, ita Garz. *de benef.* 11. *p. cap.* 3. *num.* 210. *& seqq.* hæc quoad vtilitatem renunciationis; nam quoad pœnas contentas in Bulla prædicta tenet Nonar. *Summ. Bull. titul. de benef. resign. num.* 21. *&* 22. non incurri pœnas prædictas, quando resignatio est facta ad finem vniendi beneficium fabricæ Ecclesiæ.

44 Ampliatur generaliter suprapositа sententia, vt resignatio facta contra formam prædictæ Bullæ Pij V. sit nulla, etiam si ex ignorantia, & bona fide sit admissa, nam in illa apponitur decretum irritans, cuius est ligare, etiam ignorantes, Paris. *de resignat. lib.* 5. *quæst.* 6. *num.* 220. *&* 230. qui testatur de communi.

45 Nota, quòd in dicta Bulla relaxatur pœna suspensionis, & excommunicationis contra transgressores, in quibus terminis disceptant moderni, qui incurrant pœnam prædictam; Dicunt aliqui omnes transgressores, siue admittendo resignationem, siue conferendo beneficia contra formam prædictæ Bullæ incurrere pœnas suspensionis, & excommunicationis, ita Suar. *de censur. disp.* 22. *sect.* 6. *num.* 21. Garz. *cit. loc. num.* 208. Bonac. *de censur. partic. disp.* 2. *quæst.* 7. *punct.* 4. & alij. Alij verò tenent pœnam suspensionis, & excommunicationis, de qua in Bulla esse solùm latam contra transgressores illius in conferendo ibidem prohibitis, cum pœnæ prædicta videantur adiectæ ad vltimum §. incip. *Cæterum præcipimus*, vbi prohibetur beneficium resignatum conferri per Episcopum consanguineis, affinibus, & alijs, vt ibi, ita tenent Paris. *de resignat. lib.* 6. *quæst.* 6. *num.* 223. *&* 225. Genuens. *in prax. cap. mihi* 65. *sub num.* 7. Vgol. *de potest. Episcopi cap.* 50. §. 18. *num.* 6. Barbos. *de potest. Episcopi alleg.* 69. *num.* 46. Prosp. de August. ad Quarant. *verbo Beneficiat. resignat. ad fin.* & alij, & hæc opinio est magis communis, & videtur verior.

OBSERVATIONES

D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *COnstitutio B. Pij V. super causis resignationum explicatur, & resignata quibus non possint conferri.*
2 *Constitutio non est in vsu in Hispania.*
3 *Quoad incursum pœnarum scientia coniunctionis est necessaria.*
4 *Resignatione facta cum causis validis, vtrum beneficium possit conferri coniunctis, de quibus in Bulla.*
5 *Ad concursum ad Parochiam an possint admitti coniuncti sanguine resignantis.*
6 *Ordinarij quando euitent pœnas in Constitutione inflictas.*
7 *Resignatio facta in manibus laici quando valeat?*
8 *Resignatione facta absque causa ex expressis, an amittatur possessio.*
9 *Resignans si moriatur infra 20. dies, an beneficium vacet per obitum?*
10 *In permutationibus beneficiorum, quæ fiunt coram Ordinario, an locum habeat Constitutio Piana.*

1 Am-

1 AMplissima est materia de resignatione beneficij, & desuper emanauit Constitutio B. Pij V. de causis, ex quibus potest fieri resignatio, & quibus nequeant conferri beneficia resignata.

Beneficia resignata per d. Bullam non possunt conferri consanguineis, vel affinibus ipsius resignantis per Ordinarium, nec familiaribus, consanguineis, vel affinibus ipsorum Ordinariorum, Pyrr. Corrad. *in prax. benef. lib. 5. cap. 1. num. 50.* Card. de Luca *de benef. discurs. 65. n. 1.* & consanguinitas extenditur vsque ad quartum gradum, dixi *in decis.* 189. Gratian. *num.* 2.

2 Constitutio prædicta non est in vsu in Hispania, Garz. *de benef. part. 11. cap. 3. num. 270.* & vtrum in Germania edisserit Card. de Luca *vbi sup. discurs. 65. per tot.*

3 Scientia certa coniunctionis necessaria est, ad incursum pœnarum contra conferentem, Buratt. *decis. 162. num. 6.* & præsumptiua probatio non admittitur, Beltram. ad Ludouis. *decis. 53. num. 5.*

4 Resignatio si fiat ex causis per d. Constitutionem expressis, & beneficium deinde conferatur personis sanguine coniunctis resignanti, vel conferenti vtrum locum habeat d. Constitutio? Dic quòd tunc solum quoad effectum pœnarum irritatur resignatio, Paris. *de resign. lib. 5. quæst. 6. num. 223.* remissiuè Garz. *part. 11. cap. 3. num. 269.*

5 Ad concursum ad Parochiam neque Ordinarij possunt admittere consanguineos, affines, & alios, vbi supra, vt declarauit Gregor. XIII. Pyrr. Corrad. *vbi sup.* benè tamen si vacent per obitum, dixi in Gratian. *vbi supra, num. 5.*

6 Ordinarij admittentes resignationem præter causas expressas in d. Constitutione, & non conferentes consanguineis, vel familiaribus, aut affinibus, vt supra, nullam pœnam incurrant, Flamin. *de resign. lib. 5. quæst. 6. num. 225.*

In beneficijs iurispatronatus d. Constitutio locum non habet, Nauar. *in manual. cap. 12. num. 22.*

7 Resignatio facta in manibus laici, etiam constituti in Dignitate Regali, etiam si esset patronus non valet, Barbos. *in collectan. ad cap. quod in dubijs de renunc. num. 3.* Bich. *decis. 351. num. 11.* Resignatio non coram Superiore, licèt sit nulla, tamen ratificari potest à Papa, & ratificando in litteris collationis apponuntur verba: *Etiamsi illa vacant extra Curiam per resignationem coram Notario, & testibus.* Et sufficit fuisse factam coram testibus, dummodò probari possit, Pyrr. Corrad. *num. 53. & seqq.*

8 Renunciatio, siue resignatio facta absque causa ex expressis in d. Constitutione, quamuis sit nulla, tamen amittitur possessio, Antonell. *de regim. Eccl. lib. 5. cap. 1. num. 12.*

9 Resignatio ad fauorem facta coram Ordinario, quamuis sit nulla, si tamen resignans moriatur infra dies viginti, an collatio teneat tanquam per obitum resignantis, vide Card. de Luca *de benefic. discurs. 35. num. 9. & infr. §. 2. num. 14.*

10 In permutationibus beneficiorum, quæ fiunt coram Ordinario consideratur coniunctio sanguinis ex Constitutione B. Pij V. Card. de Luca *vbi sup. discurs. 40. num. 16.*

SVMMARIVM.

1 *REnunciatio beneficij Clerici in sacris, recipienda, si constiterit aliundè viuere posse, Et num. 5.*

2 *Renunciatio beneficij, ad cuius titulum quis est ordinatus, quando valeat, & quando nulla.*

3 *Renunciatione beneficij, ad cuius titulum quis est promotus acceptata, Ordinarius prouidere tenetur renunciantem.*

4 *Renunciatio beneficij, absque mentione, quod ad cuius titulum quis est promotus, neque coram Papa, & cum reseruatione pensionis congrua valet.*

6 *Renunciatio ingressuri Religionem est admittenda, etiam si non habeat aliundè viuere. Quid in Clericis in minoribus, num. 7.*

8 *Resignationes coram Papa, neque executioni demandanda, non constito, quod resignans habeat aliundè viuere.*

9 *Resignationis executores, non habent iurisdictionem, antequam probetur resignantem habere vnde viuere.*

10 *Resignationem admittens, quibus beneficium conferre nequeat. Quid in resignatione Parochialis, & in concursu, an coniunctus iudicetur magis idoneus, num. 11. Et quid in Iurepatronatus, num. 12.*

13 *Vacationes per resignationem, non aliàs tangit Bulla Pij V.*

14 *Resignante coram Ordinario decedente infra 20. dies, Collatio remanet libera.*

15 *Resignantium beneficia, suismet consanguineis conferentes, quas pœnas incurrant.*

16 *Permutationes beneficiorum coram Ordinario, quæ permittantur.*

17 *Permutationis causa, vtilitas, vel necessitas Ecclesiæ. An vtrumque copulatiuè, num. 18.*

19 *Permutantium vtilitas, sufficiens causa permutationis.*

20 *Permutatio beneficiorum admittitur, si habeat requisita, & quæ.*

21 *Permutationem beneficiorum, etiam Vicarius admittere potest. An inferior non habens iurisdictionem Episcopalem, vel quasi, num. 25.*

22 *Permutantes beneficia diuersarum Diœcesum, vtriusque Ordinarij consensu opus habent.*

23 *Permutationi, quando Capitulum Sede vacante consensum præstare possit.*

24 *Permutationi consensum præstare interdicitur Capitulo, non acceptare Resignationem. Quid si permutatio cepta coram Episcopo, num. 25.*

26 *Permutationi beneficij reseruati, Ordinarius consensum præstare non potest.*

27 *Permutationi beneficij de Iurepatronatus, consensus etiam patronorum accedere debet. Quid si patroni ignorent, vel nolint consentire.*

28 *Permutationi consensus Ordinarij accedere debet præuia causæ cognitione. Quæ an præsumatur.*

29 *Permutationis causa stante, si consensum neget Ordinarius, est locus appellationi.*

30 *Permutationi non puræ, & si aliqualiter, consensum Ordinarius præstare non potest.*

31 *Permutantibus inæqualia, potest Episcopus ex officio mandare vni pensionis solutionem, id tamen peti non potest.*

32 *Permutationi beneficij, cum beneficio, solum Episcopus consensum præstat.*

33 *Permutatio inter duos permittitur, & damnatur triangularis, vel quadriangularis.*

34 *Permutanda sunt beneficia propria, saltem in qua sit Ius, dummodo per alium non sit capta possessio.*

35 *Permutanda beneficia renunciantur coram Ordinario, cum conditione permutationis, quæ effectum non sortita, quomodo recuperentur, num. 36.*

37 *Permutationis perfectioni non sufficit admissio resignationis, sed requiritur Collatio cum litteris executis per possessionem.*

38 *Permutatio fraudulenta est nulla, vt est beneficij magni redditus, cum beneficio parui.*

39 *Permutantium fraus, an cesset auctoritate Superioris. Cui noceat. Ex quibus præsumatur, vel excludatur, num. 40.*

41 *Permutari an possit beneficium vnitum, remissiuè.*

42 *Permutantium, si alter decedat ante resignationem alterius quid, & quid si non infra 20. dies, num. 43.*

44 *Permutans, vtrumque beneficium, absque incompatibilitate retinet, vsque dum alter adimpleat.*

45 *Permutatio beneficij, ad cuius titulum quis est promotus inualidatur, si de eo non fiat mentio.*

46 *Permutans simplex cum Curato beneficio, se examini subijcere debet.*

47 *Permutare compelli potest Beneficiatus, nisi per Coadiutorem velit inseruire:*

48 *Permutationem perficere promittens coram Ordinario, an ad id compelli possit affectiuè, num. 49.*

50 *Permutandi pactum est licitum, licèt alia pacta in spiritualibus illicita.*
51 *Permutandi voluntatem significare, an paciſci de permutando licitum, & num. 52.*
53 *Permutare poteſt quis beneficium curatum in fine anni, concesſi pro ſuſceptione Ordinum, licèt tempus non ſufficiat.*
54 *Permutationi præbendarum inter Canonicos conſentire debet Episcopus, non ſic prædiorum præbendalium.*
55 *Permutationem factam reſcindere an poſſit Episcopus prætextu læſionis. Læſio in fieri fugienda, num. 56.*
57 *Permutatio reſcindenda, ſi decepta ſit Eccleſia.*
58 *Permutantibus, & reſignantibus coram Ordinario quid adimplendum.*
59 *Publicandi tempus conceſſum reſignantibus, vel permutantibus coram Papa.*
60 *Publicatio, in quibus Eccleſijs facienda, & quomodo.*
61 *Publicationis inſtrumentum, executori præſentandum, ad hoc, vt ille poſſeſſionem concedat.*
62 *Publicatione omiſſa, quæ pœna ſequantur.*
63 *Publicationis defectu, beneficium vacans quomodo impetrandum.*
64 *Publicatio, à permutantibus coram Ordinario, intra quantum tempus facienda. Et admittenda reſignatio.*
65 *Publicationem, & reliqua iuxta Bullam Gregorij, ſi omittant Ordinarij, quid ſequatur.*
66 *Publicatio qualiter fiat, & num. 67. vbi an ſufficiat, quod fiat in Choro. An extra Eccleſiam, num. 69.*
68 *Publicatio feriato die, an feſtiuo facienda?*
70 *Publicatio, an in nocte Natiuitatis Domini fieri poſſit.*
71 *Publicatio ex Bulla eſt facienda ante poſſeſſionem, quod non ſeruatur.*
72 *Publicationum, Reſignationum, & Ceſſionum tempus, quod coram Papa, & quod coram Ordinario. An impedito currat, & à quo die, num. 73.*
74 *Publicatio extra tempus nulla, niſi concedatur reſtitutio, & qualiter, num. 75. quæ non poteſt ab Ordinario, num. 76.*
77 *Publicatio ante expeditionem litterarum nullo modo facienda.*
78 *Publicatio an facienda, ſi Reſignatio nota ſit Populo.*
79 *Publicatio in quibuſcunque permutationibus, Reſignationibus, & Ceſſionibus facienda.*
80 *Publicatio in ſimplici Reſignatione coram Ordinario facienda, & in nullis, num. 81.*
82 *Publicatio facienda ab impetrante beneficium, ob non factam publicationem.*
83 *Publicatio, in quibus caſibus non neceſſaria. Et ſufficit ab alterutro fieri, num. 84.*
85 *Publicatio non facienda ob Reſignationem beneficij, quod fuit vnitum.*
86 *Publicatione omiſſa, beneficium vacans quomodo impetretur. Et quando excuſet impedimentum, num. 88.*
87 *Publicatio ſeruanda iuxta Bullam Gregorij.*

ANNOTATIO IV.

§. II.

1 NOtandum eſt hìc primò, quòd licèt concurrente aliqua cauſa ex numeratis in cit. Bulla Pij V. poſſit Ordinarius admittere renunciationem beneficij coram eo ſimpliciter factam; ſi tamen renuncians eſt in ſacris conſtitutus, non poteſt Ordinarius eius renunciationem admittere, ſi aliundè ille non habeat, vnde viuere commodè poſſit, vt diſponunt expreſſa verba ipſius Bullæ, ibi, *Sed neque horum vllus Sacro Ordini mancipatus, niſi Religionem ingreſſurus, valeat vllo modo beneficium, vel officium Eccleſiaſticum reſignare, niſi aliundè ei ſit, quo, in vita poſſit commodè ſubſtentari*. In quibus terminis obſeruandum eſt Concil. Trid. *ſeſſ. 21. cap. 2. de refor.* diſponere Beneficiatum reſignare non poſſe beneficium, niſi facta mentione, quòd ad illius beneficij titulum ſit promotus; neque eam reſignationem admitti poſſe, niſi conſtito, quòd aliundè viuere commodè poſſit, & aliter factam reſignationem nullam eſſe, ita Concil. & notant Flam. *de reſignat. lib. 2. quæſt. 6. num. 36. & ſeqq.* Gonzal. *ad regul. de menſ. gl. 5. §. 10. num. 35.* Garz. *de benef. part. 2. num. 192. & ſeqq.* Campanil. *diuerſ. Iur. Canon. rub. 8. cap. 6.* Genuenſ. *in prax. cap. 65. mihi num. 8.* Grat. *diſcept. for. cap. 991. num. 2.* Homobon. *de Bon. de examin. Eccleſ. tract. 2. cap. 2. quæſt. 23. in fin.* Barboſ. *de poteſt. Episcopi, part. 2. alleg. 19. num. 45. & ſeqq. de Iure Eccleſ. lib. 3. cap. 15. num. 111.* qui alios citat, & communiter teſtantur Concil. *cit. loc.* inducere formam in tali reſignatione, ita vt illa per æquipollens adimpleri non poſſit, voluit Rot. *in vna Aretina plebis 4. Decembris 1600. coram D. Millino.*

Nota ſecundò ad Concil. Trid. vbi declarat inualidam renunciationem beneficij, ad cuius titulum quis eſt ordinatus, quod id intelligitur quando renuncians nullam fecerit mentionem, ad titulum illius fuiſſe promotum, ita loquitur Concilium, quo caſu Renunciatio eſt adeò nulla à principio, vt reſignans, ſi priuetur poſſeſſione beneficij, poſſit agere Spolio, fuit deciſum per Rot. *in recent. part. 4. deciſ. 614. num. 2.* Si verò renuncians fecerit mentionem fuiſſe promotum ad titulum prædicti beneficij, tunc ſi Ordinarius informatione non capta, aliundè habere renunciantem, vnde commodè viuere poſſit, renunciationem admiſerit, & acceptauerit, illam eſſe validam non eſt dubium, & declarauit bis Sacra Congregatio Concil. Trid. interpret. teſtatur Genuenſ. *citat. loc. num. 8.* & declarationes adducit Campanil. *cit. loc. num. 3.* & ratio eſt in promptu, nam in hoc caſu renuncians habet, vnde viuere poteſt, cùm remaneat adſtrictus Ordinarius, qui renunciationem acceptauit illum alimentare, quouſque prouideat eum de alio beneficio. 2

Ampliatur validitas huius renunciationis, vt quando renuncians mentionem fecerit fuiſſe promotum ad titulum beneficij renunciati, & per Ordinarium fuit admiſſa; vt ſi Ordinarius acceptans velit idem beneficium poſt acceptationem eidem renuncianti reſtituere, id non poſſit, ſi alteri ſpectat Collatio, vel præſentatio, ſed omninò teneatur illi alimenta præſtare, donec ſufficiens beneficium ei non contulerit, & beneficium reſignatum vacare, ita vt patroni, vel alius, cui ſpectat Collatio poſſit alteri beneficium conferre, docet idem Campanil. *cit. loc. n. 3.* quòd ſi Collatio ſpectat ad eundem Ordinarium, qui renunciationem admiſit, nec renunciatum beneficium alteri contulit, poteſt renuncianti illud denuò conferre, dummodò non ſit de iurepatronatus, quia tunc vacat patrono. 3

Vlterius, renunciationem beneficij, ad cuius titulum renuncians eſt promotus in ſacris, non facta de hoc mentione, iuxta formam Concilij eſſe etiam nullam, ſi illa facta ſit coram Papa, cum reſeruatione penſionis ſufficientis pro commoda ſubſtentatione, ita tenent Add. ad Nauar. *conſil. 4. de renunciat.* Garz. *cit. loc. num. 215.* Grat. *cit. loc. num. 2.* Rot. *in vna Lodien. Canonicatus S. Ioannis 20. Iunij 1621. coram D. Remboldo propè fin. verſ. nec obſtat, quod dictum S. Concilium*, Vgol. *de off. Episcopi, cap. 16. §. 8. num. 4.* contra Campanil. *dict. loc. num. 6.* qui defendit valere. 4

Supradicta adaptantur ad terminos Concil. Trid. *cit. loc.* vbi loquitur quando renuncians eſt ordinatus ad titulum beneficij; Bulla verò Pij V. generaliùs loquitur, diſponens quandocunque quis eſt ordinatus in ſacris, etiam ſi non ad titulum beneficij, non poſſe beneficium renunciare, niſi aliundè habeat, vnde viuere poſſit commodè; Garz. *cit. loc. num. 198.* poſt Azor. *inſtit. moral. 2. part. lib. 7. cap. 20. quæſt. 7.* Campanil. *cit. loc. num. 2.* cuius diſpoſitio locum habet in renunciatione facta coram Papa, & in Curia etiam, licèt loquatur tantùm de facta coram Ordinario, docent Flam. *de reſignat. lib. 3. quæſt. 14. num. 3. & lib. 5. quæſt. vlt. num. 176.* Garz. *cit. loc. n. 199.* Barboſ. *de poteſt. Episcopi cit. alleg. 19. num. 40.* & ratio eſt, quia militat eadem ratio, Rot. *in vna Lucana 5. Decembris 1586. coram D. Orano.* 5

Fallit opinio propoſita, quando renuncians beneficium 6
eſt ingreſſurus Religionem, tunc enim renuncians prætextu

textu dicti ingressus, etiam si aliundè non habeat, vnde commodè viuere valeat, potest admitti ad renunciandum, hic enim casus expresse excipitur in eadem Bulla, ibi, *nisi Religionem ingressurus*.

7 Fallit secundò in Renunciatione facienda per Clericum in minoribus constitutum, quia renunciationes beneficiorum prædictorum Clericorum, possunt liberè admitti, concurrente aliqua ex iustis causis enumeratis in *Bulla*, nulla facta perquisitione, an habeat aliundè, vndè viuere possit, nec mentione, quod ad illius titulum sit promotus renuncians, siuè Renunciatio fiat coram Ordinario, siuè coram Papa; ratio est, quia cum prædicti possint liberè redire ad statum sæcularem, cessat in eis ratio dedecoris ordinis, quam considerantes Patres Concil. & Pius V. *cit. loc.* loquuti sunt tantum de constitutis in sacris, nulla facta mentione de constitutis in minoribus, ita aduertunt Flam. Paris. *de resignat. 2. lib. quæst. 14. num. 1. & seqq. & quæst. vltim. num. 28. lib. 5.* Grat. *decis. 159. num. 9.* Vgol. *de off. & Potest. Episcopi cap. 26. §. 8. n. 4.* quos refert, & sequitur Garz. *de Benef. par. 2. cap. 5. num. 203.*

8 Nota tertiò, quod huiusmodi resignationes admittuntur per Papam cum clausula *consisto*, seù *dummodo resignans habeat vnde se alat*, quæ clausula cum respiciat substantiam gratiæ, vt testatur Paris. *cit. loc. lib. 2. quæst. 6. num. 41.* Garz. *vbi supra num. 201. & par. 6. cap. 2. n. 230. & seqq.* est verificanda coram executoribus, antequam tradatur possessio resignatario, siuè dicta clausula importet conditionem, siuè modum; cùm nihil intersit, quominus ante omnia sit verificanda Ioan. And. *in cap. 1. de lit. contest. in 6.* Fel. *in cap. constituens in princip. de rescrip.* Rot. *in Paduana pensionis* 28. *Iunij* 1581. coram *D. Rubeo*, & in *Carpentoraten. pensionis* 15. *Martij* 1602. coram *D. Lancellotte*, vbi allegantur concordantes decisiones, & non præsumptionibus, sed concludentibus probationibus, vt notat Fel. *in rub. de prob. num. 3.* Anan. *in cap. constiterit num. 6. eod. titul.* Rot. *decis. 522. num. 1. par. 2. in recent.*

9 Prædicta adeò vera sunt, vt cum Papa committit executionem resignationis executoribus deputatis cum clausula *consisto*, seù *dummodo resignans habeat, vndè viuat*, non censeatur eis data aliqua iurisdictio, nisi post verificationem prædictorum, ita vt omnia per eis gesta, antequam de tali commoda sustentatione constet, sint ipso iure nulla Soc. *consil. 99. num. 10. lib. 3.* Paris. *consil. 41. n. 14. & consil. 94. num. 5. lib. 4.* Vant. *de null. defect. iurisd. deleg. num. 92.* quos in proprijs terminis refert, & sequitur Grat. *discep. For. cap. 991. num. 10.* latè probaui ego ipse in allegationibus pro Illustriss. Episcopo Acerrarum Mansueto Merato viro doctrina probitate, integritate, & alijs virtutibus præstantissimo, in causa contra suos pensionarios, pro quo in Curia Romana fuit iudicatum, non posse procedi contra Illustrissimum titularem pro pensionibus, nisi verificata prius simili clausula.

10 Nota quartò beneficia vt supra, ex causa coram Ordinario renunciata, ipsum Ordinarium non posse conferre suis, vel si admissio resignationis ad alterum spectat, admittentis consanguineis, affinibus, vel familiaribus etiam per fallacem circuitum multiplicatis in extraneos collationem, ita *Bulla* prædicta ibi, *Cæterum præcipimus, & cæt.* & non solum consanguineis, affinibus, vel familiaribus ipsius Ordinarij, vel admittentis resignationem, sed etiam resignantis, notant Fusc. *de visit. lib. 2. cap. 28. num. 23.* Genuens. *in prax. cap. 65. sub num. 7.* Ricc. *decis. 40. part. 4. num. 2.* Garz. *de Benef. par. 11. cap. 3. num. 266. ad fin.* Leo *Thes. for. Eccles. part. 2. cap. 3. num. 67.*

11 Ampliatur suprapoſita sententia, vt illa procedat, etiam in beneficijs Curatis, & Parochialibus, vacantibus per resignationem, ad quæ Episcopus non potest eligere suum consanguineum, affinem, vel familiarem, licèt in concursu fuerit iudicatus magis idoneus, immò propter dictam Bullam, nec etiam debet admitti ad concursum, testatur ita voluisse Sacram Congreg. *in vna Paduana*, Leo *Thes. for. Eccles. par. 2. cap. 3. num. 69.*

12 Limitatur eadem sententia, vt prohibitio per hanc Bullam Pij V. de non conferendis beneficijs resignatis, consanguineis, affinibus, vel familiaribus Episcopis collatoris, & dimittentium, non habeat locum in beneficijs de iurepatronatus, prout videtur decisum in quodam rescripto Sacræ Congregationis, adducto per Quarantam verbo *Beneficiorum resignatio*, & per Ricc. *decis. 81. num. 2. in fin. par. 3.* vbi etiam declarat quomodo Bulla prædicta loquens generaliter, non comprehendat beneficia de iurepatronatus; quod admitto si rescriptum est verum, prout credo, aliàs verba Bullæ sunt expresse contra, vnde non desunt, qui tenent hanc contrariam opinionem.

Limitatur etiam, vt dispositio prædictæ Bullæ Pij V. 13
non habeat locum in alijs vacationibus, præter vacationem per resignationem, quia cum talis dispositio sit pœnalis, & odiosa, non est extendenda, docet Nouar. *in prag. Regni 2. sub rub. de aLnar. & scrib.* quem refert, & sequitur magister eius Ricc. *decis. 4. par. 4. num. 5.*

Limitatur quoque dispositio dictæ Bullæ Pij V. si resi- 14
gnans coram Ordinario, & resignatione admissa ex iusta causa, moriatur intra viginti dies, tunc quia beneficium dicitur vacare per obitum, non habet locum prohibitio, de qua in *Bulla*, & proinde Ordinarius potest beneficium conferre etiam consanguineis, affinibus, vel familiaribus; iuxtà dicta in *decis.* Buratt. 162. & per P. Thes. *in prax. Eccles. 2. part. verbo resignatio cap. 2. ad fin.*

Notam quintò, quod conferentes contra formam 15
prædictæ Bullæ Pij V. consanguineis, seù affinibus, vel familiaribus suis, beneficia resignantium, incurrunt pœnam suspensionis à Collatione, necnon ab electione, præsentatione, confirmatione, & institutione beneficiorum, Sanctissimo reseruatam, & si in tali suspensione ausi fuerint conferre, eligere, præsentare, confirmare, vel instituere, incurrant pœnam excommunicationis quoad personas, quo verò ad Capitula, & Conuentus, suspensionis à diuinis ipso facto, etiam Sanctissimo reseruatam, ita Bulla, quas pœnas latè discutit P. Thes. *cit. loc.* illasque procedere etiam contra recipientes talia beneficia, docet Filiucc. *in append. posthu. tra. 45. cap. 8. num. 28. & seqq.* quem refert, & sequitur Bell. *disq. cler. par. 2. de pœnis cler. §. 33. num. 29.*

Nota sextò Bullam prædictam Pij V. facultatem conce- 16
dere, exequendi permutationes quoque beneficiorum, & officiorum coram Ordinarijs, illas tamen, quæ aliàs in iure admittuntur, ita disponit in illis verbis, *Ad hæc beneficiorum, & officiorum permutationes admittere, quæ Canonicis Sanctionibus, & Apostolicis Constitutionibus permittuntur*, ita *Bulla*, cuius verba disponunt posse fieri coram Ordinario beneficiorum permutationes, quæ per sacros Canones, & Constitutiones Apostolicas fieri permittuntur; pro cuius intelligentia, videndum est, quæ sint tales permutationes permissæ per sacros Canones, & Bullas Apostolicas. De hac materia habetur *toto titul. de rer. permut. in Decretal. sexto, & Clem.* extant particulares tractatus Feder. de Senis, P. de Vbaldis de Perusio, & Ægidij Bellameræ, tractant etiam Gambarus *in titul. de rer. permut. in 6.* Rebuff. *in prax. titul. de permutatione*, Gimonteus *de Benef. titul. 5. de permutat. benef.* Cotta. *de benef. 1. par. cap. 9.* Mandos. *de signat. gratia titul. de permutatione*, Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 7. cap. 29. & 39.* Tusc. *concl. 303. lit. P.* Gonz. *ad regul. de mensib. gl. 14. num. 32. & seqq.* Garz. *de benef. par. 11. cap. 5.* Ricc. *in prax. 3. part. resol. 253. & seqq.* Lotter. *de Re Benef. lib. 2. quæst. 14.* Barbos. *de Potest. Episcopi lib. 3. cap. 15. §. 5. Summistæ omnes hoc verbo*, & alij.

Permittitur autem in iure permutatio beneficiorum, so- 17
lum, quando iusta concurrit causa permutandi, quæ dicitur necessitas, vel vtilitas Ecclesiæ *cap. quæsitum de rer. permut.* obseruant communiter DD.

Quod dubitatum est, an hæc necessitas, vel vtilitas re- 18
quiratur ex parte vtriusque Ecclesiæ; & quoad necessitatem tenent omnes sufficere ex parte vnius; Quò verò ad vtilitatem requiri vtriusque Ecclesiæ, tenet Tusc. *lit. P. conclus. 305. num. 5.* post Genuin. *Consil. 105.* & referunt Garz. *cit. loc. num. 49. circa med.* & Barbos. *cit. loc. sub num. 173.* Verùm contraria opinio magis adhæret verbis *cit. tex. cap. quæsitum in fin.* nempe sufficere vtilitatem vnius Ecclesiæ pro iusta causa permutationis admittendæ per Ordinarium; dicit enim *text. in fin. vt qui vno loco minus sunt vtiles, alibi se valeant vtilius exercere*; considerat namque *tex.* vtilitatem vnius loci, Garz. *cit. loc. num. 49.*

Non solùm vtilitas Ecclesiæ, sed etiam vtilitas ipso- 19
rum

rum Beneficiatorum est iusta causa, ad finem admittendi permutationes coram Ordinario, *cap. cum vniuersorum*, vbi gl. *in verbo vtilitati*, & Abb. *num. 7. de rer. permut.* Lambet. *de iur. patron. 1. part. 2. lib. quæst. 6. art. 6. num. 39.* Geouens. *in prax. cit. loc. num. 10. vers. circa*, Garz. *cit. cap. 4. num. 47.* qui id admitti, dummodo vtilitas permutantium, saltem reductiuè redundet in vtilitatem Ecclesiæ, Barbos. *de iur. Eccles. cit. loc. sub num. 127.* vbi iustam causam exemplificat in inimicitijs Beneficiati, aeris intemperie, & huiusmodi, io quo casu admittunt indubitate sufficere vtilitatem ea parte vnius compermutantium, ita Garz. & Barbos. *cit. loc.* qood totum intellige, dummodo non irroget damnum Ecclesiæ, sed saltem consecutiuè redundet in vtilitatem illius, iuxta dicta per Garz. *cit. loc.*

20 Vlterius illa dicitur permutatio beneficiorum permissa per Sacros Canones, & Apostolicas Constitutiooes, quæ sua habet requisita, & conditiones à sacris Canonibus, & Apostolicis Constitutionibus stabilitas, quas omnes refert Rebuff. *in prax. titul. de permutatione per totum*. Primò requiritur ad validitatem permutatioois beneficiorum, auctoritas superioris, Papæ nempè, vel Episcopi, vt habetur *in cit. cap. quæsitum de rer. permut.* ibi, *si autem Episcopus*, & non solùm ipse Episcopus, sed etiam omnis alius Prælatus inferior, qui habet iurisdictionem Episcopalem, vel quasi, potest permutationem beneficiorum ex causa admittere, ita Abb. *in cit. cap. quæsitum num. 4.* & alij, quos adducit, & sequitur Garz. *cit. loc. num. 70.* Barbos. *cit. loc. num. 175.* dummodo sit Ordinarius illius loci, vbi est positum beneficium, ex quo dicunt DD. quod si Episcopus haberet ios conferendi beneficium situm extra suam diœcesim, & in aliena, non posset admittere permutatiooem talis beneficij, etiam si iusta subesset causa, sed illa esset facienda coram Ordinario loci, docent communiter cit. DD. & alij apud Garz. & Barbos.

21 Vicarius quoque Generalis Episcopi, siue alterius Ordinarij, potest etiam permutationem beneficiorum ea caosa recipere, si ad id facultatem specialem habeat, Bellam. *1. part. quæst. 3.* Azor. Garz. & alij, quos refert, & sequitur Barbos. *cit. loc. num. 177.* & est indubitatum apud omnes.

22 Quod si permutantes intendunt permutare beneficia, quæ habent in diuersis diœcesibus, tunc consensus vtriusq; Ordinarij, vel vtriusq; eorum Vicarij, ad id facultatem specialem habentis, requiritur, per gl. *in cap. 1. verbo collectionem de rer. permut. in 6.* Nouar. *Summ. Bull. verbo beneficior. resignat. num. 20.* post Garz. *cit. loc. n. 65.*

23 Capitulum sede vacante, vel eius Vicarius, an possit auctoritatem præstare permutationi beneficiorum, controuertunt DD. Verùm illa videtur magis communis, & vera sententia; quod si beneficia spectant ad collationem solius Episcopi, tunc Capitulum, vel eius Vicarius non potest, si verò beneficia spectant ad collationem Episcopi, & Capituli, tonc potest, ratio primi membri distinctionis est, quia Capitulum non potest conferre beneficia spectantia ad collationem Episcopi, vacantia per resigoationem ea causa permutationis, vt fuit dictum in causa *Abulen. Parochialis de la Calcada 22. Iunij, & 24. Octobris 1584. coram D. Blanchetto*; ratio secundi membri est, quia Capitulum potest conferre beneficium sede vacante, quod aliàs sede plena, conferebat coniunctim cum Episcopo, vt diximus *annot. praced.* & est indubitatum, tenent *cit. loc.* Garz. *num. 75. & seqq.* & Barbos. *num. 176.* & alij adducti.

24 Sopradicta declara, quod denegatur facultas præstandi auctoritatem permutationibus, Capitulo, & eius Vicario Sede Vacante; ob rationem, quia illis deoegatur collatio beneficiorum ad Episcopum spectans; vnde est, quod non denegatur Capitulo, vel Vicario prædictis, facultas admittendi resignationem, ex causa permutationis beneficiorum, & illorum Collationem Episcopo reseruare, iuxta dicta per Bellam. *cit. 1. part. quæst. 8.* P. de Perusio, & alios, quos adducit Garz. *cit. loc. num. 78. & 79.* Nec etiam denegatur, si resignatio fuerit facta coram Episcopo mortuo, qui præstiterit consensum permutationi, verùm ob mortem seqoutam oon potuerit illam perficere, tunc potest Capitulum, vel eius Vicarius beneficia permutata conferre permutantibus, iuxtà acceptationem factam per Episcopum, nam in tali præcessit consensus Episcopi, ad quem collatio spectabat, ita tenet Garz. *de benef. part. 11. cap. 4. num. 81.*

25 Inferior verò Collator, qui Episcopus non est, nec iurisdictionem Episcopalem, vel quasi habet, auctoritatem præstare non potest permutationibus beneficiorum, ita contra Syluest. & Aogel. teoent Garz. *cit. loc. n. 68. & seqq.* & Barbos. *vbi supra num. 175.* qui alios citant.

26 An Ordinarius possit auctoritatem præstare permutationi beneficij reseruati, oon benè concordant DD. latè discutit Garz. *cit. loc. num. 82.* Sed veritas est, & praxis seruat, quod beneficia reseruata prohibeantur resignari coram Ordinario, per *text. Extrauag. execrabilis §. quæ omnia de praben.* Fel. *in cap. in nostra sub num. 12. vers. ex hoc de rescript.* qui testatur, quod recipiens tale beneficium, propriè est intrusos Lap. *alleg. 26. num. 2.* Mandos. *ad regul. primam quæst. 13. num. 4.* qui testatur de communi, Mant. *de tacit. & ambig. lib. 25. titul. 9. num. 12.* Calder. *consil. 3. per totum de rer. permut.* Rot. *in nouis decis. 1. num. 6. de rer. permut.* vbi habetur responsio ad oppositiooem, quam faciunt aduersarij per text. *in cap. vnico de rer. perm. in 6.* & hæc opinio etiam conformatur æquitati, oam per eam tolluntur fraudes, quæ fieri possent contra reseruationem; vnde dicunt aliqui, quod si resigoatur beneficium reseruatum coram Ordinario ex causa permutationis, resignatio oocet resignanti, noo autem reseruationi idest vacat beneficium à tempore dimissionis, & remanet reseruatum, Add. *ad dictam decis. primam in nou. in fin.* Rot. *decis. 16. num. 7. vers. nec obstat de rer. perm. in antiq.*

27 Non solum superioris auctoritas est necessaria in permutatione, sed etiam consensus Patronorum, si permutatur beneficium de iure patronatus coram Ordinario; qui consensus sufficit, si interueniat post factam permutationem; immò etiam sufficit consensus tacitus, inductus per noo reclamationem patronorum; latè probat Lambert. *de iurepatron. 1. part. 2. lib. q. 6.* ita si sine consensu patronorum facta sit permutatio, si patroni non reclament, est valida; si verò reclament, permutatio est ipso iure nulla, latè Lotter. *de re Benef. lib. 2. quæst. 14. num. 75. & seqq.* qui excusat hanc nullitatem ipso iure, quando permutaotes ignorabant patronatum, Rot. *in Gerunden. permutationis 5. Iulij 1595. coram D. Litta*, quam refert Garz. *de Benef. part. 11. cap. 3. sub num. 19.* quo casu, stante ignorantia prædicta, si patronus reclamando faciat permutationem declarare nullam, permutantes possunt ad sua beneficia redire; quod secus est, quando scienter spreto patrono, facta est permutatio, tunc cootradicente patrono, quia permutatio est oulla ipso iure, permutantes non possunt redire ad sua beneficia, sed illa vacant, & patronus potest alium præsentare, ita post alios probat Lotter. *cit. loc. n. 84. & seqq.* & voluit Rot. *in dict. Gerunden.* Verùm si patronus requisitus pro suo consensu, illum deneget sine iusta causa, potest Episcopus auctoritatem præstare validè, sine consensu patroni, Fel. *in cap. cum accessissent num. 30. de constit.* ne impediatur vtilitas Ecclesiæ.

28 Secundò requiritur ad validitatem permutationis beneficiorum, vt prædicta Ordinarij auctoritas sit præstita, præuia caosæ cognitione, vt in dubio permutatio, quæ est facta sine causæ cognitione, non præsumitur facta ex iusta causa, etiam si Ordinarius attestetur permutationi præstare auctoritatem ea iusta causa, quia io hoc illi noo creditur, latè Garz. *cit. cap. 4. num. 52.* Barbos. *supracit. loc. num. 172.* Verùm si Ordinarius attestaretur in decreto permutationis præcessisse causæ cogoitionem, crederem, in dobio standum esse attestationi Ordinarij, iuxtà sententiam Anchar. *consil. 279.* quia attestatio oon est de iusta causa, quæ non præsumitor sine causæ cognitiooe, sed est de causæ cognitione.

29 Adhibita autem caosæ cognitione, & constito de iusta causa, permutatio omnino debet exequi, ita vt si id deneget Ordinarius, est locus legitimæ appellationi ad superiorem, ita Nouar. *in Summ. Bull. verbo benef. resignat. n. 38. & seqq.* & refert Barbos. *cit. loc. num. 173. ad fin.* & hæc appellatio practicatur, sicut practicatur illa à denegata iustitia, cui præcedere habent tres iuridicæ instantiæ, vt pluries notatum est supra.

30 In hac causæ cognitione Episcopus, vel alius Ordinarius admittens permutatiooem, non solum debet animaduertere, an iusta causa, vt supra concurrat permutandi,

sed

sed etiam, an permutatio pura sit, vel conditionata, nam Ordinarius admittere non potest permutationem, si illa purè non sit facta, vnde in illa non potest pactum intercedere, quod pensio ad fauorem vnius reseruetur, nec etiam sub prætextu inæqualitatis fructuum beneficiorum, nec quod vna pars teneatur ad integras expensas faciendas in permutatione, nec quod vna pars redimat inæqualitatem fructuum prætio, vel alia re temporali, ita post alios per eum adductos, docet Barbos. *de Iur. Eccles. lib. 3. cap. 5. num. 179.* contra nonnullos, qui tenuerunt licitum esse compensare inæqualitatem fructuum pecunia numerata, nam hæc opinio non est tuta, & permutatio excedit terminos puritatis, nec potest admitti, nisi coram Papa, optimè Garz. *de benefic. 1. part. cap. 5. num.* 344. qui testatur, ita esse stylum Curiæ, & respondet contrarijs.

31 Prædicta procedunt, quando partes inter se ita conuenerunt; quod secus est nullo intercedente partium pacto, tunc enim posset Ordinarius admittens permutationem, ex officio mandare, quod recipiens beneficium pingue, soluat aliquam pensionem suo tempore duraturam, ad coæquandos fructus vtriusque beneficij permutati, voluit Fel. *in cap. quia verisimile sub num. 1. de præsumpt.* consulit etiam Anchar. *consil.* 279. & Nauar. *consil.* 43. Gigas *de pensionib. quæst. 6. num. 2.* Gonzal. *gl. 14. num.* 38. à quibus, neque dissentit Garz. *de Benefic. parte prima cap. 5. num.* 347.

32 Item Ordinarius admittens permutationem, debet in causæ cognitione animaduertere, quod permutetur Beneficium cum Beneficio, idque probatur communiter ea ratione, quia in permutatione Beneficiorum, datur Ordinarijs hæc facultas à iure, quam non possunt excedere, nam sumus in materia de per se prohibita, vnde non potest Ordinarius admittere permutationem Beneficij cum pensione, & multo minus cum alia re temporali, docet Bonacin. *de simon. disp. 1. quæst. 5. §. 12. num.* 8. quem sequitur Barbos. *de Iur. Eccles. lib. 3. cap. 15. num.* 178. Nec permutationem pensionis cum pensione, Garz. *cit. loc. num.* 18.

33 Vlterius debet Ordinarius aduertere in permutatione beneficiorum, inter quos illa fiat; nam in iure non permittitur permutatio, nisi inter duos, vnde communiter DD. damnant resignationem triangularem, vel quadrangularem, notant Gonz. *ad regul. de mens. gl. 14. num.* 58. Garz. *de benef. 11. part. cap. 4. n.* 23. Hæc procedunt quoad personas, quia Ordinarius non potest admittere permutationem pro tertio, non tamen procedunt quoad beneficia, nam liberè potest Ordinarius præstare auctoritatem, quando vnum beneficium permutatur pro duobus, vel pluribus beneficijs, inter duas tantum personas, si aliud non obstet impedimentum, Ioan. And. & alij in *cap. cum venerabilis de exception.* Rebuff. *in praxi titul. de permutatione n.* 40. Nauar. *consil. 43. n. 3. de Simon.* Mant. *de tac. & amb. conuent. lib. 25. titul. 9. n.* 65.

34 Similiter Ordinarius debet animaduertere ad Ius, quod habent permutantes ad beneficia permutata, ita vt permutent beneficia propria, *cap. 1. de rer. perm. in 6.* vbi Domi. *num.* 5. Franc. *num. 1. & 15.* Bellam. *de permut. 2. part. quæst.* 1. Mantic. *cit. loc. lib. 25. titul. 9. num. 1. & seqq.* & ad finem admittendi permutationem per Ordinarium, sufficit, quod permutantes habeant tantum Ius in beneficio, licèt non habeant possessionem, prout tenet Mantic. *cit. loc. num. 2. & 9.* quem sequitur Garz. *cit. loc. num.* 15. quod intellige, dummodo non fuerit apprehensa possessio, quia ad beneficium reperitur legitimus contradictor, nam tunc quia talis prouisus non habet, nisi Ius ad rem, esto, quod habeat bonam causam ad expellendum contradictorem, non est admittendus ad permutandum beneficium, in quo habet tantum tale Ius, ita Flam. Paris. *lib. 2. quæst. 21. & 23.* Zerol. *in prax. 2. part. verbo Renunciatio §. 1.* & licèt contrarium videatur sustinere Garbor. illum tamen omnino reprobat Garz. *cit. loc. num.* 17.

35 Tertiò requiritur ad validitatem permutationis, quòd beneficia, quæ permutantur, primò renuncientur in manibus superioris, qui admittere habet permutationem *cap. 1. de rer. permut. in 6. Clem. vnica eod. titul.* Renunciatio verò non est facienda liberè, sed cum conditione permutationis, quæ differt à resignatione ad fauorem, quæ solum coram Papa fieri potest, notat Barbos. *de Iur. Ec-*

cles. lib. 3. cap. 15. num. 171. & hæc Renunciatio est adeo certa, vt beneficia dicantur vacare ex illa, quamuis non debeant alijs, quam permutantibus conferri, vt latè probat Garz. *cit. cap. 5. num. 2. & seqq.*

Hinc est, quòd si permutatio suum non sortiatur effe- 36
ctum, renunciante ex tali causa, non possunt ad beneficia renunciata iterum redire, siue noua collatione facienda per eum, ad quem spectat conferre, habita ratione reseruationis, si qua est *gl. in cap. penult. de rer. permut.* Fel. *in cap. cum venerabilis num. 11. de except.* Rebuff. *in prax. titul. de permut. num. 11. & 16.* Rot. *decis. 3. in antiquior. & 9. in antiq. de rer. permut. in Gerund. permutationis 5. Iulij* 1593. *coram D. Lotta*, secundum vnam opinionem, licèt sint, qui teneant contrarium, in qua contrarietate opinionum, tertia opinio videtur verior, quæ tenet sufficere declarationem superioris, seu sententiam, qua declaretur permutantes posse ad sua beneficia redire, ita Ricc. qui omnes refert opiniones in *prax. 3. part. resol.* 253. Lotter. *de re Benef. lib. 2. q. 14. num.* 90.

Qua Renunciatione facta, quia illa continet in se ta- 37
citam conditionem: dummodo beneficia non sint reseruata, quia tunc collatio spectat ad Papam; debet necessariò interuenire collatio ipsorum beneficiorum, ita vacantium in fauorem permutantium, probat Garz. *cit. loc. num. 86. & seqq.* vbi tenet non sufficere ad hoc solam admissionem, & acceptationem permutationis Ordinarij, sed consultius desiderari collationem, sequitur Barbos. *de Iur. Eccles. lib. 3. cap. 15. num.* 183. qui reprobat Gonzal. *gl. 14. num. 43. & gl. 15. §. 2. num.* 57. contrarium tenentem. Et ad hanc collationem, necessariò debent expediri litteræ executæ per actum possessionis, Rot. *decis. 7. de consuet. in antiq.* Vgol. *de off. Episcopi cap. 50. §. 20. num. 3. vers. tertiò*, quos refert, & sequitur Barbos. *cit. loc. n.* 185.

Quare ad validitatem permutationis, requiritur, quod 38
permutatio non sit fraudulenter facta, ad quod oculatim animaduertere debent Ordinarij in permutationibus coram eis faciendis, quia fraude interueniente, nulla dicitur permutatio, iuxta latè tradita per Paris. *consil. 130. lib. 4.* Rebuff. *in prax. tit. de permut. num. 42. & seqq.* qui adducunt signa, quibus fraus in hac permutatione intercedere præsumatur, inter quæ illud potissimum tenent, si permutetur beneficium pauci redditus, cum beneficio magni redditus.

Contra hanc opinionem insurgit Garz. *de benefic. 11.* 39
part. cap. 5. num. 100. & seqq. qui tenet superioris auctoritatem in hoc facere, vt cesset omnis fraus, & inæqualitas redditunm, & præsumi effectum honestæ affectionis; immò testatur, quod cum hodie expectatiuæ cessauerint, cessauit adhuc, & fraus in hoc casu, cum alia non possit considerari fraus in permutatione, nisi in præiudicium expectantium, ita Garz.

Sed in hac vacatione, primò dicendum est, non esse 40
veram rationem Garz. in permutatione huiusmodi, non considerari fraudem, nisi in præiudicium expectantium; nam verè potest interuenire fraus in præiudicium Collatoris, maximè si possidens beneficium magni redditus, sit senex morti proximus, quo permutante cum iuuene, facilè remaneret Collator sine collatione, & illa ad successores differretur. Secundò dicendum est, si verè cessat fraus, non solum potest permutari beneficium pauci redditus, cum beneficio magni redditus, sed etiam beneficium magni redditus cum beneficio nullius redditus, quod beneficium de pertica vocatur, ita Rot. de quo per Gomes. *decis. 2. lib. 1. & decis. 28. in vltima col. vers. tamen his non obstantibus lib. 2. & in regul. de infirm. quæst.* 10. Lotter. *de re Benefic. lib. 1. quæst. 31. num.* 25. Quare dicendum est, quod regulariter quando fit permutatio cum beneficio de pertica, vel cum beneficio tenui, præsumitur fraus, Paris. *de resign. lib. 13. quæst. 4. num.* 8. & consideratum fuisse in vna *Gerunden. beneficij 9. Martij* 1622. *coram D. Coccino, & in vna Burgi S. Sepulchri beneficij 4. Iulij* 1625. *coram D. Merlino*, testatur Lotter. *cit. loc. num.* 28. & hoc si simul cum inæqualitate fructuum concurrat magna coniunctio sanguinis inter permutantes, aut senectus, vel infirmitas magna ex parte vnius permutantium; ita vt mors vicina credatur, ita ea opinione Rot. testatur Ricc. *in prax. 3. part. resol. 256. num.* 5. vbi dicit excludi hanc præsumptionem fraudis, alia præ-

ſumptione in contrarium, vt ſi pingue beneficium habens, permutauerit ob aeris intemperiem, vel ob non tutum acceſum, idem Ricc. *eod. loc. reſol.* 334. *n.* 3.

41 Quando, & quomodo poſſit, vel non poſſit permutari beneficium vnitum, latè tractant Garz. *de Benef. part.* 11. *cap.* 4. *num.* 23. *& ſeqq.* & Ricc. *in prax.* 3. *p. reſol.* 255. *per totum*, qui negatiuam firmant concluſionem, eamque declarant multis modis, Mant. *de tacit. lib.* 25. *titul.* 9. *n.* 11. *& ſeqq.*

42 Quæro. Titius cauſa permutationis reſignauit beneficium Caio, quod Caio fuit collatum, & antequam Caius ſuum beneficium reſignaret eadem cauſa Titio, mortuus eſt Titius, quid faciendum, an compellendus Caius ad reſignandum, an verò poſſit retinere, etiam ſuum primum beneficium, ſi inter ea non obſtat incompatibilitas? Reſpondeo Caium gaudere vtroque beneficio; nam reſignatum retinet iuſto titulo, & per ipſum non ſtat adimplere permutationem, prout in ſimili dicimus, ſi Titio decem legata ſunt, idemque grauatus, vt ea Caio reſtituat, ſi Caius fuerit mortuus decem cedunt beneficio Titij, non hæredis, niſi legatum fuerit factum Titio, vt miniſtro, ita deciditur in *l. ſi quis Titio ff. de leg.* 2. & proinde ita tenet in caſu noſtro, Rebuff. *in prax. titul. de permut. num.* 28. quidquid ſit in profanis.

43 Supradicta declara non habere locum, quando ex parte ſuperuiuentis interceſſerit fraus, vt quia permutauerit cum infirmo, in quo caſu habet locum Regula *de infirmis reſignantibus*, ita vt ſi moriatur permutans infra 20. dies beneficium vacet per obitum, non per reſignationem; & ſic ſuperuiuens remanet ſine beneficio, quia beneficium mortui vacat per obitum, & ſuum per reſignationem, ad quod non poteſt ſine noua collatione, vel ſaltem declaratione ſuperioris redire, iuxta ſupradicta, Rebuff. *in prax. titul. reg. de infir. benef. reſignat. gl.* 4. *num.* 2. Ricc. *in prax. reſol.* 334. *part.* 3.

44 Ex dictis collige, quod ſi fuerit adimpleta permutatio ab vna parte, & capta poſſeſſio beneficij: ſi ex altera parte ſit adimplenda permutatio in aliena, & diſtanti diœceſi, poterit primus interim retinere vtrumque beneficium, etiam quod ſit incompatibile, nec poteſt per alium impetrari ſub prætextu, quod vacauerit, ex quo adeptus eſt ſecundum incompatibile, docet Rebuff. *eodem loc. num.* 37.

45 Quintò ad validitatem permutationis requiritur, quod permutantes, aut aliquis eorum non ſit ordinatus ad titulum beneficij permutari, nam tunc non valet permutatio, niſi facta mentione huius tituli, teſtatur Steph. Grat. *diſcept. for. cap.* 159. *num.* 3. ita determinaſſe Sacram Congregationem Concil. die 18. Iulij 1602. & refert Barboſ. *de poteſt. Epiſcopi part.* 2. *alleg.* 19. *num.* 43. contra Ludouiſ. *deciſ.* 441. *num.* 3.

46 Nota ſeptimò, quod quando iuris ordine ſeruato fuit admiſſa per Ordinarium permutatio beneficij Parochialis cum beneficio ſimplici, recipiens beneficium curatum debet ſe ſubijcere nouo examini, non tamen concurſui, ita voluiſſe Sacram Congregationem Rit. teſtatur Garz. *de benef. part.* 9. *cap.* 2. *num.* 165.

47 Quæro an concurrente iuſta cauſa neceſſitatis permittatur Epiſcopo compellere Beneficiatos ad permutandum, vt ſi Rector in ſua Eccleſia non proficiat ob ſcandalum, vel perſecutionem, vel ob aliam ſimilem cauſam, etiam inuitis ipſis Beneficiatis, & contradicentibus?

Reſpondeo, ſi Beneficiati, vel Beneficiatus, cum quo concurrit neceſſitas prædicta poteſt ſupplere per Coadiutorem, non eſt cogendus inuitus ad permutandum, licet ſit enixè exortandus, nam etiam ægrotus, qui inſeruire non poteſt, non eſt cogendus ad reſignandum, vt *tot. titul. de Cler. ægrot.* Si verò non poteſt ſupplere per Coadiutorem, Epiſcopus poteſt illum compellere, etiam inuitum ad permutandum, quamuis neceſſitas proueniat ſine culpa Beneficiati, quia in hoc publica verſatur vtilitas, docent Abb. *in cap. quæſitum nu.* 8. *hoc titul. de rer. permut.* Fed. de Sen. *tract. de permut. benef. quæſt.* 26. *num.* 41. *&* 42. quos refert, & ſequitur Mantic. *de tacit. & ambig. tom.* 2. *lib.* 25. *tit.* 7. *n.* 16. *&* 17. *&* 29.

48 Dubium eſt in hac materia conſideratione dignum, ſi tractantes permutationem beneficiorum, data ſibi fide conuenerunt perficere permutationem coram Ordinario, & ab illo auctoritatem petere, ſi deindè eorum alter ſe pœniteat, & intendit à permutatione diſcedere, an poſſit inuitus compelli ad illam exequendam. Et quod non poſſit compelli facit *cit. cap. quæſitum*, vbi prohibetur omnis conuentio, quæ præcedit permutationem, necnon facit, quia pacta in ſpiritualibus prohibentur, *cap. quam pio* 1. *quæſt.* 2. *& cap. vltimo de pactis*, ergo ſeruari non debet, *l. pacta quæ contra C. de pactis, l. iur. gentium §. prætor ait, & §. & generaliter ff. eodem*, *& l. non dubium C. de legib.*

His tamen non obſtantibus contraria ſententia defendi poteſt, nam pactum, & conuentio prædicta non eſt permutandi ſimpliciter, ſed recipiendi à manu ſuperioris permutationem, vel potius dandi operam, vt ij, qui poſſunt permutationi auctoritatem præſtare, eam interponant, quod nulla lege prohibetur *arg. cap. olim il* 1. *de reſt. ſpoliat. gl. in cap. ad audientiam il* 2. *in verbo renunciantes de reſcrip. & in cap. ſignificatum de præb.* Hinc Feder. de Sen. videtur hanc ſententiam amplexari, dum tenet eum, qui promiſit ſe curaturum, vt permutatio ad effectum perducatur poſſe compelli iudicis officio ſecundum *cit. cap. quæſitum de rer. permut.* ita Fed. *tract. de permut. benef.* 49

Non obſtant in contrarium adducta, nempè in ſpiritualibus prohiberi pactionem, & conuentionem, quia id procedit in conuentione, vel pactione illicita; Sed hic, promiſſio, & pactio eſt dandi operam, vt permutatio fiat cum auctoritate ſuperioris, quod eſt permiſſum per dictum *cap. quæſitum*, probat abundè Barboſ. *de Iur. Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 162. vbi in fine concludit poſſe permutationem tractantes inter ſe pactum inire, ſeque obligare ad perſiſtendum in conuentione, donec ſuperior conſenſum denegauerit, ac proindè eis liberum non eſſe à conuentione recedere, antequam Prælatus conſenſum deneget. 50

Contra hanc ſententiam inſurgit vigoroſa opinio, Imol. *in cap. vltimo num.* 50. *verſ. ſed certè de pactis*, qui noſtram ſententiam tanquam minus tutam damnat, & teſtatur aliud eſſe ſignificare, & oſtendere voluntatem permutandi, nulla præcedente conuentione, quod permittitur, & aliud eſſe paciſci, & ſe adſtringere ad operam præſtandam, vt permutatio perficiatur, quia id videtur eſſe interdictum per dictum *cap. quæſitum* per prohibitionem cuiuslibet pactionis. 51

Sed Imolæ facilè eſt reſpondere, nam iura, quæ prohibent pactiones in permutationibus ſolum intendunt prohibere, ne partes ex ſola auctoritate priuata aliquo modo permutent, ſeu de permutando per conſenſum abſolutè præſtitum, paciſcantur abſque arbitrio ſuperioris, vt conſtat ex *cap. cum olim*, & ex *cap. cum vniuerſorum de rer. permut.* & docet Barboſ. *cit. loc. num.* 161. Sed conuenire, & ſe adſtringere ad operam præſtandam, vt permutatio perficiatur, cum ſubmiſſione ad arbitrium ſuperioris, non eſt facere id propria auctoritate, ergo non eſt prohibitum. 52

Nota octauò, quod ſi quis obtinuit beneficium curatum, vel Canonicatum, & non habet ordinem requiſitum ad tale beneficium, nec illum recepit infra annum, qui ei conceditur per Sacros Canones ad ſe promoueri faciendum ad ordinem requiſitum, ſub pœna priuationis; poteſt, non elapſo integrè anno, licèt ſit in vltima parte, & in termino, ita vt, infra tempus, quod ſupereſt non poſſit promoueri, permutare beneficium prædictum; nam prædictus, cum annus non ſit completus, adhuc habet titulum, quo nondum priuatus eſt, ita Pet. de Vbald. *in tract. de permut. num.* 12. *verſ. decimo quæritur*, And. Gam. *eod. tract. part.* 2. *num.* 97. *& ſeqq.* proindè Ordinarius non poteſt ſub prætextu, quod venit priuandus, denegare auctoritatem, ſi iuſta ſubeſt cauſa permutandi, iuxta ſupra notata. 53

Nota nonò; ſubſiſtente iuſta cauſa, Epiſcopum poſſe ſe auctoritatem præſtare permutationi faciendæ præbendarum inter duos Canonicos eiuſdem Eccleſiæ, nec ſine prædicta auctoritate fieri poſſe huiuſmodi permutationem, vt falſo cenſere aliqui, quorum tamen opinio eſt vera, quando duo Canonici permutant prædia præbendæ, hanc enim ſolum permutationem poſſe facere ſine auctoritate Ordinarij, docent Card. *in pluries cit. cap. quæ-* 54

ſitum

situm num. 2. in 3. notabili, Imol. *in cap. vltimo num. 24. de rer. permut.* Abb. *in eodem cap. quæsitum num. 2.*

55 Quæro, an facta permutatio auctoritate Ordinarij, per ipsum Ordinarium rescindi possit, instante vno ex permutantibus prætextu læsionis, & inæqualitatis fructuum? de qua re satis abundè notatum est 1. *part. annot. vltima ad text. in cap. cum dilecti de emption. & vendit.* vbi etiam est allatus casus practicatus; In quo quæsito indubitatè dicendum est, quòd huiusmodi permutatio, ratione inæqualitatis, siue reddituum, siue onerum non vitiatur, & quamuis in eo posset dubitari de aliqua fraude, cum nemo præsumatur iactare suum, *cap. super hoc de renunc.* nihilominus hæc præsumptio non sufficit ad rescindendam permutationem, vt abundè habetur apud Dec. *consil.* 210. *num. 6. & seqq.* Cagnol. *in l. 2. C. de rescind. vend. num.* 57. & ratio est, quia cum hæc permutatio fiat pro vtilitate, vel necessitate Ecclesiæ principaliter, id solùm debet attendi, quod principaliter agitur, *l. si quis nec causam, ff. si cert. petat.* & non vtilitas, & commodum permutantium.

56 Nec huic sententiæ obstat, quòd in beneficiorum permutatione sit seruanda æqualitas, *cap. 1. & cap. ad quæstiones de rer. permut.* nam id procedit in permutatione facienda, non in permutatione iam facta, quæ rescindi non debet, etiam si vltra dimidiam læsio intercesserit ob rationem prædictam, Anch. *in clem. 1. col. 2. vers. secundò quæro de rer. permut.* Abb. *in cap. quæsitum eodem titul. num. 6.* Dec. *cit. consil. num.* 8. & ideò commodum animarum, non pecuniarum inspicitur, Fel. *in cap. quia verisimile num. 3. de præsumpt.* vbi adducit Rot. *decis.* 140. *alias 2. de rer. permut. in antiq.*

57 Hinc habes, quòd prædicta locum non habent, quando est decepta ipsa Ecclesia, & beneficium, quia tunc permutatio rescindi potest, Cald. *consil. 4. de rer. permut.* Dec. *dict. consil.* 210. *num. 8. & sub vers. tertio principaliter*, Cagnol. *cit. l. 2. num. 57. vers. pro concordia.*

58 Nota decimò, permutationes, & alias simplices resignationes, factas coram Ordinario, vel alio inferiori à Papa, esse reijciendas, vel admittendas, iuxta supradicta, per ipsum Ordinarium collatorem infra terminum vnius mensis; & prouisos teneri publicare prouisionem, & possessionem capere intra tres menses, à die sibi factæ prouisionis, computandos, alioquin prouisio est nulla, & beneficium censetur vacare eo ipso, ita disponitur in Bulla Gregorij XIII. 85. incipiente, *Humano vix iudicio*, sub datum Nonis Ianuarij 1583. Hinc, cæteris requisitis permutationis, addunt DD. publicationem, iuxta formam Bullæ prædictæ, de qua materia tractant Flam. Paris. *de resignat. lib. 11. in præfat.* Qusrant. *in Summ. Bull. verbo beneficiorum resignatorum publicationem*, vbi Prosp. de August. in add. Garz. *de benef. part. 11. cap. 3. §. 4. num. 273. & seqq.* Ricc. *in prax. part. 3. resol.* 332. discipulus eius Nouar. *Summ. Bull. titul. de benef. resignat. publicat.* Lotter. *de re benef. lib. 3. quæst.* 21. Scortia *in selectas Summor. Pontific. constitutiones epit.* 135. Barbos. *de Iure Ecclesi. lib. 3. cap. 15. §. 9. num. 187. & in Summ. Apostolicarum decis. verbo publicatio*, Nouar. *Summ. Bull. 1. part. titul. de benef. resignat. public.* cuius occasione breuiter dicemus aliqua de publicatione hac, iuxta terminos dictæ Bullæ Gregorij, in qua ita disponit Pontifex.

59 Primò, quòd beneficiorum resignationes, & cessiones beneficiorum, seu iurium eorundem, etiam causa permutationis factæ in manibus Papæ, & prouisiones sequutæ publicari debeant cum litteris Apostolicis desuper confectis infra sex menses, si beneficium sit intra montes; si verò vltra montes intra nouem menses à data concessionis gratiæ, non autem à die præstiti super ea consensus numerandos.

60 Secundò, quòd hæc publicatio fiat in Cathedrali Ecclesia, & in Ecclesia beneficij, vel Ecclesijs illius, si plures habeant principales; si autem Ecclesia est ruralis, fiat in Parochiali, & si locus periculosus sit ob non tutum accessum, fiat in proxima Parochiali, dum frequens populus ad Missarum solemnia accedit, palàm exhibendo litteras originales, earumque transumptum authenticum: vtque clara, & intelligibili voce pronuncietur qualitas beneficij, nomen, & cognomen resignantis, & resignatarij: & de his actis exemplum affixum Ecclesiæ relinquatur.

Tertiò, quòd intra dictum tempus resignatarius, seu cessionarius possessionem apprehendere possit vigore litterarum Apostolicarum, sed facta publicatione petere debet ab exequutore earum litterarum Apostolicarum, præsentatis eisdem litteris cum testimonio, seu instrumento publicationis factæ, se in possessionem immitti. 61

Quartò, si quid autem prædictorum omnium omissum fuerit, dictis terminis elapsis, gratiæ, & dispositiones prædictorum beneficiorum, seu iurium, cum omnibus inde sequutis nullæ sunt, & irritæ ipso facto, & beneficia ista intelliguntur vacare in Curia à die resignationis, seu cessionis, neque possunt resignatarij ea beneficia retinere, neque per nouam prouisionem obtinere, sed sunt ad ea inhabiles, & incapaces: sed neque resignantes possunt ea retinere prætextu nullæ resignationis, nec eis suffragatur regula de annali, vel triennali. 62

Quintò talia beneficia non poterunt ab alijs impetrari certo modo, sed eius modus vacationis est specialiter exprimendus nominatis resignantibus, & resignatarijs. Reseruationes tamen pensionum, seu fructuum factæ super his, remanent validæ, dummodò resignantes, in quorum fauorem reseruationes sunt factæ, possessionent eorundem beneficiorum dimiserint. 63

Sextò, si resignationes fiant in manibus Ordinariorum, aut aliorum inferiorum Papæ, etiam causa permutationis, Ordinarij Collatores debent admittere, vel reijcere resignationem intra mensem; At prouisus debet publicare prouisionem, & possessionem capere in forma prædicta intra tres menses à die sibi factæ prouisionis; alioquin illis elapsis, nulla est eius prouisio, & beneficium vacare censetur eo ipso, vt notatum est hic supra *num.* 58. 64

Septimò, Ordinarij, & alij præmissa non perficientes, sunt priuati ea vice potestate disponendi de dictis beneficijs, quæ potestas eo ipso deuoluitur ad Sedem Apostolicam, à qua huiusmodi beneficia concedenda erunt modis, seu conditionibus supradictis; ita Bulla prædicta, quæ in hac materia publicationis resignationum practicatur hodie, illamque satis abundè explicant DD. citati, ad quam. 65

Nota primò, quoad formam in illa traditam, non esse necessarium litteras prouisionis, siue Papæ, siue Ordinarij, legere de verbo ad verbum, & per extensum, sed sufficere plubicare summam dictarum litterarum, & illarum transumptum authenticum exhibere, seu ad valuas Ecclesiæ affigere, ita post alios Garz. *de benef. 11. part. cap. 3. num. 290. & seqq.* Barbos. *cit. loc. de Iure Ecclesi. num.* 195. vbi formularium prædicti Summarij habetur. 66

Debet quoque hæc publicatio fieri alta, & intelligibili voce in Ecclesia, non solùm coram Capitulo, & Clericis in Choro, sed etiam coram populo; vnde facta in Choro coram Canonicis, æstimatur nulla per Flamin. *de resignat. cit. lib. 11. quæst. 6. num.* 41. & per Garz. & Barbos. *cit. loc.* & fuit resolutum *in vna Torentina Canonicatus 12. May* 1689. *coram D. Orano*, & habetur apertè ex verbis citatæ Bullæ, quæ vult, quòd fiat, dum frequens populus ad missarum solemnia conuenerit, quasi quod factum innotescat non solùm Ecclesiasticis, sed etiam sæcularibus. 67

Hæc publicatio non videtur necessariò facienda diebus festiuis; nam id Bulla, *non exigit*, requiri videtur, quòd eo die, quo fit publicatio, conueniat aliqua pars populi in Ecclesia, idque colligitur ex illis verbis Bullæ, *dum frequens populus, &c.* & probatur à fine publicationis, qui est, vt ad notitiam populi perueniat, docet de diebus feriatis, Barbos. *cit. loc. num.* 195. licèt contraria opinio, quòd sit facienda in die festiuo sit satis probabilis; cùm enim certum sit Bullam de hoc non loqui, credendum est se remittere ad id, quòd aliàs est dispositum, sed ante Bullam hæc publicatio erat facienda in die Dominico, aut festo, vt refert Rebuff. *in prax. regul. de publ. resignat. gl. 10. num. 6.* ergo. Idque confirmatur ex verbis Bullæ, quæ dictant publicationem fieri inter Missarum solemnia; solemnitas propriè verificatur in die festo, & vltimò ex communi obseruantia, quæ sic intelligit, & seruat. 68

De loco, in quo facienda est hæc publicatio, sciendum est, illam ante Bullam potuisse fieri in nundinis publico loco, & simili, vt docet idem Rebuff. *cit. loc.* id admit- 69

mittens in platea, in foro, seu loco, in quo Ius redditur in anditorio causarum, & cotam Præside, ita Rebuff. *num. 9.* Sed in terminis buius Bullæ est facienda in Ecclesia, vt ex pluries ibi repetito verbo; *Ecclesia, Ecclesijs*, probatur, & non solùm in Ecclesia, sed inter Missarum solemnia; & hæc opinio practicatur, nibilominus post factum, posset contrarium defendi in puncto iuris; nam in simili materia denunciationum faciendarum ante matrimonium, Concil. Trid. *sess. 24. cap. 1.* determinauit illas faciendas esse in Ecclesia inter Missarum solemnia; & non obstantibus verbis Concil. adhuc DD. defendunt extra Ecclesiam in locis competentibus, vt in prædicationibus, magna populi copia confluente, posse fieri, cum ille sit finis Concilij, vt per denunciationes matrimoniorum perueniant ad multorum notitiam, & huic fini dicitur satisfactum, si publicationes sint factæ extra Ecclesiam, vel Missarum solemnia, dummodò sit competens locus, probat latè Sanch. *de Matrim. lib. 3. disp. 6. num. 9.* vnde à simili potest defendi in casu nostro denunciatio facta extra Ecclesiam, vel Missarum solemnia, dummodò sit competens locus ad tractandum spiritualia, qualis non videtur locus Nundinarum fori sæcularis, & similium apud Rebuff. iuxta sententiam Cardin. *in cap. final. num. 3. vers. quare de Clandest. desponsat.* Hæc opinio licèt videatur probari posse in iure, non est recedendum à prima, iuxta terminos Bullæ.

70 An autem hæc publicatio fieri possit inter Missam solemnem, quæ cantatur in nocte Natiuitatis Domini, non reperitur inter DD. nisi apud Rebuff. *cit. loc. num. 9.* qui loquitur, an fieri possit de nocte, & quia actio nocturna non caret suspicione fraudis, iuxta illud, *qui malè agit, odit lucem*, meritò damnat talem nocturnam publicationem; tamen dicendum est, quòd si abest suspicio prædicta, potest fieri, dummodò concurrat frequens populi numerus, iuxta verba Bullæ prædictæ.

71 Obseruandum est in praxi, hanc Bullam desiderare publicationem huiusmodi, fieri debere ante possessionem, in beneficio obtento vigore litterarum Apostolicarum; ita habes ex illius verbis, *ibi. Tertiò, quod intra dictum tempus gratiam habens, possessionem beneficij, etiam litigiosi, & à cedente non possessi vigore litterarum Apostolicarum desuper confectarum, nec aliàs apprehendere debeat.* Verùm hoc in praxi non seruatur, nam videmus quotidie post possessiones, fieri huiusmodi publicationes, & aliter non reperitur inter nostrates seruatum.

72 Tempus, intra quod debeat fieri ista publicatio, deciditur in Bulla, nempè in resignationibus, cessionibus, & permutationibus, factis coram Papa, infra sex menses, si beneficium sit intra montes, si extra, intra nouem; si permutatio, vel resignatio fit facta coram Ordinario, intra tres menses. In quibus terminis notandum est, quod termini prædicti non currunt impedito, tenet Nauar. *consil. 3. de renunciat.* contra quem tenet Paris. *de resignat. lib. 11. quæst. 4. num. 34. & 85.* quæ opiniones conciliantur, vt illa Nauarri procedat in foro conscientiæ, vt testatur idem Paris. *quæst. 13. num. 111.* ista Paris. procedat in foro fori, in quibus terminis ipse loquitur, & tenet, quòd prædictum tempus, non solùm currat impedito, sed etiam ignoranti, & minori, idem Paris. *cit. loc. quæst. 4. num. 34. & 85.* P. Thesaur. *in prax. Ecclesiast. part. 2. verbo resignationes cap. 4. vers. limita secundò*; & etiam currit contra minorem 14. annorum, cum quo Papa dispensauit ad obtinendum beneficium, etiam data ignorantia ex parte minoris, ita post Paris. & Prosp. de August. quos refert, & sequitur Barbos. *de Iur. Ecclef. lib. 3. cap. 15. num. 158. in fin.*

73 Dicitur in Bulla prædicta, hoc tempus currere à die concessionis gratiæ; id tamen intelligitur à die expeditionis litterarum, secundum Paris. *cit. loc. quæst. 13. num. 119. & 124.* P. Thes. *cit. loc. vers. vltimò*, idest à die datæ litterarum, vt post Rot. *decis. 287. part. 2. diuers.* notat Nouar. *Summ. Bull. 1. part. titul. de benef. resignat. publ. num. 17.*

74 Prædictum tempus adeò restringitur, vt publicatio facta extra illud, non suffragetur, & est nulla, ita decisum fuisse *in vna Zamoren. beneficij de morales 28. Iun. 1576. coram D. Corduba*, testatur Garz. *de benef. part. 11. cap. 3. num. 304.* Seraph. *decis. 1363. n. 1.* Lotter. *lib. 3. quæst. 21. num. 36.* ita vt in hoc, non possit purgari mora, tenet Nouar. *Summ. Bull. 1. part. titul. de benef. resignat. publ. num. 13.*

75 Solet tamen post lapsum huius temporis, & publicatione non facta, Papa concedere restitutionem, verùm ad hoc, vt restitutio ipsa ad publicandum, valida sit, & suffragetur, debet, eam obtinens, mentionem facere de pendentia litis, si quæ sit, iuxta decisa *in cap. 1. vt lit. pend. & cap. causam quæ, de testib.* fuit dictum *in vna Pacen. Cappellan. 16. Februarij 1598. coram D. Pamphilio*, quam refert Garz. *cit. loc. num. 304.* De prorogatione huius termini facienda per Papam, vide Barbos. *cit. loc. num. 194.* Nouar. *cit. loc. num. 71.* vbi obseruat, quòd Papa concedendo hanc restitutionem in integrum, semper vtitur clausula, *dummodo alteri non sit ius quæsitum*, quæ clausula semper subintelligitur, etiam si non esset apposita.

76 Ordinarius verò, elapso tempore ad publicandum in resignationibus, factis coram eo, non potest restituere aduersus publicationem non factam, quamuis prouisus esset minor; cui etiam tempus prædictum currere dictum est, & hoc probatur ex verbis ipsius Bullæ, quæ disponit, vt elapso tempore, Beneficium eo ipso vacare censeatur dispositioni Sedis Apostolicæ.

77 Ante expeditionem litterarum, publicationem, non posse fieri indubitatum est, nam Bulla prædicta disponit publicationem faciendam esse cum litteris ipsis originalibus prouisionis, vel cum earum transumpto, iuxta sententiam Rot. *in vna Vercellen. Canonicatus 23. Ian. 1598. coram D. Corduba, & in Mediolanen. Beneficij 14. Aprilis 1614.*

78 Dubitatur, an publicatio sit facienda, quando resignatio, vel permutatio est nota Populo; in qua dubitatione dici posset, quod cum publicatio sit inducta ad notificandam resignationem, vel permutationem populo, frustra fiat, quando illa est notoria, & pro hac opinione senserunt Paris. *consil. 39. num. 54. lib. 4.* Cassad. *super regul. decis. 26.* Mandos. ad Roman. *consil. 433. in prima addit. in fin.* Verùm opinio contraria, videlicet quod sit publicanda etiam notoria, veritati consonat, & seruatur in praxi, aliàs tempore ad publicandum elapso, procedunt pœnæ, de quibus in Bulla, tenet Gomes. *de public. resignat. quæst. 9. col. 2. post principium vers. tertius est effectus fol. 481.* Paris. *de resignat. Benefic. lib. 11. quæst. 6. num. 81.* Grat. *discept. forens. cap. 596. num. 8. & 9.* probat validè Lotter. *de re Benef. lib. 3. q. 21. n. 2. & seqq.* vbi respondens contrarijs, dicit illos loqui in terminis regulæ de resignandis publicationibus ante Bullam: & ratio est, quia cum sit inducta forma publicationis in Bulla, vt probatur ex verbis illius ibi, *quod si quidquam prædictorum omnium omissum fuerit, &c.* illa non potest per æquipollens adimpleri, nec ab ea recedi potest sub prætextu causæ præexistentis *l. cum ij §. si præter ff. de transactionib.* Bald. *consil. 198. num. 1. lib. 5.* ex qua ratione non est damnanda opinio prædictorum, contrarium tenentium ante Bullam; nam tunc temporis publicatio non erat inducta pro forma resignationis, vel permutationis, & ideò dicebatur satisfactum per præcedentem notitiam, secundum Cassad. & Paris. *cit. loc.*

79 Hæc publicatio est facienda in permutationibus, resignationibus, & cessionibus quorumcunque beneficiorum, ita vt sit facienda, etiam in Dignitatibus, Episcopatu inferioribus, vt sunt Abbatiæ, & similia, etiam si Consistorialia sint, solita conferri extra Consistorium, ita Paris. *lib. 11. quæst. 3.* Barbos. *de Iure Ecclef. lib. 3. cap. 15. sub num. 191.* Est quoque facienda in beneficijs commendatis, & de iurepatronatus secundum Paris. *cit. loc. quæst. 5. num. 2.* Seraph. *decis. 1289.* Nouar. *Summ. Bull. titul. de benef. resignat. public. num. 9.* Similiter est facienda in resignationibus permutationibus, & cessionibus Hospitalium, tam ijs quæ dantur in titulum, quàm quæ dantur in administrationem, Paris. *cit. loc. quæst. 3. n. 41.* Prosp. de August. ad Quarant. *in Summ. Bull. verbo benef. resignat. publicat. vers. quarto amplia*, Nouar. *cit. loc. n. 8.* Lotter. *de re Benef. lib. 3. quæst. 21. num. 27. & 28.* vbi loquitur de iure patronatus, & hospitalibus, Rot. *decis. 662. num. 1. & seqq. & 666. num. 1. part. 4. diuers.* Seraph. *decis. 1309. num. 1. & 4.* Vlterius est facienda in beneficijs Regularibus quibuscunque Paris. *cit. loc. quæst. 3. num. 86.*

Nouar.

Nouar. *cit. loc. num.* 6. Barbos. *de Iure Eccles. cit. cap.* 15. *sub num.* 191. Item est facienda in beneficijs simplicibus, vel alijs, etiam parui redditus, & in beneficijs ad nutum amouibilibus, Nouar. *cit. loc. num.* 10. & 14. Barbos. *in Summ. Apostolicarum decis. verbo publicatio num.* 4. & 5.

80 Est quoque facienda hæc publicatio in simplici resignatione, seu dimissione facta in manibus Ordinarij, quia in ea adhuc subest suspicio fraudis, quæ publicatio in tali casu, etiam ante Bulla Gregorij erat necessaria, tenet Rota *diuers. p.* 4. *cit. decis.* 662. *n.* 1. & *seqq.* & *decis.* 666. Seraph. *cit. decis.* 1309. quos ad id allegat, & sequitur Lotter. *cit. loc. num.* 9. Nouar. *Summ. Bull.* 1. *part. titul. de benef. resignat. public. num.* 2.

81 Item est facienda publicatio in resignationibus, & permutationibus nullis, & inualidis, disponit ipsa Bulla Greg. *etiam si illæ alias nullæ, & inualidæ essent*, notat Garz. *cit. cap.* 3. *num.* 276. quod tamen limitandum primò est in resignatione nulla ex defectu consensus, quæ resignationis nomen non meretur, vt idem Garz. *num.* 279. Nouar. *Summ. Bull. loc. cit. num.* 3. & 4. Secundò limitandum est quando resignatio est nulla, ex quo resignans in sacris constitutus aliundè non habet, vnde viuere possit, Barbos. *cit. verbo publicatio sub num.* 6.

82 Similiter publicatio est necessariò facienda ab impetrante, ob non factam publicationem, quia ipse tenetur publicare, ita Seraph. *decis.* 1064. *num.* 5. Garz. *cit. cap.* 3. *num.* 301. Lotter. *cit. quæst.* 21. *num.* 22. Coccin. *decis.* 458. *num.* 1. Barbos. *cit. verbo publicatio num.* 6. *in fin.* & *de Iur. Eccles. cit. cap.* 15. *num.* 192.

83 Non est tamen necessaria publicatio, nec locum habet Constitutio Gregorij pluries citata, primò in simplici resignatione, seu dimissione facta in manibus Papæ, & in omni alia, quæ non est facta ad fauorem, in eiusdem manibus, fuit decisum per Rot. *in recent. decis.* 296. *num.* 4. *ad fin. part.* 2. vbi dicitur ita seruari, & *in Feltren. Parochialis* 9. *Nouembris* 1600. *coram D. Cardinali Lancellotto, quæ est inter diuers. decis.* 599. *part.* 4. Secundò non est necessaria in simplici cessione, facta ad fauorem eius, qui existebat in possessione, nam in tali casu, nec etiam est necessaria expeditio litterarum, sine quibus publicatio fieri non potest, ita Paris. *de resignat. benefic. lib.* 11. *quæst.* 5. *sub num.* 58. vbi plures decisiones allegat Caualer. *decis.* 458. *num.* 4. & 5. Tertiò locum non habet publicatio, nec illa est necessariò facienda in impetratione beneficij, facta per dimissionem, ob assecutionem alterius incompatibilis, Garz. *cit. cap.* 3. *num.* 334. Barbos. *cit. cap.* 15. *nu.* 193. Quartò non est necessariò facienda, quando transfertur pensio in aliquem, Gomes. *in regul. de publicand. quæst.* 10. Prosp. de August. ad Quarant. *verbo benef. resignat. publ. vers. secundo limita*. Quintò non est necessaria publicatio in coadiutoria, etiam concessa per Papam cum futura successione, Mandos. *de signat. grat. titul. de coadiut. verbo si Papa*, Nouar. *Summ. Bull. verbo benefic. resignat. num.* 18. Leiua *in examin. Episcop. lib.* 4. & 58. *num.* 6. qui tamen tenet securius esse illam publicare; verùm parum curat de hac securitate praxis. Sextò non est necessaria publicatio in cessione Episcopatus, & Archiepiscopatus, docet Paris. *cit. lib.* 11. *quæst.* 3. *per totum*, Barbos. *cit. cap.* 15. *sub num.* 191. Septimò non est necessaria publicatio, quando resignatarius, vel alius, qui ad publicandum tenebatur, decesserit infra tempus ad publicandum, itavt nec successor teneatur ad publicandum, ita Nouar. *cit. loc. num.* 19. Barbos. *dict. cap.* 15. *sub num.* 193. *propè finem*. Octauò non est necessaria publicatio, quando prouisus non cœpit possessionem ex resignatione, sed ex alia vacatione, propter clausulas appositas in literis, *siue præmisso, siue alio quouis modo vacauerit*, fuit dictum in *vna Tudertina commenda* 8. *Iunij* 1590. *coram D. Pamphilio*, & *in Verdunen. Canonicatus* 13. *Maij* 1596. *coram eodem*, quam adducit Garz. *cit. cap.* 3. *num.* 332. Nonò publicatio huiusmodi non est necessaria, quoties prætextu legitimi impedimenti, publicatio fieri non potest, vt disponit ipsa Constitutio, notatum est supra, & docent Prosp. de August. ad Quarant. *cit. loc. vers.* 3. *limita*, Nouar. *vbi supra n.* 25. Sayr. *decis.* 4. *de Renunciat.* Vltimò non est necessaria publicatio in alijs casibus adductis per Barbos. *de Iure Eccles. lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 193. & *in Summ. Apostolicarum decis. verbo publicatio num.* 7.

Aduerte, quod hæc publicatio non est facienda necessario ab vtroque permutante, vel à resignante, & resignatario; sufficit enim, quod alter publicet, iuxta tamen formam cit. Constitutionis Gregorij, tenet post Garz. Barbos. *cit. loc. cap.* 15. *num.* 193. *in fin.* Nouar. *Summ. Bullar. titul. de benefic. resignat. public. num.* 28. 1. *part.* 84

Nec est necessaria publicatio, quando facta est resignatio beneficij, quod fuit vnitum, voluit Rot. *in Mediolanen. Beneficij* 11. *Decembris* 1595. *coram D. Corduba*, & *in alia Mediolanen. Parochialis* 26. *Octobris* 1598. *coram D. Seraphino inter decisiones eiusdem* 1297. 85

Hæc publicatio, si omittatur intra tempus præscriptum in dicta Bulla Gregorij, disponitur ibidem, beneficia vacare eo ipso, & esse reseruata Sedi Apostolicæ, etiam si sit omissa publicatio beneficiorum resignatorum, vel permutatorum in manibus Ordinarij, iuxta verba Bullæ in fine, notant omnes, præsertim Gonzal. *ad regul. de mensib. gl.* 15. *num.* 85. & *seqq. diximus annot. præcedenti*. Hinc elapso tempore prædicto, ac publicatione non facta, posse beneficium impetrari, docent communiter DD. Verùm quia, tota gratia impetrationis factæ, ob non publicationem prædictam, & fundamentum intentionis impetrantis, consistit in hac negatione, meritò adstringitur impetrans ad verificandum, publicationem non fuisse factam, ad hoc, vt possit ab executore in possessionem immitti, docent communiter DD. præsertim Garz. *cit. loc. num.* 308. Ludouis. *decis.* 210. Nouar. *cit. loc. num.* 29. qui testantur hanc probationem, plenè, & concludenter faciendam esse, nec sufficere præsumptiones ad illam probandam. Vnde si impetrans in tali casu, doceret de publicatione facta per aduersarium extra tempus, non per hoc diceretur fundasse suam intentionem plenè, & concludenter, quia cum hic actus sit iterabilis, potest esse, quod fuisset facta alia in tempore; nec potest dici, si præcessisset publicatio in tempore, non fuisset facta alia extra tempus, quia hæc est præsumptio, & verisimilitudo, quæ non probat in hac materia Ludouis. *cit. decis.* 210. *num.* 10. & voluit Rot. *in Palentina*, & *Oxomen. Præstimoniorum coram Penia* allata per Garz. *cit. loc. n.* 330. Concludunt igitur non alio, nisi duplici modo probari posse publicationem non factam; videlicet per confessionem eius, qui publicare tenebatur, aut per probationem, Bullas fuisse expeditas post tempus datum ad publicandum, & hæc secunda probatio est validior quia concludit publicationem non fuisse, iuxta formam Bullæ, quæ exigit publicationem fieri cum literis prouisionis, ita Ludouis. *decis. cit.* 210. *num. vltimo*, Garz. *cit. loc. decis.* 316. Lotter. *lib.* 3. *quæst.* 21. *num.* 15. *cum seqq.* fusè Barbos. *de Iure Eccles. lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 199. Nouar. *cit. loc. num.* 29. 86

Vltimò notandum est, de hac materia publicationis resignationis, extare aliam Bullam Pij V. quæ est abrogata per hanc Bullam Gregorij XIII. vt latè probat Marescott. *variar. resol. lib.* 1. *cap.* 51. *per totum*. 87

Non tamen est prætermittendum, impedimentum, & difficultatem, excusare non facientem publicationem intra tempus statutum, si impeditus adhibuerit diligentias, etiam si non sit protestatus, Medic. *decis. Flor.* 9. Verall. *decis.* 2. *verbo impedimentum*, Rot. *decis.* 282. *part.* 2. *in nouis.* latè Nouar. *Sum. Bull.* 1. *part. titul. de Benef. resign. publicat. n.* 25. 88



OBSER-

OBSERVATIONES D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Permutationis beneficiorum quando sit fraudulenta explicatur Constitutio B. Pij V.*
2 *Fraudis coniecturæ adducuntur.*
3 *Quid de permutatione coram Papa.*
4 *Differentia inter permutationem coram Ordinario, & illam coram Papa. Et quando dicatur adesse præiudicium tertij exempla.*

1 SVper materia permutationis beneficiorum pro fraude, & inualiditate actus adest Constitutio 58. B. Pij V. inter beneficia inæqualia, apud Merlin. *decis.* 176. *num.* 3. Ac etiam de iure communi in permutatione facta inter duo beneficia, quorum vnum sit pinguius, alterum verò exigui valoris inesse dicitur præsumpta fraus, Abb. *in cap. quia verisimile nu.* 1. *de præs.* Menoch. *lib.* 6. *præsumpt.* 78. *num.* 8. Lotter. *lib.* 9. *q.* 31. *num.* 28.

2 Fortius concurrentibus alijs circumstantijs eadem fraudem redolentibus, vt sunt inæqualitas ætatis, ac valetudinis, & coniunctio sanguinis, quæ apud Lotter. & alios considerari solent etiam singulæ pro fraudis coniectura.

Accedenti etiam altera notabili coniectura fraudis, quod beneficium exigui valoris de recenti erectum fuerit, & sic affectatè ad id præordinatum, Card. de Luca *de benefic. discurs.* 40. *num.* 5.

3 Quoad Constitutionem B. Pij V. quoties agitur de permutatione coram Papa, illa percutit casum, in quo permutatio fiat de beneficio vero, & pingui cum beneficio aereo, ac in rerum natura non existente, quod per Beneficialistas dici solet, *Beneficium de Pertica*, vt declarauit Rota coram Merlin. *decis.* 329. edita in eadem causa, in qua prodijt *d. decis.* 176. *Merlin.*

Beneuerùm licet *d. decis.* 329. sit confirmatoria super puncto nullitatis permutationis *d. præcedentis decis.* 176. Attamen id prouenit ex alio defectu non publicationis ad formam Constitutionis Gregor. XIII. *de publicandis resignationibus*, quæ etiam locum habet in permutationibus. Sed quoad d. punctum Constitutionis Pianæ, quando beneficium licet exiguum, & inæquale esset verum, & reale, nullum constituitur fundamentum.

4 Quo verò ad præsumptiones fraudis, & affectationis rectè procedunt illæ in permutatione facta coram Ordinario, vel alio inferiore collatore ad id potestatem habente. Vel etiam rectè procedunt in permutatione facta coram Papa, si exinde resultaret formale præiudicium tertij, in cuius fraudem actus fieret, vt frequenter eueniebat antiquitus, quando erant magis in vsu gratiæ expectatiuæ, aut in fraudem coadiutoris. Siue etiam vbi actus contineret præiudicium patronorum, & ius præsentandi habentium nulla illius facta mentione.

Secus cessante d. præiudicio tertij non habentis expectatiuam, & iurispatronatus fuit facta mentio cum eius derogatione pro hac vice, tunc enim ob auctoritatem Papæ scientis inæqualitatem sibi narratam, & tamen permutationem admittentis suspicio, & mala præsumptio purgata remanet, Lotter. *vbi sup. num.* 29. *& lib.* 2. *q.* 14. *num.* 79. Merlin. *d. decis.* 329. *num.* 20.

Permutationes coram Papa de facili admittuntur etiam in beneficijs de iurepatronatus facta mentione illius cum expressa, vel implicita derogatione, eo quia non reputatur præiudicium considerabile ob possibilem contingentiam, quod beneficium possit prius vacare per mortem vnius, quam alterius, *vt in decis.* 162. *num.* 48. *part.* 12. *recent.*

Omissa mentio coniunctionis sanguinis in permutationibus causat nullitatem, quoties permutatio fit coram Ordinario, vel alio inferiore collatore, Card. de Luca *vbi sup. discurs.* 40. *n.* 16.

Grauis ætas, vel mala valetudo vnius ex permutantibus neque attenditur in permutationibus coram Papa, sed solum attenditur *regula* 20. *de infirm. resignat.* Luca *vbi sup. num.* 17.

ANNOTATIO V.

De Collatione Parochialium.

ARGVMENTVM.

Notatur §. I. Vacante Ecclesia Parochiali Episcopum in ea debere deputare Vicarium, & quem, & cum qua portione fructuum. Insuper debere Episcopum proponere edicta pro Concursu; intra quod tempus, & quem terminum continere debeant edicta; vbi affigenda; Elapso termino, debere concursum celebrare coram se, vel eius Vicario; quid si Collatio ad inferiorem spectet; Ad id adhibere ad minus tres Examinatores Synodales, qui quomodo eligi, & iurare debeant. Quid si electi decedant infra annum Synodi. Quomodo, & quando possit fieri subrogatio aliorum. Examinatores quomodo denuncient idoneos Episcopo, & quomodo dent sua vota. Quid si sunt paria, & quomodo aliquid recipere ab examinatis prohibeantur, & alia de Examinatoribus.

§. II. Collatione Parochialis, factam contra formam Concilij, & Bullæ Pij V. esse nullam, & beneficium non posse retineri, sed vacare ipso iure. Examinandam esse per concursum personam, quamuis notoriè idoneam, & in Iure patronatu Ecclesiastico, quid in laicali, ad quod quomodo, & quando patroni teneantur præsentare magis idoneum, & alia de Iurepatronatus. Quæ Beneficia Curata possunt conferri sine concursu, & cum quo examine. Quid si Collatio spectet ad Papam. Collationem huius Beneficij faciendam esse digniori, & aliàs facta, quando est locus appellationi, & peccet Collator. Multa de hac appellatione, & alia ad materiam.

SVMMARIVM.

1 *Bvlla Pij V. quid statuat circa collationem Parochialium, & qui DD. materiam exagitent, num.* 2.
3 *Vicarius parochiali vacanti constituendus ab Episcopo, vel Vicario etiam Capitulari, num.* 5. *Quid si collatio ad alium spectet, num.* 4.
6 *Vicarius parochiali vacanti an deputetur. Quid si Parochus habeat Cappellanum coadiutorem, num.* 7.
8 *Vicarius parochiali, in defectu, potest constitui vicinior Parochus.*
9 *Vicario parochialis assignanda congrua portio, quando non.*
10 *Vicarij deputationem omittere, an vitiet concursum, & prouisionem.*
11 *Vicarius parochialis, deputari non potest magis idoneus reputatus in concursu, pro collatione facienda per Papam.*
12 *Concursui parochialis præcedere debet nominatio, vel edictum.*
13 *Concursu habendi edictum, quod tempus continere debeat, an continuo affixum, num.* 14. *& quod nam tempus conuocationis, num.* 15.
16 *Concurrentes consultius se scribant, licet re integra, admittendi etiam non scripti, & num.* 20.

17 *Con-*

17 *Concurrens, citatus per edictum, sine assignatione diei, de die personaliter notificandus.*

18 *Concurrentes à quibus examinandi, & quot.*

19 *Concursus habitus ante lapsum termini, an valeat.*

21 *Concursus habendus coram Episcopo non impedito de conuenientia, non præcisè.*

22 *Concursus Episcopo, vel Vicario committitur à quocunque sit conferenda parochialis. Quid in Abbate habente Iurisdictionem episcopalem.*

23 *Concursus parochialis litigiosa inter Episcopum, & Abbatem, coram quo habendus.*

24 *Concursus parochialis, existentis intra fines iurisdictionis Abbatis, quando coram ipso habendus, vel non. Quid si de finibus non constet, vel nondum Synodum congregauerit, num. 26.*

25 *Concursus parochialis, spectantis ad collationem Episcopi, non potest coram ipso haberi, si illa existat in alterius diœcesi.*

27 *Concursu facto, Episcopus Collatori vnum magis, vel plures aquè idoneos significare potest.*

28 *Examinatores pro concursu parochialis, non pauciores tribus, & Synodales esse debent. Quid si adhibeatur non Synodalis.*

29 *Examinatores Synodales quot deputandi. Et quod etiam vsque ad 20. num. 33.*

30 *Examinatores debent in vltima Synodo esse approbati. Quid si aliquis non.*

31 *Examinatores deputandi in Synodo vera, & formali. Quando talis non sit.*

32 *Examinatores dicuntur eligi contra formam Concilij, si pauciores sex. Vnde concursus nullus, etsi plures tribus adhibeantur.*

34 *Examinatores Synodales à Synodo approbandi, & quomodo.*

35 *Examinatores in Synodo nominatim exprimendi, nisi genus exprimeret personas.*

36 *Examinatores, qui eligendi, etiam quod habeant vota paria.*

37 *Examinatores de forma iurare debent, & qualiter num. 38. Et quod etiam extra Synodum, num. 39.*

40 *Examinatores condemnati, de delicto irrogante infamiam, nisi appellauerint, non vocandi ad examen.*

41 *Examinatoribus mortuis, vel absentibus, quid aget Episcopus.*

42 *Examinatores, quando non potest Episcopus eligere. Et quando eorum officium expires, num. 43.*

44 *Examinatorum subrogatorum qualitates, quæ.*

45 *Examinatores habere qualitatem Synodalitatis, statur dicto Episcopi.*

46 *Examinatores, de quibus qualitatibus concurrentium, Episcopum informare debeant: Et quomodo, & quod non tantum de scientia, num. 47.*

48 *Examinatores, pro informando Episcopo sufficit, quod extraiudicialiter se informent.*

49 *Examinatores, magis idoneum, an omnes idoneos Episcopo denunciare debeant; quid si Episcopus pro instructione id petat, num. 50.*

51 *Examinatoribus pariter approbantibus, vel reprobantibus, Episcopus, vel Vicarius vni accedere potest. Vbi casus de votis singularibus reprobatur.*

52 *Examinatores dant vota, dum simul sunt congregati: sicut & Episcopus quando accedit, & melius palàm, quam secretò, num. 53.*

54 *Examinatores nec ante, nec post, pro examine aliquid recipere possunt.*

55 *Examinatoribus, an aliquid dandum ex fructibus beneficij vacantis.*

ANNOTATIO V.

§. I.

Ad Bullam Pij V. incipient. in conferendis.

1 PIus V. hac sua Constitutione, sub datum Romæ quinto Kalend. Aprilis 1567. 33. in Bullario nouo apud Cherub. in Bullario *tom. 2. fol.* 219. in Collatione Ecclesiarum Parochialium, hæc seruari mandauit, primò vt seruetur dispositio Sacri Concilij Trid. *sess. 24. cap.* 18. *de refor.* quæ si seruata non fuerit Collatio, non valeat, & beneficium deuoluatur conferendum eo ipso ad Sedem Apostolicam. Secundò, quod vacans Ecclesia Parochialis in mense Ordinarij, per ipsum Ordinarium, seruata forma Concilij conferatur infra sex menses, aliàs deuolutio illius Collationis ad Sedem Apostolicam fiat. Tertiò, quod si vacauerit in Mense Apostolico, teneatur Ordinarius, præuio concursu ad præscriptum Sacri Concilij significare Sedi Apostolicæ magis idoneum, quem in concursu ipse Ordinarius elegerit, vel si alter Collatio spectat Collatori, infra menses quatuor, aliàs Sedes Apostolica, vel alius Collator potest conferre sine concursu Ordinarij. Quartò, si Ecclesia Parochialis sit de Iure patronatus, quod patroni teneantur præsentare, infra tempus à iure illis concessum, & præsentatus, teneatur institutionem petere, infra duos menses; quod si is, ad quem spectat institutio, illam distulerit, patroni possint ad Metropolitanum, vel viciniorem Episcopum, vel Papam recursum habere pro huiusmodi institutione. Quintò, quod Ordinarij non possint prorogare terminum eis, vel patronis datum, decem dierum à Concil. Trid. ad nominandos idoneos Clericos, coram deputatis Examinatoribus, vltra alios decem dies. Sextò, quod Parochiales dignioribus conferantur, & ad illas eligantur; aliàs si minus dignus, prætermisso digniore, fuerit electus, dignior potest à mala electione ad Metropolitanum, vel si Metropolitanus fuerit, vel exemptus, ad viciniorem Episcopum, vti Sedis Apostolicæ delegatum, vel ad Sedem Apostolicam appellare; & si coram iudice appellationis constiterit per nouum examen de prioris eligentis, irrationabili iudicio, potest Collatio reuocari, interim verò appellatio deuoluit, non suspendit negotium, & Collationem faciendam; & à iudice appellationis, ad Sedem Apostolicam appellatur. Vltimò Bulla annullat, & irritat quicquid contra disposita, actum fuerit.

De hac materia prouisionis Ecclesiæ Parochialis, tra- a
ctant Archiep. Bononien. *part. 4. de examine per concursum fol.* 446. *& seqq.* Fusc. *de visit. lib. 2. cap.* 5. Flamin. Paris. *de resignat. benef. lib.* 1. *quæst.* 7. *num.* 7. *& lib.* 8. *quæst.* 9. *num.* 77. *& seqq.* Gonzal. *ad regul. de mensib. gl.* 6. *num.* 121. *cum seqq.* Piasec. *in prax. par.* 2. *cap.* 5. *num.* 17. *& seqq.* Vgol. *de potest. Episcopi cap.* 50. §. 3. *cum seqq.* Ricc. *in prax. vltim. impress.* 1. *par. resol.* 362. *& seqq. & in collect. decis. collect.* 1562. *&* 1569. Campanil. *diuers. iur. Canon. rub.* 5. *cap.* 3. *num.* 9. *& seqq.* Garz. *de Benef. par.* 9. *cap.* 2. *num.* 103. *& seqq.* Nouar. *nou. iur. Pontif. pract. conclus. titul. de concurs. in Collat. Parochial. necess. conclus.* 1. *alias* 65. *& seqq.* alter Nouar. frater *in Summ. Bull. titul. de concursu*, Anas. Germo. *de indultis Cardinalium* §. *quibusuis num.* 8. *& seqq.* Filiucc. *quæst. moral. tom.* 3. *tract.* 41. *de benef. cap.* 4. *num.* 134. *cum seqq.* Leo Thes. *For. Eccles. par.* 11. *cap.* 3. *num.* 23. *& seqq.* Aldan. *compend. Canon. resol. lib.* 3. *titul.* 9. Sell. *select. Canon. cap.* 52. Barbos. *de off. & potest. Episcopi par.* 3. *alleg.* 60. *& de off. & potest. Paroch. cap.* 2. *& in Summ. Apostolicarum decis. verbo Concursus*, Massobr. *in prax. habend. concurs. ad Paroch.* Quaranr. *in Summ. Bull. verbo Parochialium beneficiorum collat.* Cencd. *ad decret. Collect.* 15. Genuens. *in prax. cap.* 66. *secundum vltim. impress.* Petr. de Ledesma *in Summ. part.* 2. *tract.* 7. *cap.* 1. *concl.* 7. *in princip. & præcip. diffic.* 13. *cum seqq.* Lotter. *de re Benef. lib.* 2. *quæst.* 31. Lel. Zech. *de repub. Eccles. cap.* 28. *de Parocho*, Gutier. *Canon. lib.* 2. *cap.* 11. Maceraten. *variar. resol. lib.* 1. *resol.* 62. *num.* 6. *& seqq.* & alij, in qua materia notandum duxi pauca ad vsum frequentiora, ad præscriptum dictæ Bullæ.

Nota primò Bullam hanc, in prima eius parte expresse 3
præcipere seruandum esse Concil. Trid. *cit. cap.* 18. *sess.* 24. *de ref.* in prouisione, & Collatione beneficij Curati, in quo loco Concil. 1. disponit, quod vacante Ecclesia Parochiali, quocunque modo, etiam si illius Collatio reseruata sit generaliter, vel specialiter, etiam vigore indulti ad fauorem S. Roman. Eccles. Cardinalium, Episcopus debeat statim habita notitia vacationis Ecclesiæ, idoneum Vicarium in ea constituere, cum congrua fructuum assignatione, eius arbitrio, qui onera ipsius Ecclesiæ substineat, ita Concil. quam constitutionem posse

differri à die notitiæ, vſque ad tres dies, tenet Maſſob, *cit. loc. requiſ. 1. dub. 14.* & ſemel ſactam non poſſe mutari Maſſob. *citat. loc. dub. 27.*

4 Hæc autem deputatio Vicarij Eccleſiæ Parochiali vacanti, ſolum ad Epiſcopum ſpectat, etiam ſi Collatio ſpectet ad inferiorem; ita Pariſ. *de reſign. lib. 8. quæſt. 9.* vel alio modo Collatio ſpectet ad Prælatum exemptum, vt poſt Garz. *de benef. par. 4. cap. 5. num. 8.* qui teſtatur de mente Congregationis, docet Lotter. *de re Benef. lib. 2. quæſt. 31. num. 12.* dummodo Prælatus, cui competit Collatio, non habeat Iuriſdictionem, ordinariam Epiſcopalem, & temporalem in Parochos, & Parochianos priuatiuè quoad Epiſcopum, cum territorio diſtincto, nam tunc dicitur Ordinarius, & habet omnia iura Epiſcopalia, iuxtà dicta per Abb. *in Clem. Diæceſanis de vit. & honeſt. Cler.* & proinde ad ipſum, & non ad alium Epiſcopum ſpectat huiuſmodi deputatio Vicarij, ita Anaſ. Germon. & Flam. Pariſ. quos refert, & ſequitur Garz. *de Benef. par. 9. cap. 2. num. 129.* Lotter. *citat. loc. num. 13.*

5 Hæc depitatio, non ſolum per Epiſcopum fieri poteſt, ſed etiam per eius Vicarium Generalem Garz. *cit. loco num. 128.* & etiam per Vicarium Capitularem, ad quem omnem iuriſdictionem Epiſcopalem tranſire certum eſt, & dicemus ſuo loco particulari, tenet ex mente Sacræ Congreg. Garz. *cit. loc. num. 8.*

6 Huiuſmodi verò deputatio Vicarij, eſt omnino facienda, durante vacatione, non obſtantibus verbis illis Concilij Trid. *ibi, ſi opus fuerit*, nam illa verba diriguntur, non ad ipſam deputationem, ſed ad modum prouidendi Eccleſiam vacantem de Presbytero, qui inſeruiat, vt Vicarius, Mercenarius, vel alius presbyter eiuſdem Eccleſiæ, ita citatis locis Garz. *num. 13.* & Lotter. *num. 2.*

7 Vnde eſt, quod ſi Eccleſia Parochialis habeat Rectorem, cui principaliter incumbit cura animarum, & Capellanum, qui tenetur Rectorem coadiuuare in cura animarum, deficiente Rectore, Capellanus dicitur eo ipſo Vicarius, durante vacatione, & illi incumbit onus inſeruiendi, & in hoc caſu adaptantur benè illa verba Concilij *ſi opus fuerit*, nam non eſt opus prouidere de alio Vicario, dum adeſt perpetuò conſtitutus; & cum Capellanus coadiuuare teneatur Rectorem, ex ſui inſtitutione, & proprium Coadiutoris ſit deficiente, aut infirmante Coadiuto, inſeruire, Nauar. *conſil. 2. num. 5. de Cler. Ægrot.* Garz. *cit. loc. part. 4. cap. 5. num. 18.* ſequitur, quod vacante Rectoria, quæ habet Capellanum, non ſit opus alio Vicario; & ita voluit Sacra Congregatio in declaratione ad *cit. cap. 18.* Concilij Trid. adducta per Garz. *cit. loc. par. 9. cap. 2. num. 13. ad fin.* in illis verbis, *Ad ſecundum dum eo nempe, qui in eadem Eccleſia poſſent adeſſe miniſtri Sacramentorum, qui interea curam quoque illam, quæ ad defunctum ſpectabat exercerent, &c.* ſequitur, & in fine concludit, *non opus eſſe conſtituere alium Vicarium.*

8 Aduertendum eſt, quod ſi Epiſcopus, non inueniat alium presbyterum habilem, quem poſſit deputare Vicarium Eccleſiæ Parrochiali vacanti, poteſt ad id vti miniſterio, & deputare vicinum Parochum alterius Eccleſiæ Curatæ, prout ex eadem Congregationis declaratione habemus, in illis verbis, *vel aliquis vicinus Parochus.*

9 Prædicto Vicario, eſt aſſignanda congrua fructuum portio, ad arbitrium Epiſcopi; vt diſponit Concil. tamen Epiſcopus non poteſt aſſignare omnes fructus Eccleſiæ vacantes, ſi illi pingues ſint Nauar. *conſil. 5. de off. iud. ordin.* Hæc congrua portio, non eſt aſſignanda Capellano, qui ex obligatione ſui beneficij, tenetur coadiuuare curam animarum, ſi ab eadem Eccleſia percipit fructus; faciunt ſupradicta ad quod aduertant Camerales.

10 Dubium eſt in hac materia, an deputatio Vicarij, ſeu Oeconomi prædicti, Eccleſia Parochiali vacante, ſit adeo de forma prouiſionis, vt illius amiſſio vitiet, etiam concurſum ſubſequutum; & ad dubium Reſp. Garz. *de Benef. cit. par. 9. cap. 2. num. 19.* ex Rot. *deciſionibus per eum adductis par. 4. cap. 3. num. 91. & 92.* & dicit deputationem prædictam, non eſſe adeo de forma, vt illius omiſſio vitiet concurſum, & prouiſionem ſequentem. Verùm Lotter. *de re Benef. lib. 2. cap. 31. num. 14. & ſeqq.* attentius intuens dictas Rotæ deciſiones diſtinguit, quod ſi collatio ſpectet ad Papam, omiſſio deputationis Vicarij prædicti, non vitiat prouiſionem ſequutam, cum prædicta deputatio ſit actus extrinſecus, & ſeparatus; ſi verò Collatio ſpectet ad Epiſcopum, & tunc omiſſio prædictæ deputationis vitiat concurſum, & prouiſionem ſequutam, quia deputatio prædicta, non eſt actus ſeparatus, & diſtinctus a poteſtate prouidendi in ipſo inferiori, quatenus reſpicit ordinem præſcriptum per Concilium, ita Lotter. cuius opinio eſt probabilior, & conformior verbis prædictarum deciſionum Rot. & ſignanter in *vltima 22. Nouembris 1595. coram D. Corduba* circa medium.

11 Aduertendum eſt, quod non poteſt deputari Vicarius, & Oeconomus, vt ſupra Eccleſiæ Parochiali vacanti, ille, qui in concurſu, vt infra, fuit iudicatus magis idoneus, & proinde nominatus in Collatione facienda per Sedem Apoſtolicam, fuit declaratum per Sacram Congreg. Concil. 1593. ad inſtantiam Epiſcopi Placentini, quam declarationem adducit Garz. *cit. cap. 2. num. 22.*

12 Secundò diſponit Concil. Trid. *cit. cap. 18.* in hac materia prouiſionis Eccleſiæ Parochialis, vt Epiſcopus, & qui iuſpatronatus habet, infra dies decem, vel aliud tempus, ab ipſo Epiſcopo præſcribendum, idoneos aliquot Clericos ad regendam, Eccleſiam, coram deputatis examinatoribus nominet, ita tamen, vt liberum ſit, etiam alijs, qui aliquos ad id aptos nouerint, eorum nomina deferre, vt poſſit poſtea de cuiuslibet ætate, moribus, & ſufficientia fieri diligens inquiſitio, & ſi Epiſcopo, aut Synodo prouinciali, pro regionis more videbitur magis expedire per dictum, etiam publicum vocentur, qui volent examinari, ita Concilium, ex cuius diſpoſitione, duo notantur modi conuocandi concurſum ad Eccleſiam Parochialem vacantem; vnus eſt per nominationem, vt ſupra, & alius per edictum, vt ibidem; Secundus modus inter nos eſt frequentior, qui remittitur per Concil. arbitrio Epiſcopi, vel Synodo prouinciali, ſed ſi Concilium prouinciale illum amplectitur, ab eo non poteſt diſcedere Epiſcopus, iuxtà dicta per Garz. *cit. loc. num. 36.*

13 Vacante igitur Eccleſia Parochiali, facta deputatione Vicarij, vt ſupra, Epiſcopus vocat per Edictum publicum omnes, qui volent examinari intra decem dies, vel aliud tempus ab eodem Epiſcopo præſcribendum, nam hoc decendium poteſt prorogari per Epiſcopum vſque ad 20. dies, vt in hac Bulla; In hoc Edicto in praxi vocantur concurrere volentes ad Eccleſiam vacantem, & ſolet in eo aſſignari certa dies, in qua habendus eſt concurſus, & affigitur in Eccleſiæ Cathedralis, & beneficij valuis Garz. *cit. loc. num. 41.*

14 Non requiritur neceſſariò, quod Edictum maneat affixum per totum tempus decendij, vel per aliud tempus prorogatum, ſed ſufficit per tempus arbitrarium intra, quod veriſimiliter deducatur ad notitiam concurrere volentium, tenent contra Ricc. *in prax. 1. par. reſol. 375. num. 2. in vltima impreſſ.* Zerol. *in prax. 1. par. verbo Parochia §. 2. dubio* Garz. *cit. loc. num. 42. qui num. ſeq.* tenet non eſſe neceſſarium, quod Nuntius referat, per quantum tempus Edictum extiterit affixum, ſed ſolum, quod fuerit affixum. De die tamen affixionis, neceſſariò apparere debet; nam cum Edictum proponatur, ad conſtituendum terminum, concurrere volentibus, ad comparendum coram Epiſcopo, & ad faciendum ſe deſcribi pro concurſu, neceſſariò debet apparere de die affixionis Edicti, ad hoc, vt conſtare poſſit concurſum, non eſſe factum intra terminum datum ad ſe deſcribi faciendum, notat poſt Garz. *cit. loc. num. 44.* Lotter, *de re Benef. lib. 2. quæſt. 31. num. 48. & ſeqq.* Seraph. *deciſ. 1148. num. 4. vbi num. 6.* docet expectari deberi lapſum termini, quando ſunt alij concurrentes; vnde impugnans tenetur probare adeſſe alios concurrentes, ita Seraph.

15 Aduertunt hìc DD. quod huiuſmodi terminus decem, vel ad ſummum 20. dierum, non præfigitur examini, ſed conuocationi concurrere volentium, vt poſt Seraph. *cit. loc.* docet Lotter. *vbi ſupra num. 48.*

16 Aduertant etiam concurrere volentes, quod infra terminum in Edicto propoſitum, ſe deſcribere faciant, iuxtà diſpoſitionem Concilij, licèt ſi quis non fuerit deſcriptus, etiam elapſo termino edicti, dummodo res ſit integra, ideſt ante examen peractum, poſſit, & debeat admitti cum deſcriptis teſtantur de mente Congregationis, & Rot.

Gonz.

Gonz. *ad regul. de mensib. gl. 9. §. 1. num.* 115. & Garz. *cit. cap. 2. num.* 206. & hæc est verior opinio, quicquid sentiant Leo *Thes. for. Eccles. cap.* 18. *num.* 30. & Genuens. *in prax. cap.* 66. *num.* 17. *in final. verbis*, quia eorum opinio est tantum vera, quando quis comparet peracto examine ante Collationem, tunc enim non est audiendus. Cætera ad hanc materiam edicti, vide apud Lotterium, & Massob. *cit. loc.*

17 Vltra dicta per dictos DD. notandum est, quod si Episcopus proposuit Edictum pro vacatione Ecclesiæ Parochiali, in quo citauit, ac monuit omnes, qui concurrere, & examini se subijcere intendunt, vt compareant ad se describi faciendum intra decem dies, nulla facta mentione de die examinis; illi qui se describi fecerunt, debent deinde personaliter notificari de die examinis, nec sufficit eos vocare per Edictum; & ratio est, quia cum iam concurrentes sint certi, intrat regula illa indubitata, quod quando certus est oppositor, citandus est singulariter, non per Edictum, Alex. *consil.* 103. *num.* 8. *lib.* 5. Card. *consil.* 74. *num.* 3. *vers. dico, quod Rot. in Vrbinaten. Parochialis* 18. *Martij* 1616. *coram D. Sacrato*.

18 Tertiò Concilium Trid. *cit. cap.* 18. disponit, quod transacto prædicto termino Edicti, omnes, qui descripti fuerunt, examinentur ab Episcopo, siue eo impedito, ab eius Vicario Generali, & ab alijs examinatoribus, non paucioribus, quam tribus, quorum votis si pares, aut singulares fuerint, accedere possit Episcopus, vel Vicarius, quibus magis videbitur, ita Concil. quod seruari mandatur per hanc Bullam; ad quæ verba.

19 Notandum est primò, quòd examen faciendum est peracto, idest elapso termino Edicti, vnde si termino Edicti non elapso fieret, examen esset nullum, & approbatus in eo non posset obtinere, voluit Rot. *in Volaterrana Parochialis* 20. *Maij* 1591. *coram Gypsio*, & apud Seraph. *cit. decis.* 1148. *num.* 4. Verùm nullitas prædicta procedit quando post examen, & ante lapsum termini, comparuerit alius, qui concurrere vult, secus dicendum est, si intra terminum nemo comparuerit, quia tunc examen inde conualescere, probat Cald. *consil.* 1. *de elect.* fuit dictum in vna *Carthaginen. Parochialis de Cerquera* 9. *Decembris* 1588. *coram D. Orano*, quam refert etiam Rub. in singularibus ad Oran. *decis.* 385. *lib.* 1.

20 Vlterius Concilium disponit, quod elapso termino, omnes descripti examinentur ab Episcopo, quod intellige, iuxtà dicta superius *vers. aduertant*, non exclusiuè quoad alios, itavt si alius compareat, re adhuc integra, est admittendus ad examen, vt cum Gonzal. & Garz. firmatum est supra, contra Genuens. & Leon. *vbi supra*.

21 Examen hoc pro concursu ad Parochialem, faciendum esse per Episcopum, vel eo impedito per Vicarium Generalem, disponit Concil. Trid. *cit. loc.* in quibus verbis, notandum est Concilium, non necessariò necessitate præcisa requirere, vt examen fiat per Episcopum non impeditum, itavt si non fiat, cessante impedimento, illud sit nullum, sed id potius disponere conuenientiæ causa; itavt si non sit impeditus Episcopus, etiam potest fieri per Vicarium, licèt magis conueniat, quod fiat per Episcopum, cessante impedimento, voluit Garz. *cit. loc. n.* 119. quem sequitur etiam Nouar. *nou. iur. Pontif. pract. conclus. verbo concursus conclus.* 3. *aliàs* 67. *num.* 1. & hanc auctoritatem habet Vicarius ex generali commissione, absque speciali mandato, ita Sbroz. *de off. Vicar. in adit. ad q.* 148. *lib.* 2. Grat. *decis.* 97. *num.* 18.

22 Examen hoc, & concursus omninò Episcopo, siue eius Vicario committitur per hanc Bullam, *& cit. loc.* Concil. Trid. itavt etiam si Collatio Ecclesiæ Parochialis, ad alium spectet inferiorem Collatorem, adhuc examen, & concursus est faciendus per Episcopum, nam id respicit potestatem ipsam Episcopalem, à qua dependet animarum cura, est indubitatum apud omnes, docent latè Paris. *de resignat. lib.* 8. *quæst.* 9. *num.* 96. latius Garz. *de Benef. part.* 9. *cap.* 2. *num.* 121. *& seqq.* Nouar. *cit. loc. in fin.* Hoc tamen limitant etiam communiter DD. in Abbate, vel alio inferiori Prælato, cuius Monasterio est annexa cura animarum, & eo, qui habet iurisdictionem quasi Episcopalem in stant nullius diœcesis, nam istis competunt omnia, quæ Episcopo competere possunt, exceptis his, quæ sunt ordinis, Garz. *cit. loc. num.* 129. Seraphin. *decis.* 1386. *num.* 3. Lotter. *de re Benef. lib.* 2. *quæst.* 31. *num.* 34. qui id superaddit, quod tunc inferior Prælatus potest facere concursum ad Parochialia, quando vltra prædicta, habet ius congregandi Synodum, & consueuerit illam congregare, ex mente Sacræ Congreg. respondit Rot. apud Mant. *decis.* 228. *num.* 5. de inferiore Prælato habente proprium districtum, & episcopalem iurisdictionem, tenet etiam Nouar. *loc. cit.* post Ricc. per eum adductum; nec habet oppositorem Alda. *compend. Canon. resol. lib.* 3. *titul.* 9.

23 Pendente controuersia inter Episcopum, & Abbatem, vel alium inferiorem prælatum de iurisdictione, solet quandoque Papa deputare alium vicinum Episcopum, qui valeat exercere in loco controuerso iurisdictionem Episcopalem; & tunc potestas hæc conuocandi concursum, perficiendi examen, ac eligendi magis idoneum, ad hunc deputatum spectat, durante deputatione, docet Ludouis. *decis.* 11. *sub num.* 3. Lotter. *cit. loc. num.* 39.

24 Abbas, Commendatarius, vel alius Prælatus Episcopo inferior, non potest concursum, & examen instituere ad Parochiales existentes intra fines suæ iurisdictionis, & Collationis, quando non habet potestatem congregandi Synodum, & actu congregat, vt supra; sed huiusmodi concursus, & examen spectat ad Episcopum intra cuius diœcesis fines existit Abbas, Commendatarius, vel alius Prælatus inferior, & si non constat intra cuius diœcesis fines existat, id spectat ad Episcopum viciniorem Aldan. *cit. loc. titul.* 9. *num.* 30. qui testatur sic fuisse decisum in causa *Castri Durantis vltimo Aprilis* 1611. Lotter. *cit. loc. num.* 46. vbi testatur sic declarasse Sacr. Congreg. *in vna Baren. Prioratus* 1611. Nec etiam potest prædictus inferior Prælatus edictum ponere pro concursu, nec alia attingere ex notatis in tex. Concil. Trid. præter ipsam nudam Collationem, faciendam examinato, & electo per Episcopum Garz. *cit. cap.* 2. *num.* 149.

25 Vlterius Episcopus, cui spectat Collatio beneficij Curati, positi in diœcesi alterius Episcopi, non potest in illius vacatione edictum proponere, examen habere, & concursum perficere, sed id totum spectat ad Episcopum loci beneficij, qui omnibus peractis, ad præscriptum *cit. tex.* Concil. Trid. nominare tenetur Collatori magis idoneum, refert decisum Gonzal. *ad regul. de mensib. gl.* 15. *num.* 31. *vers. accedat*, post Paris. *de resignat. lib.* 8. *cap.* 9. *num.* 102.

26 Ex dictis collige, quod inferior Prælatus, qui habet iurisdictionem quasi episcopalem, & potestatem congregandi Synodum, si non dum illam congregauerit, aut examinatores non deputauerit, examen, & concursus spectabit ad Episcopum, intra cuius fines, & diœcesim Parochialis existit, vel ad viciniorem; quod tamen cessat semel congregata Synodo, & deputatis in ea examinatoribus, licèt decesserint, quia tunc fieret deuolutio ad Papam, ita Garz. *citat. loc. num.* 140. *&* 141.

27 Aduertendum est, quod quando Collatio spectat ad inferiorem, Episcopus, vel eius Vicarius, cui spectat ius habendi examen, & concursum in Parochiali vacante si inuenerit plures æque idoneos, potest eligere omnes, illosque nominare Collatori, qui poterit Parochialem conferre, cui maluerit ex illis; & potest etiam ad sui libitum Episcopus prædictus eligere ex pluribus æquè idoneis, vnum, & illum significare Collatori, cui tenetur conferre, nec potest quis se grauare contra Episcopum, tenet post relatam contrariam sententiam Garz. *de Benef. par.* 9. *cap.* 2. *num.* 150. *& seqq.* vbi respondet contrarij, & signanter Declarationi Congregationis, quæ in contrarium posset adduci.

28 Ad hoc examen, pro Ecclesia Parochiali vacante, statuit Concil. quod Episcopus, vel eius Vicarius adhibeat examinatores non pauciores tribus, qui Synodales, idest electi in Synodo esse debent; in quibus terminis notandum est, quod sufficiunt tres examinatores Synodales, etiam si plures haberi possint Rot. *decis.* 505. *num.* 3. *vers. & videbatur par.* 2. *in recentior. & in Basanen. Parochialis* 18. *Februarij* 1628. *coram D. Verili*, & licèt non possint esse minores, quam tres; possunt tamen esse plures, vt voluit Sacr. Congreg. in adduc. per Garz. *citato loco num.* 53.

29 Hi autem examinatores debent esse Synodales, idest debent deputari in Synodo singulis annis per Episcopum, vel eius Vicarium, qui cum in Synodo deputantur, non possunt deputari minores, quam sex, & debent

approbari per Synodum, ita Concilium; vbi aduertendum est, quod si cum examinatoribus Synodalibus, tribus requisitis ad concursum, adhibeatur alius non Synodalis, examen, & concursus erit nullus, voluit Sac. Congreg. *in Messanen. 9. Septembris* 1628. *&* 15. *Decembris* 1629. refert Barbos. *tract. de Paroch. cap.* 2. *num.* 75. *& in Summ. Apostolicarum decis. verbo concursus num.* 19. Rot. *in Toletana Parochialis de Alcandete* 16. *Decembris* 1596. Massob. *cit. loc. req.* 3. *dub.* 5. vbi testatur Collationem deuolui ad Sedem Apostolicam, Dian. 3. *part. tract.* 5. *Miscell. resol.* 65. contra alios. Quid quando non reperiuntur tres Examinatores Synodales, notandum est inferius,

30 Dicuntur examinatores Synodales, idest deputati in posteriori, & vltima Synodo, itavt si ad examen prædictum interuenerint examinatores, vel aliquis eorum, qui fuit deputatus in præcedentibus Synodis, & in vltima non confirmatus, examen erit nullum, voluit Sacra Congregatio *in vna Monopolitana* 13. *Iuly* 1630. quam refert Barbos. *cit. loc. de Paroch. n.* 67. *& in Summa n.* 20.

31 Debent necessariò isti examinatores esse deputati in Synodo vera, & formali, facta per Episcopum, & Clerum, ad tractandum de reformatione, & regimine Episcopatus, iuxtà dicta per Botteum *de Synodo* 1. *part. num.* 5. Vnde si congregaretur Clerus ad finem solum nominandi examinatores, & alios officiales, tunc re vera examinatores non dicerentur Synodales, electi, in Synodo, & proinde examen per eos factum diceretur nullum, testatur in facti contingentia, Garz. *de Benef.* 9. *par. cap.* 2. *num.* 67. *&* 68.

32 Vlterius examinatores prædicti, non solum debent esse Synodales, sed debent esse electi in Synodo, seruata forma Concilij *cit. cap.* 18. ibi, *examinatores verò, &c.* vbi disponitur, quod eligantur sex ad minus examinatores, vt dixi. Vnde si fuerint electi quinque, vel quatuor, & illi omnes adhibiti in examine huiusmodi, adhuc illud diceretur nullum, tanquam factum contra formam Concilij, vel melius factum cum examinatoribus electis contra formam Concilij, voluit Rot. *in vna Foro Sempronien. Parochialis* 15. *Ianuary* 1593. *coram D. Mantica*, adducta per Garz. *cit. loc. num.* 133.

33 Aduerte Concilium *cit. loc.* taxare numerum examinatorum eligendorum ad minus, disponens, vt non eligantur minori numero, quàm sex, non verò taxare numerum ad summum, vnde in arbitrio Episcopi reliquit quot examinatores possint eligi vltra sex; Verùm Aldan. *in compend. Canon. resol. lib.* 3. *titul.* 9. *num.* 29. testatur fuisse decisum in vna *Cæsaraugustana* 13. *Marty* 1623. Examinatores Synodales in Synodo, ad summum viginti eligi posse. Sed si de facto essent electi plures, concursus cum illis factus non diceretur nullus, quia non esset factus contra formam Concilij.

34 Et ad hoc vt dicantur legitimi examinatores, & possint validè adhiberi ad examen, & concursum Parochialium, non solum debent esse electi in Synodo; sed etiam debent esse approbati à Synodo, idest acceptati à Clericis, & alijs Synodo interessentibus; faciunt verba Concil. *cit. loc. cap.* 18. ibi, *qui Synodo satisfaciant, & ab ea probentur*, qui probari dicuntur, vel per vota secreta, vel per vota aperta; praxis obseruat, quod per Episcopum proponuntur in Synodo, & Clerici illos acceptant, vel per verbum placet, vel per taciturnitatem, quando nil contra opponunt; faciunt dicta per Piasec. *in prax. Episcop. part.* 2. *cap.* 2. *num.* 4.

35 Debet tamen Episcopus proponere examinatores nominatim in Synodo; Vnde non sufficit illos proponere in genere, nisi proponerentur in genere illi, qui re vera tunc extarent, itavt per genericam, expressionem haberetur etiam expressa persona Garz. qui declarationem Sacræ Congregationis adducit *cit. part.* 9. *cap.* 2. *num.* 339. *ad fin.* Massob. *cit. prax. habend. concursum requis.* 11. *dub.* 3. Vnde examinatores non posse eligi sub nomine dignitatis, sed debere personam specificari, refert decisum Barbos. *de off. & potest. Paroch. cap.* 2. *num.* 56. *in fin.*

36 Examinatores prædicti, pro concursu ad Ecclesias Parochiales, debent eligi Magistri, seu Doctores, aut licentiati in Theologia, vel iure Canonico, si extent, aliàs possunt eligi alij Clerici, seu Regulares, etiam de ordine Mendicantium, qui ad id videbuntur idonei, ita Concil. *cit. cap.* 18. ibi, *sine vero, &c.* notat Homobon. de Bonis *de humana vita statibus part.* 1. *cap.* 13. *vers. in his ergo in fin.* Massobr. *cit. prax. requis.* 11. *dub.* 2. *num.* 17. qui testatur sic fuisse decisum in *Turritana* 10. *Marty* 1629. vbi fuit decisum non posse eligi in examinatores prædictos Sæculares, aut Regulares, qui magis idonei videbuntur, nisi quando non extant Doctores Magistri, seu licentiati in Theologia, vel iure Canonico, & electi in defectum, non habentes gradus prædictos, habere vota æqualis valoris, & efficaciæ sicut alij, Barbos. *de off. Paroch. cap.* 2. *num.* 73. *&* 74.

Debent quoque examinatores prædicti eligendi pro 37
concursu ad Parochiales, pro validitate examinis, iuxtà præceptum datum per Trid. *cit. cap.* 18. ibi, *iurent, quod omnes, &c.* iurare ad sancta Dei Euangelia, se quacunque humana affectione postposita, fideliter munus executuros. Vnde si ita non iurarunt, concursum coram eis habitum vitiari, tenet Homobon. de Bon. *de human. vit. statib. p.* 1. *cap.* 13. *vers.* 2. Filliuc. *quæst. moral. to.* 3. *tr.* 41. *cap.* 4. *n.* 158. Massob. *cit. prax. res.* 14. *dub.* 1. Et non solum, quod iurent est de forma, sed etiam quod iurent ad sancta Dei Euangelia, docet Massob. *cit. loc. dub.* 2. post Garz. *cit. p.* 9. *cap.* 2. *n.* 354. aliàs concursus coram eis factus est nullus, maximè stante clausula, & decreto irritante, posita in citato text. Concil. & in hac Bulla Pij V. voluit Rota *in Foro Sempronien. Parochialis* 15. *Ianuary* 1593. *coram D. Mantica*.

Hoc iuramentum præstatur in manibus Episcopi, in 38
Synodo præsidentis sub hac forma, *Ego N. deputatus in præsenti Synodo examinator eorum, qui eligentur ad Parochiales Ecclesias, iuro me fideliter hoc examinandi munere perfuncturum, reiecto omni humano respectu, ita me Deus adiuuet, & hæc Sancta Dei Euangelia.* Ex qua forma colligitur, iuramentum hoc esse præstandum sacris Euangelijs, aliàs non seruaretur forma Concilij, Garz. *cit. loc. n.* 358. Massob. *vbi supra*.

Debet quoque præstari hoc iuramentum tempore ele- 39
ctionis in ipsa Synodo publicè, iuxtà dicta per Garz. *cit. loc. num.* 356. & Lotter. *de re Benef. lib.* 2. *quæst.* 31. *num.* 94. *& seq.* qui videtur sentire necessariò esse præstandum in eodem actu electionis, seu deputationis ex verbis ipsis Concilij; sed verius est, quod etiam extra Synodum hoc iuramentum possit præstari non solum in manibus Episcopi, vel eius Vicarij, sed etiam in manibus Notarij, & vidi in praxi seruatum, quando aliquis examinator non fuit præsens in Synodo tempore deputationis, docet etiam Garz. *cit. loc. num.* 356. & Massob. *vbi supra dub.* 4. Barbos. *in Collect.* DD. *ad var. loc.* Concil. Trident. *ad cit. cap.* 18. *num.* 112.

Examinatores condemnati de adulterio, vel alio delicto 40
irrogante infamiam per sententiam, quæ fecit transitum in rem iudicatam, non sunt vocandi ad hoc examen, quod fallit quando fuit appellatum à sententia, tempore appellationis pendente, nam tunc possent adhiberi, licèt non sit conueniens, voluit Sac. Congreg. Concil. *in Vasionen.* 13. *Nouemb.* 1627. quam citat Barbos. *de off. Paroch. cap.* 2. *n.* 62. *& in Sum. Apostolic. decis. verbo examinatores Synodales num.* 9.

In hac materia quærunt DD. quid faciendum per Epi- 41
scopum, si vacante Ecclesia Parochiali, examinatores Synodales reperiantur absentes, vel mortui, in quo quæsito aliquantulum confusè loquuntur, itavt non sine difficultate, quod verum est, eligi possit; Vnde ad hoc, vt veritas elucescat, præmittendum est, indubitatum esse, Episcopum non posse examinatores huiusmodi eligere, & deputare, nisi in Synodo; & non teneri Synodum diœcesanam congregare, nisi singulis annis, notatum est supra cum Concil. Trident. His positis distinguendum est: si Episcopus, vel eius Vicarius, celebrata Synodo statuto tempore, in ea examinatores ad præscriptum Concil. Trid. elegit, illique nondum elapso anno, & nondum expleto tempore congregandi nouam Synodum mortui sunt, vt longè absentes reperiuntur, tunc si non omnes mortui, vel absentes sunt, sed aliqui, etiamsi vnus tantum est præsens, vel supra viuit. Potest Episcopus, vel Vicarius cum examinatoribus, qui repetiuntur, etiam si vnus sit, examen facere ad Parochiales vacantes,

& con-

& concursum perficere; testantur declarasse Sacram Congreg. Concilij in vna Toletana 1577. com Vicario Capitulari Garz. de Benef. q.par. cap.2. sub num.8. vbi adducit eandem declarationem, & eodem loc. num. 69. loquens de Episcopo, & eius Vicario, testatur hanc opinionem esse conformem Concilio cit. cap.18. vers. examinatores, Massob. cit. prax. requis. 12. dub. 3. Barbos. Summ. Apostolicarum decis. verbo examinatores Synodales num. 22. Si verò infra dictum annum, omnes examinatores mortui sint, ita vt nec vnus remanserit, vel longè absentes reperiantur, tunc Episcopus, vel Vicarius ad hoc, vt prouideri possit Ecclesia Parochialis vacans, potest si habentnr, subrogare in locum mortuorum examinatores Synodales antiquos, puta electos in antiquis Synodis, licèt in vltima non sint confirmati ad præscriptum numerum sex; quod si nec extant ex antiquis sex, tunc Episcopus eligat, & alios suppleat de nouo, vsque ad numerum sex, approbandos tamen à Capitulo; si verò nemo ex antiquis examinatoribus Synodalibus extarent, tunc Episcopus, vel Vicarius, potest nouos examinatores idoneos, & probatæ vitæ, non minores, quàm sex, cum approbatione Capituli substituere, quorum examinatorum substitutorum officium, durat vsque ad primam Synodum, vel melius vsque ad tempus celebrandi nouam Synodum, ita Sacr. Congreg. Concilij in Panormitana ex declaratione Clementis VIII. quam refert Aldan. in compend. canon. resol. lib. 3. titul. 7. num. 19. & post eum Barbos. cit. loc. num. 11. voluit etiam Rot. in vna Literen. Archipresbyteratus 6. Iunij 1582. coram D. Blanchetto, & in vna Pampilonen. Parochialis 23. Ianuary 1591. & in Panormitana Archipresbyteratus 3. Decembris 1618. coram D. Buratto, cum alijs in ea allegatis, defendit etiam Ricc. in prax. par. 1. resol. 366. per totum, Garz. cit. loc. num. 13. Marescott. variar. resol. lib. 1. cap. 52. num. 35. & seqq. Massob. cit. loc. num. 12. dub. 3. Barbos. de off. Paroch. cap. 2. n. 58. Hæc opinio est indubitata, cum vltra DD. magnæ extimationis, habeat pro se sensum Rot. & Sacræ Congregationis; nihilominus ad tollendas difficultates, testatur Genuens. in prax. cit. cap. 66. sub num. 16. secundum vltimam impress. Neapoli in tali casu impetratam fuisse licentiam à Summo Pontifice; sed hæc licentia videtur potius ad exuberantiam, quàm necessaria.

42 Supradicta intellige vera occurrente necessitate, & casu mortis intra annum, infra quem Episcopus non tenetur congregare Synodum, nam si esset elapsus annus ab vltima Synodo, cessaret necessitas, nam Episcopus posset congregare Synodum, & deputare examioatores, quod si non agit, sibi imputet, & proinde stante sua negligentia, non potest vti hac facultate eligendi examinatores ex se extra Synodum; aduertit post alios Lotter. de re Benef. lib. 2. quæst. 31. num. 72. & seqq. latè Dian. tom. 3. tract. 5. Miscell. resol. 64.

43 Hinc etiam notandum est, quod si infra annum prædictum examinatores aliqui Synodales mortui sunt, ita vt superstites non sint sex, statim adueniente tempore congregandi nouam Synodum, & non facta noua electione, iuxtà numerum, & præscriptum Concil. Trid. officium omnium expirat, testantur declarasse Sacram Congregationem Galet. in Margar. Cas. Conscient. verbo examinatores primo, Garz. cit. loc. num. 75. Genuens. cit. loc. num. 17. Massob. in prax. prædicta req. 12. dub. 4. num. 3. Barbos. de Potest. Episcopi par. 3. alleg. 60. num. 49. quod adeò verum est, vt elapso prædicto Anno, nec possit Episcopus nouos examinatores in locum absentium, vel demortuorum extra Synodum subrogare, ita voluisse Sacram Congregationem in vna Vasionen. testatur Barbos. in Summ. Apostolicarum decis. verbo examinatores Synodales num. 10. licèt aliàs quando examinatores non minori numero, quàm sex supersint, durent vsque ad futuram Synodum, & si elapsus sit annus, & plures, vt notant DD. citati, & est commune Dian. cit. loc. vers. vltimo.

44 . Notandum est hìc, qood examinatores subrogati in locum absentium, vel demortuorum, vt supra, necessariò debent habere qualitates requisitas per Concil. Trid. cit. cap. 18. & signanter debent iurare, iuxtà formam Concil. & vt dictum est supra; & est generale, vt quotiescunque quis subrogatur in locum alterius, debet habere qualitates requisitas in eo, in cuius locum subrogatur Gabriel. consil. 44. num. 15. lib. 2. Surd. cons. 53. num. 15. vers. pro qua facit, voluit Rot. in citata Literen. Archipresbyteratus, & Pampilonen. Parochialis.

Supradicta qualitas Synodalitatis, requisita in examinatoribus ad Parochiales, præsumitur in examinatoribus, quos tales appellauit Episcopus, & proinde in dubio examen cum illis factum, iudicatur validum, cum in dubio præsumatur semper pro validitate actus, l. quoties de rebus dub. cum similibus, proinde qui impugnat concursum, quia negat hanc qualitatem, illam concludenter probare tenetur, vt voluit Rot. in cit. Toletana Parochialis de Alcandete 16. Decembris 1586. coram D. Corduba, & in supradict. Basanen. Parochialis, notat Lotter. cit. loc. num. 88. & 89. 45

Peracto examine, tenentur examinatores renunciare Episcopo, quotquot ab eisdem examinatoribus indicati fuerint idonei ætate, moribus, doctrina, prudentia, & alijs rebus, ad vacantem Ecclesiam gubernandam opportunis; Ex quibus nota, quod tenentur examinatores renunciare Episcopo non solum, qui idonei sint doctrina, sed etiam prædictis alijs qualitatibus, voluit etiam Sacr. Congr. apud Garz. de benef. par. 5. cap. 7. num. 11. & par. 6. cap. 2. num. 227. & par. 9. cap. 2. num. 108. ad quæ aduertant examinatores, quod si habent aliquem, tanquam magis idoneum in scientia, cuius mores ignorantur, & alium non tam doctum, sed ab eis cognitum, non solum quoad scientiam, sed etiam quoad alia requisita prædicta, hic vltimus est præferendus; voluit Sacra Congregatio, de qua Garz. cit. cap. 2. num. 111. & Barbos. Summ. Apostolicarum decis. verbo Examinatores Synodales num. 19. 46

Et licèt examinatores teneantur renunciare Episcopo idoneos, habito respectu ad omnes qualitates prædictas; tamen non tenentur renunciare singulas qualitates eorum, qui sunt examinati, sed sufficit referre omnes examinatos fuisse idoneos, quoad omnes qualitates, absque eo, quod dicat quoad ætatem, quoad mores, quoad doctrinam, & alias qoalitates, docet Caualer. decis. 299. non tamen esset satisfactum Concilio, si examinatores referrent idoneos quoad scientiam tantùm, vel quoad certam qualitatem, vel qualitates, sed non qooad omnes, & quoad reliqua se remitterent Episcopo, vel Vicario Caualer. cit. loc. num. 4. & ratio est; quia Examinatores tenentur referre idoneos, & idoneus non dicitur, nisi ille, qui habet omnes qualitates requisitas, imò examinatores referentes, & approbantes qnoad scientiam, tantum peccare mortaliter, tenet Garz. cit. loc. num. 106. 47

Aduertant examinatores, quod ad finem referendi Episcopo, vel Vicario idoneos, qno ad omnia requisita prædicta, sufficit, quod se extraiudicialiter informent à personis fide dignis de qualitatibus concurrentium, Rot. in vna Mediolanen. Parochiæ 16. Iunij 1599. coram D. Seraph. & apud Caualer. cit. loc. num. 5. 48

Dnbium est inter DD. in hac materia, an examinatores possint referre, & renunciare Episcopo, siue Vicario magis idoneum, an teneantur tantum referre, & approbare idoneos omnes; in quo dubio nonnulli Casistæ tenent, posse examinatores approbare, & referre Episcopo magis idoneum, relictis alijs idoneis, ita tenet Azor. par. 2. lib. . . . . cap. 15. Medin. in Summ. cap. 14. §. 32. regul. 4. Villalobos in Summ. tom. 2. tract. 8. difficult. 5. num. 7. Petrus de Ledes. in Summ. tom. 2. tract. 7. cap. 22. conclus. 5. difficult. 13. Lopez in inst. par. 1. cap. 127. quos sequitur nouissimè Dian. par. 3. tract. 5. miscell. resol. 11. vers. sed his. Sed contraria sententia, nempe, quod examinatores teneantur approbare, & referre Episcopo, siue Vicario idoneos omnes repertos in examine ad Parochialem, etiam quod aliquis sit magis idoneus, est verior, & frequentior inter Canonistas, prout probat ex verbis Concil. Trid. cit. cap. 18. & huius Bull. Pij V. Campanil. diuers. iur. canon. rubr. 5. cap. 3. num. 12. tenet etiam Zerol. in prax. Episcop. part. prima verbo Parochia, §. 2. Fusc. de visit. lib. 2. cap. 5. num. 6. Maceraten. variar. resol. lib. 1. resol. 63. in fin. Leo in Thesaur. for. Eccles. par. 2. cap. 3. num. 35. Armendar. in addit. ad recop. leg. Nouar. lib. 1. titul. 18. lib. 7. n. 58. Venerus in exam. Episcop. lib. 4. cap. 25. num. 21. Massob. cit. prax. requis. 4. dub. 3. num. 2. Lotter. de re Benef. tom. 1. lib. 2. quæst. 31. num. 98. qui refert fuisset decisum in Barchinonen. Parochialis 29. Nouembris 1613. coram D. Buratto, & sæpissimè per Rotam Garz. de Benef. tom. 2. par. 9. cap. 2. num. 108. & seqq. Barbos. de Potest. Paroch. cap. 2. num. 90. & seqq. & in Summ. Apostolicarum decis. 49

verbo

*verbo examinatores Synodales num.*21. Ricc. *in prax.* 1.*par. resol.*373. Viuian *in prax. iurispatronat. par.*2. *lib.*10. *cap.*1. *num.*45. & alij, qui omnes firmant, electionem magis idonei, spectare ad Episcopum, & ad examinatores referre, & approbare idoneos, id etiam declarauit Sacra Congregatio apud Marzillam *lib.* 1. *titul.* 2. *cap.* 19. & contrarium tenere, est expressè dicere contra verba Concilij Trid. *cit. cap.* 18. *ibi, Peracto deinde examine, renuncientur quotcunque ab his idonei iudicati fuerint, ætate, moribus, doctrina, prudentia, & alijs rebus ad vacantem Ecclesiam gubernandam opportunis, ex hisque Episcopus eum eligat, quem cæteris magis idoneum iudicauerit.* Et contra verba Sacræ Congregationis, adducta per Garz. *cit. cap.* 2. *num.* 108. *Item censuit Congregatio non spectare ad examinatores, sed ad Episcopum eligere ex approbatis magis idoneum.* Hinc si examinatores vellent approbare, & referre Episcopo, vel Vicario magis idoneum, reprobatis alijs idoneis, vsurparent electionem magis idonei, quæ est solius Episcopi, per iura prædicta.

50 Fallit tamen suprapoſita sententia, quando Episcopus, vel Vicarius petit ab examinatoribus, vt pro instructione suæ conscientiæ ei referant, & renuncient, quis ex concurrentibus videatur magis idoneus, & eligibilis ad Parochialem vacantem, maximè si Episcopus, vel Vicarius non haberent notitiam personarum; tunc enim tenentur examinatores renunciare magis idoneum relictis alijs idoneis, iuxtà notata per Massobr. *& alios supracit.* Immò quando Episcopus non habet notitiam personarum, tenetur ipse relationem petere ab examinatoribus magis idonei ad hoc, vt possit, iuxtà formam Concil. prouidere, aliàs peccat mortaliter, prout post Medin. & Ludou. Lop. docet Garz. *cit. loc. num.* 110.

51 Vlterius disponit Concil. Trid. *cit. cap.* 18. quod si in referendo Episcopo, vel Vicario, Examinatores huiusmodi, dent vota paria, aut singularia, Episcopus, vel Vicarius potest accedere, quibus magis videbitur. Ex quibus nota Episcopum, vel Vicarium non habere votum in concursu, sed tantum posse accedere quando vota sunt paria, vel singularia, docent communiter DD. refert resolutum per Sacram Congregationem Paris. *de resignat. benef. lib.*8. *quæst.*9. *num.*105. & Genuens. *in prax. cap.*66. *num.*4. *secundum vltimam impress.* dicitur Episcopus, vel Vicarius accedere, quando vota sunt paria, vt si ex quatuor examinatoribus, duo approbarunt, & duo reprobarunt, accedendo Episcopus, vel Vicarius duobus approbantibus, examinatus dicitur approbatus, & si accedit reprobantibus, dicitur reprobatus. Dicitur accedere, quando vota sunt singularia, vt si sint tres examinatores, & singuli singulos approbant, accedendo vni Episcopus, vel Vicarius, dicitur approbare, secundùm opinionem Doctorum Garz. *cit. loc. num.* 53. Sed in hoc secundo exemplo votorum singularium, grauis est difficultas, nec videtur posse casum in praxi adaptari. Certum est enim non posse in concursu ad Parochialia interuenire examinatores minori numero, quam tres; ad hoc vt dicatur votum singulare, debet esse vnius examinatoris; igitur si ex tribus examinatoribus, vnus tantum approbat, duo consequenter reprobant, accedendo Episcopus voto approbantis, examinatus habet duo vota approbantia, & duo reprobantia, & sic est in pari voto, & cum non habeat maiorem partem votorum, non dicitur approbatus, & accessio est inutilis. Scio exemplum votorum singularium esse, quando singuli examinatores singulos examinatos approbarunt, ita vt approbando vnum, alij non reprobantur, nec approbantur; & hic casus auget meam difficultatem, nam peto ab examinatore, illos examinatos, quos nec approbauit, nec reprobauit, aut esse dignos, aut indignos; si respondeat dignos, tenetur illos approbare, si indignos, tenetur reprobare; ego casus in praxi non adaptatur. Cætera ad hanc materiam vide apud Garz. *cit. loc. num.*54. *& seqq.*

52 Illud tamen notandum est, quod examinatores debent vota sua dare, dum simul congregati sunt cum Episcopo, non autem separatim; ita etiam Episcopus, vel Vicarius, quando locus est accessioni, debent accedere, dum simul sunt congregati cum examinatoribus, ita aduertunt Garz. *cit. loc. num.* 58. Massob. *cit. prax. habend. concurs. ad Paroch. req.* 14. *dub.* 2.

53 Vota examinatorum, palam, an secretò dari debeant, non est statutum per Concil. hinc videmus vtroque modo dari in praxi, Romæ dantur publicè, Bononiæ dantur secretò per fabbas albas, vel nigras, testatur Leo *Thes. for. Eccles. part.* 2. *cap.*3. *num.*35. in Regno etiam diuersimodè seruatur, tamen à DD. laudatur modus dandi vota prædicta publicè, ita vt prius examinatores inter se vota conferant, & deinde illa describi faciant per Notarium, videlicet Titium approbatum, Caium reprobatum, & id fuisse de mente Congregationis, refert Garz. *cit. loc. num.* 107. post Genuens. *in prax. cit. cap.*66. *sub num.*17.

Prohibetur examinatoribus aliquid recipere occasione huiusmodi examinis ad parochialia, tam ante, quàm post examen, alioquin simoniæ vitium, tam ipsi, quàm alij dantes incurrant, à qua absolui nequeant, nisi dimissis beneficijs, quæ quodammodo, etiam antea obtinebant, & ad alia in posterum inhabiles reddantur, ita Concil. de qua materia vide Leo. *cit. loc. num.* 25. Garz. *dicto loc. num.*368. *& seqq.* Grat. *discept. forens. cap.*561. *num.* 21. *& seqq.* Homobon. de Bon. *de human. vit. statib. part.* 1. *cap.* 13. *vers. tertio examinatores*, Massob. *cit. loc. req.* 15. Bonacin. *de Simon. quæst.*7. *punct.* 2. *diff.* 1. *num.* 5. *& seqq.* & alios multos. 54

Supradicta ampliantur, vt examinatores non possint quidquam pro labore, vel titulo stipendij ad substentationem ex fructibus beneficij vacantis, vel alia ratione accipere, ita Garz. *cit. loc. num.* 374. Bonac. 1 *num.* 5. *vers. secundo*, Barbos. *de off. Paroch. cap.*2. *num.* 8. Immò Ordinarius non potest statuere aliquod stipendium, etiam minimum examinatoribus deputatis in Synodo, pro concursus parochialium, & si secus in Synodo statuerit, nullum est, & irritum, vt *cit. loc.* notant Garz. *num.* 374. Massob. *requis.* 15. *dub.* 1. Bonac. *num.* 7. Barbos. *num.* 82. Potest tamen Episcopus dare examinatoribus huiusmodi aliquid de suo, titulo præmij, vel stipendij, aut substentationis, concedunt Bonac. & Garz. *vbi supra.* 55

OBSERVATIONES
D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Parochiales Ecclesiæ ob formam concursus neglectam tanquam vacantes solere impetrari.*
2 *Vicarius prouisionalis præficiendus cum assignatione congrua, & indicendus concursus.*
3 *Ordinarij nomine quis veniat pro indicendo concursu.*
4 *Prælatorum species assignantur.*
5 *Vicarius Capitularis non Capitulum indicit concursum.*
6 *Casus in quibus cessat forma concursus.*
7 *Examinatorum Synodalium numerus, & qualitas.*
8 *Iuramentum vnicum Examinatorum, an sufficiat?*
9 *Vota qualiter sunt præstanda.*
10 *Mixtura Examinatorum non Synodalium, an vitiet concursum?*
11 *Vicarius existens cum Episcopo, an præbeat votum?*
12 *Examinatorum defectus qualiter suppleatur.*
13 *Mos interrogandi qualis.*
14 *Relationis examinatorum diuersus in Vrbe.*
15 *Concurrentes quando approbati, vel reprobati dicantur.*
16 *Episcopus, vel Vicarius, an habeat votum decisiuum?*
17 *Casus præcisus adhæsionis Episcopi indicatur.*
18 *Praxis Signaturæ Iustitiæ.*
19 *Exempla varia paritatis, vel disparitatis votorum.*
20 Alex. 35. con. 10. *refellitur.*
21 *Episcopus an possit accedere votis Examinatorum?*
22 *Declarationes S. Congregationis referuntur.*
23 *Circumstantiæ ætatis, & alia nociua.*
24 *Vicarius Apostolicus, & non Episcopus indicit concursum.*
25 *Collectanea super forma Conciliari.*

1 SVper Parochialium Ecclesiarum prouisionibus, vt dignè fiant, pro meliori animarum cura Sacrum Concilium Tridentinum *sess.* 24. *cap.* 18. *de reform.* restringendo Collatorum antiquam libertatem, certam adiecit prouidendi formam, quam magis declarauit subsequuta B. Pij V. Constitutio 47. sub decreto anullatiuo, quando talis forma benè non seruetur. Vnde propterea in dies praxis docet aduersus iam, prouisos de parochialibus Apostolicas reportari impetrationes certo modo vacare, quę ob non seruatam formam Constitutionis B. Pij V. dicuntur, & de facto multæ de huiusmodi impetrationibus effectum sortiuntur, cum ad hanc formam seruandam aduerti non soleat, vt notat Card. de Luca *in annot. ad S. C. Trident. discurs.* 32. *num.* 1.

2 Sequuta vacatione Parochialis Ecclesiæ illicò Ordinarius Vicarium prouisionalem Parochiæ præficere debeat congrua illi assignata, ne interim animarum cura detrimentum patiatur, & siue in mense ordinario, siue in Apostolico sequuta sit, aut quod alias Apostolica reseruatio, siue affectio intret indici debeat concursus mediante affixione edictorum in ipsa Ecclesia Parochiali, & in loco solito residentiæ Episcopi, eiusque Tribunalis in quibus statuto competenti termino, qui non debet esse minus decem prorogari tamen pluries potest, dummodo non excedatur terminus dierum viginti. Quod intelligitur quoties prorogatio concernent præiudicium eorum, qui iam in termino comparuerunt, nam si nemo comparuerit, tunc non prohibetur Episcopus edicta renouare toties quoties ei videbitur durante termino sex mensium sibi competente ad prouidendum, Card. de Luca *vbi sup. num.* 28.

3 Ordinarij autem nomine non solum venit Episcopus, seu ex eius delegatione Vicarius, vel alter Officialis. Sed etiam quicumque alter inferior Prælatus, qui habeat territorium verè, & materialiter separatum, adeovt verè *nullius* dici valeat cum plena quasi Episcopali iurisdictione independenter à quocumque Episcopo, vel Diœcesano, dummodo tamen tam de Iure, quàm de facto habeat ius indicendi Synodum, adeovt verificetur existentia Examinatorum Synodalium, qui huiusmodi concursus Iudices à Sacro Concilio Trid. constituti sint. Sin minus ad viciniorem Episcopum id pertinet deficientibus Examinatoribus, Barbos. *in collect. ad Sacr. Concil. Trident. cap.* 18.

4 Nullatenus autem veniunt inferiores Prælati quantumuis exempti, vtque ius conferendi, aliamve Ecclesiasticam iurisdictionem ordinariam habentes cum Clero, & Populo alicuius loci intra Diœcesis limites, adeovt Diœcesani, vel Ordinarij attributum ei non congruat. Tunc enim planum est, vt ad Ordinarium, seu Diœcesanum pertineat indicere, & perficere concursum etiam cum prælectione. Inferior autem Prælatus, qui cessante Apostolica reseruatione, vel affectione ius conferendi habeat collationem faciat in ea personam, quæ ab Ordinario præuio concursu prælecta fuerit. Seu nemine in concursu comparente ab eodem Ordinario fuerit electa, & ab Examinatoribus Synodalibus approbata.

5 Differentia enim est si Abbas, vel alius Prælatus in loco, de cuius Parochiali agitur, sit verus Ordinatius cum omnimoda, & plena iurisdictione quasi Episcopali tam ordinaria, quàm delegata cum territorio separato, ac independenti à quacumque diœcesi, ac tanquam in diœcesi propria, tunc enim huiusmodi Prælati in effectu exceptis quæ sunt ordinis habent omnia, quæ habent Episcopi. Id autem conuenire non potest alijs inferioribus Prælatis quantumuis exemptis, & priuilegiatis in aliena diœcesi, ac sub diuerso Ordinario existentibus, in quibus exemptio quantumuis ampla suffragari potest circa ipsam Ecclesiam materialem ipsosque Religiosos aliosque seruientes, & ministros, non autem quoad ius parochiale, in Clerum, & populum in territorio Episcopi viuentes ex ea clara ratione, quod istæ sunt oues Episcopo commissæ, ideoque ad ipsum tamquam primum, & maiorem Pastorem inquirere pertinet, an Parochi pastores inferiores præponendi, vel præpositi benè oues custodiant, vel habiles sint.

5 Vbi verò Episcopi, sedes vacet, tunc per Vicarium Capitularem ad præscriptum Sac. Conc. Tridentini id peragendum est, nec id potest sibi Capitulum reseruare, seu per aliquos Canonicos ad id deputatos, Card. de Luca *de paroch. discurs.* 5.

Forma concursus potest omitti in pluribus casibus signanter vbi agitur de Ecclesijs de iurepatronatus laicorum, cum tunc requiratur Ordinarij approbatio præuio examine. Nisi plures coæquali iure, vel cumulatiuè fuerint præsentati, adeovt gratificationi locus detur, tunc enim vt gratificationi locus detur, concursui locus esset, eum pro hac vice beneficium censeatur esse liberum, Buratt. *decis.* 942. & ibi Ferentill. Beltram. ad Ludouis. *decis.* 494. 6

In patronato mixto sub quæstione est, an magis de Ecclesiastico participet, & requiratur concursus. Probabilior est contraria, & magis de laicali participet Barbos. *in collect. ad S. C. Trid. cap.* 18. *sess.* 24.

Necessitas formæ concursus cessat, vbi agitur ad fauorem certæ personæ, aut libera in manibus Papæ resignatione, vel permutatione, aut vacatione in Curia, in quibus casibus cessante forma de sola idoneitate, & approbatione personæ prouisæ agendum etiam per Examinatores Synodales, & non pro sola sua notitia instituere debet, Card. de Luca *de paroch. discurs.* 7.

Examinatores Synodales tres ad minus debent esse, vt ad litteras statuit Sacr. Concil. Trident. *sess.* 24. *de reform. cap.* 18. Idque sine interuentu aliorum, qui non sint Synodales, adeoque vt interuentus etiam vnius non Synodalis vitiat actum, Dunozett. *decis.* 666. Buratt. *decis.* 362. 7

Siue Examinator, qui interuenit non adimpleuerit ea, quæ sunt necessaria, Barbos. *de Paroch. part.* 1. *cap.* 1. *num.* 76. Lotter. *lib.* 2. *de re benefic. q.* 31. *n.* 22.

Quinimò inualidus est concursus adhibitus cum interuentu Examinatorum Synodalium deputatorum ab eodem Episcopo pro altera diœcesi æquè principaliter vnita, vt decisum coram Coccino de anno 1635. refert Card. de Luca *de paroch. discurs.* 3. *num.* 5.

Vnicum sufficit iuramentum præstitum post deputationem eorum pro omnibus concursibus neque requiritur iuramentum particulare pro singulis concursibus, Lotter. *num.* 94. Garz. *de benef. part.* 9. *cap.* 2. *num.* 359. & vnicum sufficit in susceptione officij. 8

Vota sunt præstanda collegialiter in ipso actu concursus, Caualer. *decis.* 299. Barbos. *de paroch. cap.* 2. *n.* 86. 9

Sufficit collegialiter præstita esse Episcopo. Quamnis ex interuallo Episcopus tradiderit Cancellario. Nec opus est illa redigi in scriptis, sed satis sit oretenus vti in actu collegiatiuo proferantur, iuxta vsum Tribunalium Collegialium, Caualer. *d. decis.* 299. præterquam illud Rotæ Romanæ, Card. de Luca *de paroch. discurs.* 3. *n.* 8.

Mixtura interuentus Examinatoris non Synodalis vitiat concursum, quoties interuentus sit formalis, nempè quia det votum decisiuum super approbatione, vel reprobatione constituendo vnum corpus collegiatiuum cum alijs Examinatoribus. Secus vbi interuentus esset solum materialis per assistentia Episcopi, adeovt se non ingerat in functione dandi votum, seu constituendi illud corpus Collegiatiuum. Ad instar functionis examinis per Doctoratu in Collegio, quod scilicet illi tantum, qui sunt de Collegio examinant, seu argumentant ex officio, ac præbent votum approbatiuum, vel reprobatiuum absque aliqua mixtura non collegialium, qui tamen non prohibentur esse præsentes functioni, ac etiam iuxta diuersos Collegiorum vsus interrogari, vel argumentari. 10

Hinc licet decretum Conciliare alternatiuè demandet interuentum Episcopi, vel eo absente, vel impedito illum Vicarij generalis. Attamen in praxi receptum est, vt præsidente Episcopo cum Examinatoribus interueniat etiam Vicarius generalis, qui etiam interroget absque tamen voto, sed tanquam assessor, seu assistens Episcopo, prout etiam Cancellarius in plerisque Episcopatibus assistere solet pariter absque voto. 11

Vbi ob mortem, vel absentiam non adsint tot Examinatores, qui concursum perficere valeant, scilicet quia sint minus, quam tres, tunc Episcopus de consilio tamen Capituli subrogare potest alios ad illum actum tantum, seu etiam ad omnes concursus vsque ad Synodum proximè celebrandum, dummodo sequatur infra annum à Synodo 12

nodo iam celebrata. Secus post annum elapsum, Card. de Luca *de paroch. discurs.37. num.17.*

13 Congregatis Examinatoribus cum Episcopo, vel Vicario varia est consuetudo interrogandi. Alicubi enim seruatur stylus Examioatorum Vicarij Vrbis, quod concurrentes eodem tempore interrogantur, vt videatur quis melius respondeat. Alicubi verò, & frequentius examen est singulare absque eo quod vous videat, vel audiat interrogationes alterius concurrentis. Prout etiam varius est examinandi modus circa interrogationes, oam alicubi omnes quamuis separatim interrogantur super ijsdem quæsitis, alicubi verò super diuersis pro Examinatorum arbitrio. Frequentior autem, & laudabilior videtur stylus interrogandi omoes super eisdem, vt ita comparatiuè dignoscatur minor, vel maior idoneitas.

14 Peracto examine Examinatores sioe in scriptis, siue oretenus renunciare debeaot Episcopo, vel respectiuè Vicario generali io locum Episcopi absentis, vel impediti qui præsedit, quos reputent idoneos, & quos noo, Barbos. *in collect. ad S.C. Trid. d. cap.* 18.

Quamuis ferè vbique Examioatorum sit opinatio, vt ad ipsos pertineat iudicare, quis nam sit dignior, vel magis idoneus. Attamen id non seruatur nisi in Vrbe de stylo particulari. Generaliter autem erronea est opinatio, quoniam eorum partes sunt approbandi, vel reprobandi, seu referendi, quos reputent idoncos, vel non, Ferrentill. ad Buratt. *decis.* 637. cum Episcopi siot partes eligendi, & præeligendi inter plures approbatos.

15 Approbati autem dicuntur illi, qui habent maiorem partem votorum fauorabilium, quamuis minor pars eos reprobarent, minusque idoneos renunciaret, quoniam tanquam io actu Capitulari, seu collegiatiuo maior pars trahit ad se minorem, eamque suffocat, ita vt babeatur, ac si actus ob omnibus gestus esset.

Neque opus est, qood Examinatores referant omnes qualitates concurrentium in decreto Conciliari specificatas, sed sufficit, quod dicant in genere, an reputetur idoneum necne, & oretenus Episcopo, vel Vicario Præsidenti referaot, ita tameo quod relatio fiat ab omoibus, non autem quod vnus, vel duo nomine omnium id agant, & illicò perfecto examine in forma collegiatiua, & priusquam dissoluatur congressus.

16 Atque in hac functiooe approbandi, vel reprobandi Episcopus, vel respectiuè Vicarius generalis nullum babet votum decisiuum. Exemplum est vbi vota colligatorum concluduot pro maiori parte, immo noo verificetur eorum paritas, hoc casu Episcopus nullam gerit personam, nullumque habet votum decisiuum, vnde si concurrens ex quinque votis habeat tria negatiua, ac duo affirmatiua, non poterit Episcopus, vel Vicarius adhærere duabus, & ita reddere vota æqualia, sed ille concurrens dicendus est reprobatus, & sic è conuerso, vnde propterea adhæsio noo intrat, Card. de Luca *de paroch. discurs.* 1. *num.*21.

17 Casus præcisus adhæsionis est iste, quando scilicet ex sex, vel quattuor votis Examinatorum tria, vel respectiuè duo reprobant concurreotem, & tria vel duo approbant, quo casu actus pro neutra parte dicitur cooclusus, illeque non potest dici, oec approbatus, nec reprobatus, sed est in quodam statu neutro, ita existente statera in æquilibrio, tunc enim adhæsio Episcopi, vel Vicarij generalis dicitur illud gratum, quod positum in vna ex bilancijs æqualibus facit eam præpooderare, & constituit illum, qui est io statu ambiguo in statu certo approbati, vel reprobati ad instar illius præponderantiæ Episcopi, Castropalao *in opere moral. tract.* 13. *part* 2. *disp.*3. §. 4. *nu.* 6. Ventrigl. *num.*51. quam disertè laudat Card. de Luca *de paroch. discurs.* 1. *num.*13.

18 Ad instar praxis signaturæ Iustitiæ constituto, ex Collegio duodecim Prælatorum, quorum caput, seu Præsidens est Cardinalis, qui Præfectus dicitur, iste siquidem, vel non habet, vel si habet abstinet, ac proferre non solet votum decisiuum, sed si vota sint æqualia, tunc cum eius adhæsione intrat resolutio, quæ capta dicitur à toto Tribunali perinde, ac si ab omnibus ex certo principio, quod maior pars attrahit ad se minorem.

19 Deficieote paritate votorum passiua ioter concurreotes. Ponamus nunc, quod existentibus quinque Examinatoribus, & quattuor concurrentibus, & vnus ex istis concurrentibus habeat quinque. Duo concurrentes babeant æqualiter quattuor. Quartus autem habeat tria tantum vota fauorabilia. Vtique omnes coocurrentes erunt approbati, & Episcopus vt supra ex alijs circumstantijs arbitrium sunt regulantibus præeligere poterit illum, qui habeat tria tantum. Remaneote solum quæstione percutiente forum internum, an teneatur conferre digniori, vel sufficiat conferre digoo. Et digoior potest reputari ex alijs circumstantijs maioris prudentiæ, & populi amore, & moribus.

Vbi enim omoes concurrentes approbati fuerunt pro maiori parte notorum ab Examinatoribus, sed inæqualiter, quia nempè ex quinque Examinatoribus vnus habeat omnia vota fauorabilia oemine contradicente. Alter quattuor. Et alter tria. Episcopus non tenetur attendere maiorem numerum votorum, sed potest præeligere illum, qui habeat eorum minorem partem, dom sufficit esse ex numero approbatorum iuxta plures declarationes Sac. Congregatoonis relatas per Massobr. *in prax. habend. concurs. requis.* 4. *dub.* 4. Garz. *de benef. part.* 9. *cap.*2. *num.*109. Rota post Zuffum *de legitim. process. decis.*68. *num.*7.

Aduersus supra firmata stat Alex. 35. *con.* 10. tradens, 20
Episcopum in coocursu teneri præeligere illum, qui à maiori parte suffragiorum approbatus fuit.

Sed Card. de Luca *de paroch. discurs.*1. *num.*26. ad auctoritatem Alex. 35. respondet bunc Doctorem Aquilanum in patria versatum esse quidem io prophanis Doctorem fundatum, non autem callere materiam beneficialem, & edisserere cum æquiuoco manifesto, scilicet præsupponere, quod Episcopus teneatur præeligere habentem maiora Examinatorum suffragia, quod absolutè est falsum.

Prætermittenda non est assertio Massobr. *requisit.* 4. 21
dub. 2. *num.* 2. dicentis, quod Episcopus accedere potest ad vota Examinatorum in casu paritatis, vel singularitatis, dummodo fiat coram ipsis simul congregatis, & in ipso actu, non autem separatim, cum qua opinione videtur pertransire, Card. de Luca *d. discurs.* 1. *num.* 25. quoad nullitatem præelectionis ex interuallo.

Circa adhæsionem, & præelectionem, Massobr. *d. re-* 22
quisit. 4. *dub.*6. refert declarationem Sac. Congregationis editam sub die 29. Aprilis 1604. euius tenor est: *Dubium: An existentibus duobus concurrentibus examinatis à quatuor Examinatoribus; quorum vnus reportauit omnia vota fauorabilia. Alter verò duo tantum fauorabilia possit Episcopus sui voti accessione approbare secundum, ita vt cum his secundus vltra dimidium incluso voto Episcopi, vota fauorabilia habeat sit iudicandus vti primus idoneus, ita vt liceat deinde Episcopo eligere ex his duobus, qui sibi magis idoneus videbitur.*

Die 29. Aprilis 1604.

Congregatio censuit, eum quoque qui à duobus Examinatoribus approbatus, & ab alijs duobus reprobatus fuerit, si Episcopus votis approbantium accesserit, quemadmodum ei licet per decretum Concilij cap.18. sess.24. de reform. approbatum intelligi, ac propterea posse etiam ad parochialem vacantem regendam Episcopi electione alteri præferri, si eum altero magis idoneum iudicauerit.

In concursu maior ætas retorquetur contra concurren- 23
tem ad parochiam in locis montuosis, & alpestribus, vbi senex non est idoneus, Card. de Luca *de paroch. discurs.*6. *num.*12.

In Dataria, & gratiosis collationibus exclusionem operatur in concurreote, qui tam per viam permutatoonis dimisit parochiam pro concurrendo ad aliam, Bich. *dec.* 74. Luca *vbi sup. num.*13.

Diffamatio sola de crimine sufficit ad excludendum aliquem à concursu, & præelectione, vnde quamuis inquisitus de stupro, vel abortu, aut alio debito ex defectu probationum sit absolutus cum decreto *ex hactenus deductis*. Vel non sit absolutus ex capite innocentis remanet diffamatus, Card. de Luca *vbi supr. discurs.*8. *num.*5.

Præponendus est populo gratus, & non exosus, vel ingratus; Adeo vt antiquus vsus in Ecclesia habebatur

præ-

præponendi clericos à populo nominatos, sed hunc vsum quamuis commendabilem abolere oportuit ob laicorum, & populorum petulantiam, dum ita prætendere cœperunt iuspatronatus, & præsentandi, Caualer. *decis.* 419. Card. de Luca *vbi supra num.* 7. vbi etiam de occasione adhibendi deputatos laicos super custodia clausuræ Monialium.

24 Vicarius Apostolicus debet indicere concursum, quia Episcopus non habet nisi ea, quæ sunt ordinis ita Sacra Congregatio Concilij de anno 1628. declarauit iuxtà Nicol. *in suis floscul. verb. concurs.*

25 Appellatio non datur à reprobatione Examinatorum, sed à mala, & irrationabili electione idque ex Bulla B. Pij V. iuxtà Nicol. *in suis floscul. vbi sup.*

Carens oculo dextero si ex dispensatione celebret, admittendus est ad concursum, ita Nicol. *vbi sup.*

Præsumptio est pro iudicio Episcopi, seu Ordinarij, donec doceatur de contrario, itavt allegans contrarium debeat plenè, & concludenter probare Ludouis. *decis.* 11. Buratt. *decis.* 22. Card. de Luca *de paroch. discurs.* 6. *num.* 3.

Præterea ex nouo examine desumi non potest nisi maior, vel minor litteratura, quæ non sufficit, quoniam data in præelecto litteratura sufficienti ad exercendam curam animarum, possunt stare simul, quod alter concurrens, qui postpositus fuit, esset magis doctus, & tamen quod præelectus ob mores, prudentiam, aliasque circumstantias, illam præsertim affectionis, & gratitudinis populi sit magis actus ad Ecclesiæ gubernium, & curam animarum, Ludouis. & Buratt. *vbi sup.* Cels. *decis.* 5. & 24. At quamuis præsumptiones sint pro iudicio, & vera sit difficultas conuincendi iudicium de iniustitia, vel irrationabilitate ob dictam rationem, quia non debet attendi maior litteratura. Nihilominus potest adesse, & deregi iudicium irrationabile, vt apud Celsum *decis.* 24. & Rota penes Barbos. *de paroch. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 148.

SVMMARIVM.

1 *COllatio Parochialis facienda iuxta formam Concilij ex Bulla Pij V. alias est casus deuolutioni, & an defectus Episcopi præiudicet Collatori inferiori.*

2 *Parochialis collata præter, vel contra formam Concilij, nec dari, nec retineri potest.*

3 *Examinandus est pro parochiali quilibet, qualitercunq; notus.*

4 *Collatio Parochialis de Iurepatronatus Ecclesiastico, requirit concursum, qualiter præsentatio, & institutio facienda, nisi aliter in fundatione caueatur, n. 8. cui competat gratificatio, num. 5. Et an electo digno, dignior opponi possit, num. 6.*

7 *Patronus ad Parochialem in conscientia tenetur præsentare digniorem.*

9 *Collatio Iurispatronatus parochialis, per deuolutionem spectans ad Episcopum, etiam requirit concursum. Quid in mixto, vel si totum à principio fuit laicorum, num. 10.*

11 *Collatio parochialis, pro qua Ecclesiasticus nominat Rectorem, etiam exigit concursum.*

12 *Collationi facienda parochialis de Iurepatronatus laicorum, sufficit præcedere examen. Fallit in æqualiter præsentatis, num. 13. Quid in Iurepatronatus per priuilegium, vel præscriptionem, num. 14.*

15 *Collatio parochialis exigui redditus, quando liceat sine concursu. Proponendum tamen secundum edictum, num. 16. & 17.*

18 *Collatio parochialis, quando liceat sine concursu ad vitanda dissidia.*

19 *Collatio Canonicatus, vel hebdomadaria curata in Collegiata sine concursu fieri potest.*

20 *Collatio dignitatis, cui perpetuò adnexa cura in Cathedrali, vel Collegiata, sine concursu fieri potest.*

21 *Collatio beneficiorum Regularium, Regularibus sine concursu fieri potest.*

22 *Collatio Vicariarum perpetuò vnitarum, sine concursu fieri potest. Et si vacent in mense Apostolico, n. 25. non autem non vnitarum, vel redactarum in simplex, num. 23.*

24 *Collatio Cappellaniæ Coadiutricis sine concursu licet, nisi de per se curam habeat.*

27 *Collatio parochialis litigiosæ, facienda per concursum, nisi Papa collitigantem subroget, num. 26. vel vterq; decedat, num. 28.*

29 *Permutatio beneficiorum Curatorum, non exigit examen per concursum. Vide quando examen requiratur.*

30 *Collatio Curatæ, vacantis in Curia, fit sine concursu, sicut quando primus approbatus ab Ordinario non consentit pensioni à Papa imponenda.*

31 *Collatio deuoluitur facienda sine concursu, negligente Episcopo intra terminum eum perficere.*

32 *Concursus quando non requiritur Examen pro parochialibus cum quot faciendum.*

33 *Collatio parochialis, habitu, an per concursum conferenda.*

34 *Collatio beneficij curati reseruatur Papæ, nisi fiat intra sex menses. Quomodo computetur tempus, num. 35.*

36 *Collatione beneficij spectante ad Papam, vel alium, Episcopus, etiam facit concursum, & notificat vnum, etiam ex æquè idoneis, num. 37. intra quatuor menses à die scientiæ, num. 38.*

39 *Patroni ad Parochialem, quando nominent, quando præsentent. Et conuincitur error Roch.*

40 *Patroni, Ordinario negligente instituere ad Parochialem intra duos menses, quid agant.*

41 *Ordinarius, cum causa, tempus nominandi prorogare potest, primo termino omisso, non elapso, num. 42. Quid si à principio sit positus terminus excedens 20. dies, num. 43.*

44 *Collatio beneficij Curati, facienda digniori, an nulla si minus digno. Quod non, num. 45.*

46 *Collatio Curatæ, facta minus digno, non impedit, quin vsque ad sententiam, is faciat fructus suos.*

47 *Collatione Curatæ facta minus digno, dignior, ad quem appellet, & de quo. Quid in simplicibus, num. 48.*

49 *Appellatio à mala electione Episcopi ad Curatam, habet effectum deuolutiuum. Vnde non impeditur executio in prima instantia. Quid in secunda. Quando possit sequestrari possessio, num. 50. & 51.*

52 *Appellatio de mala electione, non habet locum vbi vterque est approbatus.*

53 *Appellans de mala electione, tenetur docere de grauamine concludenter, num. 54.*

55 *Appellans de mala electione, prouocando intra breue ad examen, potest probare læsionem. Ne ex tempore dicatur euasisse doctior, num. 56. Et impedimentum litis excusat adire examen, num. 57.*

58 *Appellans de irrationabili iudicio, ex quibus iuuetur, ex quibus non appellans de mala electione, num. 59.*

60 *Appellanti de mala electione, quid satis sit probare.*

61 *Appellans de mala electione, quando non iustificet grauamen.*

62 *Appellante probante grauamen, quid agat Iudex.*

63 *Episcopus eligens dignum, omisso digniori, an peccet, & teneatur ad restitutionem. Indignus censetur inquisitus, num. 64. immò habilitatus noui superuenientibus. Quid in liberato, vt innocente, cum non tali, num. 65.*

ANNOTATIO V.

§. II.

PIus V. in hac Bulla statuit, in Collatione Parochialium seruandam esse formam, traditam per Concil. 1
Trident. *cit. cap.* 18. maximè in examine habendo per concursum, de qua forma multa notata sunt §. *præcedenti*; ita enim disponit Pius V. *Omnes, & singulas Collationes, prouisiones, & institutiones, & quasvis alias dispositiones Parochialium Ecclesiarum ab Episcopis, & Archiepiscopis, ac quibusvis alijs Collatoribus, tam Ordinarijs, quàm delegatis, etiam S.R.E. Cardinalibus, ac S.A. legatis, vel Nuncijs præter, & contra formam ab eodem Concil. Tri-*

dentino, præsertim in examine per concursum faciendo, præscriptam, factas, aut in futurum faciendas nullas irritas, & nullius roboris, vel momenti fore, & esse, nullumque promissis ius, aut titulum, etiam coloratum, possidendi præbere, & Parochiales Ecclesias huiusmodi, vt prius ante Collationem huiusmodi vacabant, ex tunc vacare: easque omnes pro tempore sic vacantes Sedis Apostolicæ, seu eorum, quibus ius conferendi eas, præter quàm Episcopis, & Archiepiscopis, qui curam dicti examinis, iuxta decretum Concilij habere debent, competit, dispositioni reseruamus. Ita Bulla, ad quam notandom est, prædictam deuolutionem, locum habere in Parochialibus, spectantibus ad Collationem ipsius Episcopi traosgressoris, nam si Collatio ad aliuni inferiorem spectaret, & Episcopus habendo concursum, ad ipsum spectanrem vigore Concil. Trid. negligeret seruare formam traditam per ipsum Concilium, adhuc in præiudicium Collatoris non fieret deuolutio, Ita tenet Gonz. *ad regul. de mensib. gl. 6. num. 126. & seqq.* sequitur Lotter. *de re Benef. lib. 2. quæst. 31. num.* 10. notatum ad etiam supra ad *cap. præsentis de præb. & dignit.* §. 2. vbi etiam noraui pœnam prædictam procedere, non solum quando contra, sed etiam quando præter dispositionem conciliarem actum est.

2 Hinc DD. tenent, Parochialem, sine examine per concursum, vel contra formam positam à Concilio in præsenti collatam, non posse in foro conscientiæ acceptari, aut retineri, ita Petr. Nauar. *de restit. lib. 3. cap. 2. num.* 350. Vasq. 1. 2. *quæst.* 163. Less. *de iust. lib. 2. cap.* 19. *dub.* 3. Nouar. *nou. iur. Pontif. pract. conclus. titul. de concursu, &c. conclus.* 1. *al.* 65. *num.* 3.

3 Ampliatur supradicta, vt examen per concursum in Parochialibus, ad præscriptum Concil. Trid. seruari mandatum, in hac Bulla Pij V. requiratur, & sit omnino babendum, etiam cum quauis persona, notoriè digna, & qualificara, ac idonea de vita, moribus, & scientia, etiam si esset famosissimus Doctor, qoi cum maximo applausu per plnres annos legerit, vel esset Vicarius Generalis ipsius Episcopi, ita post Fusc. Paris. & alios, renet Prosp. de Augnst. ad Quarant. *Summ. Bull. verbo Parochial. benef. Collat. vers. circa examen,* qui testatur declarasse Sacram Congregationem, sequitur Nouar. *nou. iur. Pontific. pract. conclus. titul. de concurs. in Collat. Parochial. necess. conclus.* 1. *aliàs* 65. *num.* 2.

4 Ampliatur vlterius, etiam in Collatione Parochialis iurispatronatus Ecclesiastici, in qua adhibendus est concursus, & examen, iuxtà formam Concil. Trid. *cit. cap.* 18. vt disponitur in eodem text. Concil. *vers. porrò Episcopus, & vers. si verò iuspatronatus Ecclesiastici,* vbi etiam si institutio ad Episcopum, & non alium pertinet, eum, quem patronus digniorem inter probatos ab examinatoribus iudicabit, Episcopo præsentare tenetur, vr ab eo instituatur; cùm verò institutio ab alio, quàm Episcopo erir facienda, tunc Episcopus ex dignis eligat digniorem, quein patronus ei præsentet, ad qnem institutio spectat, ita Concil. *cit. vers. si verò,* & confirmanir Sacra Congregatio declarando ad eundem tex. Concil. quam adducit Garz. *cit. par.* 9. *cap.* 2. *num.* 126. vbi multa norant ad hanc materiam, post Gonzal. *ad regul. de Mensib. gl.* 5. *num.* 112. Nouarius *cit. loc. conclus.* 2.

5 Er in hoc concursu, & examine Parochialis iurispatronatus Ecclesiastici, debenr examinatores approbare omnes, qui idonei reperti fuerint, & patrono competit electio, qui deinde ex approbatis præsenrare potest, quem voluerit, declarauit Sacra Congregatio adducta per Garz. *cit. cap.* 2. *num.* 264. vbi vlterius addit, quod si in concursu fuerunt plures reperti æquè idonei, & approbati in pari voto; ipse patronus potest gratificare vni, nec renetur omnes æquè idoneos præsentare ad hoc, vt gratificatio fiat per Episcopum, & ratio est, quia cum ad patronum spectet electio, ad eum quoque debet spectare gratificatio Genuens. *in prax. cap.* 66. *num.* 5. *secundum vltimam impressionem,* qui id limitat quando institutio est facienda non per Episcopum, sed per inferiorem, qnia tunc Episcopus eligit digniorem præuio examine per concursum, quem Patronus præsentat ei, ad quem spectat Collatio, iuxtà dispositionem Concil. *cit. loc.* & voluisse Sacram Congregationem, testatur idem Genuens.

6 Supradicta de electione, & gratificatione spectante ad Patronum, adeo vera sunt, vt si ex approbatis, patronus non eligat digniorem, adhuc instituens, teneatur illum instituere, cum ad eum non spectet electio, sed ad patronum, quod tunc verum est, quando alius ex approbatis, & magis idoneus non se opposuerit, quia tunc est audiendus oppositor, docet ex mente huius Bull. Pij V. Garz. *cit. cap.* 2. *num.* 268. & 269.

7 Hic notandum est pro Casistis, quod licèt in foro exteriori Patronus laicus non teneatur præsentare ad beneficia, etiam curata digniorem; sed sufficiat, quod præsentet dignum, vt probatur in *cap. Monasterium* 16. *quæst.* 7. & in Concil. Trid. *sess.* 25. *cap.* 9. ibi, *Ad hec liceat Episcopo, præsentates à Patronis, si idonei non fuerint repellere, & sess.* 24. *cap.* 18. vbi Concil. obligar patronos Ecclesiasticos ad præsentandum digniores, laicos verò admittit ad præsentandum dignos. Nihilominus in foro conscientiæ patronus tam Ecclesiasticus, quàm laicus tenetur præsentare magis idoneum, tenet Couar. *in regul. peccatum* §. 7. *num.* 5. Lamber. *de iurepatr. par.* 1. *quæst.* 10. & alios, quos refert, & sequitur P. Valerus *diff. vtriusque for. verbo elect. diff.* 6. *num.* 1. & 2.

8 Sed id, quod notatum est de concursu, & examine habendo in iurepatronatus Ecclesiastico, intelligendum est, nisi aliud in fundatione iurispatronatus statutum sir, nam tunc essent seruandæ conditiones in fondatione appositæ, docet Genuens. *cit. cap.* 66. *num.* 3. Vgol. *de off. & potest. Episcopi cap.* 50. §. 3. *num.* 3. *vers.* 3. & alij, quos refert, & seqnitur Garz. *cit. loc. num.* 270. qui testatur, quod si in fundatione fuit data certa forma conferendi Ecclesiam Parochialem de iorepatronatus, illa est seruanda, iuxtà opinionem Rot. *in vna Vlisbonen. prioratus* 4. *Iulij* 1601. *coram D. Seraph.*

9 Supradicta de Collatione iurispatronatus Parochialis per concursum, & examen, iuxtà formam Concil. Trid. locum etiam habent in iurepatronatus, deuoluto ad Ordinarium, qui pro ea vice ita conferri debet, ita refert decisum Galet. *in Margarit. Cas. Conscient. verbo iuspatronatus,* & Nouar. *cit. loc. conclus.* 2. *num.* 5. contra Massob. *cit. loc. req.* 1. *dub.* 22.

10 Procedunt etiam in iurepatronatus mixto Clericorum, & Laicorum, nam licet ad alios effectus præualeat qualitas laicalis, in hoc præualet qualitas Clericalis, & proinde illud est conferendum præuio examine per concursum, iuxtà formam Trid. testatur declarasse Sacram Congregationem Garz. *de benef. par.* 9. *cap.* 2. *num.* 278. post Genuens. *in prax. cap.* 66. *num.* 2. qui id ampliat, etiam si iuspatronatus sit pro duabus partibus laicale, & vna Ecclesiasticum, tenet etiam Nouar. *vbi supra sub num.* 4. Hinc ad concursum huius beneficij debent admitti, tam nominati à patronis, quàm alij, vt censuit Sacra Congregatio Concil. *in vna Florentina Parochialis* 1599. quam declarationem sequuta fuit Rota *in dicta Florentina* 28. *Maij, eiusdem anni;* limitatur tamen, si iuspatronatus originaliter erat totum laicale, postea ex donatione laicorum effectum est Ecclesiasticum pro duabus tertijs partibus Alda. *Comp. can. resol. titul.* 9. *num.* 42.

11 Eodem modo est habendus concursus in Ecclesiæ Parochialis Collatione, in qua Ecclesiasticus habet tantum ius nominandi Rectorem, quia in effectu, idem est habere ius nominandi, & ius præsentandi Rectorem, voluit Sacra Congregatio in quadam declaratione data Episcopo Vicen. quam adducit Garz. *cit. cap.* 2. *num.* 149.

12 Non habet locum examen per concursum, primò in Collatione Ecclesiæ Parochialis de iurepatronatus laicorum; ad illam enim præsentatus per patronum laicum, debet tantum examinari per examinatores Synodales, & idoneus repertus, debet institui; deciditur in eodem *tex. cap.* 18. Concilij Trid. notant communiter DD. Massob. *in cit. prax. req.* 7. *dub.* 75. *num.* 4. *& seqq.* Beltram. ad Ludouis. *decis.* 494. *num.* 3. Rot. *decis.* 579. *num.* 4. *par.* 2. *in recent. & in Pampilonen. Parochialis* 26. *Iunij* 1626. *coram D. Baratto inter decisiones eius impressas decis.* 952.

13 Fallit tamen hæc communis conclusio, quando ad Parochialem de iurepatronatus laicorum, fuerunt præsentati plures ab ipsis patronis; tunc enim inter præsentatos est habendum examen per concursum coram examinatoribus Synodalibus non minori numero, quàm tribus, & per Episcopum eligendus est magis idoneus, & ille est instituendus, ita Paris. *de resignat. lib.* 6. *quæst.* 5. *num.* 21.

Gonzal.

Gonzal. ad regul. de mensib. gl. 6. num. 138. Garz. cit. cap. 2. num. 256. Marescott. variar. resol. lib. 1. cap. 52. num. 11. Piasec. in prax. cap. 5. num. 18. vers. euemente, Ricc. in prax. 1. part. resol. 368. n. 2. Rot. in Pampilonen. Parochialis 27. Ianuarij 1614. cor. D. Coccino, & Illerden. portionis de Perusa 11. Decembris 1613. coram D. Buratto inter eius impressas decis. 25. vbi Ferentilla in annot. num. 10. Massobr. cit. loc. num. 5. qui aduertit id procedere, quando plures præsentati, habent æquales voces præsentantium, nam aliàs, si quis haberet plures voces, is esset instituendus sine concursu, solum cum examine.

14 Fallit etiam in iurepatronatus laico, quæsito non per constructionem, fundationem, & dotationem, sed per priuilegium, vel præscriptionem, vel alio modo, cum isti patronatus, cum quasi possessione inde sequuta, saluis his, qui Principibus sublimibus, & studijs generalibus competunt, sint omnino sublati, & derogati per Concil. Trident. sess. 25. de refor. cap. 9. tenet Gonzal. ad regul. de mensib. gl. 6. n. 137. quem sequitur Ricc. in prax. part. 1. resol. 368. num. fin. Lotter. de re Benef. lib. 2. quæst. 31. num. 133.

15 Secundò potest conferri sine examine per concursum Parochialis, quando illud redditus sunt adeo exigui, vt nemo sit, qui se examini velit subijcere, deciditur in eodem Conc. Trid. cap. 18. vers. si tamen adeo exigui, & notant Gonzal. ad regul. de mensib. gl. 6. num. 139. Campanil. diuers. iur. Canon. rub. 5. cap. 3. sub num. 10. Seraph. dec. 942. num. 10. Ricc. in prax. 1. par. resolut. 369. secundum vltimam impress.

16 Quod si proposito edicto pro concursu Parochialis vacantis, cuius fructus sunt exigui, nemo comparuit, elapso termino debet proponi nouum edictum examinis sine concursu, seruatis terminis præscriptis in hac Bulla Pij V. refert decisum Garz. cit. cap. 2. num. 220. Si verò nullus compareat ad concursum, vel comparent Presbyteri rudes, tunc Episcopus potest eligere illum, qui minori ignorantia est præditus; illumque amplius erudiri curabit, ita habetur in declaratione Sacræ Congregationis adducta per Garz. cit. cap. 220.

17 Si verò ob tenuitatem prædictam fructuum, vel aliam ob causam, post primum edictum vnus tantum comparuerit, qui intendit se examini subijcere, tunc proponendum esse aliud edictum, & alios vocandos esse concurrentes, declarauit eadem Sacra Congregatio, adducta per Garz. cit. loc. num. 219. in fin.

18 Tertiò potest conferri Ecclesia Parochialis sine concursu, ob apertas factiones, seu dissidia, quæ in aliquibus locis reperiuntur, itavt facilè grauiores rixæ, ac tumultus possint excitari; tunc enim Ordinarius potest conferre Ecclesiam vacantem, si ita sibi videbitur, cum consilio deputatorum sine concursu, adhibito priuato examine, cæteris tamen seruatis, ita Concil. cit. cap. 18. ad fin. §. si tamen; vbi Sacra Congregatio, teste Garz. cit. loc. num. 220. in 2. declaratione, declarauit, quod vbi ob dominos temporales, vel aliam instam causam concursus non esset liber, & fructus Parochiales essent pingues, ponendi sunt Vicarij, donec conferri poterint magis idoneis seruata forma Concilij.

19 Quartò possunt conferri sine concursu, Canonicatus, vel Hebdomadariæ Ecclesiæ Collegiatæ, per quos exercetur cura animarum; nam in hoc casu cura dicitur esse penes Collegium, & non penes singulos, aut quemcunque Canonicum per se, itavt Canonicus dicatur Curatus, Garz. ad regul. de mensib. gl. 6. num. 158. Vgol. de potest. Episcopi cap. 50. §. 3. in fin. Quarant. Sum. Bull. verbo Parochial. benef. Collat. vers. tertio quæritur, qui testatur sic declaratum per Sacram Congregatinnem in Hebdomadaria S. Ioannis Maioris de Neapoli, Ricc. in prax. 1. part. resol. 369. vers. 4. Garzia de benef. part. 9. cap. 2. nu. 179. & seqq. vbi n. 180. refert aliam declarationem Congregationis, factam in terminis Canonicorum Cathedralis, & Collegiatæ, sequitur Nouar. nou. iur. Pontif. pract. conclus. titul. de concursu, &c. conclus. 1. aliàs 65. num. 4. vers. & cura, Genuens. in prax. cap. 66. num. 2. secundum vltimam impress. Idque ampliatur siue cura exerceatur per Canonicos promiscuè, siue alternatiuè, Garz. eod. loc. sub num. 181. vbi post Gonzal. cit. loc. num. 159. declarat dispositionem Concilij Trid. cit. cap. 18. in princip. volentem examen per concursum adhibendum esse, etiam si Cura Ecclesiæ, vel Episcopo incumbat, & per vnum, vel plures administretur, non intelligi quando Cura per plures administratur in Ecclesia Cathedrali, vel Collegiata, cui dispositioni conciliari respondet etiam Addit. ad Quarant. cit.

20 Quintò Dignitas in Cathedrali, seu Collegiata Ecclesia, cui dignitati est perpetuò accessoriè vnita animarum cura, potest conferri sine examine per concursum, Germon. de indult. Cardinal. §. quibus vis num. 7. Prosp. de August. ad Quarant. cit. loc. sub vers. tertiò quæritur, vbi testatur sic declarasse Sacram Congregationem in Canonicatu, Grat. discept. for. cap. 273. num. 48. Nouar. cit. loc. num. 4. in fin. Garz. de benef. part. 9. cap. 2. n. 195. Barbos. de off. Paroch. cap. 2. num. 30. & in Summ. Apostolicarum decis. verbo Concursus ad Parochiales n. 6. post Gonz. ad regul. de mensib. gl. 5. §. 7. n. 13. & gl. 6. n. 162.

21 Sextò beneficia curata Regularia, Regularibus conferri solita, conferenda sunt sine concursu, declarauit Sacra Congregatio, vt testatur Gonzal. cit. gl. 6. num. 162. vers. duodecimo, & Garz. cit. cap. 2. num. 197. qui testatur sic disposuisse Sixtum V. in quodam Breui adducto per Emanuel. Rodriq. collect. priuileg. Reg. Bull. 22. Sixti Quinti pag. 1173. voluit etiam Rot. in vna Ferrarien. Parochialis 8. Nouembris 1596. coram D. Corduba, Ricc. in prax. 1. p. resol. 369. in princip.

22 Septimò conferuntur sine concursu Vicariæ perpetuæ Parochialium vnitarum; illæ enim conferuntur ad nominationem, seu præsentationem illorum, quorum dignitati, vel Ecclesiæ, Parochialis est vnita, & annexa, iuxtà disposita per Pium V. in sua Constitutione ad exequendum Romæ publicata 15. Nouembris 1567. apud Quar. verbo Vicarius perpetuus, notant Galet. in Margar. Cas. Consc. verbo Vicarius, Ricc. cit. loc. vers. 2. Nouar. vbi supra num. 6. Gonzal. num. 161. multa Garz. cit. cap. 2. n. 289. & seqq. in quibus Vicarijs, non solum non requiritur concursus, sed nec examen nominati, cum Synodalibus examinatoribus, sed sufficit examen ipsius Episcopi, vel Vicarij, quibus tantum illud committit Pius V. in cit. Bulla incip. ad exequendum, ibi, cum ipsorum Ordinariorum, seu eorum Vicariorum prauio examine, approbatione deputentur, & notat Garz. cit. loc. num. 293.

23 Notandum est tamen, posse conferri sine concursu Vicarias perpetuas Parochialium vnitarum alicui beneficio, Collegio, vel alteri loco; non autem Vicaria beneficia Curata, de per se alicui loco non vnita, in his enim debet fieri concursus, sicut in alijs Parochialibus; ita etiam debet fieri in Vicarijs, erectis in Ecclesijs vnitis alicui beneficio, vel loco, abdicando, & separando curam animarum ab ipsis Ecclesijs, & transferendo eam in Vicarios. Similiter est conferenda per concursum Vicaria perpetua, erecta in Ecclesia, vbi Rectoria, auctoritate Apostolica post Concilium, redacta fuit in simplex, & sine cura beneficium; ita colligitur ex declarationibus Sacræ Congreg. adductis per Garz. cit. loc. num. 299. & seqq.

24 Octauò Capellania, quæ habet onus coadiuuandi Rectorem, vel Vicarium perpetuum in Cura animarum, potest conferri sine concursu, dummodo cura animarum totaliter non sit translata de Rectore in Capellanum, itavt Capellanus de per se habeat curam animarum, nam in hoc secundo casu est habendus concursus, colligitur ex adducta Declaratione Sacræ Congregatinnis apud Garz. cit. loc. num. 303.

25 Quod dictum est de Vicarijs perpetuis posse conferri sine examine per concursum, intellige id procedere, etiam quando vacant in mense Apostolico; tunc enim non tenetur Ordinarius facere concursum, & nominare magis idoneum Papæ, sed tenetur confirmare præuio examine, vt supra electum, & nominatum ab his, quorum dignitati, vel Ecclesiæ Parochiali, est vnita, iuxtà dispositionem Bullæ prædictæ; in quo casu tantum tenetur electus, & confirmatus expedire nouam prouisionem, & soluere annatam in Dataria pro portione fructuum sibi assignata, iuxtà formam dictæ Bullæ, & notat Garz. de benef. citat. cap. 2. num. 316. quod procedit non solum quando Vicaria est reseruata ratione mensis, sed etiam ratione alterius reseruationis, vt notatur in vna Tirasonen. Vicariæ S. Michaelis 3. Oct. 1595. quam adducit Garz. cit. loc. post n. 108.

26 Nonò vacante Ecclesia Parochiali, de qualis vertitur

per mortem vnius ex litigantium, non solet fieri concursus, siue decedat possessor, siue alius collitigans; & ratio est, quia non potest Ordinarius alterum subrogare, ne multiplicentur litigantes, probatur ex *cap. 1. & 2. vt lit. pend. in 6. & Clem. 1. eodem titul.* quia solet Sedes Apostolica alios gratiosè subrogare in ius, & possessionem defuncti, & vt plurimum subrogatur ipse collitigans superuiuens, iuxta *regul. Cancell.* 28. *de subrogandis collitigantibus*, notant Gonzal. *ad regul. de mensib. gl. 6. nu.* 242. Ricc. *in prax. cit. loc. resol.* 360. *vers. tertio cessat*, Nouar. *in cit. loc. num.* 2.

27 Et quia prædicta fundantur in subrogatione facienda per Papam, meritò si Papa nollet subrogare, iuxta *regul. prædictam*, esset adhibendus concursus, vt declarauit Sacra Congregatio 23. Iunij 1594. & refert Garz. *cit. loc. n.* 170. sequitur Nouar. *vbi supra num. 5. vers. licet*.

28 Vlterius si obierit vterque collitigans, tunc fallit regula proposita, & est adhibendus concursus, nam per mortem vtriusque collitigantis, extinguitur lis, & cessat ratio subrogationis, docet post alios per se allegatos Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. gl. 6. num.* 150. *& seqq.* vbi multa ad hanc materiam.

29 Decimò omittitur examen per concursum in permutationibus beneficiorum curatorum, immò nec vllum examen requiritur, quando duo Curati inter se permutant, docet Ricc. *in prax. 1. part. resol.* 367. *per totum*, vbi testatur declarasse Sacram Congregationem, quod intellige quando ritè, & rectè fuerunt permutantes examinati, & approbati ad beneficia curata, quæ permutare intendunt. Si autem permutatio fieret de beneficio curato cum simplici, vel aliter non curato, nec etiam est adhibendus concursus, sed sufficit solum examen, obseruat Leo *Thesaur. for. Eccles. part. 2. cap. 3. num.* 62.

30 Vndecimò non adhibetur concursus, quando Ecclesia curata vacat in Curia, solet enim tunc Papa illam conferre sine concursu, eodem modo illam confert Papa sine concursu, quando approbatus per Ordinarium, non vult consentire pensioni imponendæ per Papam super fructibus Ecclesiæ vacantis, testatur Gonzal. *ad regul. de mensib. gl. 6. num.* 116. Ricc. *cit. loc. resol.* 377. Sed hic notandum est, quod quando Parochialis confertur sine concursu prædicto, necessarium est, quod derogetur dispositioni Concil. Trid. expresè, vel tacitè, iuxtà opinionem Rot. *decis. 48. part. 1. diuers.* quam refert etiam, & sequitur Gonz. *cit. loc. num.* 120.

31 Duodecimò per hanc Bullam Pij V. disponitur, quod negligente Episcopo concursum peragere intra terminum ibidem statutum, deuolutio Collationis fiat ad Papam, vel alium Collatorem, cui competit, & in tali casu cessat concursus, nam Papa, vel alius Collator potest conferre sine illo, notat ad eandem Bullam Gonzal. *ad regul. de mensib. gl. 6. num.* 124. *& seqq.* Et simili modo cessat concursus, quando Ordinarius non contulit Parochialem infra sex menses, præuio dicto examine; tunc enim deuolutio fit ad Sedem Apostolicam, quæ confert sine concursu, iuxtà disposita in eadem Bulla, & notat Gonzal. *citat. loc. num.* 130.

32 Notandum est, quod in prædictis casibus, & alijs multis, positis apud Gonzal. & Ricc. *cit. loc.* in quibus in Collatione beneficij curati non requiritur concursus, sed valet illius Collatio sine eo, est omnino necessarium examen, vt notant DD. citati, ad quod notandum est, quod quando requiritur examen sine concursu in Collatione Parochialium, fieri illud debet cum tribus saltem Examinatoribus Synodalibus, nisi aliter specialiter disponatur; testatur de mente Sacræ Congregationis post Leon. & alios, Garz. *de benef. part. 9. cap. 2. num.* 165. *ad fin.*

33 Dubium est in hac materia, an conferendum sit præuio examine per concursum beneficium, habens curam animarum in habitu, non autem in actu, vt est quando populus est destructus, & omnes Parochiani, vel mortui sunt, vel alibi perpetuò commorantur, vel esse desierunt Parochiani illius beneficij. In hoc dubio defendunt multi, beneficium prædictum, regulandum esse ad instar non curati, probat Mascard. *de probat. conclus.* 588. *num.* 5. & alij, quos refert, & sequitur Gonzal. *ad regul. de mensib. gl. 6. num. 89. & seqq.* secundum quorum opinionem, dicendum esset, tale beneficium, posse conferri sine concursu, Contrariam sententiam, nempè regulandum esse tanquam beneficium Curatum, & proinde conferendum esse præuio concursu, latè defendit Campanil. *diuers. iur. Canon. rubr. 5. cap. 3. num.* 14. post alios, per ipsum adductos, ea potissimum ratione, quod si hæc cura habitualis, reduceretur ad actum, vt si Parochiani redirent ad cohabitandum intra fines Parochiæ, vtique Beneficiatus teneretur ad inseruiendum curæ, & si repetiretur insufficiens quoad scientiam, sequeretur inconueniens. Hæc secunda opinio est tutior, sed primam vidi practicatam, & conferri beneficium, quod fuerat curatum, tanquam simplex, ex quo omnes Parochiani discesserant à loco curæ; secundùm opinionem Campanil. esset cogendus beneficiatus ad residendum, redeuntibus Parochianis, iuxtà dicta per Rebuff. *in prax. Rub. de non promot. infra annum num.* 33. *& seqq.*

Nota ad text. huius Bullæ, quod Episcopus tenetur in- 34
fra sex menses peracto concursu, conferre beneficium curatum, aliàs Collatio efficitur reseruata Sedi Apostolicæ; Vnde ex hac dispositione tollitur, & reuocatur, siue moderatur in his beneficijs curatis dispositio *cap. nulla de concess. preb.* & ea, quæ ego ipse ad dictum *cap. notaui supra Annot. 3. §. 3.* nempè Episcopo negligente conferre beneficia infra sex menses, deuolutionem non fieri ad Capitulum, quia in beneficijs curatis, ratione reseruationis, de qua in hac Bulla, deuolutio fit ad Papam immediatè, vnde excluduntur etiam omnes alij superiores.

Quando incipiant prædicti sex menses, & quomodo 35
intelligantur illa verba Bullæ *à die illius vacationis*; nempè à die vacationis notæ, & sic à die scientiæ; quomodo computentur, & quando terminentur prædicti sex menses, vide latè notata per me ad *dict. cap. nulla §. 2. supra hac parte.*

Nota etiam ad text. huius Bullæ, quod si vacauerit be- 36
neficium curatum, cuius Collatio spectat ad Sedem Apostolicam, vel ad alium inferiorem, præter Ordinarium; tenetur ipse Ordinarius præuio concursu, & examine significare Collatori, quem magis idoneum elegerit in concursu, intra quatuor menses, aliàs Collator potest disponere, & conferre beneficium sine concursu, ita Bulla. In quibus terminis addendum est, Ordinarium facultatem habere conuocandi concursum pro vacatione Ecclesiæ Parochialis, Papæ reseruatæ quacunque reseruatione, siue ratione mensium, siue alio particulari; testantur declarasse Sacram Congregationem, Anast. Germon. *de indultis Cardinalium §. quibusuis nu.* 17. Flamin. *de resignat. lib. 10. quæst. 7. num.* 12. Vnde dixit Nauar. *in cap. si quando de rescript. num.* 15. Ecclesias Parochiales esse ab omni reseruatione exemptas, cuius opinio saluatur, quoad examen, & concursum, ac electionem magis idonei reperti in ipso concursu; in hoc enim verum est Ecclesiam Parochialem reseruatione carere: non verò intelligitur quoad Collationem, nam in illa cadit reseruatio, vt in hac Bulla, aduertit contra Nauar. Gonzal. *ad regul. de mensib. gl. 6. num.* 112. & sequitur Garz. *de Benef. part. 9. cap. 2. num. 153. & seqq.* qui testantur solitum esse in Dataria prouideri tantum sine concursu, & nominatione prædicta Ordinarij, Ecclesias Parochiales vacantes in Curia, siue per dimissionem, siue per resignationem, Massob. *cit. prax. prælud. 3. dub. 3. num.* 45. Sed cum solo examine.

Dubium est in hoc casu, quando Collatio Parochialis 37
spectat ad Papam, ratione reseruationis, vel alium inferiorem ratione antiquæ consuetudinis, aut priuilegij; Si Ordinarius in examine per concursum coram eo facto reperit plures examinatos æquè idoneos, an omnes teneatur significare, & nominare Papæ, vel alteri Collatori, vel an possit vnum eligere, & gratificare. In quo dubio, licèt videatur tenendum, omnes æquè idoneos esse significandos Collatori per Episcopum, per declarationem Sacræ Congregationis, quam adducit Garz. *cit. loc. n.* 149. Nihilominus verior sententia est, & in praxi seruatur, Episcopum posse ex pluribus æquè idoneis repertis, eligere, & gratificare sibi magis benè viso, illumque nominare Papæ, vel alteri Collatori; ita defendit Garz. *cit. loc. num.* 150. & respondet declarationi Sac. Cong. & est indubitatum, faciunt notata supra hoc §. *vers. & in hoc concursu in fin.*

Hic terminus quatrimestris, currere incipit à die habi- 38
tæ notitiæ vacationis, voluerunt vnanimiter Domini de Rot. *decis. 481. vol. 1. diuers.* in terminis huius Bullæ Pij V.

& refert

& refert Add. ad Quarant. *Summ. Bull. verbo Parochialium beneficiorum collatio vers. quarto quaritur.*

39 Nota quoque ad tex. huius Bullæ in illis verbis, *sic præsentatus intra tempus eisdem patronis a iure præfixum*; hæc verba non contradicere illis in Concil. Trid. positis *cit. cap. 18. sess. 24. de refor.* ibi, *Porro Episcopus, & qui ius patronatus habet, intra decem dies, vel aliud tempus ab Episcopo præscribendum, idoneos aliquot ad regendam Ecclesiam coram deputatis examinatoribus nominet*. Hæc enim verba inter se non contradicunt; nam habemus duos terminos inter se distinctos, videlicet nominationem, & præsentationem, loquitur autem Concil. de nominatione facienda coram examinatoribus, & obligat patronum ad nominandum idoneum coram examinatoribus intra decem dies, vel alium terminum per Episcopum præscriptum, qui potest esse tantum 21. dierum, vt dictum est supra, vlterius Concil. in eodem *cap.* circa medium, quod patronus præsentet coram Ordinario, quem digniorem inter approbatos ab Ordinario iudicabit; & hæc præsentatio facienda coram Ordinario, potest prolongari vsque ad terminum iuris, vt loquitur Bulla prædicta, qui terminus est quatuor mensium in laicorum, & sex in Clericorum iurepatronatu, vt notatum est supra. Ex quibus conuince errorem Anibal. Roch. *in tract. de visit. in verbo laicorum fol. 59.* qui testatur, hodie non habere patronum Ecclesiasticum sex menses, nec laicum quatuor ad præsentandum ad Parochiales de iurepatronatus, sed cogi præsentare intra sex menses, vigore dispositionis Conciliaris, non enim aduertit Concilium loqui de nominatione facienda coram examinatoribus infra decem dies.

40 In Parochialibus bis de iurepatronatus, institutio est facienda intra duos menses à die Præsentationis, aliàs beneficium dicitur Sedi Apostolicæ reseruatum, vel datur optio patronis, si Ordinarij neglexerint instituere infra duos menses, recursum habere ad Metropolitanum, vel viciniorem Ordinarium, aut Sedem Apostolicam, pro huiusmodi institutione, ita Bulla. Ex quibus dispositis, limitantur ea, quæ diximus supra *annot. 3. §. 3. in fin. vers. excusatur*, nempe non esse constitutum tempus instituere habendi ad instituendum, id enim non procedit in Parochialibus per hanc Bullam; Et licèt in alijs beneficijs de iurepatronatus controuersum sit inter DD. an superior ob negligentiam Ordinarij, possit de per se instituere, vel potius teneatur præsentatum remittere Ordinario, cum assignatione termini ad præsentandum, vt latè disserit Lotter. *de re Benef. lib. 2. cap. 13. num. 61. & seqq.* Tamen in hoc casu certum est, posse Metropolitanum, vel viciniorem, ad quem recursum fecit patronus, post lapsum duorum mensium, instituere de per se, vt denotant verba Bullæ, ibi, *Pro huiusmodi institutione obtinenda habere recursum, &c.*

41 Nota vlterius, quod in hac Bulla, prohibetur Ordinarijs prorogare constitutum terminum per Concil. Trid. ipsis Ordinarijs, vel Patronis decem dierum ad nominandos idoneos Clericos, coram deputatis examinatoribus, vltra decem alios dies. Ad quod notandum est in praxi, quod hic terminus decem dierum, ponitur in edicto, quo vocantur concurrentes, vt notat Garz. *de Benef. par. 9. cap. 2. num. 50.* Massob. *cit. prax. requis. 2. dub. 2.* & est arbitrarius vsque ad viginti dies, & non vltra, vt in hac Bulla, ita Garz. *cit. loc. num. 51.* Lotter. *de re Benef. lib. 2. quæst. 31. num. 40. & seq.* Hæc enim prorogatio termini, potest fieri non solum semel, sed pluries, dummodo non excedant 20. dies omnes prorogationes, videlicet si à principio positum est edictum cum termino decem dierum, potest prorogari prima vice vsque ad quindecim, & secunda vice vsque ad 20. dies, vt probat Lotter. *cit. loc. num. 42. & 43.* & ad hanc prorogationem exigitur causa, & illa est, si concurrentes, legitimo impedimento detenti fuerint Add. ad Quarant. *verbo benef. Parochial. Collat. vers. denique.*

42 Obseruandum est ad terminos Bullæ; vbi conceditur facultas prorogandi hunc terminum, quod si primus terminus in edicto positus, in totum sit lapsus, non potest Episcopus alium statuere terminum, licèt non excedat 21. dies, computato etiam primo termino; & ratio est, quia prorogatio non fit de termino elapso; sed de eo, qui adhuc durat *l. sed, & si manente ff. de precar.* Alex. *in l. dies Cautioni n. 2. ff. de damno infecto*, cum alijs per Tiraq. *de retract. Conuent. §. gl. 7. sub num. 24. vers. & vt verum dicam.*

Dubium est, si apponatur edictum, cum termino excedente 20. dies, an vitietur prouisio beneficij curati inde sequuta; in quo dubio docet in puncto iuris Garz. *cit. loc. num. 46.* vitiari; verùm *num. 49.* de æquitate, & mente Papæ, contrarium videtur tenere, nempe edictum, vitiari tantum quoad excessum, idem videtur tenere Lotter. *cit. loc. num. 41.* qui tenet, quod quicquid fit vltra 20. dies, videtur nullum, & id probat ex multis Rotæ decisionibus, & Sacræ Congregationis declaratione. 43

Nota similiter in Bulla, quod beneficia curata, sunt à Collatoribus conferenda magis idoneis, prætermissis dignis; disponitur etiam *in cit. cap. 18.* Concil. Trid. Vnde nullam esse prouisionem in hoc casu, omisso digniore, & subreptitiam etiam ipso iure, tenuerūt multi DD. quos vide apud Garz. *cit. cap. 2. num. 225.* Et licèt eorum sententia minus vera sit, vt dicemus infra; nihilominus ex illa colligi potest, quanti iura, & DD. extiment, & desiderent, beneficia curata conferri dignioribus, quod omnino desiderare etiam Rot. *legimus in vna Bertusen. Parochialis 18. Decembris 1581. coram D. Gipsio, & in Tuden. Parochialis 18. Aprilis 1603. coram D. Sacrato, & in Ripana Parochialis 1. Iunij 1609. Ortembergo*; refert etiam, & sequitur Beltram. ad Ludouis. *decis. 11.* 44

Supradicta sententia, quod Collatio beneficij curati, facta digno, omisso digniori sit nulla ipso iure, non caret rationibus, & DD. non vulgaris extimationis, quos videre est apud Garz. *loc. cit.* Attamen in terminis huius Constitutionis Pij V. prædicta Collatio tenet, & valet quousque annullata non fuerit, conquærente digniore, docet Valerus *differ. vtriusque for. verbo electio different. 2. num. 4.* Vgol. *de off. Episcopi cap. 50. §. 23. num. 4.* Garz. *cit. num. 235. & seq.* Lotter. *de re Benef. lib. 2. quæst. 31. num. 115. & seq.* 45

Hinc notandum est, quod dignus prouisus de beneficio curato, omisso digniori, donec eius prouisio fuerit annullata, iustè tenet beneficium, & facit fructus suos, docet Garz. *cit. loc. num. 238.* vnde si mediante appellatione, Collatio declararetur nulla, non esset condemnatus ad restitutionem fructuum; nisi ad perceptos post primam sententiam reuocatoriam, faciunt dicta per Fel. *in cap. 4. num. 33. de præscript.* tenet Garz. *cit. loc. num. 238.* contra Genuens. *in prax. cap. 66. num. 15. ad fin.* & Rot. sententiam per ipsum Garz. add. *num. 233.* tenentes esse condemnandum ad fructus à die motæ litis. Immò validitas dictæ Collationis procedit etiam in foro conscientiæ. Et sic non tenetur prouisus renunciare beneficio, donec per sententiam ad id compellatur; cum quis non debeat esse sui examinator, docet Valerus *vbi supra num. 4. ad fin.* 46

In casu prouisionis, factæ de beneficio curato in personam digni, omisso digniori, consultum est, vt dignior prætermissus, possit appellare à mala electione ad Metropolitanum, vel si Metropolitanus fuerit, vel exemptus, ad viciniorem Episcopum, vti Sedis Apostolicæ delegatum, vel ad Sedem Apostolicam, ita Bulla Pij V. 47

Hæc enim appellatio, datur tantum à mala electione Episcopi eligentis ad Parochialem minus dignum ex approbatis ab examinatoribus, prætermisso digniori, vt in Bulla. Hinc magis communiter DD. tenent non dari appellationem, nec etiam quoad effectum deuolutiuum à reprobatione, vel alterius approbatione examinatorum, ex illis verbis Concil. Trid. *cit. cap. 18.* ibi, *Nec prædictorum examinatorum relationem, quominus executionem habeat, vlla deuolutio, aut appellatio, etiam ad Sedem Apostolicam, &c.* Rot. *decis. 10. sub num. 2. par. 2. diuers.* & notat Garz. *cit. loc. num. 242.* probat firmius Lotter. *de re Benef. lib. 2. quæst. 31. num. 120.* post Gonzal. & alios per eum adductos, qui testatur, quod licet aliquando Rot. videatur voluisse, admittendam esse appellationem à relatione examinatorum, id intellexisse de examine ad simplicia beneficia, de quo non loquitur Trid. num autem ad curata, ita etiam respondit Beltram. ad Ludouis. *decis. 515. lit. A*; Et quamuis pro appellatione in hoc casu possent adduci nonnullæ declarationes Sacræ Congregat. vna sub die 4. Maij 1592. & altera sub die 7. August. 1605. relatæ ad literam per Nouar. *Summ. Bull. 2. part. titul. de concurs. ad Paroch. num. 26. in fin.* & commemoratæ per Barbos. *Summ. Apostolicarum decis. verbo appellat. num. 9.* post alios; tamen respondetur prædictas declarationes intelligi, dari appellationem à relatione examinatorum, ad effectum, vt reprobatus declaretur idoneus, 48

& ab illo auferatur nota, seu infamia reprobationis; minimè verò dari appellationem, nec deuolutiuam ad effectum infringendi electionem, & prouisionem Episcopi, ita resoluunt, quæ pro appellatione adduci possent Massobr. *in prax. habend. concurs. requis.5. dub.* 4. & latius Nouar. *Summ. Bull. cit. loc. num.*27. *&* 1.*part. titul. de concurs. num.* 22. qui aduertunt, quod hæc appellatio interponenda quo ad primum effectum, potest interponi ad ipsum Episcopum quoad effectum deuolutiuum tantum, quando reprobatio facta est sine voto ipsius Episcopi, alias ad Superiorem, quicquid dicat Genuens. *in pract. cap.66. num.9. secundum vltimam impressionem*, grauatum ab examinatoribus, de iure non posse appellare, sed admittendum ad appellationem ex misericordia, cuius opinio non admittitur, nisi iuxtà positam distinctionem. *Nec à firmata conclus.* discedit alter Nouar. *in nou. iur. Pontif. conclus.7. de appellat.* quia ipsemet *ibid. num.* 8. appellationem procedere in hoc casu tantum, in examine simplicium, quæ vigore alicuius Constitutionis particularis prouidentur per concursum, dicit.

49 Prædicta appellatio, permissa à mala electione Episcopi, habet tantum effectum deuolutiuum, non verò suspensiuum; Vnde ea interposita, interim non impedit, aut suspendit, quominus prouisus possit possessionem beneficij apprehendere, & in ea manuteneri, quousque per tres sententias conformes, vel per aliam, quæ faciat transitum in rem iudicatam, aliter pronunciatum fuerit; aduertit Garz. *cit. loc. num.* 246. post Zerol. Genuens. & alios adductos Grat. *decis. 96. num.* 23. & disponit hæc Bulla *vers. hac tamen*.

50 Hæc verò executio, non obstante appellatione interposita à mala Episcopi electione, in prouisione Ecclesiæ Parochialis, habet locum, non obstante prima appellatione, interposita ab electione Collatoris in prima instantia, non autem in secunda instantia; itaut si coram iudice appellationis fuerit reuocata prima sententia, siue electio Ordinarij, ac pronunciatum benè appellatum, ac male iudicatum siue electum per Ordinarium, si contingerit ab hac sententia appellari, admitti debet appellatio quoad vtrunque effectum suspensiuum, & deuolutiuum, donec non fuerint latæ tres sententiæ conformes, vel non contingerit transitus in iudicatum, ita Gonzal. *ad regul. de mensib. gl.6. num.*163. proponit casum per modum quæstionis, & proposita sententia contraria, deinde tenet, & probat hanc opinionem *num.* 189. *& seqq.* sequuntur Cæuall. *commun. contr. commun. quæst.* 897. *num.* 862. *& seqq.* Garz. *de benef. par.* 9. *cap.* 2. *num.* 247. Lotter. *cit. loc. num.* 119. Beltram. ad Ludouis. *decis.* 538. *num.* 7. *&* 8. Massobr. & Nouar. *cit. loc.*

51 Sed notandum est ad casum prædictum, quod si secunda sententia contra possessorem lata sit in Curia, à qua si reperiatur appellatum, nec possit exequi, iuxtà dictam doctrinam: nihilominus posset sequestrari possessio, secundum dispositionem *Clem. vnica de sequest. possess. & fruct.* & hoc non obstante hac Bulla Pij V. ita Genuens. *in prax. cap.* 66. *num.* 15. qui testatur sic iudicasse Rot. *in vna Bertusen.* 30. *Martij* 1582. *coram D. Gipsio*.

52 Aduertant appellantes à mala electione, facta per Episcopum in prouisione Parochialis, quod si prouisus, & appellans sint approbati, & æquè idonei iudicati ab examinatoribus, in tali casu potest per Episcopum fieri Collatio, cui ipsi magis videbitur, nec valet appellatio, iuxtà dicta per Rota *in Calagurritana de Branteuilla 9. Maij* 1614. *coram D. Peronano in recollect.* per Farinac. *decis.* 591. *part.* 1. *tom.* 2. Non enim per hanc doctrinam arctatur appellans à prædicta mala electione docere de fumo læsionis, ad finem, vt possit admitti appellatio, quia si aliàs diceremus, hæc appellatio nunquam posset interponi, cum ex actis examinis, factis coram Episcopo, à quo raro, aut nũquam possit apparere de læsione, docent Gonzal. *ad regul. de mensib. gl.* 4. *n.* 144. Garz. *de benef. par.* 9. *cap.* 2. *num.* 252. Grat. *decis.* 96. *in add. num.* 7. Ricc. *decis.* 96. *num.* 22. *par.* 4.

53 Supradicta procedunt ante appellationem, vel in eius interpositione; non verò post, vnde appellans, postquam appellauerit, tenetur iustificare coram iudice ad quem, & superiorem appellationis, fuisse grauatum, & Episcopum à quo, irrationabiliter elegisse, vel dolosè, vt clarè apparet in Bulla, ibi, *Constito de prioris eligentis irrationabili iudicio*, Rot. *in Pampilonen. beneficij* 13. *Maij* 1577. *coram D. Blanchetto*, Ludouis. *decis.* 11. Marescott. *variar. resol. lib.* 1. *cap.* 52. *num.* 24. Gonzal. *cit. gl.* 4. *num.* 139.

Et supradicta probatio concludenter est facienda; nam in dubio, si non constat de læsione prædicta, semper præsumendum est contra appellantem, & pro prouiso; cum præsumatur Episcopum, qui eum elegit, omnia considerasse in electione, & magis idoneum elegisse, ita Gonzal. *cit. loc. num.* 139. quem sequitur Nouar. *nou. iur. pontif. pract. conclus. titul. de appellat. conclus.* 8. *num.* 5. Ricc. *decis.* 96. *num.* 13. 54

Ad finem cognoscendi de irrationabili iudicio, & mala electione Episcopi, potest appellans prouocare ad nouum examen appellatum, & prouisum coram iudice, ad quem, vt habetur in Bulla; & hic est vnus modus docendi de grauamine, & læsione, vt testatur Ludouis. *decis.* 527. *num.* 2. Rot. *in nouis decis.* 8. *de prob.* Ricc. *cit. decis.* 96. *num. fin.* Ea enim procedunt, quando nouum examen succedit, primò infra breue tempus, quia si successit post longum tempus, intra quod, potuit quis euadere doctus, & idoneus, non procedunt supra dicta, quia scientia est necessaria tempore examinis ad *tex. in cap. si eo tempore, vbi gl. de rescrip. in* 6. tenet Gonz. *in regul.* 8. *gl.* 4. *num.* 146. qui testatur fuisse decisum per Rot. *in vna Pampilonen. Parochialis coram D. Lancellotto*, & apud Farinac. *decis.* 505. *par.* 2. *tom.* 1. 55

Vnde ad hoc, vt possit appellans prouocare prouisum, etiam post longum tempus, sufficit, quod statim, & infra breue tempus, post primum examen, nouo examini se obtulerit, licèt per superiorem non fuerit statim examinatus, quia negligentia Superioris, parti imputari non debet, voluit Seraph. *decis.* 963. *sub num.* 7. & post eum Nouar. *cit. loc. conclus.* 9. *num. vltimo*. 56

Secundò non est habendum in consideratione longum tempus post primum examen, quando appellans fuit adeo impeditus circa litem, vel alia grauia negotia, vt studio vacare non potuerit, nec didicere, & proinde recipiendus est ad nouum examen, ita Ludouis. *decis.* 527. *num.* 3. Rota *in vna Calagurritana de Munilla coram D. Coccino*, Ricc. *decis.* 382. *par.* 4. Nouar. *cit. loc. num.* 6. 57

Multum quoque faciunt ad probandum irrationabilem iudicium, & malam electionem Episcopi, primò si Episcopus elegerit suum familiarem, vel consanguineum; Secundò si reiecit Doctorem, & vnum ex compatronis, testatur Ricc. *in prax.* 1. *par. resol.* 374. *num.* 2. *vers. iudicium autem, & seqq. secundum vltimam impress. & decis.* 96. *num.* 20. Nouar. *cit. loc. concl.* 8. aliàs 38. *num.* 9. 58

Aduertendum est hìc, malam electionem, & irrationabile iudicium Episcopi, non probari solum ex eo, quod prætermissum sit doctior, & electus minus doctus, quia magis idoneus quoad scientiam, non debet præferri, & præcedere illos, quorum mores cogniti sunt, & approbati, nec simpliciter doctior, vel sanctior, dicitur magis idoneus; dicitur enim quis magis idoneus, ætate, moribus, doctrina, prudentia, & alijs rebus, ad vacantem Ecclesiam gubernandam opportunis; ita Concil. Trid. *cit. cap.* 18. *sess.* 24. *de ref.* & aduertit Ricc. *cit. decis.* 96. *num.* 2. His enim omnibus pensitatis, iudicabit Metropolitanus, vel alius Superior appellationis, si sit mala electio, & irrationabile iudicium Episcopi, qui elegit. 59

Notandum est hìc, quod ad finem iustificandi appellationem, & probandi malam electionem, & irrationabile iudicium Episcopi; non cogitur appellans docere de dolo, & irrationabili iudicio Episcopi ex proposito; sed satis est probare interuenisse re ipsa, quod habetur ab examine facto coram iudice appellationis, eiusque examinatoribus docet Garz. *cit. loc. num.* 252. eumque sequitur Nouar. *nou. iur. pontif. pract. conclus. titul. de appellat. conclus.* 8. *aliàs* 38. *num.* 8. 60

Notandum est etiam non dici probatam malam electionem, & irrationabile iudicium Episcopi, ex eo solum, quod non elegit Doctorem, Sacerdotem pauperem, & sine beneficio, ad Parochialem, quando electus, qui caret prædictis dignitatibus, habens æqualem scientiam, est tamen magis idoneus moribus, prudentia, & alijs opportunis ad gubernandam Ecclesiam, voluit Rot. *in Rauenaten. Parochialis* 2. *Decembris* 1592. *coram D. Arigonio*. 61

Constito igitur de mala electione, vel irrationabili iudicio Episcopi, eligentis dignum ad Parochialem, prætermisso digniori, coram iudice appellationis, poterit ipse iudex 62

appel-

appellationis, ſi Collatio ad Epiſcopum, à quo appellatum fuit, ſpectabat, auctoritate Apoſtolica conferre beneficium magis idoneo, ſi verò alteri ſpectabat Collatio, remittere tenetur magis idoneum Collatori, vt illi beneficium conferat, ita expreſsè mandat Bulla in fine; quod intellige, quando ſententia iudicis appellationis, fecit tranſitum in iudicatum, vel aliàs exequi meretur; nam ſi legitimè appellabitur, deuoluetur, & ſuſpendetur negotium. Aduertendum eſt, quod appellatio à iudice ſecundæ inſtantiæ, eſt interponenda ad Papam, ita expreſsè Bulla.

63 Nota hic incidenter, peccare mortaliter Epiſcopum, eligentem ad Parochialem dignum omiſſo digniori, ſecundum communem ſententiam Summiſtarum, excuſatur tamen à peccato prædicto in nonnullis caſibus, quos refert Dian. *reſol. mor. tom.* 3. *tract.* 5. *Miſcell. reſol.* 110. Controuerſum eſt tamen inter DD. an teneatur ad reſtitutionem; & licèt probabilis ſit opinio negatiua, & excuſans à reſtitutione, quam tenent Ledeſm. 2. 4. *quæſt.* 18. *ad fin. verſ. ſecunda concluſio*, Nauar. *in manual. cap.* 17. *num.* 74. *verſ. nec obſtat*, Garz. *de benef. part.* 7. *cap.* 16. *num.* 43. Villalobos *in Summa tom.* 2. *tract.* 8. *diffic.* 8. *num.* 15. Sot. *de iuſt. & iur. lib.* 4. *quæſt.* 6. *art.* 3. *ad* 6. & alij. Nihilominus contraria ſententia, nempè Epiſcopum eligentem ad Parochialem dignum, omiſſo digniori, teneri ad reſtitutionem, eſt probabilior, quia eligens in hoc caſu non ſolum offendit iuſtitiam diſtributiuam, verùm etiam commutatiuam ortam ex illo, quaſi contractu, proueniente ex edicti propoſitione, & ex fide in illo data, tenent Molin. *de primogenit. lib.* 2. *cap.* 25. *num.* 59. Bartol. Medin. *in inſtructor. confeſſ. in* 7. *præcept.* §. 32. Petr. Nauar. *de reſt. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 178. Gutier. *Canon. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 55. *& ſeq.* Vaſq. *in opuſc. moral. tract. de benef. cap.* 2. §. 3. *n.* 117. Fernandez *in examine Theolog. moral. part.* 4. *cap.* 4. §. 1. *num.* 2. *& cap.* 7. §. 2. *num.* 11. Barboſ. *de Poteſt. Epiſcopi part.* 3. *alleg.* 60. *num.* 68. *& de off. paroch. cap.* 2. *num.* 105. Dian. *cit. loc. reſol.* 110. *verſ. notandum eſt*.

64 Vltimò in hac materia notandum eſt, haberi prorſus, vt minus dignos, immò vt indignos ad electionem Eccleſiarum Parochialium inquiſitos, quos Canones exoſos habent; idque etiam dicendum de denunciatis tantum *cap. tantis Daniel.* 81. *diſt. cap. omnipotens*, vbi optima gl. *verbo denunciantur de accuſation.* Abbas *in cap. cum in cunctis ad fin. de elect.* & de diffamatis tantum Calder. *de probat. conſil.* 9. & rationem addit Rot. *in vna Fauentina Parochialis* 28. *Iunij* 1613. *coram D. Pirouano*, quia poſſet de facili inter Parochianos oriri ſcandalum.

65 Ampliatur prima opinio, vt etiam habilitatus nouis ſuperuenientibus, reputetur indignus ad electionem prædictam, voluit Rot. *in vna Salinen. concurſus* 6. *Aprilis* 1609 *coram D. Sacrato*. Secundò ſimpliciter abſolutus, etiam tanquam innocens, concurrens cum alio, non notato tali macula, dicitur minus dignus, vt voluit Rot. *in cit. Sabinen*, niſi per ſententiam conſtaret accuſationem fuiſſe per calumniam; poſt alios Lotter. *de re Benef. lib.* 2. *quæſt.* 31. *num.* 151. *& ſeqq.* vbi omninò expellit, qui ſe compoſuit cum Fiſco, Rot. *in Ripana Parochialis* 23. *Iunij* 1608. quia fama illius ſemper remanet læſa, cum pecunia ſuccedat loco pœnæ, *l. Senatus* §. *ſi quis de iur. Fiſc.* Quid dicendum de criminoſo pœnitente, vide apud eundem Lotter. *cit. loc. num.* 153.

OBSERVATIONES

D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Caſus in quibus ceſſat forma concurſus, & qualiter dignoſcatur cura annexa Dignitati.*
2 *Si cura animarum eſt annexa Eccleſiæ Regulari, vel Monaſteriali, an ceſſet concurſus?*
3 *Vicaria Vrbis diuerſa ab alijs, & in quibus.*

Forma Conciliaris concurſus ceſſat in pluribus caſibus, quamuis Eccleſiæ, vel beneficio animarum cura incumbat. 1

Primò vbi Eccleſia Parochialis, vel cura annexa eſt alicui Dignitati, vel Canonicatui ſtanti principaliter de per ſe, cui dicta annexio facta ſit, etiamſi exercitium ſit penes poſſeſſorem ipſius Dignitatis, vel Canonicatus, Rota *deciſ.* 330. *part.* 9. *recent.* Quia non agitur de principali Rectore, ſed potius de Vicario deputando ad nudum exercitium curæ, quæ habitu reſidere dicitur penes eum, cui annexa eſt. Conſtare autem debet de valida, vera, & propria vnione, & ad dignoſcendum quomodo talis vnio cenſeatur facta principaliter inſpicitur penes quem reſideat vniuerſitas bonorum, & iurium Eccleſiæ, illorum præſertim quæ ſint magis propria, & peculiaria iuris parochialis, vt eſt ius percipiendi decimas, ſi enim hæc vniuerſitas reſidet penes eum, cui vnio facta prætenditur, tunc enim rectè locum habet regula firmata, quoniam penes ipſum verè dicitur reſidere cura, ſeu ius parochiale. Secus è conuerſo ſi Parochiæ Rector poſſidet decimas omniaque bona, & iura parochiæ. Decanus, ſeu Dignitas autem recipit quoddam emolumentum pecuniarium, quod referri poteſt ad penſionem perpetuam, vel ad cenſum, ſiue ad quandam præſtationem in recognitionem dominij, ſeu protectionis, Buratt. *deciſ.* 214. *num.* 2. latè Card. de Luca *de paroch. diſc.* 10. *per tot.*

Præterea Conciliaris forma concurſus ſeruanda non eſt, vbi Eccleſiæ Regulari, ſeu Monaſteriali annexa ſit animarum cura per vnum Vicarium quamuis ſæcularem, & perpetuam exerceri ſolita, hoc caſu indubitatè non intrat diſpoſitio Concilij *ſeſſ.* 24. *de reform. cap.* 18. Sed potius locum habet Conſtitutio 47. B. Pij V. vt huiuſmodi Vicarij prouideri debeant ad nominationem eorum, quorum Eccleſijs annexa eſt cura, quæ habitu eſſe dicitur penes d. Eccleſiam eiuſque Rectorem percipientem decimas, aliaque iura Parochialia, actu verò, ſeu ſolo exercitio penes Vicarium, Merlin. *deciſ.* 106. Garz. *part.* 9. *cap.* 2. *num.* 290. Locum habent ſupradicta circa inobſeruantiam concurſus etiam quod de præterito prouideri conſueuerit per concurſum, vel quia id potuit ſequi voluntariè ad ſuperabundantiam, & meliorem prouiſionem deſideratam pro habentem curam habitualem, vel quia proceſſerit ex erronea prouiſione, Card. de Luca *de paroch. diſcurſ.* 37. *num.* 38. *& ſeqq.* Niſi tamen negatur de tali Vicaria, penes quam reſideat tam cura actualis, quàm habitualis, quoniam tunc ſolum Vicariæ vocabulum ſine effectu non alteram qualitatem parochialitatis, ideòque intrat concurſus, Burat. *deciſ.* 214. *num.* 2. 2

Vicariæ parochiarum Vrbis, quæ annexæ ſunt Capitulis, vel Collegijs ſunt perpetuæ, & in titulum collatiuæ, & iura, & emolumenta parochialia ſpectant ad Vicarium ex Conſtit. 39. B. Pij V. 3

Quamuis regulariter in parochijs annexis alicui Capitulo, ſeu alteri corpori vniuerſali, aut etiam alicui Dignitati omnia iura, & emolumenta Parochialia ſpectare debeant ad eum, cui cura habitualis competit, quoniam ille verè dicitur Parochus, ſeu Rector. Vicarius autem deputatur ad ſolam curam actualem, ſeu ad eius exercitium iure famuli, ſeu exercitium deputatus contentus debet eius congrua tanquam ſalario, ſeu mercede operis, Celſ. *deciſ.* 135. Attamen poteſt eſſe lex particularis in contrarium.

ANNOTATIO VI.

De Ætate Beneficiati.

ARGVMENTVM.

Notatur §. I. Ad obtinendas penſiones requiri ætatem ſeptem annorum, quatuordecim ad ſimplicia. Quid in Iure patronatus, & Capellania, vel Canonicatu Eccleſiæ Collegiatæ, aut dimidia portione, ſeu in Dignitate eiuſdem Collegiatæ. Quæ verò ætas requiratur pro obtinendo

nendo Canonicatu, vel Dignitate in Cathedrali, vel beneficio curato, aut Episcopatu, vel Cardinalatu.

§. II. Quo tempore, impetrationis, an possessionis requiritur ætas præscripta in beneficijs; ætatis defectus quando, & quomodo inualidet Collationem; à quo tempore computanda; quomodo probanda per librum Baptismi, vel Vniuersitatis, per testes, & quales, per instrumenta, per coniecturas, & quas, quis valeat huic ætati dispensare, & alia.

SVMMARIVM.

1 *ÆTas beneficium obtinentis, qualis debeat esse, ad cap. si eo tempore de rescrip. in sexto, & qui DD. materiam exagitent.*

2 *Ætas sicut in alijs humanis actibus, ita in beneficijs requiritur.*

3 *Ætas septem annorum sufficit in obtinente pensionem. Quid asserendum in supplicatione.*

4 *Ætas pro obtinendis beneficijs simplicibus qua de I. communi, qua de I. Tridentini. Et an sufficiat decimum quartum annum esse inceptum num. 5.*

6 *Ætas pro obtinendo Iurepatronatus qualis; quid quando aliter statutum in fundatione, & an possit ex interuallo, num. 7.*

8 *Præsentari, an possit minor 14. annis pendente supplicatione dispensationis.*

9 *Capellania nutu amouibilis, sine Episcopi, vel Papæ auctoritate erecta, minori 14. annorum conferri potest.*

10 *Ætas 14. annorum, sufficit in Capellania collatiua non Sacerdotali.*

11 *Ætas 14. annorum sufficit pro obtinendo Canonicatu Ecclesia Collegiata, cui adnexus ordo sacer non sit. Quid si canonicatibus sit adnexa cura, quæ exerceatur, num. 12.*

13 *Ætas 14. annorum sufficit pro obtinendis dimidijs portionibus.*

14 *Ætas requisita ad dignitates obtinendas in Collegiata, quæ sit.*

15 *Ætas pro Canonicatibus Cathedralium qualis.*

16 *Ætas pro obtinentibus dignitates Cathedralium, quibus non adnexa cura, nec ordo, quæ sit. Quid si fiat per Turnum distributio missæ cantata, num. 17.*

18 *Ætas pro obtinenda dignitate Decanatus, vel Archidiaconatus, quæ requiratur.*

19 *Ætas 25. annorum requiritur in obtinente Canonicatum, vel Dignitatem, cui subest cura, & si penes totum Capitulum resideat, non tamen si accessoriè, num. 20.*

21 *Ætas 25. annorum requiritur in obtinente Præposituram, cui est commendata cura.*

22 *Ætas 25. annorum, non requiritur in alijs Canonicis, si cura dignitati, vel canonico subest. Quid si penes Capitulum, & quid si penes Vicarios perpetuos, abdicata à Canonicis, num. 23.*

24 *Ætas 25. annorum requiritur in obtinente beneficium curatum, vel Vicariam perpetuam Cura. Non sic si cura sit vnita beneficio, minorem requirenti ætatem, num. 25.*

26 *Ætas 30. annorum requiritur in Episcopo; consecratus ante, non incurrit pœnas contra promotos ante ætatem. Quid si infans consecretur, num. 27.*

28 *Ætas 30. annorum requiritur in promouendo ad Cardinalatum ex Tridentino, aliter ex Systo V.*



ANNOTATIO VI.

§. I.

Ad Tex. in Cap. si eo tempore, de rescrip. in 6.

IN hoc tex. Bonifacius VIII. disponit, quod impetrant beneficium curatum, vel non curatum, idoneam debe habere ætatem tempore impetrationis, pro cuius tex. intelligentia notandum est, qualis sit idonea ætas ad beneficia requisita; de qua materia quid disponatur de iure communi, habetur in *cap. cum in cunctis in princip. & in §. inferiora de elect. & in cap. super inordinata de præbend. cap. 1. de ætat. & qualit. lib. 6. Clem. generalem eod. titul. & Clem. ne in agro §. cæterum de stat. regul.* Concil. Trident. *sess. 23. cap. 6. de ref. sess. 24. cap. 12. de refor.* tractant Selua *de benef. 3. part. quæst. 5. 2. qualitate num. 13. & seqq.* Gregor. Lop. *l. 3. verbo quatuorque annos titul. 16. par. 1.* Rebuff. *de pacificis possessoribus num. 208. & seqq. & in prax. titul. de disp. ration. ætat.* Corros. *de beneficio 3. par. cap. 3.* Gimon. *in Enchirid. beneficior. titul. 1. cap. 7.* Rosiniacum *de benef. cap. 2.* Pech. *in regul. beneficium de regul. iur. lib. 6. num. 27.* Henriq. *in Summ. lib. 10. cap. 10. §. 1.* Petr. Gregor. *tract. de benef. cap. 37. num. 5. & seqq.* Gut. *Canon. lib. 1. cap. 36. num. 33.* Fel. *cap. cum vigesimum de off. deleg. num. 8. & seqq.* Azor. *instit. moral. par. 2. lib. 6. cap. 5. quæst. 7.* Mandos. *de minori ætate cap. 4. & 5. & particulariter de ætate ad Canonic. requis. regul. 18. Cancellariæ quæst. 1. & 2.* Flamin. Paris. *de resignat. lib. 3. quæst. 7. num. 65. & lib. 4. quæst. 1. num. 7. & quæst. 11. num. 13.* Hoied. *de incompatibil. benefic. cap. 24. num. 9. & seqq.* Reginal. *in prax. for. pæn. lib. 30. tract. 3. cap. 166. in fin.* Maiol. *de irregul. lib. 1. cap. 30. num. 11. & seqq.* Ledesm. *in Summ. part. 1. vbi de Sacram. Ord. cap. 7. ver. de la prima, & par. 2. tract. 7. cap. 1. conclus. 7. prop. fin.* Quintanad. *Ecclesiasticor. lib. 1. cap. 60. num. 11.* Cæuall. *commun. contra commun. quæst. 523. num. 3.* Less. *de iust. & iur. lib. 2. cap. 34. dub. 20.* Garz. *de benef. par. 7. cap. 4.* Campanil. *diuers. iur. Canon. rub. 7. cap. 66. num. 2.* Armandar. *in addit. ad recop. leg.* Nauar. *lib. 1. titul. 20. l. 1. de ætat. num. 5.* Tusc. *conclus. 338. lit. E.* Molfes. *Summ. Theol. moral. tract. 6. cap. 7. num. 44.* Homobon. *de Bonis de examin. Eccles. part. 1. tract. 1. cap. 10. quæst. 60.* Ricc. *collect. decis. par. 4. collect. 860. & in prax. par. 1. resol. 342. secundum vltimam impress. & decis. 281. num. 2. par. 4.* Nouar. *nou. iur. Pontif. pract. conclus. titul. de ætat. conclus. 1. aliàs 13. & seqq.* Barbos. *de off. & Potest. Episcopi par. 3. alleg. 60. num. 73. & in Summ. Apostolicarum decis. verbo ætas* Didacus Narbona *tract. de ætat. ad omnes humanos actus requisita anno 14. quæst. 55. & seqq.* & ex pluribus alijs locis Lezan. *in Summ. quæst. Regul. tom. 3. verbo ætas, Summistæ omnes in eodem verbo,* Thom. Valasc. *alleg. iur. tom. 2. alleg. 8.* Sell. *select. Canon. cap. 25.* Lotter. *de re Benef. lib. 2. quæst. 49.* Leo Thes. *for. Eccles. par. 2. cap. 3. num. 14.* & alij multi, in qua materia notanda sunt aliqua breuiter. 1

Præmittendum est, quod sicut in alijs humanis actibus certa statuitur ætas, ita vt illi ante statutam ætatem prohibiti dicantur; vt est in Nuptijs, *instit. de nupt. in princip. cap. 2. cum alijs de desponsat. impuber.* in Militibus, vt testatur Liprius *de re milit. lib. 1. dial. 2. ad Polyb. super verbo in annis quadraginta sex,* & ad Tacit. *lib. 1. in assumendis ad munera, & honores,* & similia, de quibus latè Cuiac. *in l. 2. ff. de excusat. in Legatis l. sciendum in princip. ff. de legatio. l. 1. in princip. ff. de postulat.* Et in similibus, ita etiam conueniebat, vt qui per beneficia est assumendus ad officium legationis apud Deum Optimum Maximum ex Nauar. *in relect. cap. si quando in 7. except. num. 2. de rescrip.* & ad munera, honores, & militiam Ecclesiasticam, ac ad contrahendum cum Ecclesia spirituale Matrimonium, certam haberet ætatem, & determinatam, ita testatur Lotter. *cit. loc. num. 5. & seqq.* 2

Nota primò, quod cum pensio, iuxtà communem, non dicatur beneficium Ecclesiasticum, consequens est, vt illam obtinens, non adstringatur ad ætatem requisitam in beneficijs, proinde tenet DD. quod ad obtinendam pensionem, sufficiant septem anni ætatis in pensionario, licèt beneficium, super quo est imposita pensio, aliam maiorem requirat ætatem, quia aliud est habere pensionem super beneficio, & aliud habere beneficium, tenet Gig. *de pension. quæst. 13.* 3

quæst. 13. Grat. *discept. for. cap.* 397. *num.* 17. *& seq.* qui testatur sic declarasse Sacram Congregatinnem Concilij, sequitur Nnuxr. post Ricc. per eum adductum *nou. iur. Pontif. pract. conclus. titul. de atat. conclus.* 2. *alias* 14. *num.* 10. Garz. *in regul. de mensib. gl.* 5. §. 5. *num.* 26. Lotter. *de re benef. lib.* 1. *q.* 4. *num.* 146. *& seq.* & alij, quos refert Barbos. *de iur. Eccles. lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 42. *vers. contra*, & hæc videtur verior opinio, contra Gxrz. *de benef. part.* 1. *cap.* 5. *n.* 1x9. *in fin.* Campanil. *diuers. iur. Canon. rubr.* 7. *cap.* 6. *n.* 5. & Sà *in aphor. verbo beneficium n.* 30. Requirunt tamen aliqui, quod in supplicatione ptn prouisione pensionis, fiat mentio de ætate, quia pensio reseruata Clerico Infanti, sine dispensxtione, est nulla propter verba assertiua in gratia, *Vita, ac morum honestas aliqua laudabilia*, quia hæc non concurrunt in infanti, ita Ricc. *in prax.* 1. *part. resol.* 378. *in fin. secundum vltimam impress.* qui testatur sic resolutum per Rot. apud Caputaq. *decis.* 318. *part.* 2.

4 Nota secundò, quod de iure communi sufficiebat pro obtinendis beneficijs simplicibus ætas septem annorum, Gl. *in supracit. cap. eo tempore verbo atatem*, vbi DD. Hodie verò vignte Concil. Trid. *sess.* x3. *cap.* 4. *de refor.* cuius dispositio seruatur, requiritur ad nbtinenda beneficia simplicia ætas quatuordecim annorum. In quibus terminis notant magis communiter DD. sufficere decimum quartum annum inceptum, licèt non sit completum, Sell. *cit. cap.* 25. *num.* 3. qui testatur sic fuisse decisum in *Camplen.* 11. *Maij* 1630. Nouar. *cit. loc. num.* 4. referens sic declarasse Sacram Congregationem Concil. & alios, hanc sententiam tenentes, quæ est magis communis, & verinr contra Mandos. *cit. cap.* 4. *num.* 15. *& cap.* 5. *num.* 55. *de atat. minor.* & Tnsc. *concl.* 338. *cit. n.* 10. *&* 15. *lit. E.* Qui tenent decimum quartum annum debere esse completum, quorum opinio non prxcticatur, cum pro prima sit sensus Congregationis, & Rot. Ricc. *collect.* 860. *in fin. p.* 4. Cæual. *cit. q.* 523. *n.* 5. Garz. *cit. cap.* 4. *n.* 11. *&* 13.

5 Hæc ætas quatuordecim annorum in obtinente beneficium simplex, adeo est necessaria, vt nec Episcopus possit super illa dispensare, tenet Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 6. *cap.* 5. *quæst.* 9. Garz. *de benef. part.* 2. *cap.* 4. *num.* 8. & nouissimè Ricc. quem refert Nouar. *cit. loc. conclus.* 2. *alias* 14. *num.* 2. qui testantur Episcopum conferentem beneficium minori quatuordecim annorum, peccare mortaliter, & Collationem esse nnllam.

6 Hæc ætas quatuordecim annorum requiritur, etiam in obtinente beneficium simplex de iure patronatus; nam Concil. Trid. *cit. cap.* 6. indistinctè eam desiderat in obtinente quodcumque beneficium; & dum generaliter loquitur, generaliter est intelligendum. Id tamen communiter limitant DD. quando in fundatione aliter fuisset statutum; potest enim patronus statuere in fundatione, vt minor quatuordecim annis valeat obtinere beneficium simplex de iure patronatus laicorum, & ratio est, quia quando Concil. Trid. recessit à stxtuta ætate septennij, & volnit ætatem quatuordecim annorum, nnn derogauit fundationi; docet Gonzal. *ad regul. de mensib. gl.* 5. *nu.* 91. Garz. *de benef. part.* 7. *cap.* 4. *num.* 9. Campanil. *cit. rub.* 7. *cap.* 6. *num.* 2. *ad fin.* resoluit Sacra Cnngregatio Concil. Trid. interpr. quam sequitur Rot. *decis.* 194. *n.* 1. *part.* 2. *in recent.* & in alijs adductis per Nouar. *cit. loc. num.* 5. Hæc enim conditio, vt possit iuspatronatus conferri, etiam minori 14. annorum, debet expressè apponi in fundatione; itavt non sufficiat, si fundxtor dixerit, vt ad beneficium possit præsentari, etiam Clericus primæ tonsuræ, & hoc in fundatione facta post Concil. Trident. quicquid sit de fundatione facta ante Concil. quia in illa sufficit, si hæc conditio fuerit apposita virtualiter, ita colligit ex Rot. *decis. in vna Monopolitana beneficij, seu Capella* 6. *Iunij* 1622. *coram D. Merlino, & in Corduben. Capellania* 5. *Decembris* 16x9. *coram D. Coccino*, Barbos. *Summ. Apostolicarum decis. verbo atas num.* 4. Supradicta opinio est contra Ricc. *decis.* x6. *part.* 3. qui tenet, hanc conditionem, quod beneficium simplex possit conferri, etiam minori 14. annorum, non posse apponi per fundatotem, cuiua sententia non habet sequelam; immò xb illa discessit discipulus eius, Nouar. *cit. loc. num.* 6. Nouissimè hanc eandem sententiam multis ornat, & probat Barbos. *de Iure Eccles. lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 158. *& seqq. qui num.* 161. vltra addit, etiam si Patronns dixit in fundxtinne, qnod possit ad beneficium præsentari quicunque Clericus, adhuc non potest præsentari minor 14. annorum.

Supradicta intellige, quando condictio prædicta apposita est in ipsa fundatione, non ex interuallo, quia patronus non potest ex interualln post fundationem adijcere conditiones, Lambert. *de iurepatron. lib.* 1. *part.* 2. *quæst.* 4. *art.* 4. *num.* 3. *vers. & sic vertetur*, Mnnet. *de commut. vlt. volunt. cap.* 11. *n.* 199. Rot. *in Toletana Capellania maioris* 16. *Iunij* 1631. *coram D. Merlino*. Et dummodo non dicatur, vt possit conferri minori septennin, quia hoc esset contra ius commune; ita colligitur ex DD. citatis. 7

Dubium est in hac materia inter Magistrum, & Discipulum prædictos, nempè Ricc. & Nouar. Nam Ricc. *decis.* 341. *part.* 4. firmat non posse præsentari ad iuspatronatum, quod sit simplex beneficium, minorem 14. annorum, pendente supplicatione dispensationis Summo Pontifici porrecta; contrarium defendit Nouar. *singul. Canon. conclus. de atat. conclus.* 2. *alijs* 14. *num.* 8. qui defendit, & testatur consuluisse, minorem, etiam in ætate decimitertij anni, posse validè præsentari ad beneficium simplex de iure patronatus laicorum. In hac contrarietate discedendum est ab opinione vtriusque; primò discedendum est ab opinione Ricc. nam verùm est in ptaxi posse validè præsentari minorem 14. annorum, si proximus sit legitimæ ætati; sufficit enim, quod ante institutionem pertingat talem ætatem, ita Campanil. *diuers. iur. Canon. rub.* 7. *cap.* 6. *num.* 3. qui a simili hanc sententiam corroborat, nempe clarum esse dicit, præsentationem de indigno factam in personam non Clerici iuxtà communem, & tamen ab illa receditur, & dicitur valida præsentatio facta de proximè clericando, voluit Rot. 19. *Nouembris* 1584. *coram D. Orane*, Sed minor 14. annorum, qui porrexit supplicationem Sanctissuno pro obtinenda dispensatione, licèt sit indignus ratione ætatis, potest tamen de proximo fieri dignus cum dispensatinne, ergo illius præsentatio est valida, & potest admitti, dummodo tempore institutionis reperiatur obtinnisse dispensationem. Discedendum est etiam ab opinione Nouar. nam illa est niminis generalis, & ampla, itavt temeritati sit ptnxima, cnntra communem, nempe posse minorem 14. annorum obtinere beneficium; posset tamen saluari, si cum Campanil. diceret de minore proximo ad ætatem legitimam, vel ad obtinendam dispensationem. Hæc enim opinio solum soluatur, & admitti potest ratione huius proximitatis, ex eo quod proximè accingendus, habeatur pro accincto, *l. penultima ff. de milit. testam.* Paris. *consil.* 43. *num.* 10. *lib.* 4. qua proximitate sublata, sumus in opinione communi, quod talis minor non sit habilis ad obtinenda beneficia, nec etiam de iure patronatus, vt explicat Barbos. *de Iur. Eccles. citat. loc.* Dian. *part.* 3. *tract.* 6. *resol.* 64. *vers. his tamen.* Itaque concludendum est minorem non posse præsentari, nisi sit proximus ad ætatem 14. annorum, vel ad obtinendam dispensationem Apostolicam, itavt tempore institutionis reperiatur habilis, vel in ætate, vel cum dispensatione. 8

Limitatur suprapposita conclusio, & dispositio Concil. Trid. citata, in Capellanijs, erectis sine Episcopi auctoritate; illæ enim cùm non sint beneficia Ecclesiastica, possunt conferri, etiam minori 14. annorum, testatur Gonz. *ad regul. de mensib. gl.* 5. *num.* x7. declarasse Sacram Congregationem Concilij, Rot. *decis.* 482. *in fin. part.* 1. *diuers.* & post Ricc. tenet etiam Nouar. *loc. cit. num.* 13. id tamen declarat, dummodo fuerit erecta, nec etiam cum auctoritate Papæ, & dummodo non teneatur Capellanus celebrare per se ipsum. Eadem suprapnsita ratione posset obtineri per Minorem Capellania non collatiua, sed ad nutum amouibilis, quia nec etixm dicitur beneficium, Alph. de Leon. *tract. de Capell. par.* 1. *quæst.* 4. *prax.* 6. *num.* 38. *vers. dixi in princip.* Barbos. *Summ. Apostolicarum decis. verbo atas num.* 8. 9

Nota secundò ætatem quatuordecim annorum sufficere in obtinente Capellaniam collatiuam, quæ non est Sacerdotalis; est abfnlutum apud omnes: quod disceptatur solum est, quando Capellania dicatur Sacerdotalis, itavt ætas prædicta non sufficiat, in quo casu omnes conueniunt, recurrendum esse ad verba in fundatione apposita, vt si patronus dixerit, quod præsentetur ad illam Presbyter, siue Sacerdos, etiam si non dixerit, qui tenea- 10

tur celebrare, iudicanda est Capellania Sacerdotalis, ita probat Campanil. *diuers. iur. Canon. rub. 7. cap. 6. num. 9. vers. ad primum*; non autem dicitur Sacerdotalis, si fundator dixerit, quod Capellanus celebret, vel dicat tot missas, nisi addiderit, quod celebret, per se ipsum, & non per alium, probat latè Ricc. *decis. 29. part. 4.* Cætera ad hanc materiam, vide Nouar. *quæst. for. 115. lib. 1.* Barbos. *Summ. Apost. decis. verbo Capellania.*

11 Nota tertiò ætatem quatuordecim annorum, sufficere in obtinente Canonicatum in Ecclesia Collegiata, in quo nullus est annexus sacer ordo, cum in his Canonicatibus, nihil innouauerit Concil. Trid. testatur declarasse Sacram Congregationem Concilij Campanil. *diuers. iur. Canon. rub. 7. cap. 6. num. 27. vers. pro illis*, Nouar. *singul. canon. titul. de ætat. conclus. 3. aliàs 15. num. 6.* Piasec. *in prax. part. 2. cap. 5. num. 21.* Lezan. *in Summ. quæst. Regul. tom. 3. verbo ætas num. 9. vers. prima*, Barbos. *qui alios cit. Summ. Apostolicarum decis. verbo ætas num. 10.* Lotter. *de re Benefic. lib. 2. quæst. 42. num. 13.* Nec huic opinioni contradicit Concil. Trident. *sess. 22. cap. 4.* nam ibi præcipitur ordo Subdiaconatus in Canonicatu Ecclesiæ Collegiatæ causatiuè, idest ad finem habendi vocem in Capitulo, quæ denegatur non constituto in ordine Subdiaconatus. Nec contradicit dispositio eiusdem Concil. *sess. 24. cap. 12. vers. in omnibus de refor.* vbi disponitur omnes Canonicatus, & portiones habere debere annexum ordinem Sacerdotalem, Diaconatus, vel Subdiaconatus; quia ibi loquitur de Canonicatibus Cathedralium, vt patet ex verbis Grat. *discept. forens. cap. 592. in princip.*

12 Fallit tamen hæc opinio, quando Canonicatus habet annexam curam animarum, & illam Canonici exercent, quia in tali casu non potest obtineri, nisi ab habente ætatem 25. annorum, Nouar. *cit. loc. n. 3.* ita practicatur in Diœcesi Capuana in Castro Martanisij, vbi cura animarum loci exercetur per RR. Canonicos insignis Ecclesiæ Collegiatæ Sancti Angeli, & ad illam promouentur habentes ætatem 25. annorum; notat multa Campanil. *cit. loc. num. 30.*

13 Nota tertiò ad obtinendam dimidiam portionem in Ecclesia, etiam Cathedrali, sufficit ætas quatuordecim annorum, quia tales dimidiæ portiones non habent annexum ordinem sacrum, testatur declarasse Sacram Congregationem Gonzal. *in regul. de mensib. gl. 5. num. 93.* Lezan. *cit. loc. tom. 3. verbo ætas num. 9. vers. secunda*, Barbos. *cit. loc. num. 9.* à simili, etiam iudicandum est in Hebdomadarijs Ecclesiæ Cathedralis, non habentibus annexum sacrum ordinem, sufficere ætatem 14. annorum.

14 Nota quartò DD. inter se non conuenire, in assignanda ætate requisita in obtinente Dignitatem in Ecclesia Collegiata, cui certus ordo sacer non est annexus, nec cura animarum. Tenent enim aliqui requiri ætatem 22. annorum, per dispositionem text. Concil. Trident. *sess. 24. cap. 12. de refor. vers. ad cæteras autem dignitates*, ita Garz. *cit. part. 7. cap. 1. num. 59. & 62.* Armendar. *in addit. ad Recopil. leg.* Nauar. *lib. 1. titul. 18. l. 7. de Episcopis n. 2.* Barbos. *Summ. Apostolicarum decis. verbo ætas num. 12.* qui alios citat, qui existimant, & decisum referunt prædictos 22 annos, qui per Concilium desiderantur ad dignitates in Cathedralibus, requiri etiam ad eas, quæ sunt in Collegiatis. Contrarium nempè Concilium Trid. desiderans ætatem 22. annorum in Dignitatem obtinentibus, non extendi ad Dignitates in Collegiatis, & consequenter sufficere ætatem 14. annorum, referunt sic fuisse decisum per Sacram Congregationem Concilij *Prax. Episcopalis part. 1. verbo beneficia §. 1. vers. ad Dignitates*, Piasec. *in prax. part. 2. cap. 5. num. 21.* Emmanuel. *quæst. Regul. tom. 1. quæst. 11. art. 2. & in addit. ad Bull. compositionis num. 4.* Barbos. *de off. & potest. Episcopi part. 3. alleg. 60. num. 67. & de Canon. cap. 13. num. 23.* qui refert Ricc. Squill. & alios, & adducit casum decisum, sequitur Nouar. *singul. iur. Canon. titul. de ætate conclus. 3. aliàs 15. num. 5.* & hæc opinio est magis communis, & probabilior; nam Concil. Trid. *cit. cap. 12. vsque ad dictum vers. ad cæteras autem inclusiuè*, loquitur de dignitatibus Cathedralium tantum.

15 Nota quintò, quod Canonicatus, siue portiones in Ecclesijs Cathedralibus, cum necessariò ex Concil. Trid. *sess. 23. cap. 12. de reform. vers. in omnibus vero*, habere debeant annexum ordinem Presbyterij, Diaconatus, vel Subdiaconatus, sequitur in consequentiam, vt assumendus ad illos, debeat esse constitutus in ætate proportionata pro Presbyteratus, Diaconatus, vel Subdiaconatus ordinibus, siue ordine singulis annexo; vnde pro obtinendo Canonicatu, cui Subdiaconatus ordo est annexus, requiritur ætas 21. annorum completorum, pro obtinendo Canonicatu, cui est annexus ordo Diaconalis, requiritur ætas 22. completorum, pro obtinendo verò Canonicatu, vel Dignitate, cui est annexus Ordo Presbyteratus, requiritur ætas 24. annorum completorum; Vel saltim requiritur talis ætas, vt infra annum à die obtenti Canonicatus, valeat, & possit promoueri ad ordinem requisitum ad Canonicatum, vt ea Concil. Trid. *sess. 22. cap. 4. de reform.* Vnde habenti ætatem annorum 20. completorum, quia infra annum potest promoueri ad Subdiaconatum, potest conferri Canonicatus, habens talem ordinem adiunctum; Ita etiam habenti ætatem 21. annorum completorum, potest conferri Canonicatus Diaconalis, & similiter habenti ætatem annorum 23. completorum, potest conferri Canonicatus Sacerdotalis; ita computant communiter DD. præsertim Campanil. *diuers. canon. rub. 7. cap. 6. num. 26. vers. in altero*, Nouar. *loc. cit. conclus. 4. n. 3.* Garz. *de benef. p. 7. cap. 4. n. 21. & seqq.*

16 Nota sextò, quod obtinentes Dignitates, vel Personatus in Ecclesia Cathedrali, quibus cura animarum non subest, nec particularem ordinem habent annexum, debent esse constituti in ætate 22. annorum, ita disponit Concil. Trident. *sess. 24. cap. 12. de refor. vers. ad cæteras autem*, notant Massobr. *in prax. habend. concursum ad Parochial. requis. 10. dub. 11. n. 24.* Nouar. *singul. canon. conclus. 11.* Squill. *de priuil. cler. cap. 4. n. 74.* Barbos. *de Canon. & Dignit. cap. 13. num. 22.* Controuertunt DD. in hoc casu, an prædicti 22. anni, debeant esse completi; Et quod sufficiat si sit inceptus, & non completus vigesimus secundus annus, tenent Zerol. *in prax. Episcop. part. 1. verbo beneficia §. 1. vers. ad Dignitates*, Emm. Sà *in aphoris. verbo beneficium num. 31.* Azor. *institut. moral. part. 2. lib. 6. cap. 5. quæst. 3. in fin.* Henriq. *in Sum. lib. 14. cap. 10. §. in fin.* Contrariam sententiam, nempe, quod debeat esse completus, nec sufficiat inceptus, defendunt Nouar. *consil. 4. de ætat. & qual.* Mandos. *tract. de ætat. minor. cap. 5. num. 10.* Less. *de iust. lib. 2. cap. 34. num. 108.* Garz. *de benef. part. 7. cap. 4. num. 70.* Grat. *discept. for. cap. 591. num. 9.* Armendariz *in add. ad recop. leg. Nauar. lib. 1. titul. 18. l. 7. de Episcop. num. 2.* Squill. *de priuil. Cler. cap. 4. num. 75.* Massobr. *cit. prax. req. 10. num. 13.* Nouar. *singul. canon. conclus. titul. de ætat. concl. 3. aliàs 15. num. 2.* Barbos. *de potest. Episcopi part. 3. alleg. 60. num. 66. de Canon. & Dignit. cap. 13. nu. 22. & in Summ. Apostolicarum decis. verbo ætas num. 13.* adducens pro hac opinione declarationem Sacr. Congregat. Concil. & hæc opinio sine dubio est magis frequentata, & pro ipsa videtur sentire Trid. *cit. cap. 12. dum vtitur formula verborum, viginti duobus annis non minores.*

17 Dixi sufficere ætatem 22. annorum completorum in obtinentem Dignitatem inferiorem in Ecclesia Cathedrali, cui non est annexus particularis ordo; Vnde est, quod ad obtinendam Dignitatem prædictam, cui sit distributio Missæ cantatæ per turnum infra hebdomadam, cum habeat onus annexum, ac proinde teneatur per se adimplere, requiritur ætas 25. annorum, voluit Sacra Congregatio *in Crotonien. 4. Decemb.* 1627. quam adducit Aldan. *in compend. canon. resol. lib. 1. tit. 10. num. 14.* & testatur Barbos. *Summ. Apostolicarum decis. verbo ætas num. 16.*

18 Nota septimò pro obtinenda Dignitate Decanatus, Archidiaconatus, & simili, cui subest animarum cura, requiri ætatem 25. annorum inceptorum, ita disponit Concil. Trid. *cit. cap. 12. in princip.* notat Nouar. *cit. loc. conclus. 5. aliàs 14.* Lotter. *de re Benef. lib. 2. quæst. 49. num. 23.* Campanil. *diuers. iur. canon. rub. 7. cap. 6. num. 7.* Barbos. *de Canon. & Dignit. cit. loc. nu. 18. & in Summ. præd. n. 15.* est commune, quod procedit siue Dignitas habeat curam fori conscientiæ, siue habeat curam iurisdictionalem, vt post alios aduertit Lotter. *cit. loc. num. 24.* Garz. *cit. part. 7. cap. 4. num. 65.* Barbos. *de Canon. & Dignit. cit. cap. 13. num. 21.* qui eadem ætatem 25. annorum desiderant, siue Dignitas, quæ habet curam prædictam sit

Ecclesiæ

Ecclesiæ Cathedralis, siue Collegiatæ, eum id non sit ratione Ecclesiæ, sed ratione euræ.

19 Amplia soprapositam sentenoam, vt io Dignitate, vel Canonicatu, quibus aoimarum cura subest, requiratur in obtinente ætas 25. annorum inceptorum, procedere etiam si cura resideat penes totum Capitulum, & exerceatur in actu per Dignitatem, vel Canonicum prædictum, docent Campanil. *cit. loc. num.* 30. Nouar. *cit. conclus. 5. aliàs* 14. *num.* 3.

20 Limita tamen, quando cura animarum prædicta est vnita accessoriè Dignitati, vel Canonicatui; tunc enim obtinens illam, non adstriogitur habere ætatem 25. annorum, illa enim procedit, quando cura subest principaliter Dignitati, vel Caoonicatui; restatur voluisse Sacram Congregationem Galet. *Margar. Cas. Conscient. verbo Parochus* §. 7. Campanil. *diuers. iur. Canon. cit. loc. n.* 22. Seraph. *decis.* 1138. Nouar. *cit. loc. num.* 2. qui alios citat, & refert consuluisse in facti cootingentia.

21 Declara supradicta, huiusmodi ætatem 25. anoorum, requiri io obtinente præposituram, vel aliam Dignitatem, cui est commendata perpetuò cura animarum prædicta, quia Commendatarius perpetuos habet verum titulum, probat post alios per se adductos Campanil *cit. cap. 6. n.* 23.

22 Declara etiam, in Ecclesia Cathedrali, vel Collegiata, in qua penes vnam Dignitatem, vel Canonicum vnum, aut duos, perpetuò resider animarum cura, nollum alium, præter istos exercentes animarum curam, adstringi esse in ætate 25. annorum tempore impetrationis, aduertit Campanil. *cit. cap. 6. num.* 30. in Ecclesia verò, in qua cora animarum resider penes Capitulum, vnicam personam Rectoris repræsentans, & illa exercetur per vnum, aut duos Canonicos per hebdomadam, aut mensatim electos ab alijs, licèt io tali casu quilibet Canonicus oon possit dici Curatus, attamen quilibet Canonicus tenetur habere ætatem 25. annorum, quia actu exercet curam animarum, quæ in habitu est penes totum Collegium, faciunt dicta per Campanil. *cit. loc.* & probat Barbos. *de Canon. & dignit. cap.* 13. *num.* 17.

23 Declara vltimò supradicta habere locum, quando cura residet in actu penes Dignitatem, vel Canonicos; Hinc si illa perpetuò esset translata in Vicarium perpetuum, & abdicata à Dignitate, vel Canonicis, quia Vicarius diceretur Rector curæ animarum, Campanil. *cit. loc. n.* 114. prædicta ætas 25. annorum, non esset necessaria in obtioente Dignitatem, & Canonicatus prædictos, sed sufficit ætas requisita ad Dignitatem, vel Canonicatus.

24 Ex supradictis collige ad obtinendum beneficium curatum, requiri ætatem 25. annorum, *cap. cum in cunctis* §. *inferiora de elect.* notant communiter DD. Campanil. *cit. loc. num.* 29. quod procedit non solum in Rectore, sed etiam in Vicario perpetuo curæ animarum, qui eandem debet habere ætatem, Campanil. *cit. loc. num.* 114. & in Coadiurore, qui omnes qualitates, quas habet Prælatus, sioe Beneficiatus principalis, tenetur habere per Coocil. Trid. *sess. 25. cap. 7. de refor.*

25 Restringitur communiter supradicta sententia, quando cura animarum est vnita accessoriè alicui beneficio, requirenti minorem ætatem, tunc enim Beneficiarus non adstringitur habere ætatem curæ correspondentem, sed beneficio minori; declarauit Sacra Congregatio, vt testatur Galet. *in Margar. Cas. Conscient. verbo Canonicus* 5. *& verbo Parochus*, Gonzal. *ad regul. de mensib. gl.* 9. *num.* 4. Garz. *de benef. par.* 12. *cap.* 2. *num.* 26. Campanil. *cit. loc. num.* 29. Barbos. *de off. & potest. Paroch. cap.* 2. *num.* 7. *& in Summ. Apostolicarum decis. verbo ætas num.* 17.

26 Nota octauò io promouendo ad Episcopatum, requiri ætatem triginta annorum *cap. cum in cunctis de elect.* quam ætatem declarauit Gregorius XIII. *in sua Constitutione publicata* 15. *Martij* 1591. debere esse completa, vnde non sufficit 30. annum fuisse inceptum, ootant Campanil. *diuers. iur. canon. rub.* 7. *cap.* 6. *num.* 44. Menoch. *de arbitr. cas.* 427. *num.* 24. Guttier. *Canon. lib.* 1. *cap.* 26. *num.* 39. Barbos. *collect. ad cit. cap. cum in cunctis num.* 16. Lotter. *de re Benef. lib.* 2. *cap.* 49. *num.* 30. Nouar. *singul. canon. titul. de ætat. concl.* 6. aliàs 18. est indubitatum, in quibus tamen terminis notant DD. consecratum Episcopum ante dictam ætatem expletam, minimè incurrere irregularitatem, aliasque pœnas impositas aduersus promotos ante ætatem, ita Campanil. *cit. loc. num.* 17. Suar. *tom.* 5. *de censuris disp.* 31. *sect.* 1. *num.* 29. Nouar. *cit. loc. num.* 3.

Obserua tamen, quod si infans consecretur Episcopus, nihil ageret, quia sicut carens vsu rationis est inhabilis ad contrahendum carnalem matrimonium, debet etiam esse inhabilis ad spirituale, colligitur ex D. Tho. *in suppl. ad 3. p. summ. q.* 39. *art.* 2. Henriq. *in Summ. lib.* 1. *cap.* 21. §. 4. *lib.* 10. *cap.* 14. §. 3. 27

Nota nonò in promouendo ad Cardinalatum, requiri ætatem eandem, quæ in promouendo ad Episcopatum exigitur, & proinde ætatem triginta annorum, voluit Concil. Trid. *sess.* 24. *cap.* 1. *de ref.* verùm Sixtus V. *in sua Constit. incipiente postquam verus sub dat. tertio Non. Decembris* 1595. §. 6. statuit posset creari Diaconum Cardinalem, constitutum in ætate annorum 22. notat Paleot. *de Sac. Consist. consultat. quæst.* 1. *part.* 4. Garz. *de benefic. part.* 7. *cap.* 4. *num.* 73. Campanil. *cit. loc. n.* 47. Nouar. *vbi supra conclus.* 7. *aliàs* 19. *per tot.* 28

OBSERVATIONES

D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *CAppellania etiam sub beneficiorum nomine, an sint beneficia, & qui sint capaces.*

2 *Ætas requisita ad assequendum beneficium, & Episcopus an possit dispensare?*

3 *Minore dispensato à Papa ad beneficia assequenda cum clausula,* Dummodo officium diuinum recitare valeat, *quæ sit praxis.*

4 *Dispositio Testatoris pro capacitate minoris, an debeat esse expressa, vel sufficiat implicita?*

5 *Distinctio conciliāns, & transcribuntur decisiones Rotæ Rom.*

6 *Ætas 14. annorum an exigatur in præsentatione, vel in institutione?*

7 *Præsentatio de minore de proximo, & infra quadrimestre efficiendo maiore. Vel dispensando per Pontificem an valeat?*

8 *In supplicatione minoris pro dispensatione Apostolica sit facienda mentio qualitatis beneficij cum exemplificatione?*

9 *Patronus an possit differre præsentationem vsque ad finem quadrimestris; Et quid si minor pars dissentiat. Aut è conuerso?*

Ætas quæ in Canonicatu Pœnitentiario, vel Præpositis, & habentibus primam Dignitatem in Collegiata?

CAppellaniæ aliæque dispositiones etiam sub beneficiorum nomine fundatæ, vel nuncupatæ, quæ Ordinarij, vel alterius Superioris potestatem non habent, cum potius iure legatorum piorum censeoda sint. Consequenter etiam laici, mulieres, & infantes sunt capaces, & non cadunt sub regulis beneficialibus, Veotrigl. *num.* 9. Reg. de Marin. *lib.* 1. *res.* 36. & multis Ventrigliam nominatim comprobat Card. de Luca *de benefic. disc.* 95. *n.* 1. 1

Si Testator ad talem Capellaniam vocaret Clericos de agnatione, vel descendentia, tunc ætas septem annorum exigitur cum Clericatu non vti principale requisitum Capellaniæ, sed tanquam antecedens ad aliam qualitatem, sine qua Clericatus non obtinetur, & idest per accidens, seu tanquam dictæ alterius qualitatis requisitum, Otthob. *decis.* 270. Cels. *decis.* 159. *&* 183.

Pensio vbi est Ecclesiastica reseruata ad fauorem Clerici sufficit ætas septem annorum reqoisita pro Clericatu, Ventrigl. *num.* 3. & hoc noo prouenit, quia d. ætas ad pensionem sit necessaria, sed ratione Clericatus, qoi d. ætatem sopponit, & cum Ventrigl. Card. de Luca *n.* 3. At dicam in materia de pensionibus. 2

Ex dispositione S. C. Trid. *sess.* 23. *de reform. cap.* 6. ætas ante annum 14. illegitima est ad beneficia assequenda, adeovt Episcopus oec dispeosare possit, vt concorditer firmant omnes, vt de Luca *vbi sup.* 3

3 Ideòque praxis docet, beneficia non obtineri ante d. ætatem sine Apostolica dispensatione super qua cadere solent disputationes quoties continent clausulam, *dummodo officium diuinum recitare valeat*, an scilicet requiratur formalis iustificatio habilitatis, vel sufficiat sola informatio extraiudicialis Exequutoris, cui litteræ directæ sunt, vt Rota *decis.* 162. *num.* 11. *part.* 11. *recent.* vbi quod sufficiat sola informatio extraiudicialis, & exequutio litterarum Apostolicarum ad fauorem prouisi Apostolici.

4 Conciliaris dispositio procedit etiam in beneficijs iurispatronatus, quoties ex lege fundationis dispositum non sit beneficium conferri posse etiam constitutis in minori ætate, cum tunc etiam post dictum decretum Conciliare attendi debeat intentio fundatoris, Barbos. *de Episcop. alleg.* 60. *num.* 77. An requiratur expressa, vel sufficiat virtualis, & implicita, vt si Testator dixerit simpliciter, *præsentari Clericum*.

5 Communis distinctio est, an agatur de fundatore ante Concilium, & sufficiat ætas septem annorum. Aut post Concilium, & secus vt Ventrigl. *num.* 6. Dummodo edicta sit dispositio in limine fundationis, vt laudato Ventriglia tradit de Luca *num.* 10. *& tit. de Canonic. & Capitul. discurs.* 10. *num.* 7. ex Duran. *decis.* 227. vbi id extendit etiam ad Canonicatus de iurepatronatus, vt requiratur expressa mentio, vt præsentari valeat Clericus primæ tonsuræ.

Rectiùs elucidat hanc difficultatem Rota *decis.* 399. *part.* 3. *recent. num.* 7. *& seqq.* ibi: *Nec valet replicatio, id quidem verum esse, quando fundator expressè in ipsa fundatione disposuit admitti debere etiam non habentes ætatem à iure, seu stabilimentis requisitam. Secus verò quando hoc expressè non dixit, quasi tunc voluerit se conformare cum dispositione iuris, seu stabilimentorum ex allegatis per Rotam decis.* 450. *n.* 6. *part.* 1. *recent. & Duran. decis.* 228. *n.* 8.

Quia responsum fuit, huiusmodi expressionem non requiri pro forma, sed tantum ad tollendam contrariam præsumptionem, quod fundator se voluerit conformare dispositioni iuris, seu stabilimentorum, vt animaduertit Rota coram Duran. decis. 228. *num.* 8. *vbi admittit ad hoc sufficere virtualem dispositionem fundatoris, talis autem præsumptio visa fuit Dominis euidenter sublata ex supradicta dispositionis serie, ex qua constat fundatorem non aliter voluisse admitti fratres, nisi penitus extincta linea masculina filiorum, & descendentium, quod sanè verificari non posset, si fratres admitterentur ad exclusionem filiorum non habentium ætatem à stabilimentis requisitam.*

6 Subquæritur, quando sit necessaria dicta ætas an in præsentatione, vel institutione? Respondetur sufficere legitimam ætatem in tempore institutionis, idest non prohibetur præsentatio habentis minorem ætatem, si infra quadrimestre, vel sexmestre iuxta qualitatem iurispatronatus Ecclesiastici attingat 14. annum, Barbos. *alleg.* 60. *num.* 78.

7 Pone quod præsentatus sit adeo minor, quod neque infra quadrimestre, vel semestre attingere possit d. ætatem, an præsentatio facta de minore, cum conditione tamen si impetrauerit à Papa dispensationem infra dictum tempus, talis præsentatio sustineatur? Negare videtur Riccius *decis.* 343. quem sequi videtur Squilant. *de privil. Cleric. cap.* 4. *num.* 6. & ita refert decisum.

Contrarius dic verius, quia sufficit ad sustinendam talem præsentationem, si verificetur conditio infra tempus datum ad præsentandum de iure stabilitum. Confert decisio Rotæ, quam transcribit Riccius *part.* 1. *prax. dec.* 205. in qua fuit resolutum, quod præsentatio facta cum conditione, vt præsentatus obtineat dispensationem circa qualitatem aliquam requisitam in fundatione valeat, ex quo non dicitur facta scienter de indigno, Viuian. *lib.* 6. *cap.* 6. *num.* 18. Alphon. de Leon. *de offic. Capell. prax.* 6. *quæst.* 4. *num* 41.

Subdit Viuian. quod hoc casu cum patroni non possint dici negligentes, non incipiat illis currere tempus ad præsentandum, nisi à die certæ scientiæ non obtentæ dispensationis, quod non existimo verum.

8 Suboritur quæstio: an impositione dispensationis Apostolicæ super minori ætate necessaria sit expressio qualitatis beneficij, quod sit debitum certo generi personarum, & illis de linea, si adsit alius, qui vti de linea quamuis laicus se opposuerit tanquam de proximo clericandus? Videtur dicendum quod gratia sit nulla, quia gratiæ Principis intelligendæ veniunt sine præiudicio tertij, & in terminis iurispatronatus, Carill. *decis.* 117. *num.* 14. & si de tempore vacationis aliquis de genere sit laicus, an consequenter incapax medio autem tempore dato ad præsentandum efficiatur capax per assumptionem clericatus, quem Ordinarius sibi concederet, dici non posset, quod huiuscemodi promotio contineat gratiam tertio præiudicialem, Card. de Luca *de iurepatr. disc.* 70. *num.* 4. *dixi in tract. de linea lib.* 1. *art.* 24. *num.* 11.

Patronus etenim licet possit differre præsentationem 9
vsque ad vltimam diem termini datam ad præsentandum, & expectare capacitatem minoris, vel Clericatum laici mox promouendi quatenus velit, & non vt cogi valeat, vt Luca *discurs.* 45. *num.* 8. *de iurepatr.* Cæterum stricto iure existente spe superuenientis de linea infra legitimum tempus non dicitur deficere linea, & per consequens non potest præsentari extraneus, Præs. de Franch. *decis.* 169. *num.* 13. ibi: *Dictum fuit pro D. Ioanne esse verba clara testamenti, quia Marchio vocabatur in defectum lineæ masculorum descendentium ex filijs Testatoris, vnde quamdiu erat spes quod ex filijs Testatoris orirentur filij, non poterat fieri locus substitutioni ipsorum filiorum deficientium facta, vt dicit glos. in l. peto §. fratres verb. ex familia ff. de leg.* 2. & iterum idem de Franch. *num.* 20. & scripsi *lib. de linea art.* 12. *num.* 55.

Quapropter si aliquis patronus præsentet minorem, qui de proximo maior fiet, hoc casu extraneus à maiori parte patronorum præsentatus non poterit institui, quia terminus datus ad præsentandum non potest abbreuiari vno ex patronis reluctante, quoniam cùm iuspatronatus competat pluribus iure singulari, isto casu maior pars non præiudicat minori, sed vnius tantum dissensus impedit, vt per Doctores *in l. quod maior ff. ad municipal.* præsertim in actibus voluntarijs. Vnde Card. de Luc. *de iurepatr. discurs.* 64. *num.* 17. firmat non posse maiorem partem patronorum abbreuiare terminum minori parte dissentiente. Quod ego reieci *in tract. de lin. art.* 24. *num.* 13. Motus quia frustra expectari debet minor pars patronorum, quæ absorbetur à maiori parte, vt in puncto Lambert. *part.* 2. *lib.* 2. *art.* 28.

In casu nostro aliud est, quia non expectatur frustra minor pars, quæ præsentat minorem de linea de proximo futurum maiorem, vel clericandum, cum iste necessario sit inuestiendus.

Pulchrè assumptum meum confirmant tradita per Buratt. *decis.* 727. *num.* 7. & per Card. de Luca *de iurepatr. discurs.* 59. *num.* 6. ibi: *Sæpius enim contingit, quod de tempore vacationis filij, vel coniuncti habentis iuspatronatus ratione deficientis clericatus, vel ætatis, aut alterius qualitatis non sunt præsentabiles, benè tamen durante termino iuris affici possunt tales, seu alias idem terminus ad commodum patroni, vel melioris beneficij prouisionem causare potest, & consequenter permittenda non est Ordinario etiam ad instantiam compatroni dicti termini abbreuiatio, nisi quando totum geratur sincerè, & bona fide, adeovt dici valeat, quod cum patroni ita in contumacia constituti censendi sint non curantes ius suum.*

De alijs vide quæ scripsi *in tract. de linea lib.* 1. *art.* 24. *per tot.*

In Canonicatu Pœnitentiario statuta est ætas 40. anno- 10
rum. Et Canonicatui si principaliter incumbit cura animarum fixè, & perpetuo illi in titulum annexa sit vicaria, seu exercitium curæ habitualiter incumbentis capitulo, & tunc requiritur ætas 25. annorum, quæ necessaria est in beneficijs curatis, Ventrigl. *num.* 21. *& seqq.* relatus per Card. de Luca *de benefic. discurs.* 95. *n.* 15.

Ætas in propositis, & habentibus primam dignitatem in Collegiatis, & istæ, aut habent annexam curam animarum, & requirunt ætatem requisitam in curatis. Aut habent ordinariam iurisdictionem quasi Episcopalem cum territorio separato, & debent esse eiusdem ætatis, cuius vices gerunt. Vel agitur de Canonicatibus, & alijs Dignitatibus Collegiatæ, & si non statuta sit alia ætas sufficit illa 14. annorum, etiamsi ipsi Collegio annexa sit cura animarum, Luca *vbi sup. discur.* 95. *num.* 17. *&* 18.

SVMMARIVM.

1 *ÆTas requisita in obtinentibus beneficia, dicitur adesse tempore impetrationis, vbi limita.*
2 *Ætas, non ordo requiritur pro impetratione beneficij.*
3 *Ætatis defectus facit collationem nullam, etsi parum desit, num. 4. & beneficium remanet reseruatum, num. 5.*
6 *Ætas à die natiuitatis enumeranda, non Baptismi, vel Conceptionis.*
7 *Ætatis defectus in prouiso de beneficio, est probandus per oppositorem libro Baptismatis, quando non, num. 8.*
9 *Ætas alio modo probari potest, & apud rusticos coniecturis, prouisum potius iuuantibus, num. 10.*
11 *Ætas publicis libris Vniuersitatis probari potest.*
12 *Ætas per testes probari potest, & quos.*
13 *Ætas per testes probari potest, designantes aliquod notabile factum.*
14 *Ætas testium, deponentium de ætate alicuius, saltem 14. annis illius ætatem excedere debent.*
15 *Ætas probari potest per instrumentum Tutelæ, & Curæ.*
16 *Ætatis defectui, non potest Episcopus, nec pro simplicibus dispensare.*
17 *Ætas quæ requiratur pro Dignitatibus regularium remissiuè.*

ANNOTATIO VI.

§. II.

1 HIc notandum est primò, quod ætas, quæ in beneficijs requiritur, vt in *§. præced.* concurrere debet in beneficio tempore impetrationis beneficij, vt post Abb. *in cap. cum in cunctis §. inferiora num. 1.* & Rebuff. *in prax. rub. requisita ad Collationem bonam num.* 38. docet Campanil. *diuers. iur. canon. rubr. 7. cap. 6. num.* 31. qui solum id limitat in Dignitatibus, Canonicatibus, & portionibus Ecclesiæ Cathedralis, in quibus statutum est per Concil. Trid. *seß. 24. cap. 12. vers. neminem etiam*, vt illæ obtineri possint, etiam quod obtinens statutam ætatem non habeat, dummodo sit positus in tali ætate, vt infra annum promoueri possit ad ordinem requisitum, quæ indulgentia conceditur tantum in Dignitatibus, Canonicatibus, vel portionibus Cathedralium, in quibus non est iuncta cura animarum, nam in illis in quibus reperitur adiuncta dicta cura, quæ actu exercetur ab illas obtinentibus, requiritur, quod ætas 25. annorum, concurrat tempore impetrationis, vt notat Campanil. *cit. loc. per cit. tex. in cap. cum in cunctis §. inferiora.*

2 Supradicta procedunt quoad ætatem, non verò quoad ordinem; vnde licèt obtinens beneficium, adstringatur esse constitutus in ætate requisita ad beneficium, tempore impetrationis, iuxtà supradicta, non tamen necessariò teneatur habere ordinem requisitum ad beneficium, tempore impetrationis, sed sufficit, quod infra annum à die adeptæ possessionis, promoueatur ad ordinem requisitum, etiam si beneficium sit cum cura animarum, *cap. licet Canon. de elect. in 6.* Gemin. & Franch. *in cap. si pro Clericis de præben. in 6.* & hoc nisi aliter sit statutum in casu particulari, docet Campanil. *cit. loc. num.* 32.

3 Notandum est secundò, quod Collatio facta non habenti ætatem requisitam ad beneficium collatum, est nulla, ita Flam. Paris. *de resignat. benef. lib. 4. quæst. 9. num. 20. & seqq.* Vgol. *de off. Episcopi cap. 50. §. 8. num. 3. & 6.* & alij, quos refert, & sequitur Garz. *de benef. 7. par. cap. 4. num.* 82. quod procedere etiam in conscientia testatur Ledesm. *in summ. 2. par. tract. 6. cap. 27. conclus. 17.*

4 Ampliatur supposita conclusio, vt Collatio facta non habenti ætatem requisitam, sit nulla procedere etiam, si ad ætatem legitimam desit parum, & modicum tempus, vt est vnius diei, vel horæ; quia in his, quæ sunt à iure determinata, & limitata, non licet arbitrari, ita ex dictis per Sanch. *de matrim. lib. 1. disp. 16. num. 4.* firmat Garz. *cit. loc. num.* 84. contra nonnullos per ipsum citatos, qui contrarium sentiunt circa ætatem ordinis.

5 Ampliatur etiam, vt beneficium collatum non habenti legitimam ætatem, remaneat Sedi Apostolicæ reseruatum, cum dicatur collatum contra formam Concil. Trid. per Bullam Pij V. vt supra notatum est. *Annot. 2. §. 2.*

6 Notandum est tertiò, ætatem connumerandam esse à die natiuitatis, non à die conceptionis, tenet Couarr. *in 4. 2. par. cap. 8. §. 2. num. 3.* Mandos. *de ætat. minor. cap. 1. num. 25.* Sanch. *præcep. Decal. lib. 4. cap. 35. num. 4.* Sfor. *add. de restit. par. 1. quæst. 2. art. 7. num. 48.* & in nostris terminis Garz. *cit. loc. num. 89.* & adeò connumeratur à die natiuitatis, vt prohibeatur connumerari à die Baptismi, refert decisum in vna *Cotronen. 4. Decembris* 1627. Aldan. *compend. Canon. resol. lib. 1. titul. 10. num. 15.* Barb. *collect. ad cap. cum in cunctis §. inferiora num. 30. de elect. & in tract. de Canon. & Dignit. cap. 13. sub num. 18. & in Summ. Apostolicarum decis. verbo ætas num. 2.* Nouar. *Lucer. regul. verbo ætas num. 1. in fin.* Merol. *tom. 2. disp. 4. cap. 6. num penult.*

7 Notandum est quartò, quod beneficium collatum non habenti ætatem, cum dicatur vacare reseruatum Sedi Apostolicæ, vt notatum est, potest validè impetrari; verùm impetrans tenetur probare ætatem non legitimam aduersatij, cum illa sit probanda ab eo, qui ei innititur, siue agendo, siue excipiendo, vt in *l. cum de ætate ff. de probat. l. de ætate ff. de minor.* Bart. *in l. in illa ff. de verbor. obligat. l. si maiorem* vbi Paul. & Iac. *C. de in integr. restit.* Rota *decis. 254. aliàs 2. de except. in antiq. & decis. 1162. sub num. 4. par. 3. lib. 3. diuers. & decis. Bisign. prima num. 5. titul. de reb. Eccles. non alien.* Fel. *in cap. dudum de præsumpt. post num. 10. num. 31.* Rebuff. *tract. de pacif. possess. in 4. limit. num. 174. cum seq.*

8 Potest autem impetrans in hoc casu probare ætatem non legitimam multis modis, primò, & melius per librum sacri Baptismatis, docent scribentes omnes in *cit. l. de ætate ff. de minor.* Alciat. *de præsumpt. regul. 2. præsump. 14. n. 5.* Ioseph. Ludou. *decis. Perus. 55. num. 7.* Verall. *decis. 314. part. 1.* Rot. *decis. 592. num. 2. par. 1. in recent.* Lotter. *de re Benef. lib. 2. quæst. 49. num. 32.* Grat. *discep. for. cap. 767. num. 47. & cap. 555. num. 20.* Id tamen fallit, quando liber non esset custoditus, nec reperiretur penes Beneficiatum, vel successorem Caput. *decis. 314. num. 1. lib. 1.* Rota per Seraph. *Bellunen. Canonicatus 1. Aprilis* 1596.

9 Secundò probatur ætas per librum, in quo Pater describere solet diem natiuitatis filij, dummodo cesset omnis suspicio fraudis, Menoch. *de arbitr. cas. 115. num. 3. lib. 2. cent. 2.* post Saly. *in l. si minorem num. 10. C. de in integr. restit. mino.* & Curt. *iun. cons. 118. num. 8.* Ioseph Lud. *cit. decis. 55. n. 16.* Lotter. *cit. quæst. 49. num. 33. & 34.* qui tenet id procedere, etiam si in contrarium adesset coniectura, vel præsumptio, Grat. *discep. for. cap. 155. num. 15.*

10 Tertiò, inter personas viles, & rusticas, quæ de filiorum natiuitate memorialia non tenent, nec scribunt annos, & millesima distinctè, probatur etiam ætas coniecturis Bal. *in l. cum te col. pen. C. de probat.* Alex. *in Apostill.* ad Bart. *in l. de ætat. vers. tantus ff. de minor.* Paris. *consil. 88. num. 78. lib. 3.* Ioseph. Lud. *cit. decis. 55. num. 76. in fin.* & cum hæc materia sit difficilis probationis Grat. *discep. for. cap. 313. num. 25.* regulare est, quod in ea admittantur præsumptiones, & coniecturæ, Alciat. *dict. præsumpt. 14. num. 5. & 6.* Rot. *decis. 260. num. 1. vers. ætas par. 2. diuers.* Verùm hæc probatio per præsumptiones, & coniecturas admittitur in fauorem ipsius prouisi, ad finem iustificandi suam habilitatem ex ætate, pro consequendo beneficio; non tamen admittitur pro obijciente ætatis defectum, ad finem repellendi prouisum à sua possessione; nisi præsumptiones, & coniecturæ, necessariò concluderent, ita Lotter. *cit. loc. num. 38. & seqq.* qui dicit ita intelligendos esse DD. qui asserunt ætatem probari per aspectum Borel. *titul. de probat. num. 129.*

11 Quartò probaretur ætas ex publicis libris Vniuersitatis, in quibus describi solent dies natiuitatis, si talis esset mos in aliquo loco; quando libri sunt benè custoditi penes publicos officiales, ad hoc deputatos, cum alijs requisitis, de quibus per Boer. *decis. 105. num. 11. & seqq.* Fel. *in cap. ad audientiam num. 15. de præsumpt.* Dec. *in cap. cum causa num. 7. de probat.* Aymon. *consil. 158. num. 6. & 7.* Mos enim erat antiquus describendi in actis publicis diem natiuitatis, & mortis, Marcel. Donat. ad Suet. in Tiber. *cap. 5. fol. 392. & in Nerone cap. 39. fol. 515.* vbi quod tam morientium, quàm nascentium nomina in actis publicis referebantur, & inter Libitinarios numerabantur etiam Præficæ, quæ mercede

con-

conducebantur in funeribus, vt flerent, & fortia facta defuncti laudarent.

12 Quintò probatur ætas per testes, & est indubitatum; & in hoc casu admittuntur in testes ipsi parentes, qui probant ætatem filiorum *l. etiam de probation. can. testes §. testes idonei 4. q. 3.* fuit dictum in vna *Tridentina Canonicatus* 10. *Decembris* 1608. *coram D. Iusto*, vbi vlterius fuerunt admissi testes de auditu à parentibus. Et non solum parentes carnales; sed etiam spirituales, qui baptizatum à sacro fonte leuarunt, probant ætatem, & sunt idonei testes Bal. *in l. parentes num. 9. vers. idem dico C. de testib.* Bart. *in l. de tutela num. 1. C. de in integr. restit. minor.* & fuit dictum in *eadem Tridentina Canonicatus* 15. *Iunij* 1609. *coram eodem Iusto*. Domestici autem admittuntur in hoc casu tanquam idonei testes, tanquam verisimilius de veritate informati Ruin. *consil.* 194. *num. 3. lib.* 1. Idem etiam dicendum de consanguineis, & vicinis Bart. *in l. de ætate num. 7. de minor.*

13 Sed si prædicti testes non recordarentur de anno natiuitatis, sufficeret si deponerent per designationem temporis, vel per relationem ad aliquod factum notabile, vt si deponerent Titium natum fuisse anno vltimi incendij Montis Vesuuij, vel anno quo mortuus est *Vrbanus Papa VIII.* & similia, ita & latius Ioseph Ludou. *decis. Perusin. 55. num. 8. & seqq.* Bart. *consil. 92. num. 5. vers. Palinutius Ioannis par.* 1.

14 Sed aduertendum est, quod testes, qui deponunt de ætate, debent habere ætatem, quæ excedat ætatem illius, pro quo deponunt, saltem quatuordecim annis; aliàs etiam si coniuncti sint, domestici, aut vicini, & dicant sibi esse perspectam ætatem personæ, de qua deponunt, adhuc erit incerta eorum depositio, cum factum natiuitatis, à qua ætas sumit initium, non potuerit cadere sub eorum sensum tempore ætatis discretæ, vt magistraliter docuit Bal. *in l. de tutela num. 2. vers. prima facie C. de in integr. rest. minor.* Fel. *in capit. literis num. 5. vers. secundo limitatur, de præsumpt.* Menoch. *de præsump. lib. 2. præsump. 51. num.* 48. qui alios citat.

15 Sextò probatur ætas per instrumentum tutelæ, vel curæ, quod quidem instrumentum probat, quem esse minorem, non solum inter contrahentes, sed etiam quoad tertios, nisi probetur contrarium, Dec. *consil. 526. num. 5. in fin.* Caualc. *titul. de tutor. & curat. num. 294. fol.* 273. Ioseph. Lud. *decis. Perus. 55. num.* 5. Mascard. *de probat. 2. tom. concl.* 674. cætera ad hanc probationem, vide apud Mascard. *cit. loc.* per multas conclusiones.

16 Notandum est quintò, Episcopum non posse dispensare in ætate requisita per Concilium Trid. ad beneficia etiam simplicia, quia Episcopus caret potestate dispensandi super lege, præscripta per Concilium prædictum, nisi specialiter sit ei indultum, docet Barbos. *de iure Eccles. lib. 1. cap. 11. num.* 180. & quod non possit coarctare ætatem requisitam ad beneficia curata, probat Ricc. *in prax. 4. par. resol. 62. secundum vltimam impress.* quicquid olim de iure communi sit statutum per *cap. vnicum de ætat. & qualit. in* 6.

17 De ætate requisita in promouendis ad Dignitatis, & personatus regulares, vide Ricc. *cit. loc. resol.* 57. Campanil. *cit. rub. 7. cap.* 6.

OBSERVATIONES

D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium collatum non habenti legitimam ætatem est reseruatum Sedi Apostolicæ.*
2 *Ætas qualiter probatur.*
3 *Resolutio Auctoris, & fraus in partita baptismalis libri accidens.*

1 Beneficium collatum non habenti legitimam ætatem remanere Sedi Apostolicæ reseruatum, firmat Ventrigl. *num.* 5. Hinc dimanat posse impetrari tanquam certo modo vacans. De plano procedit si scienter Ordinarius indignum, & incapacem prouiderit, & quando beneficium esse liberum. Difficultas esset de beneficio de iurepatronatus; & patroni non præsentent scienter minorem ætatem.

Ætas qualiter probetur Ventrigl. *num.* 8. multos recenset modos præcipuum per librum baptismi, quem approbatissimum veræ ætatis testimonium appellant, Alciat. *de præsumpt. præs.* 24. pluries Rota *decis. 63. part. 11. recent. num.* 6. 2

Rectiùs puto dicendum, quod liber ille probat baptismum, & consequutiuè ætatem quatenus computetur à baptismo. Dubium oritur si liber describat etiam diem natiuitatis, & horam. Et hoc casu si desit suspicio regulariter non præsumenda. Probari etiam natiuitatem censeo ex Gratian. *discept. 155. num.* 15. & hoc more viuitur, vt describatur etiam natiuitatis tempus. 3

Fraus potest adesse, & æquiuocatio in partita baptismi, quia quando primi filij baptizati distribuatur aliquibus nominibus, si deinde moriantur, & procreantur alij, isti secundi nuncupantur eisdem nominibus quibus primi filij defuncti, & extrahi solet in fraudem partita primi filij defuncti, ideòque secundus non erit legitimæ ætatis, & hæc fraus practicari solet per malæ vitæ parentes, & confinem promotionis, & obtinendi legata dotium. 4

ANNOTATIO VII.

De Habitu, & Tonsura Beneficiati.

ARGVMENTVM.

Notatur quid significet, & in quo consistāt Habitus, & Tonsura Clericalis; quomodo sit deferenda per Beneficiatum, & Pensionarium, vel an necessariò requiratur pro collatione beneficij; Quomodo Beneficiatus debeat esse Clericus; an valeat collatio, vel præsentatio facta in Laicum proximè clericandum, vel in Clericum, qui non habet ordinem ad beneficium requisitum; terminus, qui conceditur Beneficiato ad obtinendum ordinem beneficio, vel Canonicatui requisito, & quid si in termino fuit impeditus. Clericus, quando ob non delationem Habitus, & Tonsuræ possit beneficio priuari, vel non, & quando Pensionibus, & alia ad materiam.

SVMMARIVM.

1 *Habitum, & Tonsuram gestare, qui debeant, ad Bullam Xisti V. & qui DD. materiam exagitent.*
2 *Habitum, & Tonsuram, qui deferant, & quid Tonsura significet.*
3 *Tonsuram assumere, & deferre obligantur Beneficiati, & Pensionary.*
4 *Habitus Clericalis complectitur Tonsuram, & an habitum non deferens, beneficium obtinere, vel ad illud præsentari possit.*
5 *Habitus Clericalis consistit in vestibus talaribus, & quæ sint.*
6 *Habitus Clericalis necessariò requiritur pro validitate collationis.*
7 *Beneficia, etsi simplicia, laicis conferri nequeunt, neque destinatis Clericatui, & pro talibus se gerentibus, num.* 8.
9 *Beneficium nec per momentum Laicus obtinere potest. Quid si eodem die Tonsura, & beneficium conferatur. num.* 10.
11 *Beneficium inconferibile Laico, neque per resignationem, neque per præsentationem.*
12 *Præsentari an possit proxime clericandus, & num.* 13.
14 *Beneficium cum clausula, quamprimum fuerit ad Clericatum assumptus, an laico conferibile. Quid in Papa conferente.*

15 *Præ-*

15 *Præsentatio Laici qualiter valere possit.*

16 *Clericatus ad effectum obtinendi beneficij, qualis esse debeat.*

17 *Clericatus quicunque quando non sufficiat pro obtinende beneficio.*

18 *Clericatus non sufficit ad obtinendum Canonicatum Cathedralis.*

19 *Beneficium obtinens, cui est adnexus ordo, quod tempus habeat, vt promoueatur, & quando incipiat, num. 20.*

21 *Canonicatum obtinens intra tempus concessum pro susceptione ordinis, caret voce. Quid si habeat ætatem.*

22 *Beneficium obtinens, cessante impedimento, nisi se promoueri curabit poterit denunciari priuatus. Quæ impedimenta excusent, num. 23.*

24 *Distributiones, & vox, quibus priuatur Canonicus intra annum non promotus, quæ sint, & num. 25.*

26 *Collationem beneficij, quibus casibus non sufficiat fieri promouendo.*

27 *Prouisus in actu prouisionis, debet habere qualitatem requisitam in fundatione.*

28 *Clerici, quando ex non gestatione habitus beneficio priuentur. Absque monitione, vel sententia, quoad priuationem, num. 29. non quoad declarationem incidisse num. 30.*

31 *Clerici quando & qui ob non gestationem habitus, pensionem non amittant, & quando nec beneficium, num. 32.*

33 *Pensionario habitum non gestanti, an pensio denegari possit.*

ANNOTATIO VII.

Ad Bullam Sixti V. incipient. Cum sacrosanctum 92.

1 IN hac Bulla Sixtus V. statuit primò, vt Clerici etiam in minoribus, vel prima Tonsura beneficia, aut pensiones obtinentes, etiam coniugati, aut exempti, tonsuram, & habitum clericalem, vestes scilicet talares, vel si milites sint, habitum suæ militiæ conuenientes, deferre debeant. Secundò, vt in futurum beneficia conferantur, vel pensiones reseruentur illis, qui actu Clerici existant in habitu clericali, & tonsura, vel militibus in habitu suo conuenienti incedentibus; aliàs prouisio, seù reseruatio sit nulla. Tertiò si Clerici habitum, aut tonsuram non gestauerint, & milites habitum suæ religionis, ipso iure sint priuati omnibus officijs Ecclesiasticis, nulla monitione, aut sententia expectata; & beneficia habentes talibus pensionibus grauata, non teneantur vlterius eas soluere; & beneficia sic vacantia, reseruantur collationi Sedis Apostolicæ, ita Bulla Romæ publicata 5. *Id. Ianuarij* 1589. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 2. pag. 653. aliàs pag. 495. in nouiss. impress.* & apud Quarant. *Summ. Bullar. verbo habitus clericalis*. De hac materia tractant Quarant. *cit. loc.* Garz. *de benef. par. 7. cap. 1. & par. 1. cap. 5. per plures numeros*, Viuald. *in eandem Bullam*, Azot. *tom. 2. lib. 8. cap. 10. quæst. 3.* Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. gl. 15.* Grat. *decis. Marchia* 158. Iacob. de Graff. *in aureis decis. part. 1. lib. 3. cap. 3.* Scottia *in select. Summor. Pontif. Constitut. epit. 148. & 149.* D. Sperell. *in decis. for. Eccles. decis. 66. num. 17. cum seqq.* Io. Ant. Nouar. *Summ. Bull. titul. de habit. Cleric.* Io. Mar. Nouar. *singul. iur. Cano. concl. titul. de vestib. clerical. concl. vnica, aliàs* 117. Barb. *de off. & Potest. Episcopi par. 2. alleg. 9. num. 16. cum seqq. & in Summ. Apostolicarum decis. verbo habitus* P. Thes. *prax. Ecclesiast. par. 2. verbo habitum Clerici cap. 1.* de eadem materia disponit Concil. Trid. *sess. 14. cap. 6. de refor.*

2 Nota primò ex hac Bulla obligari Beneficiatos ad deferendam tonsuram, & habitum clericalem; debet autem tonsura esse congruens, & in modum sphereæ *cap. prohibita, & cap. pen. 23. dist. cap. duo sunt 12. q. 1. cap. Clerici officia de vita, & honest. Cleric.* notat Bellet. *disq. Cleric. titul. de discipl. Cler. 1. par. §. 17. num. 1.* quid significet tonsura, siue rasura prædicta, vide eundem Bellet. *cit. loc. §. 15. num. 27.* Carol. de Graff. *de eff. Cler. in prælud. num. 280. & seqq.* de forma illius, vide Barbos. *de iur. Eccles. lib. 1. cap. 40. num. 6.* Deferunt Clerici, præsertim Beneficiati tonsuram in memoriam Spineæ Coronæ, quam Iudæi Christi Redemptoris nostri Capiti imposuerunt, sicut Petrus Apostolus capitis abrasionem ei ab Antiochenis factam læto animo, & in gloriæ signum semper retinuit, in cuius facti memoriam abradendi capitis consuetudinem in Clericos induxit Ecclesia, ita D. German. *Patriarcha Constantinopolit. in Theorica rer. Eccles.* Beda *in lib. Histor. Anglicana.* Tostat. *q. 25. in cap. 19. Leuit. c.* Lopez ad Diaz *pract. crimin. cap. 79. vers. quod verò.*

3 Aduertendum est Bullam obligare Beneficiatos, & Pensionarios ad assumendam, & deferendam tonsuram, vt ex eius verbis, ibi *assumere, & iugiter deferre*, quod intelligendum est, quod teneantur assumere tonsuram, idest initium ordinis, & deinde deferre tonsuram, idest coronam. Quantum ad susceptionem tonsuræ loquitur de illis, qui ante Bullam non erant Clerici.

4 Vlterius Bulla obligat Beneficiatos ad deferendum habitum clericalem, in quibus terminis notandum est, quod habitus clericalis copulatiuè consistit in tonsura, & vestibus Bal. *in l. si qua per calumniam sub num. 1. C. de Episcopis, & Cler.* Pacianus *de probat. lib. 2. cap. 34. num. 25.* Garz. *de benef. par. 7. cap. 1. num. 19. in fin.* Tamen Bulla ad maiorem intelligentiam ponit tonsuram, & habitum clericalem distinctè. Hæc obligatio deferendi habitum clericalem, non impedit quin conferri possit beneficium, vel præsentari ad illud Clericum, qui per prius habitum non detulerat, dummodo illum reassumat, & deferat tempore collationis, vel præsentationis, & in futurum Garz. *cit. loc. num. 29. ad fin.*

5 Habitum clericalem dicit Bulla, esse vestes talares, quæ verba non indicant, nisi longitudinem vestium, nempe vsque ad talos, ita propriè explicat vestes talares Calepinus *verbo talaris*, Bellet. *disquis. Cleric. titul. de discip. Clerical. par. 1. §. 16. num. 13.* Verùm hoc de vestibus talaribus non seruatur litteraliter, ita vt adstringantur Beneficiati ad ferendas vestes, quæ pedes vsque descendant; sed intelligitur morali modo, & illæ dicuntur in praxi vestes talares, quæ sunt decentes Clericis, iuxtà consuetudinem loci, vbi commorantur, licèt non sint nimis longæ, & vsque ad pedes descendentes, ita Garz. *cit. loc. num. 21. & seq.* Bellet. *cit. §. 16. num. 17.* optimè in alijs terminis Sanch. *de matrim. lib. 7. disp. 46. num. 6.* Et non solum est attendenda consuetudo circa longitudinem vestium, sed etiam, & fortius circa alias qualitates illarum, cum id à iure non sit definitum Prosp. de August. ad Quarant. *Summ. Bull. verbo habitus clericalis vers. vltimo fol.* 270. Riccal. *de iur. person. lib. 7. cap. 6.* Nouar. *singul. iur. conclus. titul. de vestib. clerical. concl. 1. aliàs* 117.

6 Nota secundò Bullam disponere, quod in futurum, idest post eius publicationem non conferantur beneficia, vel pensiones, nisi illis, qui actu Clerici existunt in habitu, & tonsura Clericali; Explicatur illa particula in actu, idest tempore collationis, secundum communem. Hinc in supplicatione Sãctissimo porrigenda pro obtinendo beneficio necessario de stylo est facienda mentio huius qualitatis Clericatus, adeo quod si non fiat talis mentio supplicatio non signatur, vel signata per Officiales relaxatur; & si de facto expedirentur literæ sine hac narratiua, non carerent suspicione falsi tanquam expeditæ contra stylum, docet post alios Lotter. *de re Benef. lib. 3. quæst. 35. num. 1. & seqq.*

7 Constituenda est enim regula ex dispositione Bullæ, quod beneficia quantumuis simplicia laicis conferri minimè possit, idque sancitum est etiam in *cap. ex literis de transaction.* aduertunt Campanil. *diuers. iur. canon. rub. 11. cap. 14. num. 11. vers. secunda*, Vgolin. *de off. Episcopi cap. 50. §. 6. num. 2.* Tambur. *de iur. Abb. tom. 3. disp. 9. quæst. 7. num. 19.*

8 Non solum simpliciter laico non potest beneficium conferri, sed nec etiam destinato Clericatui, gerenti se pro Clerico, & deferenti habitum, & tonsuram, ac Choro inseruienti, prout probatur per dicta Mart. *de iurisd. par. 2. cap. 11. num. 11.* Mascard. *de probat. conclus. 848. num. 6.* Sperell. *in decis. for. Eccles. decis. 45. num. 58.* Barbos. *de iur. Eccles. lib. 1. cap. 39. §. 1. num. 2. ad fin.* etiam si prædictus ab omnibus reputaretur Clericus, Paris. *de resignat. benef. lib. 4. quæst. 2. num. 9.* Carol. de Graff. *de effectu Cler. in prælud. n. 227.*

9 Et quod beneficium non possit conferri laico, procedit etiam, vt nec per momentum temporis possit laicus penes se beneficium habere, ita Io: de Selua *tract. de benef. quæst. 23.*

quæst.23.par.2. Bero. in cap. super literis num.72. de rescrip. Parif. cit. loc. num. 13. ideò si laicus post obtentum beneficium statim assumat Clericatum, adhuc collatio erit nulla Fel. in cap. cum adeo num.4.& seq. de rescrip. Fed. de Sen. consil. 290. num.8. Tusc. lit. B. concl.56. num.2. & 4. Paris. cit. loc. num. 8. 15. & seqq. Et probatur ratione; nam habilitas, & consensus superueniens post perfectum actum, nullum ex defectu, existente tempore actus, nihil operatur, not. in cap. 1. de reg. iur. in 6. gl. in l. fin. §. necessitate C. de bon. quæ lib. Capell. Tolos. decis.127. Macerat. variar. resol. resolut.21. num.21. lib.1. Surd. decis. 53. num. 17. Hinc non posse Episcopum conferre beneficium laico destinato Clerico, & in habitu, & tonsura incedente, ad hoc vt possit illum ordinare tamquam subditum ratione beneficij, probat latè Ricc. in prax. 1. par. resol.336. secundum vltim. impress.

10 Obseruandum est prædicta, quod docent nonnulli DD. esse validam collationem beneficij factam eodem die, quo quis fuit ordinatus, ita Paris. cit. loc. quæst.2. num.35. & seq. quem refert, & sequitur Carol. de Grass. de eff. Cler. eff. 15. num. 43. Verùm prædicti DD. non loquuntur in casu nostro, sed quando sumus in dubio, quid collatum sit ante, nempe an beneficio præcesserit tonsura, tunc enim, quia ad validitatem collationis beneficij necessariò requiritur ordo præcedens, & ex quo actus sunt facti eodem die præsumi debet præcessisse, quod præcedere debebat ad validitatem illorum, & proindè dicitur valida collatio beneficij, ita de Grass. cit. loc. post alios multos per eum adductos, quæ fortius confirmant propositam sententiam.

11 Ampliatur suprapofita sententia, vt laico non possit beneficium conferri, nec etiam per resignationem, vel præsentationem, quia nullo casu poterit illud obtinere, tenet Nauar. consil.2. de prob. Paris. cit. quæst.2. num.1. & 5. Lambert. de iurepatron. in vltim. par.2. lib. quæst.2. art.3. & quod præsentatio de laico facta ad beneficium de iurepatronatus sit nulla, docet etiam post alios per eum adductos Garz. de benef. 7. par. cap.1. num.24. & seqq.

12 Difficultas occurrere potest hic maximæ considerationis, ac scilicet possit præsentari ad iuspatronatus laicus proximè clericandus; In qua difficultate affirmatiuam sententiam audacter tenet Garz. de benef. par.7. cap.1. num.26. & seqq. & signanter num.29. tenet valere præsentationem prædictam, si patronus dicat præsento talem proximè clericandum, vel peto eum ordinari prima tonsura, & hanc opinionem sequitur P. Alph. de Leon. de off. capell.

13 Contrariam sententiam, nempè quod non possit præsentari laicus ad beneficium iurispatronatus, etiam cum conditione, dummodo de proximo sit clericandus, quæ est secundum mentem Lamber. Hoied. & Gutier. quos adducit Garz. cit. loc. tenet Ricc. in praxi 1. par. resol.151. secundum vltim. impress. eamque validè defendit; solum admittit posse nominari laicum per patronum, dummodo tempore præsentationis faciendæ coram Episcopo infra legitima tempora laicus nominatus reperiatur Clericus, & Tonsuratus: Eandemque sententiam Ricc. sequuta est Rota in causa Burgen. Abbatia de Sobarzo 19. Decembris 1588. coram D. Penia, & in Aurien. Parochialis 22. Aprilis 1611. coram eodem adducti per Lotter. de re Benef. lib. 2. q. 47. num. 94. qui etiam sequitur opinionem Ricc. & veriorem. Aduertendum, quod hæc nominatio sola nullum tribuit ius nominato, vt tenet Crescent. decis.6. num. 9. de iurepatronat. Rot. in vna Hipporregien. Plebania 25. Iunij 1610. coram D. Attrebaten. & testatur Lotter. cit. loc. num.93.

14 Contra hanc opinionem adduci non potest sententia, Paris. de resignat. lib.4. quæst.2. n.46. tract. de resignat. benef. quam sequitur de Grass. de eff. Cleric. eff. 15. n.52. tenens validam esse collationem beneficij factam laico, cum clausula, si quàm primum ad Clericatum fuerit assumptus; nam Paris. rectè est intelligendus in suo casu, & ex eo aliud non potest deduci, nisi quod valida sit collatio facta laico scholari, de beneficio resignato in manibus Sanctissimi, à quo nec nos negamus posse scienter conferri beneficium laico, maximè cum dicta clausula, dummodo quàm primum ad Clericatum fuerit assumptus. Licèt in dubio, si Papa mandaret prouideri de beneficio scholarem, cupientem se Clericali charactere insigniri, non possit illi conferri beneficium, nisi postquam fuerit factus Clericus Boer. decis. 171. num. 5. Tusc. lit. B. conclus. 56. num.7. de Grass. cit. effect. 15. num.40.

15 Nec contra firmatam sententiam potest adduci opinio Rot. in Imolen. iurispatronatus 19. Nouembris 1584. coram D. Orano, quam refert Paris. cit. loc. quia ibi loquitur de præsentatione facta de laico proximè clericando per literas, seu instrumentum, quod habet vim nominationis, non autem loquitur de præsentatione facta coram Ordinario, ita declarat ipse Garz. cit. loc. num.32. & seq. qui dicit in dicta decis. fuisse admissam prædictam præsentationem per instrumentum, seu nominationem de laico, qui tempore præsentationis factæ coram Ordinario erat Clericus.

Nota tertiò, quòd Clericatus, quem Bulla requirit actu in eo, cui confertur beneficium, non sumitur pro Clericatu generalissimè sumpto pro quacunque electione in sortem Domini, & adscriptione seruitio Ecclesiæ, sicut sumitur in Can. si quis suadente diabolo 17. quæst. 4. vbi appellatione Clericorum veniunt etiam laici conuersi Host. in cap. cum tibi num. 2. de verb. signif. Sed sumitur pro Clericatu sumpto in genere subalterno, quatenus comprehendit omnes species ordinatorum, qualitercunque, cum de omnibus prædicetur, siue initiatis prima Clericali Tonsura, siue in minoribus, siue in sacris ordinibus, quia cùm sit nomen genericum, comprehendit omnes ordines, & primam Tonsuram Zabar. in cap. cum tibi num. 1. vers. ratio decidend. de verb. signif. declarat Lotter. de re Benef. lib. 3. quæst. 35. n. 15. & seqq. Fornar. tract. de ordin. cap. 1. num. 3. vers. secunda sententia. Hinc pro obtinendo quocunque beneficio, quantumuis curato, sufficit, quod quis sit Clericus, ac in legitima ætate, & vt possit infra annum ad ordinem requisitum promoueri cap. commissa de elect. in 6. Vnde est, quod simplex Clericus impetrans beneficium curatum, validè impetret, si ætas non refragetur, etiam nulla facta mentione ordinis, sed solùm cum expressione Clericatus, ita probat Lotter. cit. loc. num.50. & seq. quod extendit Garz. de benef. 7. par. cap. 1. num.44. & seq. vt etiam si ordo sit annexus beneficio ex consuetudine, statuto, priuilegio, vel fundatione, adhuc non est necessarium mentionem facere de illo in impetratione, sed sufficit, si exprimatur tantùm Clericatus. 16

Hìc quæri potest, quando simplex Clericatus non sufficiat ad obtinendum beneficium; In quo quæsito dicendum est, quod simplex Clericatus non sufficit ad obtinendum beneficium, quod habet annexum à iure, vel fundatione, aut consuetudine, vel alio titulo ordinem aliquem particularem; tunc enim requiritur, quod Beneficiatus habeat illum ordinem, est indubitatum apud omnes. 17

Hinc Canonicatus Cathedralis Ecclesiæ, cùm ex Concil. Trid. sess. 24. cap. 12. de ref. habeant annexum ordinem Presbyteratus, Diaconatus, vel Subdiaconatus, illos obtinentes, non sufficit esse simplices Clericos, sed debent habere ordinem ad Canonicatum requisitum, vt disponit eodem loc. Concil. Ita etiam dicitur de Canonicatibus Collegiatæ, quibus est annexus certus ordo, & de beneficijs curatis, quæ Sacerdotibus conferuntur. 18

Prouisi autem de beneficijs prædictis, quibus certus ordo requiritur, regulariter nec etiam adstringuntur ad obtinendum ordinem requisitum tempore collationis, sed sufficit tantum, quod sint Clerici, & deinde post collationem infra annum promoueantur ad ordinem requisitum, ita disponitur in cap. licèt canon. & cap. commissa de elect. in 6. Clem. vt ij 2. de ætat. & qualit. Trid. cit. cap. 12. & sess. 22. cap.4. de refor. & alibi. 19

Incipit autem hic annus, intra quem tenetur Beneficiatus se promoueri facere ad ordinem requisitum ad beneficium; à die pacificæ possessionis obtentæ eiusdem beneficij, vel à tempore, quo per ipsum prouisum stetit, quominus possessionem acceperit, ita declarasse Sacram Congregationem Cardinalium Concil. Trid. interpretem die 13. Septembris 1631. testatur Barbos. de Canon. & Dignit. cap.16. num.7. & notatum est supra. 20

Obseruandum est, quod si prouisus prædictus sit Canonicus, nec habeat ordinem Canonicatui annexum, intra annum illi concessum ad se promoueri faciendum, caret voce in Capitulo, per Clem. vt ij 2. de ætat. & qual. per Concil. Trid. innouata cit. cap. 4. Verùm si habeat legitimam, & requisitam ætatem ad canonicatum prædictum, non priuabitur dimidia parte distributionum infra prædictum annum, eidem concessum ad se promoueri faciendum; licèt secus sit post annum; ita declarasse Sacram Congregationem Concilij testatur Garz. de benef. part.7. cap.4. n.26. & Barbos. cit. loc. num.10. 21

Quod

22 Quod si obtinens beneficium, vel canonicatum infra annum prædictum, se promoueri non fecerit ad ordinem requisitum, si monitus id vlterius recusauerit, poterit denunciari beneficio, vel canonicatu priuatus, secundum disposita per Concil. Constantien. *sess. 43. de dispensat.* Verùm si quis fuit infra annum legitimo impedimento detentus, excusari debet, si se promoueri non fecit, nam annum prædictum non currere impedito, statuunt verba Concilij *cit. cap. 4. ibi iusto impedimento cessante*; prædicto enim impedito est restituendum tantum temporis, quantum impeditus fuit, iuxtà doctrinam Nauar. *consil. 1. de tempor. ordin.* Et stante iusto impedimento, si Canonicus est, nec etiam post annum debet priuari dimidia parte distributionum; vt optimè probat Barbos. *cit. loc. num. 12.*

23 Exemplificatur hoc iustum impedimentum, excusans à pœnis non promotum infra annum. Primò, quando promouendus ægrotauerit. Secundò, quando Episcopus absens fuerit, ita vt promouendus literas commendatitias habere non potuerit. Tertiò, quando fuerit per Papam dispensatum, vt infra annum non teneatur se promoueri facere, ita Barbos. post alios per se adductos *cit. loc. num. 11. & 12.* Quartò, si promouendus infra annum prædictum, vel intra tempus legitimè ei prorogatum se promoueri petierit, offerens quantum in eo erat, se paratum ordinem recipere; sed Ordinarius noluit eum ob litteraturam, aut aliam causam promouere, ita declarauit Sacra Congregatio ad eundem tex. Concil. Trid. *cit. cap. 4.*

24 Distributionum pars dimidia, qua priuatur Canonicus non promotus infra annum, sibi concessum, intelligitur de distributionibus stricto modo sumptis, de illis nempe, quæ dantur quotidianis horis interessentibus, non autem intelligitur de extraordinarijs, puta anniuersarijs, & exequijs, nisi sint vnitæ horis, prout post Monet. & Garz. docet Barbos. *cit. loc. num. 13.*

25 Vox, qua priuatur Canonicus infra annum, illi datum ad se promouendum, intelligitur de voce dari solita in communibus tractatibus capitularibus, vnde non priuatur voce in actibus non collegialiter, & qui vt singuli expediuntur, ita Abb. *in cap. si extirpandæ §. qui vero num. 1. de præben. DD. in cit. Clem. vt ij qui*; nec etiam priuatur voce passiua, sed tantùm actiua, secundùm opinionem Garz. *de benef. par. 3. cap. 4. in addit. sub num. 15.* licèt contrarium teneat Less. *de iust. lib. 2. cap. 34. num. 105.* Et hæc priuatio vocis ex defectu sacrorum ordinum, nec potest remitti ab alijs Canonicis, quia dicitur simpliciter inhabilitas, ita Zabarell. *in cit. Clem. vt ij, qui.*

26 Notatum est, regulariter validam esse collationem beneficij, siue canonicatus, cui est annexus sacer ordo, factam simplici Clerico, habente legitimam ætatem, vt infra annum possit promoueri ad ordinem, beneficio, siue canonicatui annexum. Fallit verò hæc conclusio in multis casibus, in quibus necessariò est facienda collatio beneficij habentis ordinem annexum, tempore collationis, & denegatur hic terminus anni ad recipiendum ordinem; Et id generaliter dicunt DD. esse, quando annexio ordinis ad beneficium, est respectu actus, ita Abb. *in cap. cum in cunctis §. inferiora sub num. 10.* quem refert, & sequitur Lotter. *de re Benef. lib. 2. quæst. 47. num. 7.* Particulariter verò dicunt requiri ordinem omninò de tempore collationis, nec sufficere aptitudinem, & sic ætatem necessariam ad ordinem. Primò, quando mandatur à iure, vel à fundatore, quod beneficium conferatur, vel præsentetur ad illud habens talem ordinem, vel non conferatur, nisi habenti talem ordinem, ita post alios per se adductos Lotter. *de re benef. lib. 2. quæst. 47. num. 8. & seqq.* Secundò, si fundator dixerit, quod ad beneficium præsentetur actu Sacerdos, ita Gonz. *in regul. de mensib. gl. 5. num. 105.* licèt secus sit, si fundator dixerit, quod præsentetur Sacerdos, tunc enim licèt beneficium sit Sacerdotale, potest tamen ad illud præsentari habens legitimam ætatem, & qui potest infra annum fieri Sacerdos, ita Gonzal. *cit. loc. num. 104.* Barbos. *de iur. Eccles. lib. 3. cap. 5. num. 73.* qui alios citat. Tertiò requiritur necessariè ordo tempore collationis, quando fundator dixerit, ad Capellaniam esse præsentandum vnum Sacerdotem bonæ conditionis, & famæ, Presbyterum sæcularem, ita Seraph. *decis. 871.* Quartò, si fundator dixerit, quod ad beneficium præsentetur Beneficiatus de sua linea masculina, & ea deficiente de linea fœminina, etiam si sit Clericus primæ tonsuræ, & vtraque deficiente, extraneus, qui tamen sit Sacerdos; nam tunc respecto extranei, requiritur ordo Sacerdotalis de tempore præsentationis Rot. apud Viuian. *post suam prax. iurispatron. decis. 19. num. 7. vers. præsuppositis.* Quintò, quando fundator dixerit, quod præsentetur Capellanus, vel Sacerdos, qui missam celebret, & celebrare debeat Caualer. *decis. 436. in fin. vers. tandem.*

27 Declara supradicta, quod semper, quod fundator laicus disposuit eligendum esse Sacerdotem, hanc qualitatem debere interuenire in actu prouisionis, ne laici retrahantur ab ædificatione Ecclesiarum, ita Genuens. *in prax. cap. 24. num. vltim.* quem sequitur Garz. *de benef. 7. par. cap. 1. num. 63.* hæc opinio est fundata tantum in æquitate. Cætera ad hanc materiam, vide apud Garz. *cit. loc.*

28 Nota tertiò Bullam disponere, quod si Clerici habitum, & tonsuram non gestauerint, ipso iure priuantur beneficijs, & pensionibus. Pro qua pœna incurrenda dubitant DD. an sufficiat, quod Beneficiatus semel in publico sine causa rationabili incedat sine habitu clericali; & sufficere tenet P. Thes. *in praxi Eccles. part. 2. verbo habitum Clerici, &c. vers. amplia*, qui pro sua sententia adducit Garz. *de benef. par. 7. cap. 1. num. 10.* & Viuald. *in hac Bull. num. 10.* Aliam sententiam, nempe quod ad hoc, vt Clericus in hac materia dicatur priuatus, non sufficiat, si semel, aut bis incesserit in habitu laicali, sed requiratur necessariò, quòd spatio tanti temporis in habitu clericali non incesserit, vt communi opinione reputetur laicus, defendit post Farinac. *tom. 1. quæst. 8. num. 68.* & alios, Ricciul. *tract. de iur. person. lib. 7. cap. 6. num. 17. & 19.* Idque probat etiam opinione Vrsill. ad Affl. *decis. 24. num. 7.* vbi dicit, quod licèt ad finem gaudendi priuilegio fori, Clericus teneatur continuò incedere in habitu, & tonsura; Id tamen intelligi cum quadam modificatione, quasi non sufficiat vnica, vel duplex omissio habitus, & tonsuræ; & hæc secunda sententia est æquior, & humanior, quam etiam sequitur Ricc. *in collect. par. 4. collect. 956. per decis.* Rot. *Lipsien. 339. par. 2.*

29 Amplia prædictam priuationem beneficiorum, & pensionum, ob non delationem habitus, & tonsuræ clericalis, vt illa incurratur ipso iure, nulla expectata monitione, aut sententia, ita Bulla; hinc Prosp. de August. ad Quarant. *verbo habitus clericalis, vers. 1.* aduertit hanc pœnam incurri, etiam si nulla præcedat proprij Episcopi monitio ad reassumendum habitum, & testatur sic declarasse Sacram Congregationem super *cap. 6. sess. 23.* Concil. Trid.

30 Declara tamen supradicta, quod quamuis pœna huiusmodi, de qua in Bulla incurratur ipso iure, ita quod nulla requiratur sententia: nihilominus præcedere debet iudicis sententia, non super pœna, sed super contrauentione, & crimine, nempe sententiam declaratoriam Beneficiatum ob non delationem habitus incidisse in pœnam prædictam priuationis, ita Genuens. *in prax. cap. 6. num. 7.* Bellet. *disq. clerical. 1. par. titul. de discip. cler. §. 17. num. 8.*

31 Non incurrit pensionarius pœnam prædictam, ob non delationem habitus, & tonsuræ clericalis, antequam pensiones exigere cœperit, nisi per ipsum stet, quominus exigat, nec quando pensio non excedit 60. ducatos auri de Camera; Nec incurrunt familiares Papæ in inferioribus ministerijs deseruientes, ita declarauit alia subsequenti Bulla ipse Xistus V. & notant Garz. *cit. loc. par. 1. cap. 5. num. 12. & 3.* P. Thes. *vbi supra limit. 1. 2. & 3.*

32 Nec etiam incurrunt prædictam pœnam priuationis Beneficiati, & Pensionarij, quando habitum clericalem, & tonsuram iusta causa, puta timoris, infirmitatis, paupertatis, & similis non deferunt, ita Prosp. de August. ad Quarant. *Summ. Bull. cit. loc. vers. prænarratis*, Bellet. *supra cit. num. 9.* Ricc. *cit. collect. 956.*

33 Vltimò obseruandum est, quod quando Pensionarius incipit publicè sine habitu, & tonsura incedere, Beneficiatus poterit illi denegare pensionem, ita Garz. *par. 7. cap. 1. n. 19.* quem refert, & sequitur P. Thes. *in prax. Eccles. par. 2. verbo habitus Clerici, &c. vers. vltimo in fin.* Quomodo hæc pœna priuationis obliget in conscientia, & ante declarationem, diuersæ sunt opiniones, quas vide apud P. Thes. *cit. loc.*

OBSERVATIONES

D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *DE Bulla Sixti V. obligante beneficiatos ad deferendum habitum, & tonsuram, an sit necessaria edissertio Ventriglia?*

2 *Eodem instanti an possit promoueri quis Clericus externus ab Episcopo ratione beneficij?*

1 DE Bulla Sixti V. effluenter se diffundit Ventriglia *num.* 1. obligante beneficiatos ad deferendum habitum, & tonsuram sub pœna priuationis illorum.

2 Cæterum statuit contrarium Sac. Concil. Trident. *sess.* 23. *de reform. matrim. cap.* 6. Et Bulla Sixti V. moderata fuit per Clementem VIII. cuius verba transcribit Reg. de Marin. *lib.* 1. *resolut.* 56. *num.* 8. Reg. Latro *decis.* 73.

3 Præsentari an possit laicus de proximo clericandus, si petat præsentans quod ordinetur, vel promoueatur Ventrigl. *num.* 12. *& seqq.* dissidentes adducit opiniones. Ego in affirmantem opinionem descendi *in tract. de linea lib.* 1. *art.* 24. *n.* 4. *&* 5.

4 Episcopus ratione beneficij nouiter fundati per Fundatorem præsentantem ad illud laicum tanquam de proximo clericandum, possit ordinare dictum laicum tanquam præsentatum? Implicantia consistit in eo, quod laicus cum sit incapax beneficij maximè repugnet, vt ratione beneficij, cuius est incapax valeat ordinari ab Episcopo non suo. Nihilominus Pasarin. *in cap. nullus de temper. ordin. n.* 5. inclinat in opinionem affirmatiuam scripsi *d. tract. de linea lib.* 2. *art.* 98. de hac re iudicet Sacr. Congregatio Episcop. & Regul. cui in omnibus me submitto.

ANNOTATIO VIII.

De Vnione Beneficiorum.

ARGVMENTVM.

Notatur §. I. Quis possit vnire, an inferior habens iurisdictionem Episcopalem, vel priuilegium, an Metropolitanus in Diœcesi, an Legatus à latere, an Capitulum, an Vicarius Episcopi. Beneficium minus dignum vniendum esse digniori, non tamen curatum simplici, & quibus casibus curata non possint vniri, & an possint vniri Capitulis, Quid de Dignitatibus, & Canonicatibus, qui quando possint supprimi ob tenuitatem redditus. Quid de patronatibus, quid de beneficijs diuersarum Diœcesium, an possit fieri vnio Mensæ Capitulari, & quæ alia beneficia non possint vniri, & quibus beneficijs non possit fieri vnio, & simplicia posse vniri seminario, & alia.

§. II. Quod vnioni debeat accedere Capituli consensus, si fiat per Ordinarium, & quomodo aliàs erit nulla, secus si per Papam, & si beneficium est de iure patronatus requiritur consensus patronorum, & in beneficio, cuius Collatio spectat ad inferiorem, debet etiam accedere consensus inferioris. An possit Capitulum cogi ad consentiendum. Quid si vnio fiat seminario, an requiratur consensus possessoris, & quid si se offerat vnioni, an sit audiendus omnis interesse habens, & qui sint audiendi in suppressione, vel dismembratione beneficij. Ad vnionem requiritur iusta causa, & quæ sit, aliàs est nulla, & quomodo iustificanda. Vnionis effectus multiplex; quando dicatur sortita esse effectum, & quis possit eam dissoluere; quomodo probanda, & alia ad materiam.

SVMMARIVM.

1 *VNionis beneficiorum materia ad Tex. Clem. vlt. de reb. Eccl. non alien. & qui DD. exagitent.*

2 *Vniendi potestas data Episcopis, non alijs. Quid in habentibus iurisdictionem quasi Episcopalem, num.* 3. *vel priuilegium, num.* 4.

5 *Vnire beneficia Diœcesis suffraganei, Metropolitano non conceditur, nisi in casu appellationis, num.* 6.

7 *Vnire beneficia conceditur Legato à latere.*

8 *Vnire beneficia, an concedatur Capitulo, & num.* 9.

10 *Vnire beneficia, an Vicario liceat absque speciali mandato.*

11 *Vnio minus digni beneficij, facienda digniori.*

12 *Vnire licet beneficia, absque possessoris praiudicio. Non tamen curatum simplici, neque ex parte, an alijs locis, num.* 13.

14 *Vnio Parochialis prohibita. Quibus casibus non habeat locum.*

15 *Vnire, an aliquando liceat parochialem Capitulo.*

16 *Vnire potest Episcopus, cum consensu Capituli curam dignitati illius.*

17 *Vnire, quando possit Episcopus fructus suppressorum Canonicatuum alijs. Et quæ sit Collegiata insignis.*

18 *Supprimi possunt Canonicatus ob tenuitatem. Tenuitas tamen probanda, num.* 19. *Et tunc denique quando Episcopus aliter prouidere non potest, num.* 20.

21 *Vniri dignitates non possunt.*

22 *Vniri possunt simplicia, non tamen de Iure patronatus, absque consensu patronorum, non tamen omnia simplicia, num.* 23. *neque ad tempus, num.* 24.

25 *Vniri non possunt beneficia vnius Diœcesis beneficijs alterius.*

26 *Vnio fieri nequit Mensa capitulari.*

27 *Vnire non potest Episcopus beneficia, spectantia ad alterius collationem.*

28 *Vniri, an possit beneficium liberum, beneficio de Iurepatronatus, & an quando Ecclesia libera minatur ruinam, num.* 29.

30 *Vnire, an possit Episcopus beneficia, Sedi Apostolica reseruata.*

31 *Vnire an possit Episcopus beneficia, ob non collationem factam in tempore, ad Papam deuoluta.*

32 *Vnire quibus locis, aut beneficijs liceat ex Tridentino.*

33 *Vnire Episcopus potest Præbendis Cathedralis, non Capellanijs aut, etiam Dignitati, neque Collegiatæ non habenti vocem in Capitulo, num.* 34.

35 *Vnire potest Episcopus simplicia, & curata curatis.*

36 *Vnire potest Episcopus seminario beneficia quæcunque non tamen Canonicatum, & quæ requirantur pro tali vnione, num.* 37.

ANNOTATIO VIII.

§. I.

Ad Tex. in Clem. vltima de rebus Eccles. non alien.

HIc Clemens Papa V. in Concilio Viennensi statuit, Episcopum posse vnire Ecclesiam alteri Ecclesiæ, seu Dignitati, vel Præbendæ, accedente Capituli sui consensu, eamque etiam donare religioso loco, etiam non vocato Rectore. Non tamen posse vnire Ecclesiam mensæ suæ, vel capitulari, etiam accedente consensu Capituli, aliàs vnionem esse nullam. Cuius occasione tractant hic DD. Materiam Vnionis beneficiorum, de qua etiam habetur in *cap. sicut vnire de excess. prælat. in cap. exposuistis de præb. in cap.* 1. *ne Sed. vacant. in cap. cum venissent de institut.* & alibi, In Concil. Trid. *sess.* 7. *cap.* 6. *de ref. sess.* 14. *cap.* 9. *de ref.* 1

ref. sess. 24. cap. 23. de ref. sess. 23. cap. 18. vers. & quia ad Collegij fabricam, &c. sess. 21. cap. 5. & sess. 25. cap. 9. de ref. Tractant particulari tractatu Io: Baptista Caccialupus de vnionib. Pet. de Vualdis, seu de Perusio tract. de vnione Ecclesiar. Ostiens. in Summ. titul. ne sed. vacant. Gamb. de off. leg. lib. 5. rub. 1. de potest. leg. in vniend. Rebuff. in prax. titul. de vnion. benef. & regul. 12. Cancell. Lancell. instit. Canon. lib. 2. titul. de vnion. Mandos. de signat. grat. eod. titul. & reg. 12. & 22. Cancell. Rosin. de benef. cap. 7. Duaren. de benef. lib. 5. cap. 6. Fusc. de vis. lib. 2. cap. 26. Hoied. de incompatibil. benef. 2. par. cap. 3. Zerol. in prax. Episcopali verbo vnio, Azor. instit. moral. 2. par. lib. 6. cap. 28. & seq. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gl. 5. §. 7. Garz. de benef. par. 12. cap. 2. Lotter. de re Benef. lib. 1. quæst. 28. & 29. & lib. 3. quæst. 8. num. 84. & seqq. Ricc. in prax. 1. par. resol. 385. & seqq. secundum vltim. impress. & in collect. decis. par. 3. coll. 720. Nouar. singul. conclus. titul. de vnion. benef. Sanch. in præcep. Decalog. tom. 2. lib. 7. cap. 29. Flam. Paril. de resignat. benef. lib. 12. quæst. 3. Leo in Thes. for. Eccles. par. 2. cap. 16. num. 22. & seqq. Vgol. de off. Episcopi cap. 52. Grat. discep. for. cap. 258. Barbos. de off. & Potest. Episcopi part. 3. alleg. 66. de iur. Eccles. lib. 3. cap. 16. & in Summ. Apostolicarum decis. verbo vnio. Maceraten. variar. resol. lib. 1. resol. 90. & resol. 109. Ioan. à Cochier. in regul. 22. Cancell. de Vnionib. Erasm. à Cochier. de iurisd. Ordinar. in exempt. part. 4. quæst. 131. Tambur. de iur. Abbat. tom. 3. disp. 15. quæst. 1. & alij, qui in re.

Nota primò potestatem hanc vniendi beneficia, esse concessam Episcopo Ordinario, vt hic, & in cit. cap. sicut vnire, vbi fuit iudicata nulla vnio facta ab Inferiori, etiam cum consensu Metropolitani. Ex quo collige primò inferiorem Episcopo non posse vnire beneficia, etiam si illorum collatio, & Ecclesiæ, ad ipsos inferiores pleno iure spectent; quia vnire est vnus de casibus Episcopo reseruatis, & denegatis inferioribus, tenent communiter DD. in cit. cap. sicut vnire, præsertim Abb. & Ioan. And. num. 2. Archid. num. 3. Butr. num. 4. Lotter. de re Benef. lib. 1. quæst. 28. num. 112.

3 Limitatur tamen communiter per DD. hæc denegatio facultatis veniendi in inferiori Prælato, quando Prælatus inferior, ita habet Ecclesias, & beneficia plenè subiecta, vt iurisdictione quasi Episcopali in eis fungantur; tunc enim potest inferior Ecclesias prædictas, & beneficia vnire, quia Prælatus inferior id iurisdictionis exercet in sua Diœcesi, quod exercet Episcopus in sua, declarat Card. consil. 47. num. 1. vers. quo casu, & n. 3. Abb. in cit. cap. sicut vnire num. 3. vers. aut iste, Lott. cit. loc. num. 113. Barbos. de Iur. Eccles. lib. 3. cap. 16. num. 59. Garz. cit. par. 12. cap. 2. num. 72. & seq.

4 Limitatur secundò, vt non procedat dicta denegatio, quando Prælatus inferior potestatem haberet vniendi beneficia, & Ecclesias ex priuilegio, vel quadragenaria saltem præscriptionem; tunc enim validè vnit, ita Garz. & Barbos. cit. loc.

5 Collige secundò ex cit. cap. sicut vnire, Metropolitanum non posse vnire Ecclesias, & beneficia Diœcesis sui suffraganei; & ratio est, quia id potest Metropolitanus in Diœcesi suffraganei, quod illi à iure expresè permittitur; Sed vnire non reperitur illi à iure permissum, ergo, ita Abb. in cit. cap. sicut vnire num. 4. & alij, quos refert, & sequitur Barbos. de iur. Eccl. lib. 3. cap. 16. num. 58. qui dicit, quod Archiepiscopus potest tantum vnire beneficia suæ propriæ Diœcesis.

6 Limitatur suprapofita conclusio in casu legitimæ appellationis, quæ potest intercedere in hoc casu; nam Episcopus stante iusta causa tenetur vnire, prout cum Archid. & Mandos. tenet Ricc. in prax. 1. par. resol. 385. in fin. & proinde si legitimè interpellatus denegat vnionem, grauat, & consequenter iustam viam parat appellationi, quo casu, quia proprium appellationis est suspendere, & deuoluere negotium, Metropolitanus validè potest vnire beneficia Diœcesis suffraganei; iuxtà latè notata per me 1. par. ad cap. pastoralis de off. iud. Ord.

7 Legatus à Latere in prouincia sibi mandata, potest etiam vnire beneficia ex legitima, & iusta causa, quia Iurisdictionem dicitur habere ordinariam, & maiorem, quam habet Ordinarius; iuxtà magis communem, & receptam sententiam, docet Barbos. de Iur. Eccles. lib. 1. cap. 6. de Legatis, vers. in vniendis, & cit. loc. num. 55. Rot. in nou. de off. leg. decis. 1. & 2. Gambar. de off. Leg. lib. 5. in princip. ex num. 41.

Controuersum est inter DD. an Capitulum Sede Vacante, possit beneficia vnire; Et negatiuam partem defendit Pauin. de potest. Cap. sed. vacant. part. 2. quæst. 3. num. 17. eumque sequitur Lotter. de re Benef. lib. 1. quæst. 28. n. 140. Contrariam sententiam, nempe posse vnire, dummodo nihil pereat de Episcopali iure, tenent Genuens. in prax. cap. 87. num. 25. & alij, quos referunt, & sequuntur Garz. de benef. par. 12. cap. 2. num. 67. & Barb. de iure Eccles. lib. 1. cap. 32. num. 98. Et hæc secunda opinio est magis communis; Prima verò est omninò vera, quando Capitulum vellet sibi vnire, id enim omninò prohibetur, prout etiam declarauit Sacra Congregatio, quam declarationem refert Barbos. cit. loc. num. 99. in confirmationem suæ opinionis, quia dum Sacra Congregatio voluit Capitulum Sede Vacante non posse sibi vnire, ergo à contrario sensu dixit, posse alteri vnire. 8

Nec obstant rationes pro prima opinione, & primò non obstat, quod vnire sit proprium Episcopi; nam id dicitur in terminis cap. sicut vnire de excess. prælat. nempe ad exclusionem Prælatorum inferiorum non habentium Iurisdictionem Episcopalem, quod non potest dici de Capitulo, dum succedit in integram iurisdictionem Episcopi; Nec obstat cap. nouit ne sede vacant. quia vnio, de qua in illo, erat præiudicialis iuribus Episcopalibus, & proinde fuit iudicata nulla, quod secunda sententia non negat. 9

Alia est controuersia inter DD. an possit Vicarius Generalis sine speciali mandato vnire beneficia, quam latè discutit Lotter. de re Benef. cit. loc. num. 118. & seqq. & n. 132. videtur sentire id posse Vicarium, etiam ex generali mandato, post Rot. per Mohed. decis. 337. ad med. & Gabr. consil. vltimo num. 3. lib. 1. Contrariam sententiam, quod non possit Vicarius Generalis vnire sine speciali mandato est magis communis, eamque tenuit post alios per se adductos Sbrozz. de off. Vicar. quæst. 115. lib. 2. Garz. de benef. par. 12. cap. 2. qui multos adducit, & opinionem extendit, etiam si Vicarius haberet facultatem conferendi beneficia, cum clausula generali, & omnia alia faciendi, quæ requirerent speciale mandatum, sequitur nouissimè Barbos. de iur. Eccles. lib. 3. cap. 16. num. 56. post reliquos DD. per ipsum relatos, & vltra illos Macerat. variar. resol. lib. 1. resol. 109. num. 1. qui omnes pro hac opinione rationem adducunt, negari non posse, vnire connumerari inter ardua cit. cap. sicut vnire, & ardua non venire ex speciali mandato Put. decis. 53. num. 2. lib. 3. Lotter. cit. loc. num. 122. & seq. 10

Nota secundò ex Tex. qui dicit, quod Episcopus potest vnire Ecclesiam alteri Ecclesiæ, Dignitati, vel Præbendæ, & etiam Religioso loco, quæ beneficia possint vniri, & quibus possit fieri vnio; In qua materia præmittendum est, de natura vnionis esse, vt fiat beneficij minus digni, digniori; Vnde est, quod non possit vniri beneficium dignius minus digno, arg. l. vtilissimè in princip. & vers. ridiculum namque esset tunica fundum accedere ff. de adil. edit. obseruant Gomez de expectatiuis num. 36. Rebuff. in prax. titul. de vnionib. beneficior. num. 17. Gonzal. ad regul. de mensib. gl. 5. §. 7. num. 130. & seq. 11

Salua enim prædicta Regula de minus digno ad dignius. Dicendum est Episcopum posse quæcunque beneficia suæ Diœcesis, etiam si illa reseruata sint Summo Ponifici vnire; sine tamen præiudicio possessoris, ita loquitur Barbos. de iur. Eccles. lib. 3. cap. 16. num. 29. & est secundùm mentem Concil. Trid. sess. 21. cap. 5. de refor. vbi disponitur, vnionem fieri posse de quocunque beneficio curato, alteri curato, ex quo colligunt DD. non posse vniri beneficium curatum, beneficio simplici, vel Capellaniæ; sed è contra sic, deciditur in cap. exposuisti de præb. Rebuff. in prax. cit. loc. num. 17. Alia etiam ratione prohibetur beneficium curatum vniri simplici, quia per Concil. Trid. sess. 25. cap. 16. de ref. beneficia curata non possunt conuerti in simplici, notat Ricc. in prax. 1. par. resol. 393. num. 5. vers. vltimo. 12

Non solum beneficio simplici, sed nec etiam Monasterijs, Abbatijs, Dignitatibus, Præbendis Ecclesiæ Cathedralis, vel Collegiatæ, Hospitalibus, & Militijs, vniti possunt beneficia curata, iuxtà disposita in Concil. Trid. 13

ſeſſ.24.cap.13.de refor.verſ.in vnionibus verò. In quibus terminis declaraſſe Sact. Congregationem non ſolum vnionem Parochialis eſſe prohibitam; ſed etiam aliquam partem fructuum eorum vniri non poſſe, teſtatur Ricc. *in prax.1.part.reſol.393.verſ.limita ſexto* poſt Garz. *de benef. par.12.cap.2.num.87.* nouiſſimè Barboſ. *de Iur. Eccleſ. lib.3.cap.16.*

14 Non habet locum diſpoſitio Concilij prohibens vnionem Parochialium vt ſupra. Primò in Parochialibus non habentibus certos fines, vt ſunt Parochiæ, quæ Sacramenta miniſtrant, & iura Parochialia exercent in certum Populum, & certas familias; Sed tantùm locum habet in Eccleſijs verè Parochialibus, quæ certos habent fines. Secundò nec locum habet in vnionibus Parochialium, faciendis pro fundatione, dotatione, augumento, vel conſeruatione Piorum Locorum erectorum ad defenſionem, & propagationem fidei Catholicæ, bonarumque artium, ita poſt Gonzal. *ad regul. de menſib. gl.5.§.7. num.47.* tenent Garz. & Barboſ. *cit.loc.*

15 Non tamen vniri poteſt Eccleſia Parochialis Capitulo Cathedralis ob tenuitatem Canonicatuum, & ob difficultatem, ſiue impoſſibilitatem, etiam viuendi beneficia ſimplicia, & ob id quoque, quod non decebat eorum numerus, iuxtà mentem Concil. *cap.15.ſeſſ.24. de ref.* refert deciſum in vna *Alexandrina 3.May* 1594. Aldan, *in compend.Canon.reſol.lib.4.titul.8.num.3.*

16 Poteſt tamen Epiſcopus cum conſenſu Capituli, etiam per viam vnionis, curam animarum, quæ incumbit toti Capitulo, transferre in obtinentem Dignitatem in eadem Eccleſia, refert deciſum idem Aldon. *cit. loc. titul.8. n.4. die 30. Martij* 1594. ſiue in aliam perſonam eiuſdem Eccleſiæ, refert etiam deciſum Garz. *de benef. part.9.cap.2. num.190.*

17 Canonicatus ob tenuitatem illorum poteſt Epiſcopus ſupprimere, & fructus ſuppreſſorum, alijs Canonicatibus, ſiue Præbendis, vel diſtributionibus eiuſdem Eccleſiæ vnire, dummodo tot Canonicatus remaneant, quibus Eccleſiæ ſeruitio non defraudetur, ita Concil. Trid. *ſeſſ.24.cap.15.* In quibus terminis notandum eſt primo, quod hæc facultas conceditur Epiſcopo in Eccleſijs Cathedralibus, & Collegiatis inſignibus. Quæ autem dicatur Collegiata inſignis in iure non definitur, & id remitti arbitrio Iudicis, defendit Menoch. *de arbitr. caſ.158. num.4.* qui alios citat; Verùm Iudex poteſt ad adjudicandam hanc qualitatem inſignitatis perpendere communem extimationem, vt latè probat Lotter, *de re Benef. lib.1. quæſt.15. num.4. & ſeqq.* Locum, in quo ſita eſt Eccleſia, vt ſi numeroſum Populum contineat, prout inſignem fuiſſe judicatam Eccleſiam ſitam in oppido, vbi erant 820. focularia, refert Barboſ. *de Capitul. & dignit. cap.2. num.18.* Item ſi locus ipſe communi eſtimatione iudicetur nobilis, & inſignis, qui qualis ſit, vide Nouar. *conſil.1. aliàs 3. de verb. ſignif.* Item dignoſcitur inſignis Eccleſia, ſi illa Matrix ſit, ſi antiqua, ſi alijs præcedat Eccleſijs, ſi magnum habeat miniſtrorum numerum, ſi inſignem ſtructuram, & alia, de quibus Barboſ. *loc.cit.*

18 Secundò notandum eſt prædictam facultatem ſupprimendi Canonicatus concedi Epiſcopo, quando diſtributiones, & præbendæ illorum ſunt adeo tenues, vt Canonici ſuſtentari decenter non poſſint, iuxtà eorum gradum inſpecta qualitate loci, & perſonarum, ita Concil. Trid. *cit.loc.* cuius diſpoſitio non procedit, quando præbendæ non ſunt tenues, licet diſtributiones ſint tenues, quia in tali caſu tenuitati diſtributionis ſuccurri poteſt remedio Concil. Trid. *ſeſſ.21.cap.1.de ref.* prout deciſum refert per Sacram Congregationem poſt Aldon. Barboſ. *Summ. Apoſtolicarum deciſ.verbo vnio num.2.*

19 Sed quia beneficia de ſui natura præſumuntur congrua, merito in hoc caſu hæc tenuitas eſt probanda, ita Barboſ. *de Poteſt. Epiſcopi par.3. alleg.67. num.5. & ſeqq.*

20 Tertiò notandum eſt hanc facultatem ſupprimendi Canonicatus concedi Epiſcopo in ſubſidium, & quando tenuitati Canonicorum prouidere non poteſt per vnionem beneficiorum ſimplicium; nam ſi poteſt vnire præbendis ſimplicia beneficia, non debet ſupprimere Canonicatus, ita habemus ex Concil. Trid. *cit. cap.15. in princip.*

21 Dignitates non poſſunt vniri, nec in terminis Concil. Trid. *ſeſſ.23.cap.18.* nec *ſeſſ.24. cap.15. de ref.* refert deciſum Ricc. *in prax.1.par.reſol.393. verſ. limita quarto,* Nec etiam Canonicatus, niſi per modum ſuppreſſionis vt ſupra Garz. *ad regul. de menſib.gloſ.5.§.7. num.64.*

22 Beneficia ſimplicia abſque dubio vniri poſſunt, & ea ſunt, quæ paſſim videmus vniri. Quod tamen non procedit, quando beneficia prædicta ſunt de iurepatronatus, illa enim non poteſt Epiſcopus vnire ſine conſenſu patronorum, ſiue laici ſint, ſiue Eccleſiaſtici, docet Rocc. *de iurepatro.verbo honorificum q.3.* Lambert. *eodem tract. lib.3. q.6.art.2.* Ricc. *in prax,1.par.reſol.387.* per totum, vbi in fine concludit, quod talis conſenſus non præſumitur, nec de eo teſtatur aſſertioni Epiſcopi; fuit etiam deciſum per Rot. *in vna Vercellen. vnionis* 23. *Aprilis* 1610. *coram D. Lancellotto Iun.* Et ſi plures ſunt patroni, non ſufficit maior pars, ſed omnes debent conſentire, alias vnio eſt nulla Verall. *deciſ.246. par.3. & in vna Vercellen, vnionis* 23. *Aprilis* 1610. *coram D. Lancellott. Cardin.*

23 Et licet Epiſcopus poſſit vnire beneficia ſimplicia, non tamen poteſt vnire omnia beneficia ſimplicia ſuæ Diœceſis, ſed tantum aliqua referunt deciſum per Sacram Congregationem Garz. *de benef.cit.par.2.cap.2.num.63.* & Ricc, *cit.loc. reſol.393. num.4.* qui alios citat.

24 Nec poteſt Epiſcopus vnire beneficia quæcunque etiam ſimplicia ad tempus, ſeu ad vitam, ſed tantum in perpetuum, aduertit poſt alios Ricc. *cit.loc. num.5.*

25 Vlterius nec poteſt Epiſcopus vnire Beneficia, etiam ſimplicia ſuæ Diœceſis, beneficijs alterius Diœceſis ex quacunque cauſa, id enim expreſsè prohibet Concil. Trid, *ſeſſ.14.cap.9.de refor.* aduertunt Garz. *cit.cap.2. n.86.* Ricci. vbi ſupra *verſ. limita 5.*

26 Obſerua, quod Epiſcopus non poteſt vnire beneficia; etiam ſimplicia Menſæ Capitulari, etiam ſub prætextu tenuitatis diſtributionum; ſolum enim poteſt vnire præbendis, quando illæ vnà cum diſtributionibus tenues ſunt, imo diſtributiuè ſingulis præbendis debet vnire, aduertit Farinacc. *deciſ.565.par.2.recentior.* Grat. *diſcep. for. cap.228. num.34. in fin.* qui vlterius dicit, quod nec omnibus præbendis collectiuè vniri poteſt, ſed ſingulis præbendis ſingula beneficia ſunt vnienda, quia tunc ſcitur, cui beneficio facta ſit vnio, & quodlibet beneficium habet ſuum Rectorem diſtinctum, & vtilitas eſt ſingulorum non Capituli, ita declarat Gab. *conſil.178. num.3. & ſeqq. lib.2.* intelligi Concil. Trid. *cit.cap.15.* & alias factam vnionem fuiſſe iudicatam nullam; etiam ſi Cathedralis Eccleſia, vel Collegiata diſtinctas non haberet præbendas, ſed tantum communes diſtributiones, quæ diuinis intereſſentibus diſtribuuntur, refert poſt Aldan. Barboſ. *Summ. Apoſtolicarum deciſ. verbo vnio num.1. & de iure Eccleſ. lib.3. cap.16. num.35.* refert ad id alia multa.

27 Non poteſt Epiſcopus vnire beneficia ſuæ Diœceſis, quæ non ad ſuam, ſed alterius inferioris collationem ſpectant, docet indiſtinctè Barboſ. *de iure Eccleſ. cit. loc. ſub num.30.* ſed hoc limitari poteſt, quando accedit conſenſus ipſius collatoris, ſicut diximus ſupra poſſe vnire beneficia de iure patronatus cum conſenſu patronorum.

28 Aduerte diuerſimode loqui DD. an poſſit Epiſcopus vnire beneficia liberæ collationis, beneficijs de iure patronatus; quod apertis verbis deciſum eſt per Concil. Trid. *ſeſſ.25. cap.9. verſ. inſuper acceſſiones de refor.* vbi huiuſmodi vniones ſubreptitiæ declarantur, cuius diſpoſitionis Conciliaris vigore, diſerunt prædictam vnionem non poſſe fieri Leo Theſ. *for. Eccleſ. par.2. cap.16. num.14.* & generaliùs Garz. *de benef. par.12. cap.2. num.91.* quos ſequitur Ricc. *in prax. prima par. reſol.393. num.5. verſ. limita 3.* ea ratione, ne beneficia libera, in ſeruitutem redigantur, Contrariam ſententiam, nempe poſſe Epiſcopum vnire beneficium liberum, beneficio iurispatronatus ex cauſa, defendit Lotter, *de re benefic. lib.1. quæſt.28. num.165.* & rationem affert, quia tunc non cenſetur redegi beneficium liberum in ſeruitutem, ſed illud extingui, & conſtitui prædium alterius, voluit etiam Rot. *deciſ.222. num.2. par.2. in recent.* Sed hæ pugnantes opiniones conciliantur per dicta Leon. *citato loco* originalis auctoris primæ ſententiæ; Nempe poſſe vniri beneficia libera, beneficijs de iure patronatus. Primò, quando Patroni renunciant iuri patronatus,

Se-

Secundò, quando concordant, vt beneficium iurispatronatus alternatiuè conferatur, vna vice ad Patronorum præsentationem, & altera ad liberam collationem, & ita declarasse Sacram Congregationem *ad dictum cap. 9. Concil. Trid.* refert idem Leo *cit. loc. in fin.* & Sell. *in select. Canon. cap.* 18. *num.* 24. & cum his restrictionibus est intelligenda opinio Lotter. extra verò illas remanet intacta dispositio Sacr. Concil.

29 Restringitur etiam in alio casu dispositio Concil. Trid. *cit. cap. 9.* nempe quod si Ecclesia libera minatur ruinam, & habet tenuissimos redditus, potest vniri patronatæ, cum reseruatione iurispatronatus, & onere imposito patrono, illam reparandi, & dotandi in scutis 50. prout fuisse decisum io vna *Triuentina* 23. *Decembris* 1622. testatur Aldan. *in compend. Canon. resol. lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 17. Hæc decisio est fundata in necessitate reparandi Ecclesiam minantem ruinam, vnde est, quod si alia via posset reparari, cessat ratio dispositionis, & proinde non est in seruitutem redigenda.

30 Quæritur, an Episcopus possit vnire beneficia Sedis Apostolicæ collationi reseruata. Et quæsitum distinguendo respondetur, quod aut loquimur de reseruatis, reseruatione perpetua, aut de reseruatis alia reseruatione non perpetua. Reseruata primo modo, vt sunt primæ Dignitates post Pontificales, beneficia Collectorum, & vnicorum Subcollectorum, Familiarium, Militum, & Officialium Curiæ, quorum beneficia semper dicuntur reseruata; & hæc minimè vniri possunt, notat Garz. *de benef. part.* 12. *cap.* 2. *num.* 93. *&* 106. Aut loquimur de beneficijs reseruatis non perpetuò, sed ratione temporis, vt est ratione mensium. Et tunc subdistinguendum est, aut beneficia vacant; & tunc non possunt vniri, aut non vacant, & tunc possunt per Episcopum vniri, ita Garz. *cit. loc. num.* 102. qui testatur ita fuisse per Sacram Congregationem Concilij Trident. declaratum in vna *Gemen.* quam adducit per extensum; & quod non possint vniri reseruata vacantia, intelligitur de ijs, quæ iam vacarunt in mense reseruato, Barbos. *de iur. Eccles. lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 29. Quando verò vnio est facta seruata forma Conc. Trident. si deinde post vnionem, beneficium vacet in mense reseruato, vnio habet effectum suum; nisi aliter per Papam fuerit vnioni derogatum, declarat Lotter. *de re benef. lib.* 1. *quæst.* 28. *num.* 198. Ludouis. *decis.* 419. *nu.* 5. vbi Beltram. *num.* 7.

31 Quando est inter DD. an Episcopus possit vnire deuoluta beneficia ad Sedem Apostolicam, ob collationem non factam in tempore, & affirmatiuè resoluunt Mari, Socin. *in cap. sicut vnire num.* 67. *& seqq. de excess. Prælat.* Bero. *decis.* 346. *ad fin.* Azor. *instit. moral. part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 128. *quæst.* 15. & alij, quos refert Sanch. *in præcept. Decal. lib.* 7. *cap.* 29. *num.* 149. Contrariam sententiam, nimirum, quod Episcopus non possit talia beneficia vnire, nisi inuenerit illa deuoluta propter prædecessoris negligentiam, tenent Selu. *de benef. part.* 3. *quæst.* 11. *col.* 14. Rebuff. *in prax. titul. de deuolut. num.* 31. Zerol. *in prax. titul. de vnion.* §. 8. Sed mihi videtur probabilius, Episcopum nullo modo, & nullo casu posse vnire beneficia deuoluta, postquam factus est casus deuolutionis; ea ratione, quia certum est, aperta verba Concil. Trident. disponere Episcopum posse vnire beneficia reseruata, & affecta Sedi Apostolicæ, vt *in cap.* 18. *sess.* 23. *& cap.* 15. *sess.* 24. & nihilominus non obstantibus apertis verbis Concilij, Rot. & DD. communiter voluerunt, quod postquam factus est casus reseruationis, & affectionis, Episcopus non possit vnire; ea ratione, ne Ordinarij in fraudem reseruationis, possint beneficia vnire, ita Beltram. *cit. loc. & dictum est vers. præced.* sed prædicta ratio procedit in beneficijs deuolutis, ergo, & dispositio procedere debet.

32 Nota tertiò supradicta *notab.* 2. principaliter tendere ad cognoscendum, quæ beneficia vniri possunt; licèt multa colligi possint, ad cognoscendum, quibus beneficijs possit fieri vnio, quod vt clarius pateat, dicendum est conclusiuè per Concilium Trident. permitti tribus tantum subiectis vniri posse beneficia numerata *notab. præced.* Primò vnio fieri potest Præbendis Ecclesiæ Cathedralis, vel Collegiatæ, quando illæ sunt adeo tenues, vt cum distributionibus quotidianis, non sufficiant, decenti Canonicorum gradui, pro loci, & personarum qualitate substinenda, ita Concil. Trident. *sess.* 24. *cap.* 15. *de ref.* Secundò, vnio fieri potest Ecclesiæ Parochiali adeò pauperi, vt aliter status ipsius pro dignitate nequeat conseruari Concil. Trident. *sess.* 21. *cap.* 5. *de reform.* Tertiò vnio fieri potest Seminario, Concil. Trident. *sess.* 23. *cap.* 18.

Faciunt pro notitia primi modi vnionis, nempe faciendæ Præbendis, multa notata *notab. præcedent.* Hic verò addendum est, quod Episcopus, solum præbendis vnire potest; Vnde est, quod illi denegatur facultas vniendi Capellanijs, etiam Ecclesiæ Cathedralis, quæ habent redditus tenues; item & Sacristiæ, vel Fabricæ; & hoc quia Concil. loquitur tantùm de Præbendis, notat Garz. *de benef. part.* 9. *cap.* 2. *num.* 190. 33

Inimò nec vnire potest Episcopus beneficia Dignitati, quæ in Ecclesia Cathedrali, vel Collegiata non habet vocem in Capitulo, nec redditus ex mensa Capitulari, licèt deseruiat in Choro, habetur declarasse Sacr. Congregat. Concil. *super cit. cap.* 15. *die* 19. *Decembris* 1584. 34

In vnione facienda Parochialibus, vt supra, sciendum est, non solum Episcopum posse ijs vnire beneficia simplicia, sed etiam ipsa curata alijs curatis, vt in *cit. cap.* 5. *Concil. Trid.* concurrente causa, de qua in eo, & dicemus infra. 35

Vltimò diximus posse Episcopum Seminario vnire beneficia simplicia cuiuscumque qualitatis, & dignitatis fuerint, ita Concil. *cit. cap.* 18. non tamen Seminario vniri potest Canonicatus Ecclesiæ Collegiatæ, etiam si ex sui natura non obliget ad residentiam, refert decisum Sell. *select. Canon. cap.* 10. *num.* 21. Et latius, quæ beneficia possit Episcopus vnire Seminario, vide Barbos. *de iur. Eccles. lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 30. 36

Requiritur tamen pro validitate vnionis factæ Seminario: primò solemnitas, de qua dicemus §. sequenti, & quod Seminarium fuerit actu erectum, & habeat actu scholares, & Magistros, prout pluries sentisse Sacram Congregationem Concilij, & Rotam Romanam, refert Ricc. *in prax.* 1. *part. resolut.* 390. per alios per ipsum adductos. Et licèt teneant aliqui futuro Seminario posse per Episcopum fieri vnionem cessante fraude, ita Gonzal. *ad regul. de mensib. gl.* 5. §. 7. *num.* 76. *& seq.* vbi plura, quæ sequitur Gratian. *discept. forens. cap.* 248. *num.* 71. *& cap.* 358. *num.* 5. Beltram. ad Ludouis. *decis.* 238. *num.* 10. Nihilominus verius est, & secundum Rotæ sententiam, quod quamuis proximè erigendo Seminario, & etiam cessante omni fraude, vnio fieri non potest; ita Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *q.* 29. *n* 47. *& seq.* qui id validè probat cum Rotæ opinione, & primis rationibus; Sed omninò requiri, quod actu sit erectum, & Collegium Puerorum formaliter institutum, Rot. *decis.* 361. *num.* 3. *&* 5. *part.* 2. *in recent.* Quod tunc dicitur, quando est præparata Domus; fuerunt introducti pueri electi duo Canonici pro regimine illius, & Deputati pro instituendis taxis, & faciendis vnionibus ad præscriptum Conc. Trident. ita Lotter. *cit. loc. num.* 51. Vnde est, quod Seminarium nondum erectum, non est manutenendum in possessione beneficij vniti, ita Rot. *in Corduben. præstimonij* 7. *Nouembris* 1601. *coram D. Litta*, *& in Leodien. beneficiorum* 19. *eiusdem mensis* 1602. *coram D. Cardinal. Lancellotte*; Secus tamen si prætenderetur erectum nulliter; tunc enim esset manutenendum in possessione beneficij vniti, Rota *in Adiacen. benefic.* 16. *Nouembris* 1622. 37

(∵)



OBSER-

OBSERVATIONES
D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *VNionum duæ species assignantur.*
2 *Differentia inter vtranque speciem.*
3 *Ecclesia accessoriè vnita per qua verba dignoscatur.*
4 *De vnione Cathedralium quæstiones raræ, & diuersæ recensentur.*
5 *Parochialium vnionis controuersia.*
6 *Vnio est species alienationis, & quæ requisita.*
7 *Vnio beneficiorum facienda Seminario explicatur.*
8 *Vnio quæ fit auctoritate ordinaria consensum Capituli exigit.*
9 *Ad finem vniendi, quæ facultas desideretur.*
10 *Sociatiua vnio in Parochialibus explicatur.*
11 *In Parochialibus vnio, quæ sit minus odibilis.*
12 *Vnio ex causa tenuitatis præbendarum, & distributionum, quæ fieri valeat per Episcopum.*
13 *Necessitas causæ exemplificatur.*
14 *Episcopus an possit vnire beneficia vnius Diæcesis alteri?*

1 PRo elucidatione materiæ vnionis, in duas species scinditur vnio. Vna æquè principalis, & iure coæquali. Altera subiectiua, & accessoria. Prima est magis fauorabilis, seu minus odiosa, ideòque leuioribus probationibus contenta est. Quia vtraque Ecclesia vnita retinet suas prærogatiuas, & præeminentias, & si non constat clarè de vnione subiectiua, vnio tunc iudicanda primæ speciei, Gratian. *discept.*893. Caualer. *decis.*303.

2 Generaliter procedit in quibuscumque vnionibus inferiorum Ecclesiarum, siue beneficiorum, & extra dubium in Ecclesijs Cathedralibus, & Episcopatibus stylo Sedis Apostolicæ ipsas vniones faciendi, nec de facili supprimendi Cathedram, vel Diœcesim, illamque faciendi membrum, seu prædium alterius Ecclesiæ, cui fit vnio, vt sequi dicitur in casu vnionis subiectiuæ, ex deductis per Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell.glos.* 5. §.7. Beltram. ad Ludouis. *decis.*112. iure cuiusdam alluuionis fiat pars alterius.

Habemus in Italia quamplures Cathedrales, & Ciuitates respectiuè desolatas cum alijs Cathedralibus actualibus vnitas, quarum quælibet retinet suam prærogatiuam, & fines distinctos, vt præsertim est *Satrianen.* vnita cum *Campanien.* quoniam hæc est in rerum natura, altera non. Ita pariter *Valuen.* cum *Sulmonen. Cannen.* cum *Nazarena*, & *Montis Viridis*. Et præsertim insignis, & spatiosa Diœcesis *Caputaquen.* & *Cannen. Anglonen. Thelesina*, & similes.

Vnio accessoria extinguit titulum, & nomen beneficij, siue Ecclesiæ vnitæ, & eam efficit prædium illius, cui vnio fit, & de tali vnione iudicatur, vt de incremento per alluuionem contingente, Caualer. *decis.* 330. *num.* 5. Bich. *decis.*421. *num.* 5. & 6.

3 Ecclesia accessoriè vnita iudicatur per verba *perpetuò vnimus, annectimus, & incorporamus*, iuxtà Angel. *cons.* 247. *vers. sed vbi fuit vnio*, vbi ponderat, quod si fiat vnio per incorporationem res vnita incorporatur principali efficitur eius membrum, Bich. *vbi sup. num.*7.

4 Ex his vnionum speciebus diuersæ possunt oriri quæstiones. Primò, scilicet de vnione duarum Cathedralium de qua nimium raro contingit in Sac. Congregatione Concilij. Quinimò neque in Congregatione Concistoriali, cui magis ea congruit, quoniam vt docet praxis à Concilij publicatione citra frequenter agi contigit præsertim in d. Sacra Congregatione Concistoriali de nouis erectionibus Ecclesiarum Cathedralium in locis *nullius*, siue in aliqua parte Diœcesis, quæ ampla sit, cùm istius, vel aliarum adiacentium dismembratione, vnde propterea examinari solet, an concurrant debita requisita, sed rarus est casus, quod agatur de vnione plurium Cathedralium, quæ non fit nisi per Papam.

Aliqui verò huiusmodi vnionis casus, qui post Concilium habentur, vt plurimum non sunt de duabus Ecclesijs, quæ prius essent Cathedrales, adeovt quolibet proprium haberet Episcopum, sed tunc occasione decorandi aliquem locum, qui prius esset *nullius*, seu etiam in aliqua Diœcesi cum Prælato tamen inferiori exempto habente iurisdictionem ordinariam in Clerum, & populum, vnde propterea consuetæ adessent discordiæ inter talem Prælatum, & Diœcesanum, ideòque Clerus, & populus huius loci pati nolit subiectionem erga locum, in quo sit Ecclesia Cathedralis, tunc pro frequentiori contingentia ipse locus tam in dote, quàm in qualitate non sit aptus erectioni nouæ Cathedralis cum proprio, & distincto Episcopo, idcircò cum prudentissimo consilio factum est, quod illa Ecclesia in Cathedralem erigatur, illeque locus Ciuitatis prærogatiua decoretur, sed vnio contexta æquè principaliter vniatur Ecclesiæ antiquæ, cum qua erant controuersiæ, vel alteri pauperi Ecclesiæ pro facti, & locorum qualitate adeòvt in substantia, ac de facto vnus sit Episcopus, quamuis quoad aliquas præeminentias, & prærogatiuas inter se reputentur duæ omnino distinctæ cum omnimoda independentia.

In Cathedralibus ab antiquo vnitis cadere solent quæstiones, vel super finibus, vel ad effectum distinctionis iurisdictionum Capitulorum Sede vacante, vel ad effectum vnionis beneficiorum, & Ecclesiarum inferiorum stante prohibitione Concilij, vt beneficia vnius Diœcesis non vniantur Ecclesijs alterius licet contrarium quandoque practicetur, vt Rota *decis.*351. *part.*10. *recent*. Ac etiam quandoque ex iure quodam Metropolitanorum, seu alicuius ex eis, quia praxis docet, quod ex huiusmodi Ecclesijs, ita principaliter vnitis vna sit in vna Prouincia, & Suffraganea vnius Metropolitani, alia verò sit in altera, sub diuerso Metropolitano, seu etiam exempta.

Prout inter ipsas Ecclesias, vel Diœceses esse solent quæstiones super ipsius vnionis specie, an vnio sit coæqualis, & æquè principalis, an subiectiua, vel accessoria, quoniam vbi est æquè principalis quælibet Ecclesia remanet in suo primæuo statu.

5 Altera vnionis species est illa, quæ fiat plurimm Ecclesiarum Parochialium, seu aliarum inferiorum per Episcopum, seu alterum loci Ordinarium. Ad validitatem copulatiuè requiruntur solemnitas, & causa. Solemnitates autem vnionis differunt à vera, & formali alienatione bonorum, in quibus non intrat dispositio *Extrauag. Ambitiosa de reb. Eccl. non alien. nec cap. terrulas circa beneplacitum Apostolicum*.

Sed sufficiunt solemnitates ad normam antiquioris iuris Canonici, nempe consensus Capituli, ac etiam Rectoris, & populi aliorumque interessatorum, vel saltem eorum citatio fiat, Barbos. *de Episcop. alleg.* 67. *num.*16. Rota *decis.*239. *n.*5. *par.*5. *recent*.

6 Vnio enim est species alienationis, & absque causa, & requisitis facta, vel sine beneplacito Apostolico, & necessitatis iustificatione non valet, Rota *decis.*330. *part.* 9. *recent*. Card. de Luca *de paroch. discurs.* 10. *num.* 5. & *discurs.*35. *num.*5. & 6. vbi de consensu Rectoris, & Parochianorum.

7 Ex decreto Sacr. Concil. Trident. *sess.* 23. *de reform. cap.*8. licet concedatur Episcopo facultas vnionem faciendi Seminario. Attamen id intelligitur de beneficijs simplicibus, non autem de curatis sub dicto decreto Concilij non subiacentibus, Gonzal. *ad reg.*8. §. 7. *num.* 63. & 64. Lotter. *lib.*2. *q.* 20. *n.* 162.

8 Vbi ordinaria authoritate fit vnio causa necessitatis, vel nimiæ vtilitatis pluresque solemnitates præsertim consensus Capituli, ac interessatorum exiguntur.

9 Quoad vniendi potestatem desideratur etiam libertas in iure conferendi saltem sperata, & euentualis, non autem vbi iam reseruata, vel affecta sint, quod sufficit in vno ex pluribus beneficijs vnitis concurrere, ideòque in reseruatis verificabilis non est, nisi in ea reseruatione, quam beneficialistæ discontinuam dicunt ratione mensis, vel loci, non autem in reali, vel personali, quæ continua appellatur, neque ad hanc vnionem faciendi indultum conferendi reseruata suffragatur, Card. de Luca *de benefic. in summa post tract. num.* 209. & *seqq.* Nisi adsit fraus, quia verisimiliter vacatio esset ad futura in Curia,

puta

puta si curialis esset beneficiatus, idem *in tract. de benefic. discurs.46. num.15. & 16.*

10 Dari autem frequenter solet in parochialibus sociatiua vnio, per quam absque terminorum, vel animarum destitutione plures in eodem territorio, ac populo curam habeant, ac exerceant, quòd parum commendabile Tridentinum Concilium censuit, ideoque ista species non est tam commendabilis, quàm illa, quæ ab eodem Concilio probatur, vt oues proprium agnoscant Pastorem, vt de Luca *vbi sup.*

11 In parochialibus minus odibilis est vnio ratione paupertatis Ecclesiæ, quamuis multiplicitatis populi causa accedat, vbi per Ecclesias adiutrices, vel adiutores ministros occurri potest, nisi itineris longitudo, ac asperitas, aliæque circumstantiæ physicam, vel nimirum moralem necessitatem inducant, solemnitatibus tamen concurrentibus illa præsertim consensus populi aliorumque interessatorum quodque omnia extrinsecus iustificentur aliter, quam per Ordinarij assertionem, cui deferendum non est.

12 Episcopus est causa tenuitatis præbendarum, & distributionum quotidianarum potest vigore Concil. Trident. *sess. 24. de reform. cap. 15.* vnire ad fauorem Capituli Cathedralis vnum, vel plura beneficia simplicia, Bich. *decis.280. num.9.* Et vnio fieri debet ex causa tenuitatis præbendarum, ac necessitate singulis præbendis, non autem Capitulo, nec mensæ capitulari in vniuersum, Pyrr. Corrad. *in prax. benefic. lib. 2. cap.8. num. 56.* latè Card. de Luca *de benefic. discurs. 45. num. 2. & 3.* vbi quod vnio non debeat fieri in genere ipsi Capitulo, seu massæ Capitulari, vel præbendis in genere, sed præbendis certis tenuioribus, & non simpliciter præbendis tenuioribus.

13 Causa debet esse necessaria, vt quia possessores Canonicatuum ex causa tenuitatis cogerentur Ecclesiæ cultum, & seruitium deserere, alijsque exercitijs incumbere ad effectum eorum congruæ substentationis, secus autem vbi vnio percuteret dilationem, vel maiorem exuberantem commoditatem, Lotter. *lib.1. quæst. 29. num. 21.* Cels. *decis.96.*

14 Si duo Diœceses sint vnitæ vtrum vnus, & idem Episcopus vnire possit beneficia vnius Diœcesis alijs alterius Diœcesis? Ex Concil. Trident. *sess. 24. de reform. cap. 9.* & Barbos. *de potest. Episcop. alleg. 66. num. 9.* videtur negandum. E contrario stant Gratian. *discept. 655. num. 6.* Bich. *decis.280. num.11.* Distingue, vt prima opinio locum habeat in vnione Cathedralium æquè principali, Card. de Luca in annot. ad Conc. Trident. *discurs. 8. num. 9.* Vide alia in §. seq.

SVMMARIVM.

1 *VNionem perficiunt quædam solemnitates.*
2 *Vnioni debet accedere Capituli consensus, etsi Episcopus eam faciat, vt Sedis Apostolicæ Delegatus, num. 3. & debet esse expressus, num.4. aliàs vnio erit nulla, num.5.*
6 *Vnionis defectum, consensus Capituli nullitatem, quis allegare possit.*
7 *Vnioni factæ à Papa, non requiritur Capituli consensus.*
8 *Vnioni potest subsequi Capituli consensus, dummodo lis non sit cœpta.*
9 *Vnioni beneficij de iure patronatus, post Patronorum, Capituli consensus accedere debet.*
10 *Vnioni simplicium, factæ Dignitati, vel Præbendis Cathedralis, debet etiam accedere Capituli consensus.*
11 *Vnio facienda, non exigit consensum Capituli, si ita disponat consuetudo.*
12 *Vnioni ex iusta causa, cogi potest Capitulum pro consensu.*
13 *Vnioni facienda Seminario debet interuenire etiam duorum de Clero, & duorum de Capitulo consensus.*
14 *Vnioni beneficij, cuius collatio spectat ad inferiorem, non solum Capituli Cathedralis, sed inferioris, suique Capituli consensus accedere debet.*
15 *Suppressio Canonicatuum Collegiatæ exigit Capituli Cathedralis, & Collegiatæ consensum.*
16 *Vnio non exigit, vt vocetur possessor.*
17 *Vnionem si Rector oppugnet, est audiendus.*
18 *Dismembrationi beneficij partis, vocandus Rector, licèt in contumaciam sine illo procedi possit.*
19 *Vnioni faciendæ, omnes, quorum interest vocandi, & qui tales.*
20 *Vnionem impedit plebs iustè opponendo, non tamen vocanda.*
21 *Vnionis validitatem efficit iusta causa, exemplificata tribus casibus, num.22. vel vtilitas, exemplificata, num.23.*
24 *Vnio sine causa est nulla.*
25 *Vnio sine causa, nulla ipso iure, an annullanda.*
26 *Vnionis causa iustificanda per informationem ab vniente, nec sufficit eius attestatio.*
27 *Vnionis effectus est; quod vnita beneficia non vacare, neque vniri possint.*
28 *Vnitum beneficium non potest resignari ad fauorem sine narratiua vnionis. Quid si ignoranter, vel scienter sine ea resignetur, num.29.*
30 *Vnio dicitur sortita effectum, si de beneficio vnito sit capta possessio.*
31 *Vniones, quæ non sunt effectum sortitæ, quando per decimam secundam Regulam Cancellariæ reuocentur.*
32 *Vniones ex iusta causa dissoluere potest Episcopus, tum aliorum, tum Papa, num. 33. cum ijsdem tamen solemnitatibus, quæ in vnione, num. 34.*
35 *Vnio non præsumitur, sed est probanda, & qualiter.*

ANNOTATIO VIII.

§. II.

DIximus §. præced. cum text. huius *Clem. vltim. de reb. Eccles. non alien.* quis possit vnire, quæ beneficia, & quibus fieri possit vnio: hic notanda est solemnitas ad vnionem requisita, & alia ad hanc materiam. Et proinde. 1

Nota primò requiri ad vnionem consensum Capituli Ecclesiæ Cathedralis, prout deciditur in hoc text. *Clem. vltim.* ibi, *per Episcopum suo consentiente Capitulo; & in cap. pastoralis de donat. in final. verb. & cap. tua nuper de his, quæ fiunt à Prælat.* & faciunt verba Concil. Trident. *sess.21. cap.5.* vbi conceditur Episcopis facultas vniendi, iuxtà formam iuris, quæ verba explicantes DD. dicunt *iuxtà formam iuris*, idest iuxtà formam *cap. sicut vnire*, & huius *Clement.* vbi requiritur consensus Capituli, & aduertunt Canonistæ communiter. Ratio verò quare ad vnionem requiratur consensus Capituli, ea esse potest, quia cum vnire beneficia sit negotium graue, & arduum, meritò debet tractari ab Episcopo cum consensu Capituli, ratione maximæ coniunctionis, quæ est inter Episcopum, & Capitulum suum, iuxtà *Cap. nouit, de his, quæ fiunt à Prælat. sine consensu Capitul.* obseruat Rot. apud Ægid. *decis.513.* Et hic consensus non sufficit, si sit singulorum de Capitulo, sed requiritur consensus capitulariter, Rot. *decis.484. n.7. par.1. in recent.* 2

Amplia primò suprapositam regulam, vt requiratur Capituli consensus ad vnionem, etiam si Episcopus illam faceret, tanquam Sedis Apostolicæ delegatus, docent ex verbis Concil. Trident. *cit. sess. 21. cap.5. de reform.* Garz. *de benef. part.12. cap.2. num. 158.* & Ricc. *in prax. 1. part. resolut.388. num.4. vers. limita 2. in fin.* contra Nauar. & alios. 3

Amplia secundò, vt consensus Capituli sit necessarius ad vnionem, expressus, ita vt non sufficiat tacitus, aduertit Fusc. *de visit. lib.2. cap.26. num.5. in fin.* Contra, nempe sufficere tacitum, defendit Monet. *de commut. vltim. volunt. cap.12. num.251.* 4

Amplia tertiò, vt sine huiusmodi consensu Capituli vnio sit nulla, tanquam facta forma non seruata, docet Garz. *citat. loc. num. 166.* probat Ricc. *alleg. resolut. 388. in princip.* Barbos. *de Canon. & Dignit. cap. 42. sub num. 8.* 5

Dubi-

OBSERVATIONES D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *VNionum dua species assignantur.*
2 *Differentia inter vtranque speciem.*
3 *Ecclesia accessoriè vnita per qua verba dignoscatur.*
4 *De vnione Cathedralium quæstiones raræ, & diuersæ recensentur.*
5 *Parochialium vnionis controuersia.*
6 *Vnio est species alienationis, & quæ requisita.*
7 *Vnio beneficiorum facienda Seminario explicatur.*
8 *Vnio quæ fit auctoritate ordinaria consensum Capituli exigit.*
9 *Ad finem vniendi, quæ facultas desideretur.*
10 *Sociatiua vnio in Parochialibus explicatur.*
11 *In Parochialibus vnio, quæ sit minus odibilis.*
12 *Vnio ex causa tenuitatis præbendarum, & distributionum, quæ fieri valeat per Episcopum.*
13 *Necessitas causa exemplificatur.*
14 *Episcopus an possit vnire beneficia vnius Diœcesis alteri?*

1 PRo elucidatione materiæ vnionis, in duas species scinditur vnio. Vna æquè principalis, & iure coæquali. Altera subiectiua, & accessoria. Prima est magis fauorabilis, seu minus odiosa, ideòque leuioribus probationibus contenta est. Quia vtraque Ecclesia vnita retinet suas prærogatiuas, & præeminentias, & si non constat clarè de vnione subiectiua, vnio tunc iudicanda primæ speciei, Gratian. *discept.*893. Caualer. *decis.*303.

2 Generaliter procedit in quibuscumque vnionibus inferiorum Ecclesiarum, siue beneficiorum, & extra dubium in Ecclesijs Cathedralibus, & Episcopatibus stylo Sedis Apostolicæ ipsas vniones faciendi, nec de facili supprimendi Cathedram, vel Diœcesim, illamque faciendi membrum, seu prædium alterius Ecclesiæ, cui fit vnio, vt sequi dicitur in casu vnionis subiectiuæ, ex deductis per Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. glos.* 5. §.7. Beltram. ad Ludouis. *decis.*112. iure cuiusdam alluuionis fiat pars alterius.

Habemus in Italia quamplures Cathedrales, & Ciuitates respectiuè desolatas cum alijs Cathedralibus actualibus vnitas, quarum quælibet retinet suam prærogatiuam, & fines distinctos, vt præsertim est *Satrianen.* vnita cum *Campanien.* quoniam hæc est in rerum natura, altera non. Ita pariter *Valuen.* cum *Sulmonen. Cannen.* cum *Nazarena*, & *Montis Viridis*. Et præsertim insignis, & spatiosa Diœcesis *Caputaquen.* & *Cannen. Anglonen. Thelesina*, & similes.

Vnio accessoria extinguit titulum, & nomen beneficij, siue Ecclesiæ vnitæ, & eam efficit prædium illius, cui vnio fit, & de tali vnione iudicatur, vt de incremento per alluionem contingente, Caualer. *decis.* 330. *num.* 5. Bich. *decis.*421. *num.*5. & 6.

3 Ecclesia accessoriè vnita iudicatur per verba *perpetuo vnimus, annectimus, & incorporamus*, iuxtà Angel. *cons.* 247. *vers. sed vbi fuit vnio*, vbi ponderat, quod si fiat vnio per incorporationem res vnita incorporatur principali efficitur eius membrum, Bich. *vbi sup. num.*7.

4 Ex his vnionum speciebus diuersæ possunt oriri quæstiones. Primò, scilicet de vnione duarum Cathedralium de qua nimium raro contingit in Sac. Congregatione Concilij. Quinimò neque in Congregatione Concistoriali, cui magis ea congruit, quoniam vt docet praxis à Concilij publicatione citra frequenter agi contigit præsertim in d. Sacra Congregatione Concistoriali de nouis erectionibus Ecclesiarum Cathedralium in locis *nullius*, siue in aliqua parte Diœcesis, quæ ampla sit, cùm istius, vel aliarum adiacentium dismembratione, vnde propterea examinari solet, an concurrant debita requisita, sed rarus est casus, quod agatur de vnione plurium Cathedralium, quæ non fit nisi per Papam.

Aliqui verò huiusmodi vnionis casus, qui post Concilium habentur, vt plurimum non sunt de duabus Ecclesijs, quæ prius essent Cathedrales, adeovt quolibet proprium haberet Episcopum, sed tunc occasione decorandi aliquem locum, qui prius esset *nullius*, seu etiam in aliqua Diœcesi cum Prælato tamen inferiori exempto habente iurisdictionem ordinariam in Clerum, & populum, vnde propterea consuetæ adessent discordiæ inter talem Prælatum, & Diœcesanum, ideòque Clerus, & populus huius loci pati nolit subiectionem erga locum, in quo sit Ecclesia Cathedralis, tunc pro frequentiori contingentia ipse locus tam in dote, quàm in qualitate non sit aptus erectioni nouæ Cathedralis cum proprio, & distincto Episcopo, idcircò cum prudentissimo consilio factum est, quod illa Ecclesia in Cathedralem erigatur, illeque locus Ciuitatis prærogatius decoretur, sed vnio contexta æquè principaliter vniatur Ecclesiæ antiquæ, cum qua erant controuersiæ, vel alteri pauperi Ecclesiæ pro facti, & locorum qualitate adeòvt in substantia, ac de facto vnus sit Episcopus, quamuis quoad aliquas præeminentias, & prærogatiuas inter se reputentur duæ omnino distinctæ cum omnimoda independentia.

In Cathedralibus ab antiquo vnitis cadere solent quæstiones, vel super finibus, vel ad effectum distinctionis iurisdictionum Capitulorum Sede vacante, vel ad effectum vnionis beneficiorum, & Ecclesiarum inferiorum stante prohibitione Concilij, vt beneficia vnius Diœcesis non vniantur Ecclesijs alterius licet contrarium quandoque practicetur, vt Rota *decis.*351. *part.*10. *recent.* Ac etiam quandoque ex iure quodam Metropolitanorum, seu alicuius ex eis, quia praxis docet, quod ex huiusmodi Ecclesijs, ita principaliter vnitis vna sit in vna Prouincia, & Suffraganea vnius Metropolitani, alia verò sit in altera, sub diuerso Metropolitano, seu etiam exempta.

Prout inter ipsas Ecclesias, vel Diœceses esse solent quæstiones super ipsius vnionis specie, an vnio sit coæqualis, & æquè principalis, an subiectiua, vel accessoria, quoniam vbi est æquè principalis quælibet Ecclesia remanet in suo primæuo statu.

Altera vnionis species est illa, quæ fiat plurium Ecclesiarum Parochialium, seu aliarum inferiorum per Episcopum, seu alterum loci Ordinarium. Ad validitatem copulatiuè requiruntur solemnitas, & causa. Solemnitates autem vnionis differunt à vera, & formali alienatione bonorum, in quibus non intrat dispositio *Extrauag. Ambitiosæ de reb. Eccl. non alien. nec cap. terrulas circa beneplacitum Apostolicum*. 5

Sed sufficiunt solemnitates ad normam antiquioris iuris Canonici, nempe consensus Capituli, ac etiam Rectoris, & populi aliorumque interessatorum, vel saltem eorum citatio fiat, Barbos. *de Episcop. alleg.* 67. *num.*16. Rota *decis.*239. *n.*5. *par.*5. *recent.*

Vnio enim est species alienationis, & absque causa, & requisitis facta, vel sine beneplacito Apostolico, & necessitatis iustificatione non valet, Rota *decis.*330. *part.* 9. *recent.* Card. de Luca *de paroch. discurs.* 10. *num.* 5. & *discurs.*35. *num.*5. & 6. vbi de consensu Rectoris, & Parochianorum. 6

Ex decreto Sacr. Concil. Trident. *sess.* 23. *de reform. cap.*8. licet concedatur Episcopo facultas vnionem faciendi Seminario. Attamen id intelligitur de beneficijs simplicibus, non autem de curatis sub dicto decreto Concilij non subiacentibus, Gonzal. *ad reg.*8. §. 7. *num.* 63. & 64. Lotter. *lib.*2. *q.* 20. *n.* 162. 7

Vbi ordinaria authoritate fit vnio causa necessitatis, vel nimiæ vtilitatis pluresque solemnitates præsertim consensus Capituli, ac interessatorum exiguntur. 8

Quoad vniendi potestatem desideratur etiam libertas in iure conferendi saltem sperata, & euentualis, non autem vbi iam reseruata, vel affecta sint, quod sufficit in vno ex pluribus beneficijs vnitis concurrere, ideòque in reseruatis verificabilis non est, nisi in ea reseruatione, quam beneficialistæ discontinuam dicunt ratione mensis, vel loci, non autem in reali, vel personali, quæ continua appellatur, neque ad hanc vnionem faciendi indultum conferendi reseruata suffragatur, Card. de Luca *de benefic. in summa post tract. num.* 209. & *seqq.* Nisi adsit fraus, quia verisimiliter vacatio esset ad futura in Curia, 9

puta

puta si curialis esset beneficiatus, idem *in tract. de benefic. discurs. 46. num. 15. & 16.*

10 Dari autem frequenter solet in parochialibus sociatiua vnio, per quam absque terminorum, vel animarum destitutione plures in eodem territorio, ac populo curam habeant, ac exerceant, quòd parum commendabile Tridentinum Concilium censuit, ideoque ista species non est tam commendabilis, quàm illa, quæ ab eodem Concilio probatur, vt oues proprium agnoscant Pastorem, vt de Luca *vbi sup.*

11 In parochialibus minus odibilis est vnio ratione paupertatis Ecclesiæ, quamuis multiplicitatis populi causa accedat, vbi per Ecclesias adiutrices, vel adiutores ministros occurri potest, nisi itineris longitudo, ac asperitas, aliæque circumstantiæ physicam, vel nimitum moralem necessitatem inducant, solemnitatibus tamen concurrentibus illa præsertim consensus populi aliorumque interessatorum quodque omnia extrinsecus iustificentur aliter, quam per Ordinarij assertionem, cui deferendum non est.

12 Episcopus est causa tenuitatis præbendarum, & distributionum quotidianarum potest vigore Concil. Trident. *sess. 24. de reform. cap. 15.* vnire ad fauorem Capituli Cathedralis vnum, vel plura beneficia simplicia, Bich. *decis. 280. num. 9.* Et vnio fieri debet ex causa tenuitatis præbendarum, ac necessitate singulis præbendis, non autem Capitulo, nec mensæ capitulari in vniuersum, Pyrr. Corrad. *in prax. benefic. lib. 2. cap. 8. num. 56.* latè Card. de Luca *de benefic. discurs. 45. num. 2. & 3.* vbi quod vnio non debeat fieri in genere ipsi Capitulo, seu massæ Capitulari, vel præbendis in genere, sed præbendis certis tenuioribus, & non simpliciter præbendis tenuioribus.

13 Causa debet esse necessaria, vt quia possessores Canonicatuum ex causa tenuitatis cogerentur Ecclesiæ cultum, & seruitium deserere, alijsque exercitijs incumbere ad effectum eorum congruæ substentationis, secus autem vbi vnio percuteret ditationem, vel maiorem exuberantem commoditatem, Lotter. *lib. 1. quæst. 29. num. 21.* Cels. *decis. 96.*

14 Si duo Diœceses sint vnitæ vtrum vnus, & idem Episcopus vnire possit beneficia vnius Diœcesis alijs alterius Diœcesis? Ex Concil. Trident. *sess. 24. de reform. cap. 9.* & Barbos. *de potest. Episcop. alleg. 66. num. 9.* videtur negandum. E contrario stant Gratian. *discept. 655. num. 6.* Bich. *decis. 280. num. 11.* Distingue, vt prima opinio locum habeat in vnione Cathedralium æquè principali, Card. de Luca in annot. ad Conc. Trident. *discurs. 8. num. 9.* Vide alia in §. seq.

SVMMARIVM.

1 *VNionem perficiunt quædam solemnitates.*
2 *Vnioni debet accedere Capituli consensus, etsi Episcopus eam faciat, vt Sedis Apostolicæ Delegatus, num. 3. & debet esse expressus, num. 4. aliàs vnio erit nulla, num. 5.*
6 *Vnionis defectum, consensus Capituli nullitatem, quis allegare possit.*
7 *Vnioni factæ à Papa, non requiritur Capituli consensus.*
8 *Vnioni potest subsequi Capituli consensus, dummodo lis non sit cœpta.*
9 *Vnioni beneficij de iure patronatus, post Patronorum, Capituli consensus accedere debet.*
10 *Vnioni simplicium, factæ Dignitati, vel Præbendis Cathedralis, debet etiam accedere Capituli consensus.*
11 *Vnio facienda, non exigit consensum Capituli, si ita disponat consuetudo.*
12 *Vnionis ex iusta causa, cogi potest Capitulum pro consensu.*
13 *Vnioni faciendæ Seminario debet interuenire etiam duorum de Clero, & duorum de Capitulo consensus.*
14 *Vnioni beneficij, cuius collatio spectat ad inferiorem, non solum Capituli Cathedralis, sed inferioris, suique Capituli consensus accedere debet.*
15 *Suppressio Canonicatuum Collegiatæ exigit Capituli Cathedralis, & Collegiatæ consensum.*
16 *Vnio non exigit, vt vocetur possessor.*
17 *Vnionem si Rector oppugnet, est audiendus.*
18 *Dismembrationi beneficij partis, vocandus Rector, licèt in contumaciam sine illo procedi possit.*
19 *Vnioni faciendæ, omnes, quorum interest vocandi, & qui tales.*
20 *Vnionem impedit plebs iustè opponendo, non tamen vocanda.*
21 *Vnionis validitatem efficit iusta causa, exemplificata tribus casibus, num. 22. vel vtilitas, exemplificata, num. 23.*
24 *Vnio sine causa est nulla.*
25 *Vnio sine causa, nulla ipso iure, an annullanda.*
26 *Vnionis causa iustificanda per informationem ab vniente, nec sufficit eius attestatio.*
27 *Vnionis effectus est; quod vnita beneficia non vacare, neque vniri possint.*
28 *Vnitum beneficium non potest resignari ad fauorem sine narratiua vnionis. Quid si ignoranter, vel scienter sine ea resignetur, num. 29.*
30 *Vnio dicitur sortita effectum, si de beneficio vnito sit capta possessio.*
31 *Vniones, quæ non sunt effectum sortitæ, quando per decimam secundam Regulam Cancellariæ reuocentur.*
32 *Vniones ex iusta causa dissoluere potest Episcopus, tum aliorum, tum Papa, num. 33. cum ijsdem tamen solemnitatibus, quæ in vnione, num. 34.*
35 *Vnio non præsumitur, sed est probanda, & qualiter.*

ANNOTATIO VIII.

§. II.

DIximus §. præced. cum text. huius *Clem. vltim. de reb. Eccles. non alien.* quis possit vnire, quæ beneficia, & quibus fieri possit vnio: hic notanda est solemnitas ad vnionem requisita, & alia ad hanc materiam. Et proinde. 1

Nota primò requiri ad vnionem consensum Capituli Ecclesiæ Cathedralis, prout deciditur in hoc text. *Clem. vltim.* ibi, *per Episcopum sue consentiente Capitulo; & in cap. pastoralis de donat. in final. verb. & cap. tua nuper de his, quæ fiunt à Prælat.* & faciunt verba Concil. Trident. *sess. 21. cap. 5.* vbi conceditur Episcopis facultas vniendi, iuxtà formam iuris, quæ verba explicantes DD. dicunt *iuxtà formam iuris*, idest iuxtà formam *cap. sicut vnire*, & huius *Clement.* vbi requiritur consensus Capituli, & aduertunt Canonistæ communiter. Ratio verò quare ad vnionem requiratur consensus Capituli, ea esse potest, quia cum vnire beneficia sit negotium graue, & arduum, meritò debet tractari ab Episcopo cum consensu Capituli, ratione maximæ coniunctionis, quæ est inter Episcopum, & Capitulum suum, iuxtà *Cap. nouit, de his, quæ fiunt à Prælat. sine consensu Capitul.* obseruat Rot. apud Ægid. *decis. 513.* Et hic consensus non sufficit, si sit singulorum de Capitulo, sed requiritur consensus capitulariter, Rot. *decis. 484. n. 7. par. 1. in recent.* 2

Amplia primò suptapositam regulam, vt requiratur Capituli consensus ad vnionem, etiam si Episcopus illam faceret, tanquam Sedis Apostolicæ delegatus, docent ex verbis Concil. Trident. *cit. sess. 21. cap. 5. de reform.* Garz. *de benef. part. 12. cap. 2. num. 158.* & Ricc. *in prax. 1. part. resolut. 388. num. 4. vers. limita 2. in fin.* contra Nauar. & alios. 3

Amplia secundò, vt consensus Capituli sit necessarius ad vnionem, expressus, ita vt non sufficiat tacitus, aduertit Fusc. *de visit. lib. 2. cap. 26. num. 5. in fin.* Contra, nempe sufficere tacitum, defendit Monet. *de commut. vltim. volunt. cap. 12. num. 251.* 4

Amplia tertiò, vt sine huiusmodi consensu Capituli vnio sit nulla, tanquam facta forma non seruata, docet Garz. *citat. loc. num. 166.* probat Ricc. *alleg. resolut. 388. in princip.* Barbos. *de Canon. & Dignit. cap. 42. sub num. 8.* 5

Dubi-

6 Dubitant DD. quis nam possit allegare hanc nullitatem alienationis ob defectum consensus Capituli. Dicunt aliqui, quos citat, & sequitur Gratian. *discep. for. cap.* 278. *num.*30. solum Capitulum, cuius consensus non fuit adhibitus posse allegare hanc nullitatem, pro quorum opinione videtur sentire Rot. *decis.* 133. *num.* 2. *par.* 2. *diuers.* Nihilominus contrarium, nempe quod hæc nullitas opponi possit non solum per ipsum Capitulum; sed per quemlibet alium, cuius interest, & verius, & probatur; nam hic consensus non requiritur ad vnionem ob fauorem Capituli, cum de eius interesse non tractetur, sed requiritur pro solemnitate, & forma, iuxtà doctrinam Garz. *de benef. cit. par.* 12. *cap.* 12. *num.* 164. *& seqq.* & hanc sententiam sequuta est Rot. *decis.* 247. *num.* 5. *par.* 1. *diuers. & in Vercellen. Vnionis* 23. *Aprilis* 1610. *coram Cardinal. Lancellotto iun.* refert Barbos. *de iure Eccles. lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 44. Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *quæst.* 28. *num.* 156.

7 Limitantur supradicta in vnione facta per Papam, vel eius Legatum ex delegatione Papæ, in tali enim vnione, non requiritur consensus Capituli; licèt quando vnit Legatus iure ordinario, etiam requiratur, docet Barbos. *cit. loc. num.* 46. post Lotter. *vbi supra num.* 154. Ricc. *cit. resol.* 388. *in fin.*

8 Declarata primò suprapositam opinionem, vt consensus Capituli non requiratur necessariò, vt interueniat ante, vel in vnionem; sufficit enim, si illam subsequatur, & interueniat post vnionem Grat. *discep. for. cit. cap.* 288. *n.* 32. & post Rebuff. Hoied. Boer. Ricc. Azor. Gabr. & Garz. tenet Barbos. *de Canon. & Dignit. cap.* 42. *num.* 8. *& de iure Eccles. cit. cap.* 16. *num.* 45. Et est commune apud omnes. Licèt, si consensus prædictus fuerit præstitus postquam cœptum est iudicium nullitatis vnionis ob defectum illius, non conualidetur vnio, iuxtà doctrinam Barbos. *cit. cap.* 42. *num.* 8. *in fin.*

9 Declarata secundò, vt consensus Capituli requiratur, etiam in vnione beneficij de iure patronatus laicorum, etiam postquam laici patroni consensum præstiterunt vnioni, voluit Rot. *decis.* 688. *num.* 2. *par.* 1. *in recent.* & refert Lotter. *vbi supra num.* 157.

10 Declara tertiò, vt requiratur hic consensus Capituli, etiam in vnione beneficiorum simplicium facta Dignitati, & Præbendis ipsius Ecclesiæ Cathedralis; Et licèt per hanc *Clement.* non possit Episcopus vnire Mensæ Capitulari, etiam accedente consensu Capituli; id tamen communiter DD. intelligunt, quando principaliter vnio fit in fauorem Capituli, secus si in consequentiam, & minus principaliter, vt quando vnio fit Præbendis, & similiter; etiam si vnio in consequentiam redundaret in vtilitatem Capituli, docet post alios Ricc. *in prax.* 1. *part. resolut.* 389. *per totum secundum vltimam impressionem*, & ita optimè declarant hanc *Clem.* Rot. *diuers. decis.* 133. *num.* 7. nouissimè Barbos. *de iure Eccles. lib.* 3. *cap.* 16. *n.* 47. qui dat cautelam pro validitate vnionis faciendæ mensæ Capitulari per Episcopum, & est vt adhibeatur consensus Apostolicus.

11 Declara quartò, vt hic consensus Capituli in vnione facta per Episcopum, prætermitti possit, quando ita disponit consuetudo, ita DD. communiter in hac *Clem.* & refert Fusc. *de visit. lib.* 2. *cap.* 26. *sub num.* 5. & post eum Ricc. *cit. resol.* 388. *num.* 4. Barbos. *de Canon. & Dignit. cap.* 42. *num.* 9. post Garz. & alios per ipsum citatos, qui tenent, quod hæc consuetudo debet esse immemorabilis, Barbos. *de Iur. Eccles. citat. cap.* 16. *num.* 42.

12 Declara quintò, quod si Capitulum consentire recusat vnioni factæ, vel faciendæ, in qua vnione concurrit iusta, & probata causa, potest compelli ad præstandum consensum, ita docet post Rebuff. Nar. Socin. sen. & Azor. Barbos. *de iur. Eccles. lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 43. *& de Capitul. & Canon. cap.* 42. *num.* 13.

13 Declara sextò, quod vltra consensum Capituli, requisitum ad omnes vniones per hanc *Clem.* in vnione facienda Seminario, requiritur etiam consilium quatuor deputatorum, duorum de Capitulo, & duorum de Clero, iuxtà terminos Concil. Trident. *sess.* 23. *cap.* 18. refert voluisse Rot. & declarasse Sacram Congregat. Ric. *in prax.* 1. *part. resol.* 390. *num.* 3. vbi refert declarationes Sacræ Congregationis disponentes, Episcopum in huiusmodi vnione teneri sub pœna nullitatis actus requirere consilium prædictorum deputatorum, licèt illud non teneatur sequi.

14 Declara septimò in vnione beneficij, cuius collatio spectat ad inferiorem Collatorem requiri consensum, etiam talis inferioris collatoris, & non solum illius; sed etiam consensum Clericorum constituentium Capitulum cum dicto Prælato inferiori, vltra consensu Capituli Cathedralis, aduertit post Sanch. Barbos. *de iure Eccles. lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 43. & notatum est supra.

15 Declara octauò in suppressione Canonicatuum Ecclesiæ Collegiatæ ob tenuitatem redditus illorum, vt dictum est supra, requiri consensum Capituli Ecclesiæ Cathedralis, & eiusdem Ecclesiæ Collegiatæ, aliàs suppressio, & vnio redditnum illarum esset nulla, tenet Sell. *select. Canon. cap.* 34. *num.* 8.

16 Nota secundò text. in hac *Clement.* disponere, pro validitate vnionis, non esse necessarium, ad eam vocari Rectorem Ecclesiæ, quæ vnitur, notant communiter DD. Contra eius *Clementina* dispositionem, non obstant verba Concil. Trident. *sess.* 7. *cap.* 6. *de refor.* ibi, *vocatis quorum interest*; nam per vnionem, Rectori nullum fit præiudicium, cum de ratione vnionis sit, vt non habeat effectum suum, nisi post mortem Rectoris possessoris, ita post alios Lotter. *de re benef. lib.* 1. *quæst.* 28. *num.* 171. Immò in vita passim ipse Rector admittitur ad resignandum beneficium vnitum in manibus Sanctissimi, ad fauorem, cum narratiua vnionis, qua resignatione admissa cum clausula, *& non alias &c.* suspenditur vnio pro illa vice, Paris. *de resignat. lib.* 2. *quæst.* 9. *num.* 8. Lotter. *cit. loc. num.* 172. *& seqq.* Et proinde Rector non est citandus, contra Seraph. *decis.* 1459. cui respondet Ricc. *in prax.* 1. *part. resol.* 392. *num.* 2. multa Barbos. *cit. loc. num.* 41.

17 Quod si Rector prædictus spontè comparuerit iustam causam allegando contra vnionem, est audiendus, sicut etiam est audiendus in tali casu Defensor beneficij vacantis, & generaliter omnis possessor faciunt dicta per Barb. *de iur. Eccl. lib.* 3. *cap.* 16. *n.* 41.

18 Et licèt vocandus non sit Rector in vnione beneficij, per hunc text. est tamen vocandus in dismembratione, seu alienatione partis beneficij, iuxa opinionem glos. *in hoc text. in verbo vocatus*, vbi Ion. And. & Imol. simili modo est vocandus Rector in dismembratione alicuius iuris beneficij, vt aduertit Ricc. *in praxi* 1. *part. resolut.* 392. *num.* 7. latè Lotter. *de re benef. lib.* 1. *quæst.* 28. *nu.* 7. *& seqq.* Verùm si vocatus Rector nollet dismembrationi iustè faciendæ consentire, posset Episcopus, etiam eo inuito subsistente iusta causa, procedere ad dismembrationem, probat text. *in cap. ad audientiam in fin. vers. si vero de Eccles. adif.* Lotter. *cit. loc. num.* 10.

19 Nota tertiò extra text. vocandos esse ad vnionem omnes, quorum interest, ita disponit Concil. Trident. *cit. cap.* 6. *sess.* 7. *de reform.* & voluit etiam *Clement. vnica §. ad hæc de stat. Monach.* Rot. *decis.* 133. *num.* 4. *part.* 2. *diuers.* Seraph. *decis.* 1078. Garz. *cit. cap.* 4. *num.* 203. & alij; Illos autem, quorum interest, esse quibus competit ius conferendi, vel præsentandi ad beneficia vniri petita, resoluunt Roch. *de iure patronat. verbo honorificum quæst.* 3. *circa med.* Ioan. Cochier. *ad regul.* 13. *Cancell. num.* 28. Anton. Fabr. *lib.* 1. *definit. forens. titul.* 2. *defin.* 48. *& seq.* Caccialup. *de vnion. art.* 6. Nouar. *singular. conclus. titul. de vnion. conclus.* 7. *aliàs* 329. *n.* 4.

20 Ex dispositione *cit. cap.* 6. Concil. Trident. non est vocanda plebs, docet post Garz. & alios Ricc. *in prax.* 1. *p. resol.* 392. *num.* 4. sequitur Barbos. *de iure Eccles. lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 40. *& seqq.* vbi tenet, quod si plebs compareat contra vnionem, est audienda, si iustam allegat causam, fuit dictum in vna *Gerunden. vnionis* 20. *Martij* 1690. *coram D. Sacrato*; vbi fuit resolutum, Parochianos esse legitimas personas in hac causa, cum illorum intersit bonum habere Pastorem.

21 Nota tertiò principalem requisitum ad validam vnionem, esse causam; vnio enim beneficiorum fieri non potest sine iusta causa, quæ duplex est, scilicet necessitatis, vel vtilitatis Ecclesiarum, *cap. exposuistis de præbend.* vbi DD. omnes; Nec simplex necessitas, vel vtilitas, sufficit pro causa prædicta; sed requiritur euidens necessitas, vel vtilitas; Et dicitur illa, quæ est præcisa, & qua excluditur quæcunque dubietas, aduertit Garz. *de benefic.*

part. 2.

par. 2. cap. 2. num. 108. Molfes. *in summ. tract. 6. de benef. cap.* 14. *num.* 38. Notar. *singul. conclus. titul. de vnione conclus. 2. aliàs* 124. *num.* 2. Lotter. *de re benef. lib.* 1. *quæst.* 28. *num.* 141. *& seq.* Rot. *diuers. decis.* 65. *num.* 17. *par.* 2. inclamant omnes, & est de mente Concil. Trid. *sess.* 7. *cap.* 6. *de refor.* ibi, *nisi eas ex legitimis, aut aliàs rationabilibus causis*.

22 Est facienda vnio ex causa necessitatis. Primò quando Præbenda caret sufficientibus redditibus ad alendum ministrum, vt in dicto *cap. exposuisti*, ibi, *de redditibus Præbendarum suarum nequeunt sustentari*, & in Concil. Trid. *sess.* 21. *cap.* 5. vbi ob paupertatem Ecclesiarum Parochialium, datur Episcopo facultas eos inter se vniendi. Quando verò dicatur Ecclesia pauper in hoc casu, relinquitur arbitrio Episcopi, ita Barbos. *de iure Eccles. lib.* 3. *cap.* 16. *sub num.* 18. Secundò si Ecclesia sit ab hostibus desolata, & destructa, potest alteri vniri *cap.* 2. *de relig. domib.* Tertiò tribuunt quoque necessitatem vniendi populi detrimentum, vel incommodum *cap. ad audientiam el secundo cit. titul.* insuper Ecclesiarum vicinitas, quando restant pauci de populo, alijs mortuis, *Cap. & temporis* 16. *quæst.* 2. Religionis deformitas, & mutatio temporum *Cap. 2. & cap. fin. §. hostilitatis* 25. *q.* 2. Barbos. *cit. loc.*

23 Vnionem faciendam ex causa vtilitatis exemplificant DD. quando propter fructuum tenuitatem, non inueniuntur Clerici idonei ad deseruiendum, vt probatur in *Cap. exposuisti cit. & cap.* 1. *ne sed. vacant.* ibi, *ne plus fauisse personæ, quam Ecclesiæ videremur*, & aduertit Barbos. *cit. loc. num.* 39. Ad quæ nota, quod in hoc casu non est facienda vnio regulariter, si cum ijsdem redditibus Rector eatenus se sustentauerit, ita Oldr. *consil.* 262. *num.* 1. *vers. secus*, quem refert, & sequitur Lotter. *de re benef. cit. lib.* 1. *cap.* 28. *n.* 143.

24 Vnio verò beneficiorum facta, sine causa prædicta, est ipso iure nulla, ita voluere omnes, testatur Garz. *cit. loc. num.* 113. qui alios citat, Nouar. *singul. conclus. titul. de vnione conclus. 2. aliàs* 124. *num.* 3. Milis *verbo vnio facta ex falsa causa ad fin.* Rot. *diuers. decis.* 133. *num.* 3. *par.* 2.

25 Dubium est in his terminis, an vnio beneficiorum, facta cum causa, sed falsa, dicatur nulla ipso iure, an veniat annullanda per sententiam. Tenent multi, quos citat Garz. *cit. loc. num.* 114. vnionem in hoc casu, non esse nullam ipso iure, sed sustineri, donec nulla declaretur per sententiam, & hanc sententiam amplexa est aliquando Rot. *in decisionibus* adductis per ipsum Garz. *eodem loc.* sequitur Barbos. *cit. loc. num.* 52. post Mascard. *de probat. concl.* 1412. *in princip.* Nihilominus verius iudicatur hodie, quod vnio facta ex falsa causa, dicatur nulla ipso iure, tenent Garz. & Nouar. *cit. loc.* & hanc opinionem amplexari Rotam Romanam, & recessisse à prima, testatur Lotter. *de re benef. lib.* 1. *quæst.* 28. *num.* 147. & opinio confirmatur exemplo rei Minoris, quæ si decreto iudicis fuerit alienata, si deinde constet fuisse alienatam ex falsa causa, non obstante decreto, alienatio est nulla, & res non censetur exijsse è dominio Minoris *l. magis puto §. vltim. ff. de reb. eor.* De vnione facta per Papam, non est controuersia inter DD. nam omnes fatentur esse nullam ipso iure, si facta est ex falsa causa Barbos. *cit. loc.*

26 Pro iustificatione huiusmodi causæ, est præmittenda per Ordinarium causæ cognitio, ac diligens informatio, aduertit Barbos. *de iure Eccles. lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 39. *in fin.* Vnde est, quod causa prædicta vnionis, non præsumitur vera, etiam si Episcopus, vel Legatus vniens, de ea attestetur in vnione; nisi attestetur de ea adhibuisse causæ cognitionem; nam in hoc secundo casu statur attestationi Ordinarij, quousque contrarium non fuerit per aduersarium probatum, docet post alios Nouar. *singul. conclus. titul. de vnion. conclus. 2. aliàs* 124. *n.* 4. Ioan. à Cochier. *ad regul.* 13. *Cancell. num.* 27. Barbos. *cit. loc. num.* 51.

27 Nota quartò beneficium legitimè vnitum vt supra, non dici amplius vacare, nec conferri potest Ludouis. *decis.* 77. *num.* 3. tradunt DD. relati per Gonzal. *ad regul. de mensib. gl.* 5. *§.* 7. *num.* 7. Vnde vniones legitimè factas sortiri debere effectum suum, cum vnita beneficia vacare contingerit, siue per obitum, siue etiam per resignationem, eaque de re poterit Episcopus Datarium docere, testatur declarasse Sacram Congregationem Barbos. *Summ. Apostolicarum decis. verbo vnio num.* 5.

28 Hinc beneficium vnitum, non potest resignari ad fauorem, non facta mentione de vnione, aliàs resignatio non tenet, & gratia est subreptitia, voluit Oldrad. *consil.* 257. *num.* 20. *& seqq.* Put. *decis.* 357. *num.* 4. *lib.* 1. Rot. *decis.* 3. *de rer. permut. in antiq.* quos refert, & sequitur Paris. *de resignat. lib.* 3. *quæst.* 9. *num.* 14. *& seqq.* qui testatur de communi.

29 An autem habeat effectum suum, & subintret vnio, quando beneficium fuerit resignatum ad fauorem, nulla facta mentione vnionis. Dicendum est, quod si quis ignorans vnionem, resignauerit ad fauorem in manibus Sanctissimi, non abdicat à se ius, & per consequens potest beneficium resignatum continuare, seù redire ad illud, nec vnio habet effectum, sed debet expectari euentus simplicis vacationis, voluit Paris. *consil.* 114. *num.* 7. *&* 8. *vol.* 4. & ita iudicasse Sacram Congregationem Concilij, testatur Paris. *de resignat. cit. loc. num.* 20. Si verò quis sciens vnionem beneficium vnitum scienter resignauerit, nulla facta mentione vnionis, quia tunc videtur scienter nulliter renunciasse, & consequenter amisit ius suum, & vnio habet effectum, ita Paris. *cit. loc. num.* 21. qui testatur sic voluisse Rotam *coram D. Seraphino*. Et hæc procedunt non solum, quando resignatio est facta ad fauorem, sed etiam si facta est simpliciter coram Papa, tunc etiam habet effectum vnio, nisi Papa conferat cum derogatione vnionis, ita Paris. *de resignat. cit. loc. num.* 27.

30 Vnio ad effectum dispositionis Concil. Trid. *sess.* 7. *cap.* 6. vbi datur facultas Ordinarijs visitandi, & examinandi vniones factas à 40. annis citra, quæ non sunt effectuatæ; & ad effectum *Regul.* 12. *Cancell.* vbi reuocantur vniones, quæ suum non sunt sortitæ effectum; dicitur sortita suum effectum, quando vigore illius fuit capta possessio beneficij vniti, ita Mandos. *ad regul. præd.* 12. *Cancell. quæst.* 5. Hoied. *de incompatibilit. benef. par.* 2. *cap.* 3. *num.* 21. Garz. *de benef. par.* 12. *cap.* 2. *num.* 281. Ricc. *in prax.* 1. *par. resol.* 386. *per totum secundum vltim. impress. vbi num.* 6. tenet ex opinione Rot. *in vna Perusina* per eum adducta ad hunc effectum, non requiri fructuum perceptionem.

31 Obserua, quod prædicta *Regul.* 12. *Cancell.* reuocans vniones, quæ suum non sortitæ sunt effectum, non habet locum in vnionibus factis ex causa necessitatis, iuxta terminos Concil. Trid. ita Beltram. ad Ludouis. *decis.* 419. *num.* 6. vbi multa adducit exempla Garz. *cit. loc. num.* 282. *& num.* 289.

32 Nota quintò Episcopum, vel alium Ordinarium, qui potest beneficia vnire, vt in primo §. posse, & vniones iam factas dissoluere, concurrente tamen iusta causa; vt vel quia cessauit prima causa vnionis, vel concurrit necessitas, aut vtilitas Ecclesiæ pro dissoluenda vnione, vel quia vnio redundat in detrimentum Ecclesiæ, & similium, ita Rebuff. *in prax. titul. de vnionis reuocation. n.* 1. 2. *&* 3. Azor. *instit. moral.* 2. *part. lib.* 6. *cap.* 29. *q.* 4. *& cap. præc. q.* 21. Rot. *diuers. decis.* 578. *&* 596. *lib.* 3. *part.* 3.

33 Et non solum vnionem à se factam, vel à prædecessore potest Episcopus dissoluere, sed etiam illam factam à Papa ex ordinaria potestate, concurrente iusta causa, vt supra, non tamen vnionem factam à Papa ex plenitudine potestatis, docet Garz. *de benef. part.* 12. *cap.* 2. *num.* 304. post Azor. *dict. cap.* 29. *q.* 5.

34 In dissoluenda verò vnione, requiritur etiam solemnitas consensus Capituli, & causæ cognitio, sicut in ipsa vnione facienda, ita Rebuff. *cit. loc. num.* 24. Azor. *dict. cap.* 29. *quæst.* 5. *&* 6. Garz. *eodem loc. num.* 307. Nec non etiam citatio eorum, quorum interest vnionem non reuocari, ita *cit. loc.* Rebuff. *num.* 26. Azor. *quæst.* 6. Garz. *num.* 208. qui etiam dicit esse vocandum defensorem Ecclesiæ vacantis, ex gl. *in hac Clem. verbo vacabat*. Ad quod aduerte, quod si dissolutio vnionis, non habet effectum suum, nisi post mortem Rectoris possessoris, cum illi nullum irrogetur præiudicium, non est vocandus, sicut diximus de vnione. Secus si aliquod ei irrogetur præiudicium.

35 Vnionem hanc non præsumi in dubio, sed per allegantem esse probandam, vnanimiter concludunt omnes DD. quibus tamen modis probetur vnio, videndus est Mascard. *de prob. conclus.* 1411. *per totam*, Zerol. *in prax. Episc. p.* 1. *verbo vnio* §. 8. Garz. *de benef. part.* 12. *cap.* 2. *num.* 226. nouissimè Barbos. *de iur. Eccles. lib.* 3. *cap.* 17. *num.* 60. *& seqq.*

OBSERVATIONES

D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Mensa Episcopali an possit fieri vnio.*
2 *Authoritas Apostolica quos defectus suppleat.*
3 *Delegatus Apostolicus debet esse specialis pro facienda vnione.*
4 *Beneficia liberè collationis non vnienda beneficijs de iurepatronatus.*
5 *Vnio beneficij facta cum clausula sine praiudicio possidentis quid operetur.*
6 *Vnio qua non subiacet regula reuocatoria vnionum, qua sit.*
7 *Vnio operatur, vt cesset reseruatio discontinua.*
8 *Effectuata vnio non subiacet regula reuocatoria vnionum.*
9 *Dignitatibus, & Canonicatibus ob tenuitatem prebenda sit vnio, & ad quem effectum.*
10 *Ratio distributionum quotidianarum est habenda ad excludendam tenuitatem prabenda.*
11 *Abbates nullius possunt vnire beneficia.*

1 Circa vnionem beneficiorum de Papæ potestate non est dobitandum, glos. *in Clem. 2. verb. mensa in fin. de reb. Eccles. non alien.* Garz. *de benefic. part.* 12. §. 2. *num.* 168. Gabriel. *cons.* 188. *lib.* 2. *num.* 7. Vnde quamuis vnio beneficiorum non possit fieri io geoere mensæ Capitulari, vt per Gonzal. *reg. 8. gl. 7. num.* 25. Habet locum quando vnio fit per Ordioarium. Secus si per Papam, vel Delegatum Apostolicum, Rota *decis. 196. part. 7. recent. num. 3. & 4.*

2 Authoritas enim Apostolica supplet quascumque alias solemnitates, & in specie consensus Capituli non requisitum, quamuis adesset clausulas *vocatis vocandis*, Lotter. *lib.* 1. *quæst.* 36. *num.* 116. Rota *d. decis.* 196. *num.* 9. vbi quod præsumitur consensus Capituli in actu ad ipsius fauorem gesto. Papa enim taoquam caput Ecclesiæ Catholicæ vniuersalis visibile habet amplissimam potestatem derogandi iuri positiuo.

3 Delegatus Apostolicus debet esse specialis, non generalis, Soc. sen. *in cap. sicut vnire n.* 105. *de excess. Prælat.* Card. de Luca *de benef. discurs.* 45. *n.* 9.

4 Beneficia liberæ collationis non vnienda beneficijs de iurepatronatus, ne seruilem oaturam assumant, de Luca *in annot. ad Sac. Concil. Trident. discurs.* 8. *num.* 20. Ordinarius in sui beneficium iuspatronatus reseruare nequit vniendo beneficium, vide *eundem tract. de benefic. discurs.* 19.

5 Vnio beneficij facta cum clausula *sine præiudicio possidentis* non suspendit perfectiooem voionis, sed protrahit effectum vsque ad cessum, & decessum quando vacauerit, Lotter. *lib.* 1. *quæst.* 29. *num.* 36. Rota *dict. decis.* 196. *num.* 13.

6 Si Episcopus vniat in execuriooem Concilij Trident. *sess. 24. de reform. cap.* 15. ob Caoonicatuum tenuitatem, vt decentius Canonici gradum sustinere, & seruitium præstare possint, dicta vnio non subiacet regulæ reuocatoriæ vnionom, Seraph. *decis.* 1078. *num.* 4. Ludouis. *decis.* 49. *num.* 3. Rota *decis.* 174. *num.* 3.

7 Vnio operatur vt cesset reseruatio illa discontinua de mense, vel de loco. Vnde vti reseruatum non potest impetrari, Ludouis. *decis.* 419. *num.* 2. Rota *decis.* 174. *num.* 4. *part.* 7.

8 Quando habuit suum effectum vnio amplius non subiacet regulis reuocatorijs vnionum, & si fuerit facta vnio de pluribus beneficijs, sufficit vt habuerit effectum de aliquibus, Garz. *part.* 12. *cap.* 2. *num.* 294. Rota *d. decis.* 174. *num.* 10.

9 Dignitates, & Canonicatus Ecclesiæ, siue Cathedralis, siue Collegiatæ si oullam habent præbendam, inuicem præbendæ tanquam subiecti potest fieri vnio beneficiorum pro verificatione Conciliaris decreti *sess. 24. de reform. cap.* 15. Rota *decis.* 137. *num.* 34. *part.* 9. *recent.* Et vnio hæc, quæ per S. Concilium demandatur ooo in gratiam possessorum ipsius Canonicatus, vel Digoitatis, sed principaliter in gratiam Ecclesiæ, vt inueniantur, qoi acceptent Canonicatus, & acceptantes non cogaotur Ecclesiæ seruitium deserere, & vilis, & abiecta tractatio Canooicorum, & Dignitatum in Ecclesiæ dedecus, & præiudicium reduodet, Card. de Luca *de benefic. discurs.* 46. *num.* 6. *& seqq.*

Ratio quoque est habenda distributionum quotidianarum, & nihil refert, quod præbenda sit nimium tenuis, quinimò nulla, si adsont distributiones ad congruam sostentationem sufficientes, licet distributiones non obtineantur oisi per inseruientes, vt exemplis comprobat idem *discurs.* 44. *n.* 7. 10

Abbates nullius possunt vnire beneficia Ecclesijs, Feder. de Senis *cons.* 111. *num.* 8. Oldrad. *cons.* 257. *num.* 5. Rota *decis.* 373. *num.* 19. *part.* 11. *recent.* 11

ANNOTATIO XI.

De Præuentione Collationis, & Possessione Beneficij.

ARGVMENTVM.

Notatur quando, & quomodo possunt concurrere Papa, & Ordinarius in Collatione beneficij, & quæ Collatio præferatur, si vna prior sit altera, vel sint eodem die, sed in diuersis horis; Et quid si non appateat de prioritate. Item præfertur possidens inter plures prouisos, quæ possessio quomodo apprehendatur, & quibus modis, & quid si impeditur capi. Quomodo apprehenditur in Dignitate, & Canonicatu, & quomodo debeat interuenire Capitulum. Capta possessione beneficij, & Canonicatus, quomodo intelligatur de connexis, & illorum bonis. Quando Executor, vel Notarius tradat possessionem, & an in Regno per medium Notarij Apostolici sit capienda. Quomodo non possit capi propria auctoritate, aliàs dicatur nulla, & reuocabilis; An possit impediri, & impediens, quas pœnas incurrat. Instrumentum possessionis vbi conscribendum. Possessio quando dicatur attentata, & reliqua ad materiam.

SVMMARIVM.

1 *Collationis beneficij præuentio, quatenus ad Papam, & Ordinarium, & de capienda possessione, ad Text. cap. si Sede de Prabendis, & Dignitatibus in sexto, & qui DD. materiam exagitent.*
2 *Collatio beneficij potest fieri in concurrentiam à Papa in mense Ordinarij, etiam illi concesso vigore alternatiua, num. 3.*
4 *Collatio Papa præfertur eo ipso, quod Papa exprimit mensem vacationis.*
5 *Collatio prior, siuè etiam momento, num. 6. est potior.*
7 *Collatione Papa, & Ordinarij facta eodem tempore, prouisorum, possidens præfertur, etsi possessio non sit capta die collationis, num. 8. Quid si Aduersarius haberet diem collationis cum certa hora, num. 9. & quid si prior possessionem amiserit, posterior in ea permaneat, num. 10.*
11 *Prouisorum simul tempore primus acceptas præfertur licet secundus in apprahensione possessionis, si nulli suffragetur possessio, præfertur prouisus à Papa, num. 12.*

13 *Col-*

13 *Collatio Ordinarij cum certitudine horæ, præfertur collationi Papæ absque ea.*

14 *Prouisorum simul, possidens præfertur.*

15 *Possessio beneficij requirit corporalem inductionem, nec sufficit inuestitura Episcopi, nisi in conspectu Beneficij, num.16.*

17 *Possessio beneficij probari potest per annuli, vel clauium traditionem.*

18 *Possessio beneficii apprehendenda in conspectu Altaris, & Ecclesiæ, nisi aliqua obstent, & quæ.*

19 *Possessio beneficii aliquando per aspectum pinnaculi, & similiter capi potest, & tunc agere potest possessorio eam sic acquirens, num. 20. & in præiudicium impedientis habetur pro capta, num.21.*

22 *Possessio generaliter capienda per corporalem inductionem, & qualiter.*

23 *Possessio Canonicatus, vel Dignitatis qualiter apprehendenda.*

24 *Possessio Canonicatus, quando capitulariter capta dicatur; quid si aliqui non intersint, num.25.*

26 *Possessio Canonicatus valida, etsi Capitulum ad alia congregetur, quid si congregetur pro Missa.*

27 *Possessio Canonicatus non capitulariter, nulla; quid si iniustè Capitulum denegaret possessionem, n.28.*

29 *Possessio Canonicatus, vel Dignitatis exigit, quod apprebendatur in propria sede.*

30 *Possessio Canonicatus capitur per traditionem stalli in Choro, & loci in Capitulo, immo per deambulationem, & sessionem in Choro.*

31 *Possessione capta Canonicatus, vel Dignitatis, censetur, & annexorum, nisi sint duæ principales Ecclesiæ vnitæ.*

32 *Possessio, quorum bonorum intelligatur capta per possessionem beneficii.*

33 *Possessionis beneficii traditio, spectat ad executorem Papæ, vel ad Episcopum, eiusque Vicarium.*

34 *Possessionis traditio à Notariis Apostolicis in praxi perficitur; fieri instrumentum tamen potest, etiam à Notario Regio, si alia persona det possessionem, num.35.*

36 *Possessionem capere in Regno debet prouisus per medium Nuntii, & qualiter.*

37 *Possessio capi nequit propria auctoritate, & reuocanda si iussit, aliàs erit intrusio.*

38 *Possessio capi potest per procuratorem, vbi an requiratur speciale mandatum.*

39 *Possessio, an denuo capienda, si prouisus ab Ordinario, à Papa, ad quem spectare aduerit, impetret.*

40 *Possessionem non capienda sine scientia Dominorum sæcularium ex statuto, an statutum valeat remissiuè.*

41 *Possessionem impedientes, etiam sub prætextu, quas pœnas incurrant.*

42 *Possessionis instrumentum, vbi, & qualiter conscribendum.*

43 *Possessionis captura, quando attentata dicatur, & quomodo hodie non possit capi ex sola signatura, num.44. vbi contrafaciens, quas pœnas incurrat. Et intra quod tempus sit capienda possessio, n. 45.*

ANNOTATIO IX.

Ad Text. in Cap. si à Sede de Præb. & Dignit. in 6.

1 IN hoc text. Booifacius Papa VIII. statuit, quod si à Sede Apostolica, vel Legato ipsius vni, & ab Ordinario alteri, idem beneficium eodem die conferatur, nec appareat, quæ collatio fuerit primò facta, præferendus est ex prouisis ille, qui possidet. Quod si neuter possideat, præferendus est prouisus à Papa, vel eius Legato. Cuius occasione ootandum duxi. Primò breuiter pauca, quomodo concurrat Papa cum Ordinario in collatione beneficij, & de prænentione. Secundò quomodo apprehenditur possessio beneficij. De prima materia tractat Gonz. *ad regul. de mensib. & alternat. §.3. proœm.* Mandol. *in regul.16. de concurrentib. q.10.* Rebuff. *in prax. titul. de deuolut.* Menoch. *de arbitr. cas.48.* Garz. *de benef. 5. part. cap. 1. n. 11.* & 437. Rot. *in vna Toletana Canonicatus 26. Iunij* 1595. *coram D. Seraphino.* De secunda tractant Couar. *lib. 3. variar. cap.16. num.10. & seqq.* Paris. *de resignat. lib. 10. quæst.6.* Quarant. *Summ. Bull. verbo beneficior. possessio*, Ricc. *in prax. 3. part. resol.78. & seqq.* & alij. In qua materia notanda sunt tantum pauciora, quæ ad vsum deseruire possunt. Et pro iotelligentia.

2 Nota primò, quod casns huius text. occurrere potest in collatione beneficij vacantis in mense Ordinarij, & Papæ non reseruati; illius enim collatio spectat ad Ordinarium, oon tamen priuatiuè quoad Papam, qui potest prouidere de omnibus beneficijs, & in eorum prouisione concurrere cum quolibet Ordinario, cùm sit Ordinarius Ordinariorum, *Cap. cuncta per mundum 9. quæst.4.* Gonzal. *cit. loc. §.2. proœm. num.1. & seqq.* Garz. *vbi supra num.8.* qui alios multos adducit.

3 Ampliatur suprapofita indubitata conclusio, vt illa locum etiam habeat io mensibus concessis Episcopo vigore alteroatiuæ, non obstante decreto irritante, in concessione alternatiuæ apposito, quia adhuc Papa concurrere non impeditur cum Ordinario, prout pluries fuisse decisum per Rotam, refert Garz. *cit. loc. num. 15. & seqq.* vbi varias adducit decisiones, atque probatur validam esse Papæ collationem in mense Episcopo concesso vigore alternatiuæ, etiam si in illa Papa non deroget alternatiuæ, contra Zerol.

4 Concurrentibus autem in prædicto casu Papa, & Ordinario in conferendo, dicitur esse locum præuentioni, ex hoc *text. & cap. dudum §. nos igitur eodem titul. & lib. gl. fin. in cap.1. de off. leg. eod. lib.* Garz. *cit. loc. num.9.* Et censetur Papam velle præuenire ex eo solum, quod conferat facta expresione mensis vacationis, nec est opus mentionem facere, mentem esse Ordinarij, voluit Rot. *in Hispalens. portionis coram Blanchetto, & in causa Elnen beneficij S. Saluatoris 13. Nouembris 1602. & 21. Iunij 1604. & Calaguritana de Ollauarijs 15. Decembris 1604. coram D. Penna.*

5 In hac igitur concurrentia collationis beneficij Papæ cum Ordinario, primò aduertendum est illam Collationem præferendam esse, & tenere, quæ prius facta fuit, siue sit Papæ, siue Ordinarij; ita vt si prouisus ab Ordinario suam habeat Collationem anteriorem in tempore, prouisiooi factæ à Papa sit præferendus; & sic è contra, probant expressa verba huius text. à contrario sensu, ibi, *Nec appareat, quæ Collatio fuerit primo facta cit. cap. dudum §. nos igitur, & cap. si plures §. porrò de off. deleg. eodem lib. 6.* Rot. *decis.272. num.4. lib.2. part. 3. diuers. & decis. 1. sub num.2. vers. ipse enim de præb. in nouis.* Idque ampliatur ad omnes alios Collatores eandem habentes facultatem cooferendi, & inter quos est locus præuentioni, ita vt semper præferatur prior Collatio in tempore ita exemplificat Gonzal. *cit. loc. §. 3. proœm. num.2. & seqq.* & probatur ratione; nam generale est, quod inter habentes æquale ius, melior sit conditio præuenientis, ad vulgatam regulam, *qui prior est tempore de regul. iur. in 6. l. quoties vtriusq; ff. de regul. iur.* Mascard. *de prob. concl.*1234.

6 Hæc enim prioritas, quæ prælationem tribuit prouiso, consideratur non solum ratione diei, ex *gl. in cap. si ex tempore verbo iam de elect. in 6.* sed etiam ratione horæ, ex *gl. in l. si ex pluribus §. vltimo verbo die ff. de solut.* Bald. *in l. imperator lect.1. num.4. ff. de stat. homin.* Fel. *in cap. pastoralis num.5. de rescript. & cap. 1. nu. 12. de fid. instrum.* Sylua *tract. de benef. part.3. quæst.15. num. 13.* Imò ratione momenti vnum alteri præfertur, *l. Arethusa in fin. & l. seq. ff. de stat. homin.* Dec. *in cap. pastoralis cit. num. 5. de rescrip. & facit cap. quam sit periculosum 7. quæst. 1.* ita, & latiùs Gonzal. *cit. §.3. proœm. num. 44. & seqq. vbi num. 47.* declarat quid significet momentum, & punctum temporis, & quibus momentis, & punctis constet hora. Hìc enim accipitur momentum temporis, pro breui tempore, iuxta communem receptionem latinorum, de qua testatur Accurs. *in l. cum bisextum de verb. signif.* vbi etiam Alciat. *sub lit. E.*

7 Quod si non appareat quis contulerit prius beneficium, Papa, an Ordinarius, vt quia vtraque Collatio facta sit eodem die, nec appareat, quæ sit prima, tunc dicit text. præferendum esse possessorem; quasi quod possessio faciat præsumere Collationem anteriorem, Rebuff. *de pacif. posses.*

num. 2[illegible] Caputaq. *decis.* 47. *part.* 2. *&* 236. *part.* 3. Mascard, *de prob, conclus.* 314. *num.* 4. Menoch. *de arbitr. cap.* 48. *num.* 10. Hinc Gonz. *ad reg. de mensib.* §. 3. *in proem. num.* 59. vocat possidentem Beatum.

8 Ampliatur dispositio huius text. vt præferatur, qui possidet, etiam, si possessio non sit capta eodem die, qua facta est Collatio, nam adhuc talis possessio facit præsumere Collationem anteriorem, ita Put. *decis.* 125. *lib.* 1. *per totam*, quem refert, & sequitur, post alios Gonz. *cit. loc. num.* 69. qui respondet contrarijs,

9 Ampliatur etiam dispositio huius text. vt inter duos prouisos præferatur, qui possidet, etiam si aduersarius non possidens suam haberet prouisionem cum certa hora, & Collatio possessoris, non haberet horam, non obstante quod multi teneant Collationem cum certa hora esse præferendam cuicumque carenti hora; & ratio est, quia appositio horæ facit præsumptionem pro anterioritate, non tamen concludit illam necessariò, & præsumptio, quæ oritur ex possessione, est potentior illa, quæ nascitur ex appositione horæ, vt approbata in hoc text. ita tenet Gonzal. *cit. loc. num.* 65. *& seqq.* & ante ipsum voluerunt Rot. apud Put. *decis.* 321. *num.* 2. *lib.* 1. Rebuff. *de pacif. possess. num.* 299. Mascard. *de probat. conclus.* 1234. *num.* 33. Benè tamen præferretur possessio cum hora quando concurreret cum alia possessione sine hora: quia in hoc casu concurrunt duæ præsumptiones, vna quæ nascitur ex appositione horæ, & altera, quæ nascitur ex possessione, Mohed. *decis.* 12. *num.* 2. *de rest. spol.*

10 Ampliatur quoque prælatio possessoris inter duos prouisos eodem die, vt procedat etiam si, qui possessionem acceperit, eam amiserit; & alter posterior in possessione, possideat tempore controuersiæ: adhuc enim est præferendus primus possessor, ita tenet secundum veriorem opinionem Gonzal. *cit. loc. num.* 73. *& seqq. vbi num.* 76. tenet, quod si non appareat quis nam primo possiderit iudicandum est, ac si nemo possideat.

11 Limitantur tamen supradicta, vt inter duos prouisos, vt supra eodem die, & ambo possidentes, præferatur primò acceptans, licèt secundus in apprehensione possessionis, ita tenet Fel. *in cap. Capitulum num.* 16. *de rescript.* quem refert, & sequitur Menoch. *de arbitr. cas.* 48. *nu.* 14. post Rebuff. Syl. & Crauett. per eum adductos.

12 Quod si ex duobus prouisis, vnus à Papa, alius ab Ordinario, nemo possideat, nec appareat de prioritate, tunc dicit text. præferendum esse prouisum à Papa, propter prærogatiuam Collatoris, notat etiam Barbos. *de potest. Episcopi part.* 3. *alleg.* 57. *num.* 14. *& de iure Eccles. lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 200. multa ad id Ioan. de Sylua *tract. de benef. part.* 3. *quæst.* 29. Idque procedit non solum inter Collationes factas per Papam, & Episcopum; sed etiam inter factas per alios inferiores; Vnde est, quod inter prouisum ab Episcopo, & prouisum à Vicario eodem tempore, & nemine possidente, est præferendus prouisus ab Episcopo, eadem ratione prærogatiuæ Collatoris, notat Rebuff. *in prax. tit. de forma Vicariatus Archiep. nu.* 122. Sylua *cit. loc. quæst.* 25. *num.* 17. *& quæst.* 35. *in fin.* Et probatur à simili, si duo sint Doctores eodem tempore dignitatem consequuti, is præfertur, qui à Superiore, & Digniore eam adeptus est, *l.* 2. *ff. de alb. script. cap. per tuas*, vbi glos. *de maior. & obed.* Confert text. & gl. *in l. restituende in fin. C. de aduoc. diuerso Iud.*

13 Fallit supraposita doctrina, quando Collatio Ordinarij contineret certam horam diei, tunc licèt facta sit eodem die, quo facta est Collatio à Papa, ratione appositionis horæ, venit præferenda, quia negari non potest, quin certius probet, ita tenet Gonzal. post alios per se relatos ad *regul. de mensib.* §. 3. *proœm. num.* 100. *& seqq. qui n.* 106. idem dicit, quando vtraque Collatio est facta eadem hora, sed vna continet momentum, vel punctum horæ; nempe præferendam esse continentem punctum, & momentum. Vlterius Gonzal. *cit. loc.* defendit opinionem, præferri Collationem continentem horam certam, illæ non continenti horam, etiam si contineat horam post meridiem; & fortiùs probat Menoch. *de arbitr. cas.* 48. *n.* 24. vbi plura ad hanc materiam.

14 Inter duos prouisos præferendum esse, qui possessionem habet, dicit text. cuius occasione promisimus aliquid notare de possessione capienda beneficiorum, ad hoc vt dignoscatur quis apprehenderit possessionem beneficij, iuris ordine seruato, & legitimè, & successiuè sit præferendus, & ad alios effectus, circa quod.

15 Nota primò, quod ad acquirendam possessionem beneficij, requiritur corporalis inductio, & traditio *cap. vt nostram, cap. ad hæc §. in quadam de off. archid.* Vnde est, quod ad acquisitionem possessionis, non sufficiat inuestitura, solita fieri per Episcopum Collatorem per traditionem bireti, vel calami, de qua solet fieri mentio in literis Collationis his verbis *inuestientes te de prædicto beneficio per bireti traditionem, &c.* per glos. communiter receptam in *cap. authoritate de instit. probat.* latè Couar. *lib.* 3. *variar. cap.* 16. *num.* 10. Et licèt per prædictam inuestituram, seu traditionem pilei videatur tenere Rebuff. *in prax. de miss. in poss. num.* 6. quod prouisus possit propria authoritate ingredi beneficij possessionem, id tamen non esse in vsu, testatur idem Rebuff. videmus enim passim seruari apud nostrates, post dictam inuestituram, requiri corporalem inductionem in possessionem.

16 Diceretur tamen tradita corporalis possessio, & acquisita, quando Prælatus, qui habet custodiam Ecclesiæ vacantis, in conspectu ipsius Ecclesiæ, seu beneficij, inuestiret prouisum de illo, per traditionem annuli, vel bireti, vel similem inuestituram; tunc sanè possessio Corporalis acquisita censetur, nullo alio beneficium possidente, & probatur ex *l. quod meo §. si venditorem ff. de acq. poss.* notant Ioan. And. *in cap. transmissa de elect.* Panor. *in cap.* 2. *n.* 10. *de consuet.* Rot. *in antiq. decis. videlicet* 153. *&* 302. Abb. & Fel. *in cap. cum aliquib. de re iud.* Lambert. *de iure patr.* 2. *lib. part.* 1. *q.* 11. *art.* 12. Ex quibus habemus, possessionem beneficij absque apprehensione corporali acquiri, quando in conspectu beneficij vacantis traditio possessionis aliquo actu, & signo fit per eum, qui vel possidebat beneficium, vel eius custodiam habebat, & poterat corporalem possessionem illius tradere: Hoc etiam probatur iure ciuili, per quod dicitur acquisita possessio rei per traditionem clauium, factam ad hunc effectum in conspectu ipsius rei, cuius claues traduntur *l. clauibus de contrah. empt.* Bart. *in l.* 1. *num.* 18. *ff. de acquir. possess.* & ibi etiam Ias. *n.* 91. & Ric. *n.* 57. contra Alex. Couar. *lib.* 3. *var. lib.* 3. *cap.* 16. *n.* 11. vbi testatur nullum discrimen esse inter possessionem, quæ acquiritur per traditionem clauium, & illam, quæ acquiritur per traditionem annuli, & similem inuestituram, factam per eum, qui tenet possessionem rei, & in conspectu rei; ita Couar. *qui cit. loc. vers. qua ratione concludit*, quod per inuestituram factam à Prælato in conspectu beneficij, non solum per traditionem bireti, annuli, vel alio signo corporali acquiritur possessio, sed etiam acquiritur per verbalem traditionem, sine actu corporis.

17 Vnde Doctores tenentes, quod possessio in hoc casu probatur per traditionem annuli, clauium, aut bireti, quos refert, & sequitur Paris. *de resignat. lib.* 10. *quæst.* 6. *nu.* 49. intelligendi sunt per traditionem prædictam, factam per Prælatum, penes quem est possessio Ecclesiæ vacantis, & in conspectu Ecclesiæ, siue beneficij, iuxtà latè tradita per Couar. *cit. loc.*

18 Ex dictis deducendum est, possessionem beneficij, apprehendendam esse in conspectu ipsius beneficij, idest in Ecclesia, seu Altari, in quo est beneficium, siue titulus illius, ita videmus quotidie seruari. Fallit tamen hæc praxis, ita vt acquiratur possessio beneficij per traditionem factam extra eius conspectum, quoties propter pestem, vel aliam iustam causam non est tutus accessus ad ipsum beneficium, nec ad illius Ecclesiam, aut Altare, vel ad eius aspectum, ita post alios, docet Couar. *cit. loc. num.* 12. *vers. acquiritur*, vbi asserit, quod si quis ob potentiam aduersarij impeditur possessionem acquirere in conspectu rei, potest illam habere extra conspectum rei, quando contra aduersarium sententiam obtinuerit, quia quis non debet sua possessione priuari, non seruata forma iuris.

19 Hinc dicendum quod si prouisus pro capienda possessione non possit ingredi Ecclesiam, sufficere ad acquirendam possessionem tangere ostium, seu pessulum, vel annulum portæ Ecclesiæ affixum, docuerunt Domini de Rot. *decis.* 153. *in antiq.* sequitur Rebuff. *in prax. titul. de mission. in possess. n.* 34. qui testatur aliquando per aspectum pinnaculi Ecclesiæ accipi possessionem, ad *text. in l.* 1. §. *si iusserim ff. de acquir. possess.* Cæual. *decis.* 169. Ludou. Post. *tract.*

mand.

mand. de manut. obser. 21. *num.* 17. Barbos. *de Canon. & Dignit. cap.* 15. *num.* 21. *vers. probatur.* Et in praxi vidi seruatum ob potentiam aduersarij apprehendi possessionem extra Ecclesiam, & in conspectu bonorum stabilium beneficij.

20 Et hæc possessio est adeo valida, vt qui eam adeptus est potest agere possessorio, quando talis possessio est tradita per habentem potestatem illam tradendi, docet post Guid. Pap. *consil.* 71. *col.* 4. *vers.* 5. *præsuppono*, Rebuff. *citat. loc. num.* 35.

21 Ampliantur supradicta, vt in præiudicium aduersarij, qui præstat impedimentum, vt possessio acquiri non possit, illa habeatur pro capta, ita post Paris. *de resignat.* & Sforz. Odd. quos refert, & sequitur tenet Gonzal. *ad regul. de mensib.* §. 3. *proœm. num.* 42. Nouissimè, & doctissimè Carol. Marant. *in suis controuers.* 2. *par. resp.* 9. *num.* 63. & 64. vbi probat, quod Canonicus, cui per Capitulum præstitam est impedimentum capturæ possessionis, censetur actualiter illam apprehendisse, ac illi prærogatiuam deberi respectu alterius interim immissi in possessionem.

22 Extra verò casum impedimenti, & non tuti accessus possessio beneficij est capienda per corporalem inductionem, faciendam in Ecclesia, seù Altari, in quo est beneficium, quod dicitur in conspectu ipsius beneficij per subsequentes actus. Primò per ingressum Ecclesiæ, quia qui vult adipisci possessionem fundi, debet fundum introire; licet non qualibet illius partem, nec glebus *l.* 3. *ff. de acqui. poss.* Secundò per aspersionem aquæ benedictæ. Tertiò per osculum maioris Altaris. Quartò per tactum libri missalis, vel Antiphonarij, seù alterius libri Sacramentorum. Quintò per tactum sacrorum ornamentorum, secundùm opinionem aliquorum, licèt non sit necessarium. Sextò per tactum fontium baptismalium, si Ecclesia sit Parochialis. Septimò per pulsum Campanæ. Octauò per ingressum domum Presbyteri, & Ecclesiæ; ita refert Rebuff. *in prax. titul. de miss. in possess. num.* 26. & *seqq.* qui etiam docet, quid denotent prædictæ actiones.

23 Pro capienda possessionem Canonicatuum, & Dignitatum inter eos alia particularia requiruntur. Et primò requiritur, vt nouus Canonicus, siue Dignitas inducatur in possessionem Canonicatus, per alios Canonicos capitulariter congregatos in Ecclesia, prout notant communiter *DD. in Cap. literis de restit. spoliat.* Cassad. *decis.* 8. *de causa possess.* Lotter. *de re benef. tom.* 2. *lib.* 3. *quæst.* 5. *num.* 33. & *seqq.* Seraph. *decis.* 1044. Beltr. ad Ludou. *decis.* 364. *lit. B.* Caualer. *decis.* 359. *num.* 3. Et aliter capta possessio, quam capitulariter, non est manutenibilis, nec considerabilis, Grat. *discep. for. cap.* 992. *num.* 24. Cassad. *cit. decis.* 8. Seraph. *decis. prædicta num.* 1. Rot. *decis.* 280. *num.* 2. *par.* 1. *in recent.* & in Meten. *Canonicatus* 4. *Iulij* 1619. *coram D. Pirouano*; qui id limitant, si aliud disponeret consuetudo. Et de præsentia Capituli, sic congregati fieri debet mentio in instrumento possessionis, aliàs possessio non est manutenibilis, Rot. *in vna Syracusana Canonicatus, primo Februarij* 1623.

24 Dicitur possessio capta capitulariter illa, cui interuenit maior, & sanior pars Canonicorum, & Capituli in vnum congregati, *Cap. si Capitulo, vbi gl. de concess. præb. in* 6. Rot. *decis.* 701. *num.* 5. *in recent.* Ferrett. *consil.* 220. *num.* 13. & *in vna Syracusana Canonicatus primo February* 1623. *coram D. Pirouano*, vbi fuit declarata inualida, & non manutenibilis possessio, cuius instrumentum non faciebat mentionem de præsentia Capituli in vnum congregati.

25 Nec possessioni nocet, si aliqui Canonici non interessent, Lud. Postius *tract. mandati de manutenend. obser.* 30. *num.* 7. qui adducit Rot. *decis.* 3. *num.* 2. *imo nec afficit*, si aliqui Canonici contradixerunt, Rot. *in Cartagin. Canonicatus* 6. *Aprilis*, & 25. *Maij* 1609. *coram Card. Lancellotto iun.* Dummodo tamen omnes fuerint vocati ad sonum campanæ, vel aliàs iuxta morem Ecclesiæ Apost. Buratt. *decis.* 318. *num.* 17. *vers. primo amplia.*

26 Sufficit etiam, si Capitulum sit congregatum ad alia negotia peragenda, ita *gl. verbo factum in cit. Cap. si Capitulo de concess. præb. lib.* 6. Rot. *in Theatina Iurisdictionis Sancti Ioannis in Venere coram D. Decano*, & *in Legionen. Canonicatus* 16. *Decembris* 1622. *coram D. Manzanedo*. Non tamen diceretur sufficienter capta possessio coram Canonicis, etiam omnibus conuenientibus ad missam solemnem, vel Vesperas, nisi talis possessio fuerit per Capitulum, & Canonicos, capitulariter congregatos, approbata, quæ dicitur approbata, & conualidata si Capitulum, & Canonici sic congregati receperunt modernum Canonicum ad professionem Fidei, Rot. *decis.* 496. *num.* 2. *part.* 2. *recentiss. in posthumis*, Burat. *decis.* 249. *num.* 3. vel ad alios actus Canonicales, Canonicis tantum competentes Cassad. *dict. decis.* 8. *num.* 3. Beltram. ad Ludouis. *decis.* 364. *vers.* 3. Lotter. *cit. loc. num.* 36. & *seqq.*

27 Vlterius adeò requiritur pro capienda possessione Canonicatus Capitulum in vnum congregatum, & vocatum ad sonum campanæ, vel aliàs, vt moris, vt aliter capta possessio non suffragetur, etiam si fuisset capta de mandato Executoris litterarum Apostolicarum, Cassad. *cit. decis.* 8. *de caus. possess.* Beltram. ad Ludouis. *decis.* 164. *num.* 7. *vers. & conclusio procedit*, qui multas adducit Rot. *decisiones*. Et etiam si data fuisset facultas capiendi possessionem Canonicatus propria auctoritate; nam adhuc requiritur capitularis consensus Capituli, Put. *decis.* 22. *lib.* 2. vbi fuit dictum non posse propria auctoritate, sine Capitulo, capitulariter congregato, Canonicum vigore regressus cum clausula ingrediendi, concedere facultatem ingredi possessionem propria auctoritate, Lotter. *de re benef. tom.* 2. *lib.* 3. *quæst.* 5. *num.* 34.

28 Limitantur supradicta, si Capitulum iniustè, & sine rationabili causa denegaret possessionem tradere, vel alio modo impedimentum præstaret possessioni capiendæ; tunc enim aliter capta possessio, quàm capitulariter valida est, *Cap. si Capitulo de concess. præb. in* 6. *vbi gl. in verbo exequatur*, Ludouis. *decis.* 364. *num.* 2. Caualer. *decis.* 369. *num.* 4. Lotter. *cit. loc. num.* 36. Dixi id permitti, quando Capitulum iniustè, & sine rationabili causa denegat possessionem; quia si illam iusta causa denegaret, non suffragatur prouiso possessio capta non capitulariter, Rot. *in Cæsaraugustana onerum* 3. *Iulij* 1623. *coram D. Pirouano*, & *in Alexandrina Archipresbyteratus* 28. *Iulij* 1627. *coram D. Merlino*.

29 Requiritur secundò in apprehensione possessionis Canonicatus, quod illa sit capta in propria Sede Canonicali, vel Dignitatis, Abb. *in cap.* 2. *in fin. de consuetud.* Innoc. *in cap. in literis num.* 7. *de rest. spoliat.* Ferret. *consil.* 14. *num.* 1. *lib.* 1. Caual. *decis.* 198. *num.* 2. Rot. *decis.* 194. *num.* 4. *part.* 1. *in recent.* & in vna Bracharen. *Archidiaconatus* 2. *Decembris* 1630. *coram D. Coccino*, Ludou. Post. *tract. mandat. de manuten. obseruat.* 30. *num.* 1.

30 Regulariter acquiritur possessio Canonicatus per traditionem stalli in Choro, & loci in Capitulo, *cap. cum inter de renunc.* Rebuff. *in prax. titul. de mission. in possess. num.* 36. Verùm etiam dicitur benè capta possessio Canonicatus, si prouisus, vel eius procurator deambulauerit per Ecclesiam, & in Stallo, & Choro sederit, voluit Rot. *in cit. Cæsaraugustana adducta per Lud. Post. in fin. cit. tract. mand. de manuten. decis.* 175. *num.* 2. Vbi etiam dicit, quod si Canonicus in Capitulo actus sedendi non fecerit, ex quo ianua Capituli erat clausa, sufficit annulum portæ tangere, si intus nullus sit animo possidendi.

31 Nota secundò, quod capta possessione corporali beneficij, Dignitatis, aut Canonicatus, censetur capta possessio omnium rerum, fructuum, & annexorum ad beneficium, Dignitatem, vel Canonicatum pertinentium, docet Couar. *lib.* 3. *variar. cap.* 16. *num.* 13. Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell. gl.* 34. *num.* 109. Grat. *discep. for. cap.* 425. *num.* 18. & *seq.* Caualer. *decis.* 240. *num.* 2. Seraph. *decis.* 1497. *num.* 2. Mantic. *decis.* 105. *num.* 4. Ludouis. *decis.* 54. *num.* 2. Et non solum bonorum, & iurium, sed etiam Ecclesiarum, Capellarum, & Beneficiorum subiectorum, & annexorum, seu vnitorum, Lotter. *de re benef. lib.* 1. *quæst.* 18. *num.* 99. Ludouis. *decis.* 557. *vbi Beltramin.* Nisi essent duo Ecclesiæ vnitæ æquè principaliter, tunc capta possessione vnius, non censetur capta possessio alterius, Redoan. *de Spol. Eccles. quæst.* 7. *num.* 35. & *seqq.* Seraph. *decis.* 1497. *cit. num.* 3.

32 Declara supradicta, vt illorum bonorum censeatur capta possessio, cum apprehensione possessionis beneficij, quorum possessio constat fuisse penes Ecclesiam, & beneficium, secundùm Beltramin. ad Ludouis. *decis.* 364. *num.* 6. Et quorum possessio est vacans, nec penes alium Seraph. *cit. decis.* 1497. *num.* 2. Beltram. ad Ludouis. *decis.* 54. *num.* 3. Caualer. *decis.* 209. *num.* 3. Vel quorum possessio fuit tempore vacationis ab alio occupata,

Bel-

Beltram. *ad cit. decis.* Ludouis. 364. *num.* 6. Seraph. *cit. loc.* Rot. *diuers. decis.* 865. *num.* 4. *par.* 4.

33 Possessionis traditio est necessariò facienda per aliquem superiorem. In Collatione facta per Papam fit ab Executore, idest illo, cui Papa committit literarum executionem, & possessionis traditionem, qui vel solet esse ipse Ordinarius, vel alius in Dignitate constitutus, de quo latè per Garz. *de benef. 6. par. ferè per totam.* Et licèt olim ad Archidiaconum spectaret, prouisos in possessionem immittere, *Cap. ad hæc §. in quadam de off. Archidiac. cap. vt nostrum eodem titul.* Hodie verò nisi alius sit datus à Papa executor, ad Episcopum, vel eius Vicarium, aut alios Ordinarios hoc spectat, testatur Paris. *de resignat. benef. lib.* 10. *quæst.* 6. *num.* 31. *& seqq.*

34 In Collatione facta per Ordinarium, traditur possessio prouiso, vel ab ipso Ordinario Collatore, vel ab alio ex eius commissione; in praxi videmus nudum ministerium traditionis possessionis, siue ab Executore Apostolico, siue à Notario, committi Notarijs Apostolicis. A quonis fiat hæc traditio possessionis, siue ab Executore, siue ab Ordinario, vel alio nomine eorum, est facienda coram Notario, & Testibus, qui valeat de actu possessionis instrumentum conficere, iuxta formam traditam per Rebuff. *in prax. titul. de miss. in possess. num.* 14. & Paris. *de resignat. lib.* 10. *cap.* 6. *num.* 48.

35 Obserua, quod Notarius etiam Regius, potest conficere hoc instrumentum capturæ possessionis, quando possessio traditur prouiso à persona Ecclesiastica; non tamen potest committi ipsi Notario Regio traditio possessionis, quia non est ad hoc Notarius, sed tanquam priuata persona *l. 3. ff. de off. præsid.* & per Regem creatus est non ad hoc, & laici Ecclesiastica negotia tractare non debent. *Cap. decernimus de iudic.* ita tenet. Rebuff. *cit. loc. num.* 22. *& seqq.* vbi prædicta commissio immittendi in possessionem, commissa Notario, potest exequi per Notarium Apostolicum, etiam quod non sit Clericus, sed Laicus.

36 Vlterius in hoc Regno Neapolitano mandauit Pius V. in sua Constitutione 29. incipiente, *Cupientes*, quod nouus prouisus de beneficio, reseruato Sedi Apostolicæ, teneatur capere possessionem beneficij obtenti, etiam de manu Nuntij Apostolici, ea ratione, vt reddatur certus Nuntius prædictus de prouisione beneficij, & eius tempore, ne Camera Apostolica, ad quam spectant fructus à die vacationis vsque ad diem, quo prouisus possessionem capit, fraudetur, ita habetur in eadem Constitut. quam esse in eodem Regno in viridi obseruantia, testatur Paris. *de resignation. benef. lib.* 10. *cap.* 6. *num.* 34. Sed hodie videmus dictam Constitutionem litteraliter non seruari; solum enim prouisus Apostolicus præsentat literas Apostolicas suæ prouisionis Nuntio prædicto, & ab illo obtinet literas directas Commissario, residenti in loco beneficij, in quibus mandatur dicto Commissario, quod relaxet fructus beneficij ad fauorem prouisi à die capta possessionis, & ita etiam testatur Add. ad Quarant. *ad Summ. Bull. verbo beneficiorum possessio vers. qui post Bullas lit. B.* refert etiam Nouar. *Summ. Bull. 2. part. titul. de benef. reseruat. Sedi Apostolica possess. capiend. de manu Nuntij Apostolici,* qui licèt referat Bullam, non tamen protulit Papam illam emanantem.

37 Ex dictis collige, non posse prouisum propria auctoritate capere possessionem beneficij obtenti DD. communiter in *Cap. transmissa de elect. & in cap. cum venissem de restit. spoliat.* Put. *decis.* 402. *lib.* 1. Vnde apprehendens possessionem propria auctoritate, dicitur violentus possessor, & talis possessio iure attentatorum, venit reuocanda ex communi stylo, & praxi Romanæ Curiæ, ita Couar. *lib. 3. variar. cap. 16. num. 7. sub vers. quod si,* Paris. *de resignat. benefic. cit. lib.* 10. *quæst.* 6. *num.* 27. *& seqq.* Sed hæc intellige de possessione capta ab eo, qui habet canonicum titulum; aliàs si quis propria auctoritate, & sine Canonico titulo possessionem caperet de beneficio, diceretur intrusus, secundùm explicationem Paris. *cit. loc. num.* 30. de qua materia dicemus alibi Deo fauente; interim consule Couar. *cit. loc.* Intellige etiam prædicta non procedere, quando possessio vacat de iure, & de facto, quia tunc prouisus potest illam apprehendere sine ministerio exequutoris, Abb. *in cap. transmissam num. 3. vers. sed contra de elect.* Lotter. *de re benef. lib.* 3. *quæst.* 22. *num.* 8. licèt requiratur Notarius, vel alia persona Ecclesiastica, Rot. *decis.* 634. *num.* 3. *par. 2. recentior.* de qua Post. *cit. tract. obser.* 21. *num.* 74.

38 Possessio cuiuscumque beneficij apprehendi potest, non solum per ipsum principalem prouisum, sed etiam per eius procuratorem, ita tenent communiter DD. & communis praxis seruat. Quod controuertitur est, an huiusmodi procurator debeat habere speciale mandatum; Et quod sufficiat generale, tenet Couarr. *cit. lib. 3. variar. cap. 16. num. 6.* Contrariam verò sententiam, nempe, quod requiratur speciale mandatum, defendunt communiter *gl. & DD. in cap. si tibi absenti de præbend. lib. 6.* & sequitur Rot. *in vna Asturicen. Parochialis 25. May* 1551. & refert Caputaq. *decis.* 244. *par.* 2. Paris. *de resignat. benef. lib. 10. quæst. 6. num.* 13. qui testatur de communi obseruantia, & stylo, & *num.* 14. post alios docet ad capiendam possessionem beneficij posse constitui procuratorem non solum Clericum, sed etiam Laicum Ricc. *in prax. 3. par. resol.* 79.

39 Aduerte, quod prouisus ab Ordinario, & in possessionem inductus beneficij collatio si aduerteos, ad Papam collationem spectare, nouam ab illo collationem procurat, non adstringitur ad capiendam nouam possessionem; etiam si in Collatione facta per Papam adest decretum, quod renunciet præsentationi, & institutioni, ac possessioni exinde sequutæ, ac dictum beneficium vti reseruatum, & non aliter in futurum possidere se velle declaret. In hoc casu sufficit, quod talis prouisus mutet solum primum ius, & titulum possessionis, & proinde potest possessionem continuare; & hæc mutatio intelligitur facta statim, & ipso iure, data notitia secundi tituli, etiam absque alia declaratione, Achill. *decis. 4. de caus. poss. & propriet.* Put. *decis.* 441. *lib.* 1. Cresc. *decis.* 168. *aliàs 5. de rest. spoliat.* Rot. *diuers. decis.* 214. *num. 2. par. prima, & decis.* 601. *num. 3. par. 3. diuers.* Marant. *decis.* 71. *num.* 1. Nec opus est exire de possessione, & postea iterum ingredere, quia ipso iure fit quædam conuersio ex nouo titulo superueniente, ita, & latius Barbos. *de Canonic. & Dignit. cap. 11. num. 17. & seqq.* qui alios citat, & multa ad id adducit.

40 An valeat consuetudo, vel statutum, quo cauetur, quod possessio beneficij accipi non possit sine licentia Dominorum Sæcularium, non ad finem statuendi super prouisionibus Apostolicis, siue Ordinariorum, neque illas retinendi; sed causa se informandi, & postea exequendi, & consulendi bono publico, vide tradita per Bellett. *disquis. Clerical. 1. par. titul. de exemption. Cler. à statut. Sæcular. §. 3. num.* 26. vbi alios inuenies.

41 Aduertendum est hìc, quod impedientes capturam possessionis prouiso Apostolico, vel aliàs quomodolibet impedientes exequi literas Apostolicas, etiam sub prætextu illas examinandi, vel illas præstandi licentiam exequendi, aut consensum præstandi, si Vniuersitates sint, sunt ipso facto interdictæ, si priuatæ personæ, incurrunt etiam excommunicationis pœnam ipso iure, Papæ reseruatam, non solum principales, sed etiam fautores, ac alias pœnas, de quibus in Constitutionibus Leonis X. 26. incipient. *in supremo.* Clementis VII. 42. incipient. *Romanus Pontifex,* & Gregorij XIII. 42. incip. *ad Roman.*

42 Nota tertiò, quod captura possessionis beneficij probatur communiter per instrumentum manu Notarij confectum à tergo literarum prouisionis, ita videmus in dies. Sed potest etiam probari scriptura priuata, trino teste signata, quæ æquiualet instrumento publico *l. scripturas C. qui potior. in pignore habeant.* Nec non, etiam testibus, admittitur; cum contrarium statutum non inueniatur, & parem probationem habeant testes, & instrumenta *l. in exercendis C. de fid. instrum.* docuit Rebuff. *in prax. titul. de miss. in possess. num.* 41. & sequutus est Mascard. *de probat. conclus.* 1185. *num. 34. tom.* 2.

43 Captura possessionis, quando dicatur attentata, & tanquam talis veniat reuocanda, latè Lancell. *de attent. par. 2. cap. 4. & alibi eodem tract.*

44 Possessio quomodo olim poterat capi ex sola signatura, & quomodo id hodie non fit per Constitutionem 33. Iulij III. vide apud Garz. *de benef. par. 4. cap. 2. num. 46. & seqq.* in quibus terminis nouissimè statutum est per Bullam Pij V. incip. *Sanctissimus in Christo pater innouantem extrauag. iniuncta de elect.* prouisum à Sede Apostolica de quocunque beneficio, non posse possessionem illius adipisci, nisi litteris prouisionis expeditis, & alias possessionem ingredientem ex sola supplicatione, etiam signata, amittere

tere omne ius, quod habet in beneficio, & inhabilem reddi in futurum ad illud obtinendum, ita Bulla prædicta.

Quæ ampliatur primò, vt capiens possessionem sub prætextu Collationis Papæ, literis non expeditis, & ex sola supplicatione signata dicatur intrusus, & nudus detentor, & proindè tale beneficium, tamquam vacans potest à quocunque impetrari, prout voluit Rota *in vna Virdanen. Parochialis* 23. *Iunij* 1586. *coram D. Gipsio*. Verùm impetrans prædictus tenetur concludenter probare, fuisse captam possessionem, literis non expeditis, cum sit fundamentum suæ intentionis, nam regulare est, quod fundans se in aliquo, teneatur illud probare, Rot. *decis.* 7. *de except.* & 6. *de re iudic. in antiq.* Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell.gl.* 11. *num.* 29. *& seq.* Tusch. *conclus.* 117. *n.* 29. & in proprijs terminis huius impetrationis, voluit Rota *in vna Canonicatus* 20. *Martij* 1556. *coram D. Quiroga*, quam refert Nouar. *in prax. doc. in solut. quæst.* 2. *sect.* 1.

Ampliatur secundò dispositionem prædictæ Bullæ Pij V. procedere, & pœnas inibi appositas militare, & à maioritate rationis, contra se ingerentem in administratione bonorum beneficij, literis non expeditis, id enim prohibetur etiam per *tex. in cap. auaritiæ de elect. in* 6. aduertoor Macer. *resol.* 112. *cap.* 27. *lib.* 1. Ricc. *collect.* 698. *&* 1476. & hoc locum sibi vendicat in quocunque beneficio, etiam simplici, & de iure patronatus idem Ricc. *in decis. Curiæ Archiep. Neap.* 339. *par.* 3. & Gomes. *decis.* 25.

Ampliatur tertiò incurri pœnas contentas in dicta Bulla Pij V. ex solo actu capturæ possessionis, facto litteris non expeditis, etiam si fructus non fuerint percepti, docet Nouar. *summ. Bull.* 1. *par. titul. de benef. possess. capiend. num.* 5.

Ampliatur quartò, vt possidens beneficium litteris non expeditis, etiam pacificè per triennium, non iuuetur regula triennali, quæ excludit intrusos, tenent Crescent. *decis. vnica de præscript.* Seraph. *decis.* 1060. *&* 1608. Ricc. *collect.* 505. & alij.

Limitatur primò suprapofita sententia, ac proindè pœnas prædictæ Bullæ Pij V. non habere locum dicendum est, quando quis alio titulo, quam vigore supplicationis adeptus est possessionem beneficij, prout voluit Rot. *in vna Placentina Capellaniæ* 21. *Maij* 1601. *coram D. Pamphilio*, quam refert Ricc. *decis.* 237. *par.* 3.

Limitatur secundò eadem proposita sententia quando quis sine dolo, vel culpa apprehenderit possessionem beneficij, literis non expeditis, tunc enim non incurrit pœnas latas per prædictam Bullam Pij V. quia illa est fundata in præsumptione, prout benè probatur ex illis verbis, *apprehendere præsumpserit*, quæ verba excusare contrafacientem sine dolo, vel contemptu, tenent DD. Quarant. *summ. Bull. verbo alienatio bonorum Eccles. num.* 9. Seraph. *decis.* 1484. latè in proprijs terminis Farinacc. *decis.* 652. Præsumitor enim dolus, vel culpa, quando qui possessionem ceperit est Doctor, non ignarus professione, in eo enim non præsumenda ignorantia per doctrinam Rot. apud Seraph. *decis.* 1483. *part.* 2. & tenet Nouar. *Summ. Bull.* 1. *par. titul. de benef. possess. capien. num.* 10. *vers. censerem tamen.*

Limitatur tertiò in casu necessitatis, vel vtilitatis Ecclesiæ, Si quis enim literis non expeditis, possessionem capit ex necessitate, vel vtilitate Ecclesiæ, & cum licentia superioris, non incurrit pœnas, de quibus in Bulla prædicta, quia quod ex necessitate factum est, non potest dici factum cum fraude, & dolo, docent DD. communiter in *Cap. auaritiæ de elect. in* 6. Paris. *de resignat. benef. tom.* 1. *lib.* 2. *quæst.* 3. *num.* 40. Macerat. *resol.* 112. *cas.* 27. probat Nouar. *cit. loc. num.* 11.

Aduerte, quòd licèt prædicta Bulla Pij V. inducat vacationem, ipso iure beneficij, cuius possessionem quis cepit, non expeditis literis, vt suprà, tamen omninò requiritur sententia declaratoria per Ordinarium facienda, per quam declaretur possessorem, non obtentis litteris, incidisse in pœnam priuationis, de qua in dicta Bulla, ad quam declarationem est citandus ipse possessor, ità post alios probat Nouar. *summ. Bull. tom.* 1. *titul. de beneficior. possess. capiend. num.* 12.

45 Nota quartò intra quantum temporis spatium sit capienda possessio beneficij per modernum prouisum, quod, vt clarius habeatur, dicendum est primò in beneficijs vacantibus per mortem, vel alio modo, non tamen per resignationem, siue Collatio fuerit facta ab Ordinario, siue à Sede Apostolica ob reseruationem, in Iure non esse statutum terminum, intra quem arctetur prouisos ad capiendam possessionem, cùm non sit præfixum tempus de Iure ad acceptandam Collationem, probat *gl. per Tex. in Cap. si tibi absenti de præbend. in* 6. Abb. *in cap. Capitulum col. pen. vers. his præmissis de rescript.* Verùm si triennium labatur, & prouisum collationem non acceptauerit, nec possessionem adeptus fuerit, præsumitur renunciasse Collationi, prout post Gomes. *decis.* 27. Garz. *decis.* 61. & Ricc. *decis.* 60. *par.* 4. tenet Nouar. *Summ. Bull. titul. de benef. resignator. possess. & num.* 15. 1. *parte*.

Dicendum est secundò in beneficijs vacantibus per resignationem ad fauorem factam in manibus Sanctissimi, tenetur resignatarius infrà terminum sex mensium possessionem capere, prout statuitur in Bulla Gregorij XIII. incipiente, *humano vix iudicio*, *vers. is quoque*, quod tempus currit à die datæ, seù concessionis gratæ, iuxta dicta per Rot. *decis.* 287. *par.* 2. *diuers.* quam ad hoc adducit Nouar. *summ. Bull. prima part. cit. titul. num.* 11.

Dicendum est tertiò in beneficijs resignatis coram Ordinario, teneri prouisum infrà terminum trium mensium possessionem capere, computandum à die sibi factæ Collationis, quæ infra mensem est facienda per Ordinarium, aliàs beneficium vacat ipso Iure reseruatum Sedi Apostolicæ, ita statuitur in *cit. Bulla Gregorij in cap. duodecimo*, incipiente de beneficijs autem, notat Garz. *de benef. par.* 10. *cap.* 4. *num.* 2. multa Nouar. *cit. loc. num.* 1. *& seqq.*

Aduerte ad prædicta tempus antè dictum non currere legitimè impedito, regulare enim est in Iure tempus non currere impedito, ad *Tex. in l.* 1. *C. de ann. excep. & Cap. finali de elect.* Hinc sufficere, si prouisus præsentauerit infrà dictum tempus sex mensium litteras Apostolicas suæ prouisionis coram Executore, atque institerit examinari, & beneficium sibi conferri, licèt non sit adeptus possessionem ex defectu Executoris, & per ipsum non steterit, habetur ex eadem Bulla, & Rota *decis.* 158. *par.* 4. *diuers.* & notat Nouar. *cit. loc. num.* 5. vbi *num.* 6. excusat etiam prouisum, si ob metum, vel vim, puta quia in loco beneficij adsunt viri armati, possessionem non est adeptus.

Vlterius dicitur satisfactum Bullæ prædictæ requirentis capturam possessionis infra tempus, vt suprà, si illa capta sit per actus fictos, puta per annuli, vel bireti impositionem, per opinionem Rot. apud Achill. de Grass. *decis.* 1. 2. *&* 3. *de caus. possess. & propriet.* quam refert, & sequitur Nouar. *cit. loc. num.* 10. vbi *num.* 7. *&* 8. dicit non esse satisfactum, si possessio fuisset capta violenter, & non pacificè, vel per procuratorem non habentem speciale mandatum, *& num.* 13. probat latè prædictam assignationem temporis non habere locum in beneficijs de Iure patronatus laicorum.

OBSERVATIONES

D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *PApa vt beneficiorum absolutus dominus potest præuenire Ordinarium in conferendo beneficium.*
2 *Difficultas remanet in voluntate non præsumenda, & quæ ratio.*
3 *Clausula ad dignoscendam voluntatem recensentur.*
4 *Censurato, vel suspenso collatore ordinario locum habet collatio Papæ.*
5 *Suspensio collatoris ordinarij, an operetur hunc effectum.*
6 *Reijcitur glos. in cap. sacro de sentent. excom.*
7 *Capitulo habente potestatem conferendi Canonicatum, eo censurato exceptis aliquibus de ipso vtrum Papa conferat?*

PApa beneficiorum absolutus est dominus, & tanquam Ordinarius Ordinariorum concurrere potest cum 1
quo-

quolibet inferiori collatore, eumque præuenire etiam in beneficijs noo reseruatis ordinariæ collationis, adeovt si gratia Apostolica sit anterior, debeat præualere ad text. *in cap. dudum, & cap. si à sede de præbend. in 6.* Angel. *de legit. contradict. quæst.* 15. *art.* 5. *num.* 167. Ludouis. *decis.* 221. *num.* 9. Rota *decis.* 25. *num.* 1. *part.* 10. *recent.* quæ est in materia magistralis.

2 Admissa potestate vti in controuertibili difficultas remanet in voluntate, quæ in dubio cessante iusta causa, non præsumitur, eo quia licet possit, non tamen solet Papa hac potestate vti, oisi nimium de rarò ex magna causa, vt aduertitur in *decis.* 25. *part.* 10. *recent.* & Dunozet. *decis.* 856.

Conferunr quæ generaliter habentur de non præsumenda voluntate Principis præiudicandi tertio, eiusque ius tollendi. Vnde propterea huiuscemodi quæstiooes dicuntur potius facti, quam iuris, an scilicet Papa voluerit necne ista potestate vti, & hac vice conferre.

3 Ad id autem dignoscendum ponderari solent aliquæ clausulæ recensitæ per Beneficialistas, & plenè *d. decis.* 25. *part.* 10. *recent.* vbi aduertitur, istam conferendi speciem continere quando diuersam formulam ab ea, quæ adhibetur quando confertur tanquam de reseruato, vel affecto, cum isto secuodu casu expeditio fiat cum clausula *Dudum.* Atque apponi soleat clausula *Dummodo ad nos.* Et alia *nullisque de illis præter nos* cum similibus, quibus accedentibus, vel respectiuè deficientibus infertur ad voam, vel alteram voluntatem.

Adhibita consueta formula in prouisionibus reseruatorum talis voluntas exclusa remanet, vt habetur apud Buratt. *decis.* 613. *num.* 4. & plenius *d. decis.* 25. & Dunozett. *vbi sup.*

4 Censurato, vel suspenso inferiori Collatore, aut contumace potest causari hic effectus voluntatis Papæ conferendi, & præuaricandi, quia censuræ impediunt facultatem conferendi, & iure deuoluto potest Papa conferre.

5 Imò suspensio hunc effectum operatur ad *text. in cap. cum dilectus de consuetud. cap. cum inter il* 1. *de elect. cap. vnico Ne sede vacant. in 6. glos. in cap. cum dilectus verb. à suspensis,* Innoc. *ibid. n.* 4. & 5. Abb. *n.* 18.

Et quamuis apud Seraph. *decis.* 860. *num.* 6. videatur contrarium insinuari ex doctrina glos. *in cap. sacro de sent. excommunic.*

6 Nihilominus non videtur huic auctoritati deferendum. Tum quia in subsequenti *decis.* 870. Seraphin. de hoc dubitatur. Tum etiam quia proceditur cum auctoritate d. glosæ eiusque sequacium præsertim Abbatis *in cap. tanta num.* 5. *de excess. Prælat.* & Couar. *in cap. alma mater.* Qui omnes loquuntur de interdicto, quod non tollit iurisdictionalia, & sic in censura diuersa, latè Card. de Luca *de benefic. discurs.* 23. *per tot.*

Eandem quæstionem resumit Rota penes Bich. *decis.* 587. *per tot. num.* 3. vbi edisserit an suspensio à diuinis de iure impediat, quod non possit quis conferre beneficium? Negant Seraph. *decis.* 870. *num.* 1. Sayr. *de censur. lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 20. & *cap.* 4. *num.* 6. Castropalao *de censur. disput.* 4. *punct.* 4. §. 1. *num.* 12.

Et Papa forsan credidit Capitulum esse suspensum nominatim à iure conferendi, vt quandoque fieri tradit Castropal. *vbi sup. punct.* 3. *num.* 3. & *text. in cap. vnico ne Sede vacant. in 6. cap. Romana, & cap. si sententia de sent. excommunic. in 6.*

7 Collatio beneficij si spectet ad Capitulum edisserit Rota penes Bich. *vbi sup. num.* 20. in casu quo Capitulum sit suspensum à diuinis aliquibus ex Canonicis, & Dignitatibus exceptuatis an Papa potuit retrahi à conferendo, si exceptuatio non fuerit sibi narrata, dum potestas Capituli suspensi residet penes personas exceptuatas? Aduersus personas Capituli exceptuatas ab ioterdicto, concludit Rota *num.* 26. Quia dum totum corpus suspenditur, oon possunt illius membra operationes corporis exercere, & Capitulum suspensum non est repræsentabile per non excommunicatos. Alioquin vel repræsentaretur corpus suspensum odiosum. Vel necesse esset dare in eadem Ecclesia duo Capitula, alterum videlicet suspensum, & interdictum. Aliud neque suspensum, neque interdictum, quod impossibile est.

Nihil itaque referat, an aliqui fuerint exceptuati, quando suspensio, & interdictum est generale latum collectiuè, sed solum an fuerit latum distributiuè contra singulares personas, quo casu personæ innocentes, & exceptuati exercere possunt muoera tum propria, tum ipsius Capituli, quia singularium pœna illos, aut Capitulum non afficit, vt benè distinguit Suar. *de censur. disp.* 36. *sect.* 2. *num.* 10. Castropal. *d. disp.* 3. *punct.* 2. *num.* 7. & *text. in cap. quia sæpè de elect. in 6.* ita pleno calamo Bich. *d. decis.* 587. *per tot.*

ANNOTATIO X.

De Subrogatione.

ARGVMENTVM.

Notatur Subrogatio, quare inducta. Quomodo lite pendente super beneficio, si vnus decedat Ordinarius non possit conferre; Quid si decedat vnus ex præsentatis, vel lis pendeat inter patronum, & Episcopum. Quando dicatur in his terminis lis pendere; an possit Ordinarius subrogare, vel conferre, si lis calumniosa sit, vel finita, quæ quibus modis finitur in his terminis, vel resignationem recipere. Subrogatio quotuplex; quando negari non soleat; intra quem terminum petenda, & à quo, & alia ad materiam.

SVMMARIVM.

1 *Lite super electione pendente, mortuo vno ex electis, alius non eligendus, ad Tex. Capituli primi, vt lite pendente in sexto, & qui DD. materiam exagitent.*

2 *Litium odium induxit non esse subrogandos collitigatores, & num.* 31. *Cui collatio spectet, si vterque litigator decedat.*

3 *Lite pendente, collatio beneficij litigiosi non potest ab Ordinario, nec alio inferiore fieri.*

4 *Lite pendente inter præsentatos, quid si vnus decedat.*

5 *Lite pendente inter præsentatos, non currit tempus patronis pro deuolutione, non sic, si inter ipsos.*

6 *Lite pendente inter Ordinarium, & Patronum, vel inter patronos vno præsentatorum decedente, alter præsentari potest.*

7 *Lite pendente, & collitigatore cedente, vel decedente, si noua collatio fiat è nulla, & reuocanda si lis super possessorio, num.* 8.

9 *Litigiosum beneficium, quodnam dicatur, & quod requiratur litem esse super titulo, num.* 10. *non sic in Iure patronatus, num.* 11.

12 *Lis ex quo appareat pendere, & si ex commissione causa sufficit illam ostendere, num.* 13.

14 *Litigiosum etiam beneficium dicitur, si quatuor essent litigantes.*

15 *Litigiosum beneficium dicitur, etsi lis pendeat coram Arbitro.*

16 *Lite pendente super beneficio, & si vnus ex collitigantibus ad aliud transferatur, neque libitum est Ordinario conferre.*

17 *Lite pendente super beneficio, & vno decedente, an Ordinarius subrogare possit.*

18 *Lite calumniosa super beneficio stante, Ordinarius conferre non impeditur, & qua talis, num.* 19.

20 *Lis non dicitur pendere, si alter ex collitigatoribus litteras non expediuerit.*

21 *Lite finita, liberum est Ordinario conferre, & quando finita dicatur.*

22 *Lis finita etiam dicitur per cessionem apud acta.*

23 *Lis finita dicitur per desertionem, & qualiter.*

24 *Lite etiam non finita, liberum est Ordinario conferre collitigatori decedente; altero, sicut in Iure patronatus.*

25 *Lite*

25 *Lite vertente inter eligentem, & electum, præsentantem, & præsentatum, vno decedente, licitum est conferre.*
26 *Lis vertere non dicitur, si tempore vacationis beneficij non adsit.*
27 *Lite pendente potest Ordinarius recipere Resignationem.*
28 *Litis pendentiam non inducit appellatio extraiudicialis, etiam intimata.*
29 *Lis ad hunc effectum pendere non dicitur ante litis contestationem, saltem virtualem.*
30 *Lis ad hunc effectum pendere dicitur, si principalis, vel legitimus procurator obtinuerit decretum citationis.*
32 *Subrogatio alia gratiosa, alia rigorosa.*
33 *Subrogatio negari non solet, quando constat de clericatu illam petentis.*
34 *Subrogationem petendam vltra mensem, quomodo intelligatur.*

ANNOTATIO X.

Ad Tex. in Cap. primo, vt lite pend. in 6.

1 HIc Bonifacius VIII. statuit, quod duobus litigantibus super electionibus de se in discordia celebratis, si contingat aliquem ipsorum mori, vel suo iuri renunciare, aut à prosecutione illius quoquo modo excludi, ad electionem aliam, lite super electione superstitis pendente, nullatenus procedatur, aliàs attentata sunt, & nulla. Huic dispositioni est conformis dispositio *Regul. Cancell.* 29. *de subrogandis collitigatoribus*, vbi decretum est quod, si ex duobus collitigantibus soper iuribus beneficij, alter decedat, vel cedat iuri suo, superstes infra mensem potest subrogationem in iuribus defecti petere, & infra dictum mensem prouisio in personam alterius facta, est nulla, & collitigans subrogatus infrà dictum tempus, excludit alium, etiam, in data, anteriorem. De hac materia DD. in hoc *cap.* 1. *& seq. & super dictam Regul.* 29. præsertim Gomes. Mandos. & Rebuff. post Sarnen. & Fel. Lamber. *de iure patron. lib. 2. par. 1. quæst. 6. art.* 12. Garz. *de benef. par. 6. cap. 4.* Ricc. *in collect. par. 4. coll.* 762. Lotter. *de re benef. lib. 2. quæst.* 20. Lancell. *de attent. 2. par. cap. 4. in præfat. num.* 178. *& seqq. & num.* 392. *& seqq.* Couar. *pract. quæst. cap.* 36. *num.* 7. de eadem materia disponit *Cap. 2. hoc titul. & Clem. prima eod. titul.* proquorum intelligentia, notanda sunt hic aliqua ad rem frequentiora. Et primò.

2 Præmittendum est, decisionem huius *Tex.* & citatorum iurium, inductam esse in odium litium; Lites enim, cum sine magnis sumptibus non prosequantur *Cap. finem litibus de dol. & contum.* litigatores pauperes faciunt *Auth. vt differentes Iudices* §. 1. *vers. hæc autem omnia collat.* 6. flagellum hominum dutissimum vocat lites Rebuff. *in prax. regul. de subrog. collitig. gl.* 1. & Seneca, quem refert Bal. *consil.* 218. *num. 1. vers. quoad personas lib.* 3. exprobando lites dixit, *cum pari contendere anteceps est, cum superiore furiosum, cum inferiore sordidum*, & nil esse tam simile actibus dæmonum, quàm litigare, & litigatores malos viros appellari, testatur Redoan. de Simon. 2. *par. cap.* 31. *num. 9. & seqq.* Hinc Sancta Mater Ecclesia, vt fideles sine litiū anfractibus habeat, sic in pluribus Hymnis Deum precatur, *dissolue litis vincula, adstringe pacis fœdera*, item, *ne litis horror insonet*, & alibi, *Extingue flammas litium*, & petenti tunicam esse potius dimittendum, & pallium, quàm litigandum, consulitur *Matthæi cap.* 5. vti igitur lites damnorum, & expensarum occasio è medio tollantur, statutum est, vt supra io hoc *Cap. 1. & cap.* sequenti, quod si beneficiatus contra quem super beneficio litigatur cedit, vel decedit; si alius, lite pendente cum superstite, fuerit electus, non valeat electio, & in *Clem. prima cit.* Si duo litigantes super beneficio in Curia moriantur, ad Pontificem spectat collatio; Si verò vnus intra, alius extra moriatur, obseruandus est quis possidebat, si qui in Curia decessit, Papa confert, si qui extra, Ordinarius, si oeuter possidebat, ad Papam spectat collatio. Si verò vnus ex collitigatoribus decedat, si superstes, vel alius, cuius interest litem prosequatur, interim beneficium conferri non potest, sed expectandus est litis euentus, & si iudicatum fuerit beneficium ad defunctum spectare, Papa confert, si decessit in Vrbe, si extra, Ordinarius, si ad neutrum illud spectare iudicatum fuit, Ordinarius confert, salua potestate Romani Pontificis, si ratione alterius reseruationis ad ipsum spectat collatio; ita *Clement.*

Ex quibus collige nec Ordinarium, nec alium inferiorem Papæ, posse conferre beneficium litigiosum, & alias factam collationem esse nullam Seraph. *decis.* 990. *num.* 8. nam in hoc casu sunt ligatæ manus collatoris vsque ad finem litis, notant Gonzal. *ad regul. 8. Cancell.* §. 3. *proœm. num.* 113. Lotter. *de re benef. lib. 2. quæst. 20. num. 67. et seqq.* qui hoc explicantes dicunt, hic intercedere tantum impedimentum, non perpetuam reseruationem, nam Ordinarius durante lite non potest conferre. 3

Notandum est primò DD. grauiter altercari, an beneficia de iure patronatus compreheodantur sub dispositione huius *Cap.* 1. prout videre est apud Lamber. *cit. loc. num.* 11. qui conatur probare iuspatronatus comprehendi sub dispositione *Cap. 2. hoc titul.* non verò huius *Cap. primi*, sed quicquid sit de quæstione, quæ parum affert vtilitatis; Certum est siue ex hoc *Cap.* 1. siue ex *Cap. 2. cit.* quod lite pendente inter duos præsentatos, si vnus cedat, vel decedat, patronos non posse alterum præsentare, donec lis non fuerit finita, & exclusus collitigator superstes, probatur apertè in *cit. cap.* 2. ibi, *vel etiam præsentetur*, voluit Rot. *in recent. par. prima decis.* 306. *num. 1. & seq. & decis.* 427. *num. 2. & in vna Pampilonen. de Iarguagli* 21. *May* 1603. *coram Card. Lancellotto*, quæ opinio secundùm magis communem, & veriorem opinionem procedit, etiam intra qoatrimestre, & antequam præsentati fuerunt instituti, quo casu Patroni non possunt præsentare pendente lite, nec per viam cumulationis, vel variationis, vt mordicus defendit Couar. *pract. quæst. cap. 36. num. 7. vers. tertio quandoque*, & secundum hanc opinionem fuisse magis frequenter iudicatum, etiam in Rot. Romana, testatur Ricc. *in collect. par. 4. collect.* 760. Cresc. *decis. 10. in princip. de iurepatron.* qui id ampliat, vt nec possit patronus post præsentationem factam de vno ante litem, post litem cumulare, præsentando colligantem, aliàs voces patronorum non habentem. 4

Ex dictis collige, quod pendente lite, vt supra inter præsentatos, non currit tempus patronis ad præsentandum, ita vt si lis non decidatur infra tempus datum ad præseotandum, non fiat deuolutio ad Episcopum, voluit Lambert. *cit. loc. num.* 3. 2. *lib. 2. part. quæst. prima artic. 9. num.* 14. & 16. sequitur Couat. *loc. cit. vers. ex his in fin.* quod sit, quando lis vertit inter ipsos patronos; nam tunc illis currit tempus ad præsentandum, non obstante lite, vt latè idem Lambert. *cit. art.* 9. 5

Declara supradicta, vt tunc non possint patroni præsentare in casu prædicto, quando lis pendet inter ipsos præsentatos priocipaliter; Secus tamen est, si lis vertat inter patronos, vel patronum, & Ordioarium super libertate collationis; nam in his casibus, etiam si præsentati adhęreant accessoriè ad litem pendentem inter patronos principaliter, adhuc si vnus ex præsentatis decedat, vel cedat, possunt patroni præsentare, voluit Lambert. *cit. art. 9. nu.* 14. *DD. in cit. cap. 2. hoc titulo* Rot. *decis.* 426. *num. 5. par. 1. recent.* quos refert, & sequitur Lotter. *de re benef. lib. 2. quæst. 20. num. 5. & seqq.* & hoc siue lis vertat inter ipsos patronos in causa petitorij, siue in causa possessorij, prout post Lapum *alleg.* 136. tenet Lotter. *eodem loc. num.* 13. vbi *num. 17. & seq.* dicit, quod si lis est inter patronos super possessione, vel quasi præsentandi, non potest fieri præsentatio in præiudicium collitigantis secundùm sensum Rot. *decis. prima ad fin. de iurepatr. in nou.* verùm si de facto fiat præseotatio, substinetur, dummodo supersedeatur in confirmando vsque ad finem litis, & probatur ex Rot. *in Ferrarien. Canonicatus 7. Nouembris* 1625. *coram D. Remboldo*. 6

Supradicta adeò vera sunt, vt si lite pendente inter aliquos super beneficio, altero decedente, vel cedente, Ordinarius conferat beneficium, talis collatio, vel prouisio via attentatorum veniat reuocanda, vt notant DD. communiter in hoc *Tex. & in cap. 2. eodem titul. & in cit. Clement. prima Rot. 10. aliàs 411. sub num. 2. vt lit. pend. in nou.* Lancell. *de attent. prima par. cap. 3. num. 97. et seqq.* nisi prouisus obtinuerit, nouam prouisionem à Papa cum clausula gratiosæ subrogationis, & mentione litis, vt testatur *eod. loc.* Lancell. *num.* 153. fuisse in Rota decisum. 7

Intelligitur denegata facultas prædicta conferendi Ordinario, 8

natio, quando vertitur lis inter aliquos electos super beneficio, quando scilicet lis est super petitorio, & super titulo beneficij, idest super dominio, vel quasi, beneficij. Nec sufficit ad inducendum vitium litigiosi, & sic ad deoegandam facultatem Ordinario confereodi, si lis est super possessorio Gonz. *ad regul.* 8. *Cancell.* §. 7. *proœm. num.* 29. Lancell. *cit. loc. num.* 101. *&* 12. *lim. num.* 142. qui testatur de communi Cassad. *decis.* 4. *in fin.* latè Ludouis. *decis.* 335. Beltram. *ad dict. decis. & ad decis.* 305. Quod procedit ad finem obtinendi gratiosam subrogationem, vt validè probat Lud. *cit. decis.* 335. desiderari nempe litem super titulum, quæ an vera sint in subrogatione ad beneficium de iurepatronatus, dicemus inferius.

9 Dicitur beneficium litigiosum, ad effectum, vt non possit conferri per Ordinarium, vel obtineri subrogatio in iuribus defuncti, quando petitur, vt quis amoueatur, & beneficium petenti adiudicetur tamquaio debitum, & sibi collatum Garz. *de benef.* 11. *par. cap.* 3. *num.* 76. Ludouis. *decis. cit.* 335. *num.* 11.

10 Nec in hoc casu, ad inducendum vitium litigiosi ad fines prædictos, sufficit, quod lis sit super beneficij titulo simpliciter, sed requiritur, qood de titulo principaliter agatur vt notant DD. in hoc *Cap.* 1. præsertim Gemin. *in prima opposit.* & Franc. *sub num.* 3. Ludouis. *cit. decis.* 335. *num.* 8. qui alios citat, qui *num.* 9. dicit nihil operare litem principaliter inductam super possessorio, licèt sit deducenda, vel probanda proprietas, & *num.* 6. litem motam super possessorio adipiscendæ, quod habet admixtam causam proprietatis, sequitur Lotter. *de re benef. lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 42. multa Mandos. *ad regul. Cancell.* 29. *quæst.* 13.

11 Fallit hæc opinio in beneficijs de iure patronatus, & ad effectum subrogationis gratiosæ, quia io hoc casu non est necesse, quod lis sit superior titulo beneficij, quod secus est in beneficio liberæ collationis, iuxta distinctionem Rot. *decis.* 607. *num.* 10. *part.* 5. *in recent. tom.* 2. vbi grauatur conscientia deoegantis subrogationem Butatt. *decis.* 927. Rot. *in Toletana beneficij coram Tusco* penes March. *de commiss. par.* 1. *fol.* 384. Et sufficit litem esse motam super institutione, oec est discutiendum, an sit super possessorio, vel super titulo, Seraph. *decis.* 990. *Recent. decis.* 306. *num.* 1. *& seq. par.* 1. *& decis.* 607. *n.* 10. *par.* 5. *& decis.* 7. *num.* 9. *&* 10. *par.* 7. *in Veronen. beneficij* 2. *Iunij* 1634. *coram D. Coccino, & in Florentina Parochialis* 17. *Iunij* 1639. *coram D. Ghislerio, & in Barchinonen. Parochialis* 27. *Iunij* 1639. *coram D. Carillo.*

12 Vlterius dicitur lis pendere super titulo beneficij ad finem, vt procedant dispositiones citatorum iurium, & *Regula de subrogandis collitigatoribus*, quando causa fuit commissam ad instantiam vnius ex electis, vel præsentatis ad beneficium super iactationibus, & molestationibus cum clausula, *quam*, & *quas*, per quam dicitur lis introducta super titulo ad hunc effectum, vel cum clausula cum *inciden. & dependen.* quæ facit venire totum negotium, latè probat Mandos. *ad dictam regul. Cancell.* 29. *quæst.* 14. firmat Lotter. *de re benef. lib.* 2. *quæst.* 20. *num.* 46. Rot. *in Leodien. Canonicatus* 6. *Nouembris* 1623. *coram D. Merlino, & in Florentina Parochialis* 2. *Decembris* 1641. *coram D. Cerro, &* 5. *Maij* 1642. *coram D. Decano, & in Papien. beneficij* 20. *Nouembris* 1645. *coram D. Corrado.* Prædictæ enim clausulæ operantur, vt tam possessorium, quàm petitorium in commissione comprehensum dicatur; atque proinde per illius productionem vtrumque censetur in iudicium deductuio, prout fuit ponderatum, & resolutum in dicta *Papien.*

13 Et ad hunc effectum non est necesse probare litem, sed sufficit ostendere commissionem cum citatione ad dicendum contra executa, vt voluit in terminis Rota apud Ludouis. *decis.* 27. *num.* 2. vbi Beltram. *lit. A, & in Recent. decis.* 321. *num.* 2. *par.* 1. *& decis.* 549. *num.* 14. *& decis.* 607. *num.* 6. *part.* 5. *& decis.* 187. *n.* 12. *par.* 6. Butatt. *decis.* 927. *num.* 2. *& seqq. & in dictis Barchinonen. & Papien.* Nec obstat, si citatio prædicta aliquos haberet defectus, quia per comparitionem aduersarij, & allegationem generalium contra, censetur saoatus omnis defectus, vt per Lud. *cit. loc. n.* 2. *&* 3.

14 Item dicitur beneficium litigiosuio ad effectum huius *Cap. primi, & cit. cap.* 2. *ac Clem. prima, & Regula prædicta de subrogandis collitigatoribus*, si essent tres, vel quatuor litigantes, & vnus ex eis moriatur; oam idem seruaretur, ita tenent DD. super *dict. cap.* 2. præsertim Lap. Domi. & Franc. *per cit. Clem. primam.*

Similiter habet quoque locum dispositio huius *tex. & cap.* 2. *& Clem. prima cit. ac Regul. prædicta* 29. etiam si lis penderet super beneficio coram Arbitro, tenet Fraoc. *in hoc cap.* 1. *num.* 4. & seqoitur Lancell. *de attent. prima par. cap.* 3. *num.* 113. in hoc enim casu, si vnus ex collitigantibus cedat, vel decedat Ordinarius non potest conferre, nisi expectato litis exitu, & habet locum *Regula de subrogandis collitigatoribus.* 15

Non solum non potest conferri per Ordinarium beneficium litigiosum, vt supra, & habet locum *Regula de subrogandis collitigatoribus*, quando vacat per mortem naturalem, sed etiam per mortem ciuilem, & interpretatiuam, puta per translationem ad aliud beneficium, teoet Franc. *in cit. cap.* 2. *col.* 1. *in fin.* & probat a fortiori Lancell. *de attent. cit. loc. num.* 103. *& seqq.* 16

Dubitatur, si Ordinarius non potest beneficium litigiosum conferre pendente lite, an possit saltem decedente, vel cedente vno ex collitigatoribus subrogare. Respondet dubitationi Mandos. *ad regul.* 29. *Cancell. quæst.* 3. & mordicus defendit, Ordinarium noo posse subrogare in beneficio litigioso, sequitur etiam Lancell. *de attent. prima par. cap.* 3. *num.* 108. qui testatur sic voluisse Rot. *in vna Pasnanien. Parochialis* 14. *Ianuarij* 1572. *coram D. Seraphino*, quod non procedit quando petitor fuisset mortuus, & post mortem petitoris nullus esset, qui causam prosequeretur; tunc enim posse Ordioarium subrogare, testatur idem Lancell. *cit. loc.* sequendo opinionem Franc. *in cit. cap.* 2. *col.* 2. *in princ. vers. & prædicta procedunt.* 17

Primò non procedit dispositio huius *tex. & cap.* 2. *ac Clem. prima eod. titul.* ita vt Ordinarius neque conferre impediatur, nec militat *Regula de subrogandis collitigatoribus* quando lis est calumniosa, ioiusta, & in fraudem mota Cassad. *decis.* 7. *num.* 1. *de dol. & contum.* Lancell. *de attent. prima par. cap.* 2. *num.* 113. qui dicit, quod si prouiso ab Ordinario opponatur hoc defectum litis pendentiæ, potest se defendere, de noo lite; idest quod lis erat calumniosa; posita enim calumnia remouetur lis, *l.* 1. §. *si inter de litig.* atque æquiparantur non lis, & lis calumoiosa in his terminis Lotter. *de re benef. lib.* 2. *quæst.* 20. *num.* 97. 18

Dicitur enim ad propositum nostrum lis calumniosa, quæ mouetur sine aliquo fundamento boni iuris, Bisignet. *decis.* 2. *num.* 1. *ad fin. vers. nec obstat litis pendentia, de rer. permut.* quem refert, & sequitur Lotter. *cit. loc. num.* 96. qui *num.* 110. dicit, quod hoc casu debet de calumnia constare notoriè, & euidenter, vt nequeat vllo modo adumbrari, multa ad hanc materiam Mandos. *in cit. regul.* 29. *de subrogand. collitigatorib. quæst.* 11. & Lotter. *cit. loc.* 19

Secundò non procedit dispositio citator. iur. quando litigans super beneficio, non expediuisset literas suæ gratiæ; quia literis non expeditis, non dicitur lis pendere; & proinde non impeditur Ordinarius prouidere, *est decis. Cassad.* 5. quam refert, & sequitur Lancell. *cit. loc. num.* 125. 20

Tertiò non impeditur Ordinarius conferre. Nec habet locum *Regula de subrogandis*, quando finita est lis, quæ super beneficio inter electos, vel præsentatos vertebatur. Dicitur eoim lis fioita pluribus modis. Primò, quando in ea est sententiatum diffinitiuè, & sententia transitum fecit in iudicatum, ita tenet *gl. in cit. cap.* 2. *hoc titul. verbo finita.* Verùm Mohed. *decis.* 3. *num.* 3. *eod. titul. vt lit. pend.* quem refert, & sequitur Lotter. *de re benef. lib.* 2. *quæst.* 20. *num.* 152. dicit requiri etiam, quod sententia sit debitæ executioni demandata, ita vt nullæ amplius remaneant litis reliquiæ, & hæc opinio est verior, quam etiam voluit *Sarnen. in regul. de annali quæst.* 44. Put. *decis.* 310. *lib.* 2. Rot. *in vna Salamantina Capellania del voto* 2. *Aprilis* 1593. quam adducit Garz. *de benef. par.* 6. *cap.* 4. *num.* 40. 21

Dicitur secuodò lis fioita in his terminis per renunciationem, seu cessiooem, ita Mil. *in verbo litigiosum beneficium*, Crauet. *consil.* 182. *num.* 4. *lib.* 1. dummodo tamen cessio sit facta apud acta saltem coram Notario, & testibus, vt ex mente Cassad. *decis.* 5. *vt lit. pend.* fuisse resolutum per Rot. apud Put. *decis.* 487. *lib.* 2. *& in vna Conchen. Archipresbyteratus* 9. *Martij* 1592. *coram D. Penia*, refert Lotter. *cit. loc. num.* 151. & dummodo vigore cessionis, cessionarius possessionem apprehenderit; nam notissimum esse litem non finiri cessione, nisi secuta possessione, testatur Rot. *in citat. Salamantina* apud Garz. *de benef. cit.* 22

loc.

loc. poſt Achill. deciſ. 180. aliàs prima ibidem relata.

23 Dicitur tertiò lis finita ad hunc finem conferendi per Ordinarium, vel ad finem diſpoſitionis *Regula de ſubrogandis*, tempore, puta ſi per ſpatium annorum 18. nihil factum fuiſſet in cauſa, ita vt præſumi poſſit lis pro derelicta, Caſſad. deciſ. 5. vt lit. pend. Rot. in vna Hiſpalen. Canonicatus 16. Maij 1547. coram D. Auguſtino inter Recollect. Rot. verò apud Garz. cit. loc. num. 42. circa med. tenet requiri taciturnitatem in cauſa per ſpatium 30. annorum Peregr. deciſ. 10. aliàs 86. DD. communiter in cit. cap. 2. in glo. verbo finita. Tamen verius dicendum eſt in his terminis non obſtante quouis lapſu temporis, litem non dici finitam per deſertionem, niſi fuerit lata ſententia ſuper deſertione, Lotter. cit. loc. num. 153. Rot. in Placentina Parochialis coram Litta penes Marcheſan. par. 3. fol. 25. num. 1. & num. 7. ad med. & coram Cardinal. Caualer. deciſ. 317. num. 2. & deciſ. 333. n. 3. & ſeqq. & in Florentina Parochialis 17. Iunij 1639. coram D. Ghislerio, & 2. Decembris coram eodem, eodem anno. Imò nec ſufficit fuiſſe pronunciatum ſuper deſertione; niſi etiam fuerit conſumata executio, prout probat Lotter. cit. loc. num. 153. & ſeqq.

24 Quartò mortuo vno ex collitigatoribus, Ordinarius non impeditur conferre beneficium collitigatori ſuperſtiti, ſicut idem omninò dicimus in iurepatronatus; mortuo enim vno ex præſentatis collitigatoribus, poteſt Patronus non obſtante lite, præſentare ſuperſtitem collitigatorem; in his enim terminis non procedit diſpoſitio huius tex. cap. primi; imò ceſſat ratio illius, ne ſcilicet lites perpetuentur, cum per hanc prouiſionem extinguantur potius lites, tenet Rocch. de Curt. de iurepatron. verbo honorificum quæſt. 23. ſub num. 53. ſequitur Lancell. de attent. prima par. cap. 3. num. 135. & ſeq.

25 Quintò, diximus ſupra vigore huius text. & ſeq. cap. 2. eod. titul. Ordinarium non poſſe conferre, & patronum præſentare ad beneficium, ſuper quo lis vertitur inter ipſos electos, vel præſentatos, vno ex collitigatoribus decedente, vel cedente; ex quo ſequitur regulam non procedere, quando lis non inter plures electos, vel præſentatos vertitur, ſed inter electum, vel præſentatum, & eligentem, vel præſentantem, tunc enim cedente, vel decedente electo, vel præſentato, Ordinarius poteſt conferre alteri, & patronum præſentare non obſtante lite, voluit Innoc. in c. dudum de elect. Franc. in cit. cap. 2. num. 2. verſ. ex quibus ſequitur, Lancell. de attent. cit. cap. 3. num. 134. & alij, ex quibus etiam habemus, nec in hoc caſu habere locum *Regulam de ſubrogandis collitigatoribus*.

26 Sextò Ordinarius non impeditur conferre beneficium, quod vacauit per obitum pacifici poſſeſſoris, ſed tempore vacationis inter duos ſuper illud orta eſt lis, puta ſi vnus beneficium prædictum impetrauerit in Curia, alius prætendit ad illud habere regreſſum; ſi Ordinarius prætendit ad ſe ſpectare collationem, poteſt liberè beneficium prædictum conferre tertio, non obſtante lite prædicta, quæ cum non fuerat tempore vacationis, non obſtat Rot. in vna Nurſina Prioratus 4. Februarij 1564. coram D. Sarmiento, & in antiq. deciſ. 10. aliàs 475. de cauſ. poſſ. & propriet. probat abundè Lancell. de attent. cit. cap. 3. num. 144. & ſeqq. qui reſpondet contrarijs.

27 Declara primò diſpoſitionem huius tex. ac cit. cap. 2. vt licèt non poſſit Ordinarius lite pendente inter electos, vel præſentatos, conferre beneficium, ſi vnus collitigantium cedat, vel decedat; Poteſt tamen admittere, & recipere reſignationem beneficij litigioſi, coram ſe factam; ſicut à ſimili dicitur non poſſe Ordinarium beneficium reſeruatum conferre, ſed poſſe reſignationem illius admittere, tenet Boniſac. de Vital. in cit. Clem. prima num. 54. hoc titul. vt lit. pend. Franc. in cap. non poteſt §. final. de preb. in 6. Rot. in vna Laurien. Archidiaconatus 2. Maij 1562. coram Caputaquen. ſequitur Lancell. cit. at. loc. num. 151. quod non procedit in reſignatione cauſa permutationis; permutatio enim facta lite pendente, reuocatur tanquam attentata, Rebuff. in prax. titul. de ſubrogat. num. 33.

28 Declara ſecundò, non inducere litis pendentiam ad hunc finem impediendi Ordinarium ne conferat, vel *Regulam de ſubrogandis*, Appellationem extraiudicialem, etiam intimatam, dummodo cauſa appellationis non ſit commiſſa Rot. in vna Caſalen. Prioratus 17. Februarij 1567. coram D. Grato per deciſ. 69. aliàs 764. de appellat. in antiq. tenet Lancell. cit. loc. num. 139. & ſeq. Et quod appellatio extraiudicialis in his terminis non inducat litis pendentiam, fortiter probat Mandoſ. ad regul. Cancell. 29. de ſubrogandis collitigatoribus num. 4. & ſeq. vbi etiam reſpondet contrarium tenentibus idem Lancell. cit. loc. 2. par. cap. 12. limit. 37. num. 8.

29 Declara tertiò ad hunc effectum impediendi collationem Ordinarij, & ad effectum *Regula de ſubrogandis*, non dici litem pendere ante litis conteſtationem, ita Præp. in can. 1. num. 9. 11. quæſt. prima, & licèt in cauſis beneficialibus non requiratur litis conteſtatio formalis Bero. in cap. quoniam contra num. 108. de probat. nihilominus non dicitur lis pendere ante virtualem conteſtationem, quæ inducitur ſtatim, ac reus citatus comparet, & reſpondet petitioni actoris, & demonſtrat animum ſubſtinendi litem Rot. deciſ. 6. n. 2. de lit. conteſt. in nou. vel ſi citatus non comparuit, elapſo termino fuit contra ipſum accuſata contumacia, Lotter. de re beneſ. lib. 2. quæſt. 20. n. 175. & ſeqq. Nec poſt ſolam impetrationem Reſcripti, vel Decretum citationis, niſi fuerint exequuta, etiam ſi aliàs aduerſario innoteſcerent, Vital. in Clem. 2. num. 25. vt lit. pend. Coccin. deciſ. 431. num. 7. Sed reſtringendo caſum, dicendum eſt, quoad hoc litem pendere, poſtquam à Iudice competenti in ea citatio emanauit, & ad partem citatam peruenit, vel per eam factum fuit, quo minus ad eius notitiam perueniret; Dummodo tamen in citatione prædicta talia ſint expreſſa, per quæ plenæ poſſit inſtitui, ſuper quibus in iudicio conuenitur, ita expreſſis verbis legitur in cit. Clem. 2.

30 Requiritur etiam ad hoc, vt dicatur lis pendere in his terminis, quod comparuerit in iudicio, & obtinuerit decretum citationis ipſe principalis litigans, vel eius legitimus procurator Rot. apud Coccin. deciſ. 431. ſub num. 5. verſ. licet; ſufficit autem, quod comparuerit procurator; cum generali mandato ad omnes lites motas, & mouendas Rot. deciſ. 27. n. 2. de procur. in nou. & in Romana Capellania 16. Maij 1626. coram D. Buratto, probat ex multis Lotter. cit. q. 20. n. 129. & ſeqq. vbi n. 121. & ſeqq. ſubſtinet ſufficere mādatum, etiam tacitum, & ratificationem; dummodo qui comparuit promiſerit de rato, nec ſe aſſeruerit legitimum procuratorem; nam tunc ratificatio non iuuat propter mendacium, Bal. in l. Iulianus in prima lect. ſub num. 3. verſ. ego ſuper hoc puncto ff. qui ſatiſdar. cogat. Alex. conſil. 32. n. 3. verſ. accedat lib. 1. Verùm quoad ratificationem, in hoc caſu non dicitur iuuare ſi ſit facta poſt ſententiam, vel poſt mortem aduerſarij, latè Mandoſ. ad cit. regul. 29. num. 3. & ſeqq.

31 Nota quoad ſubrogationem, illam inuentam eſſe per *Regulam Cancellariæ* 29. eadem ratione, ſcilicet ad dirimendas lites, quæ regula quoad primam partem, nempe quod ſi moriatur vnus ex collitigantibus ſuper titulo beneficij, poſſit infra menſem ſuperſtes ſubrogari in iuribus defuncti, continet ſine dubio rationem prædictam; quoad verò illam partem, quæ permittit elapſo menſe, nec petita ſubrogatione per collitigantem ſuperſtitem, poſſe ſubrogari tertium in ijſdem iuribus, neſcio ſi contineat rationem illam extinguendi lites, an potius excitandi. Quicquid ſit de ratione, certum eſt ſubrogationis ſubiectum eſſe litem ſuper titulo, ſeù dominio beneficij, ad latè tradita per Ludouiſ. deciſ. 335. ex num. 2. & Lotter. cit. cap. 20. num. 21. & ſeqq. vbi num. 31. quod ſola lis inducta ad priuandum aliquem beneficio ob delictum, vel aliam iuſtam rationem, non admittat ſubrogationem, niſi ſit petitum priuari, & alij adiudicari beneficium, tunc enim eſt locus ſubrogationi, prout notatum eſt ſupra cum Garz. de beneſ. 11. par. cap. 3. num. 76. declarat etiam Staph. de lit. ſuſt. ſect. vlt. quoad iſtam materiam num. 16. & Sarnen. ad regul. de ſubrogand. quæſt. 7. num. 5.

32 Vocant hanc ſubrogationem DD. duplici vocabulo, ſcilicet *Rigoroſam*, & *Gratioſam*, dicitur rigoroſa, quando Papa alicui mandat, vt ſua auctoritate ſubroget, quæ propriè, & communiter dicitur mandatum de ſubrogando; gratioſa verò ſubrogatio eſt, quando Papa ipſe ſubrogat per verbum ſubrogamus, ita declarant communiter omnes Mandoſ. ad eamdem Regul. 29. quæſt. 1. Garz. de beneſ. par. 6. cap. 4. num. 1. Mohed. deciſ. 11. vt lit. pend. R. deciſ. 378. num. 1. par. prima in recent. Lotter. loc. cit. num. 163.

33 Subrogatio autem denegari non ſolet, quando conſtat de Clericatu illam petentis, & lite vt ſupra Seraph. deciſ. 1165. n. 1. Ludou. deciſ. 27. num. 1. & deciſ. 125. n. 1. Buratt.

decis.927. num.1. Recent. decis. 531. num.1. par. 2. & decis. 426.num.1.par.4.& decis.607.num.1 ad med. part.7. in Veronen, beneficij 2.Iunij 1634. coram D.Coccino, & in Barchinonen, Parochialis 27. Iunij 1939.coram D.Carillo,& in Papien. beneficij 20. Nouembris 1645.coram D. Corrado. Et in his terminis dicitur probata lis per solam ostensionem comparitionis, siue commissionis, cum citatione executa Lud.*cit.decis.27.num.2. in recent. decis.321. num.2. par.prima,& decis.549.num.14.& decis.607.num.6.par.5. & decis. 187.num.12.par.6,*Buratt.*decis.927.cit.num.2.& 3. & in dictis Barchinonen. & Papien.* Clericatus probatur ex litteris Mantic. *decis.*132.*num.*5.& alijs modis de iure approbatis.

34 Aduertendum est circa quod dicitur ad dictam subrogationem, petendam esse intra mensem per *Regul.29.cit. Regulam* non statuere terminum prædictum petitioni, sed annullare gratias alteri concessas intra mensem à die mortis in præiudicium collitigantis subrogandi, qui etiam potest vltra terminum huiusmodi,& quandocumque subrogationem petere, ita voluisse Rot. & esse verum, & literalem sensum Regulæ, testatur Lotter.*de re benef. lib.2.q.20.n.59. & seqq.*Ludouis.*decis.*125.*num.*16.*& in Recent. decis.342. num.10. par. prima, & in Veronen. beneficij 2.Iunij 1634. coram D. Coccino.* Cætera ad hanc materiam vide apud DD. super *dic. Regul.*29. Garz.*par.6. cap.4.* Lotter, *cit. cap.*20.& alios. In hac materia subrogationis adest infrascripta decisio Rotæ *coram D.Corrado Papien. beneficij*, quæ cum adhuc non sit impressa, hic subnectere vtile est legentibus.

Decisio S. Rotæ Romanæ coram R.P.D. Corrado in causa Papien. beneficij.

Pro Illustri, & R. P. D. Augustino Amadeo Burontio.

Contra R. D. Ioannem Petrum Tascam.

VAcante beneficio simplici in Parochiali Ecclesia S.Mariæ,& S.Valentini Loci Rosaschi Papien. Diœcesis per obitum Ioseph Buccini, de mense Aprilis fuit ad illud præsentatus à maiori parte Patronorum Laicorum Augustinus Amadeus, qui successiuè litteras Apostolicas Vicario Episcopi Nouarien.directas obtinuit, quibus iniungebatur eidem, quod iustificato in primis,& ante omnia coram ipso d.Iurepatronatus ex fundatione, vel dotatione, ac ipsius Augustini idoneitate comperta, præfatum beneficium auctoritate Apostolica illi conferret, & assignaret; mox Bartholomæus Ottina d.beneficium tanquam vacans in mense reseruato, impetrauit, ac eius possessionem assecutus fuit,& subindè causam iactationis,& iactationum bon. mem. Coccin. committi obtinuit contra præfatum Augustinum, quæ illi fuit personaliter intimata cum citatione, & inhibitione, ijsque subinde reproductis decretus fuit eo instante processus per contradictas de anno 1640. Quibus peractis d.Bartholomæus ex humanis decessit; Indeque orta controuersia inter Augustinum instantem pro subrogatione in ius, ac possessionem defuncti collitigantis vigore Regul. Cancel. S.D.N. 29. de subrogand. Collitig. & Ioan. Petrum Tascam nouam eiusdem beneficij prouisionem petentem, hodie proposui Dubium ab Eminentiss. D. meo Card. Prodatario transmissum. An Augustino sit danda subrogatio, & Domini responderunt affirmatiuè.

Si quidem Clericatus d. Augustini probatur ex litteris patentibus Ordinarij, *vt not. in cap. 1. de Cleric.* Peregr. *& in cap. post cessionem de Probat.* Rot. penes Puth. *decis.* 114. *n.5. lib.*2.& Cæs. de Graff. *decis. vnic. num.5. & seq. de Præsumpt.* bon. mem. Card. Seraph. *decis.713. sub num.* 1. bon. mem. Card. Canaler. *decis.483. num.2. vers. Clericatus enim &c.* & Reuerendiss. Vrgellen. *decis.430.n.2. ac in Recent. decis.321. num.5. vers. Clericatus &c. par.1. & in Messan. Archipresbyter. 29. Aprilis 1641. coram R.P.D. meo Cerro, in §. Clericatus autem, & in Gerunden. Priorat. 27. Iunij 1644. coram R.P. D. meo Bichio in §. Clericatus*; Idoneitas verò illius ex Relatione DD. examinatorum in Vrbe Rot. penes bon. mem. Burat. *decis.613. n.6. vers. qua relatio, & in recent. decis.187. num.9. vers. Clericatus, & idoneitas, &c. par.6.* Obitus autem Bartholomæi in possessione d. beneficij ex confessione vtriusque partis in earum supplicationibus *ad l. cum precum C. de liberal. caus.* Card. Canaler. *d. decis.483. sub num.2. vers. obitus &c.* & penes Buratt. *decis.300. in vers. quinto &c.* vbi Adden. referunt concordantes, *& decis.607. sub num.20. vers. Tum quia hoc &c. par.5. recent.*

Lis demum supra relata inter eos vigens ex ipsis actis, & processu coram præfato bon. mem. Coccin. in præsentia exhibitis, ex quibus vtique probatur litis pendentia inter prædictos, quia non solùm fuit obtenta commissio, sed eius vigore citatio, ac inhibitio contra Augustinum personaliter executa, & deinde reproducta *cap. proposuisti ext. de for. comp. cap. gratum de offic. delegat. Clem.2. vt lit. pend.* & in his terminis respondit Rot. *in Gerunden. Canonicat. 14. May* 1602. penes S.mem. Gregor. *decis. 27. num. 2. vers. de lite enim &c. & in Rom. Capellan. 15. May 1626.* penes Burat. *decis. 927. n. 3. vers. ex qua &c.* vbi quod Rota semper fuit huius sententiæ, *ac decis.321. num.2. vers. de lite &c. par.1. decis.454. num.7. vers. Præsbyteratus, &c. par.2.& decis.507. num.6. vers. cum alias &c. par.5. Recent. & in dd. Messanen. & Gerunden. & rursus in eadem Messanen. Archipræsbyterat. 19. Ianuarij 1643. coram Reuerendiss. D. meo Decano in §. Iustificatio autem.*

Quibus concurrentibus subrogatio conceditur Collitiganti superstiti vigore de Regul. 29. nè propter nouos aduersarios litigia prorogari contingat, & ex litium diuturnitate Ecclesiarum, ac beneficiorum detrimenta proueniant, contra *tex. in cap. 1. & 2. vt lit. pend. in 6.* & latè comprobant ad eand. Regul. Sarnens. *q.1.§. Ita tamen vers. non tamen videtur honestum, &c.* dicens illi non esse derogandum in præiudicium Collitigantis, *& q.15. in princip. vers. & certo &c.* & Mandos. *q. 2. sub num. 5. vers. ex præmissis*, & respondit Rot. apud Card. Seraph. *decis.990. & decis.*1165. & S.mem. Gregor. *d. decis.27. & decis.*125. ac Burat. *d. decis.927. & in recent. decis.426. par.4. & decis.607. num.2. vers. quibus requisitis concurrentibus, &c. par.5.*

Non obstat, quod lis illa non vigeret super titulo beneficij, prout necessarium est, vt intret subrogatio vigore d. Regul. 29. *per tex. in d. cap. 2. in princ. ibique no. gloss. in verb. finita, & in c. 1. in verb. litigantibus, vt lit. pend. in 6. & in Clem. 1. vers. Collato, & in verb. litigantibus eod. tit. ac sapiùs Rot. respondit*, sed super possessione, ad quam videntur restrictæ iactationes Augustini in ea commissione narratæ Mandos. *ad d. Regul. q.14. sub num.7. vers. aduerte tu, &c.*

Nam in principio d. commissionis, fuit quidem expositum à Bartholomæo, vti prouiso in mense reseruato, quod Augustinus prætendens d. beneficium esse de Iurepatronatus Laicorum, seque ab illis præsentatum, iactabat velle in partibus ipsum molestare in possessionem eiusdem, ac fructibus, prouentibus, & bonis illius; Verùm in conclusione petitum causam committi non tantùm super huiusmodi iactationibus,& molestationibus, sed cum omnibus incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis, & connexis, totoque negotio principali, ac quam, & quas, &c. Quibus sanè verbis tam possessorium, quàm petitorium in Commissione compræhensum fuit, ac subindè per eius productionem, vtrumque censetur in iudicium deductum, quando eam producens non se restrinxit ad certam speciem, quinimo illa generaliter vsus fuit, vt in hoc casu apparet ex citatione contra Augustinum executa ad *l. solemus ff. de Iudic. cap. 1. §. Cælestinus extr. de sequestr. possess. & fruct.* & hanc sententiam sequitur Rot. vt per Ægid. *decis. 618. ad fin. vers. & maxime &c.* Mohed. *decis.6. post med. vers. Insuper de rescript.* Veral. *decis.152. par.1.* & fuit dictum in *Mediolanen. Capellan. 3. Iulij 1595. cor. rec.* mem. Card. Pamphil. *& decis. 254. sub num.1. par.1. diuers.* Card. Canaler. *decis. 200. n.5. vers. Præterea Domini &c.* & in his terminis 483. *sub n.2. & seq. vers. difficultas erat, &c.* & Burat. *decis.405. n.6. vers. nam vltra quod sufficit, &c.* ac prius *in n. 1. & seqq.* & S.mem. Greg. *d. decis.125. n.1. vers. non obstat, quod dicitur &c.* & bon. mem. Andr. *decis.44. n.10. vers. vnde etiam &c. & in recent. decis.342. sub. n.2. vers. tamen cum causa par.1. & decis.426. num.2. vers. lis autem ad hunc effectum &c. par. 4. & decis.569. num.40. vers. tum quia causa, &c. par. 5.* & latè fuit probatum *in d. Messanen. Archipresbyter. coram R.P.D. meo Cerro in §. nec dubitari potest, ac seqq. & deinde coram Reuerendiss. D. meo Decano d. die 19. Ianuarij 1643. in §. neque subsistit, & in §. eoque magis.*

Minus obstat, quod lis dici non possit super titulo, nec ideò beneficium effectum litigiosum, cum Augustinus, qui tan-

tanquam actor in eiusmodi iactationum iudicio, consideratur Bald. in l. diffamari in fin. C. de Ingen. & manumiss. Oiasc. decis. 151. num. 4. & 9. & Rot. decis. 102. num. 9. vers. quia sufficit &c. part. 6. recent. ac proindè ex illius persona, & iure, iudicij qualitas dignoscitur, Seraphin. decis. 990. num. 4. & in recent. decis. 212. num. 6. part. 1. Non habeat institutionem, seu collationem beneficij, ex qua illi fuerit acquisitum ius in re, sed solum mandatum de prouidendo, cuius vigore, iustificatis in eo dispositis, illud petere non poterat tanquam suum, sed potiùs tanquam sibi debitum, quo casu lis non dicitur super titulo, nec litigiosum censetur beneficium ad text. in d. Clem. 1. in princ. ibique explicat glos. in d. verb. collato, & in verb. litigantibus, vt lit. pend. & in d. cap. 1. & 2. eod. tit. in 6. & fuit dictum in Roman. Capellan. 3. Aprilis 1620. coram bon. mem. Coccin. & in Leodien. Canonicat. 9. Iunij 1621. coram bon. mem. Vbald. relatis in d. Gerunden. Priorat. coram R. P. D. meo Bichio in §. Lis probatur, ac seq. Quia litteræ Apostolicæ Augustino concessæ non continent mandatum de prouidendo simplex, ac nudum, in quibus terminis Rota respondit in decisionibus oppositis, sed ad fauorem præsentati ad hoc ipsum beneficium tanquam iurispatronatus laicorum, quo iustificato sequebatur, quod eum non esset comprehensum sub Regula reseruatoria mensium, prouisio Bartholomæi non erat valida, nullumque ex ea illi fuerat ius acquisitum, vt fuit dictum in Barchinonen. Iurispatr. 3. Aprilis 1643. coram me, ac in alijs pluribus ibi relatis, & beneficium spectabat ad Augustinum, ac ipsi adiudicandum erat. Ideoque ex eiusmodi lite, quæ agitur inter ipsos præsentatos, siue inter præsentatum à Patrono, & prouisum ab Ordinario, vel à Summo Pontifice, beneficium censetur litigiosum, vt fuit resolutum in Lucan. Iurispatr. 19. Ianuarij 1611. coram bon. mem. Pensa in §. nec refert. vers. secus autem, &c. adeò quod altero ex eis decedente, nec licet ordinario alij illud conferre, nec Patrono alium præsentare per text. in d. cap. 1. cum ibi not. per glos. & DD. & in d. cap. 2. vt lit. pend. in 6. sed eius dispositio spectat ad summum Pontificem, & propterea sub hac Regula comprehenditur, vt probat Sarnen. in comment. super ea quæst. 6. ad fin. vers. nam in iure quæsito per præsentationem, &c. & firmauit Rot. in Mediolanen. benefic. 1. Iunij 1592. penes Card. Seraphin. d. decis. 990. a num. 3. & seqq. vers. quia cum Ioannes, &c. relata in Romana benefic. S. Mariæ Maioris 30. Martij 1637. coram Eminentiss. D. meo Card. Panzirolo d. decis. 607. sub num. 9. & 10. par. 5. recent. & in Veronen. benefic. 2. Iunij 1634. coram bon. mem. Cocc. in §. neque releuat, quod lis non esset super titulo, ac seqq. & comprobatur ex adductis in decis. eiusd. 42. sub num. 1. & 2. & per Modern. Roman. de re benefic. lib. 2. quæst. 20. sub num. 35. vers. itaque, & sub num. 42. vers. & ideo, &c.

Accedit etiam, quod cum Bartholomæus narrata eius prouisione Apostolica obtinuerit commissionem, non solum super assertis iactationibus Augustini, sed super incidentibus, ac emergentibus, & toto negotio principali cum clausula, quam, & quas, &c. sub quibus amplissimis Clausulis certum est, tam possessorium, quàm petitorium, & titulum beneficij fuisse comprehensum, eaque simpliciter, ac indistinctè vsus fuerit, & aduersarium generaliter citari fecerit, vt supra dictum est, hinc etiam rectè dicitur ad hunc effectum titulum beneficij fuisse in ea lite, deductum, illudque effectum litigiosum stante præxistentia collationis, seu prouisionis ipsius Bartholomæi, super qua etiam principaliter cognosci poterat, vt in his terminis probauit Rot. penes Card. Caualer. d. decis. 483. sub num. 9. & seq. vers. & ad hunc effectum, &c. & in recent. decis. 306. sub num. 1. vers. quam etiam ex eo, &c. part. 1. & latius d. decis. 426. sub num. 2. part. 4. & fuit dictum in d. Gerunden. Priorat. §. Tum etiam, quia lis in vers. maximè verò, &c. & rursus in eadem 9. Decembris 1644. in §. & gratis dicitur in vers. commissio ... generalis, &c. ac d. Messanen. Archipresbyter. 29. Apri ... 41. in §. nec dubitari potest. Hoc enim pacto dum ipse causam committi obtinuit, dicitur sibimetipsi litem intulisse (quæ durat vsque quo durat commissio) ac proprium beneficium litigiosum effecisse, vt inquit Sarnen. ad Regul. de Triennal. quæst. 56. col. pen. sub lit. B. vers. nec etiam releuat, &c. & eum sequitur Rot. decis. 94. num. 30. vers. denique impetrat, &c. part. 7. recent.

Præterea non obstat, quod lis ex parte Augustini esset calumniosa, atque ideò non possit ei suffragari ad obtinendam subrogationem, vt probat Sarnens. ad d. Regul. in Præfat. ibique Mandos. quæst. 11. Rot. penes Seraph. d. decis. 1165. num. 7. & seqq. vers. tertium, &c. Quia scilicet constet euidenter de non iure illius ex instrumento inuestituræ de anno 1569. 7. Octobris, in quo legitur Auctores eorum, à quibus ipse fuit præsentatus inuestitos fuisse ab Episcopo Vercellen. iure feudi de Aduocatia d. Ecclesiæ SS. Mariæ, & Valentini de Rosascho cum Clericaturis, quod quidem ius Aduocatiæ, vel importat solam defensionem, ac protectionem Ecclesiæ iux. not. in cap. Saluator. vers. nomine vero 1. quæst. 3. & in cap. generali de elect. in 6. vel si intelligatur etiam de iurepatronatus, vt sentit gloss. in cap. quia Cleric. in verb. Aduocatias ext. de iurepatr. ibiq; not. Abb. sub num. 2. Butr. sub num. 6. & alij, & admisit Rot. in Terdonen. iurispatr. 24. Iunij 1614. coram S. D. N. Illud tamen ab Episcopo nulliter fuit illis concessum eo particulari titulo feudi, vt not. Innoc. & alij in cap. cum sæculum de iurepat. Rom. cons. 368. sub n. 2. vers. tamen illud, &c. Lambertin. de iurepatr. lib. 1. par. 2. quæst. 7. art. 1. & penitus abrogatum ex dispositione Sac. Concil. Trident. sess. 25. de reform. cap. 9. vers. reliqui patronatus, &c. vt in huiusmodi concessionibus ab Episcopo Vercellen. factis generaliter declarauit Sac. Congreg. Eminentiss. DD. Card. eiusdem S. Concil. interpretum die 30. Aprilis 1622.

Nam (quicquid sit de illius instrumenti fide, ac releuantia, cum tantùm sumptum ex alio sumpto fuerit in præsentia exhibitum à Tasca exemplatum dicta lite pendente, absque Iudicis auctoritate, & partis citatione contra text. in cap. fin. extr. de fid. Instr. Rot. penes Burat. decis. 472. per tot. & in recent. decis. 595. num. 10. vers. maximè, &c. part. 5.) fuit responsum, quod Augustinus non producit, nec vtitur d. instrumento, nec ex eo intendit probare iuspatronatus illorum, à quibus fuit præsentatus, sed ex fundatione, ac dotatione, quo titulo fuerunt hactenus admissæ ab ordinarijs aliæ præsentationes ab eis factæ, & subsecutæ institutiones, & signanter de persona præfati Iosephi Buccini vltimi eiusdem beneficij pacifici possessoris, vt apparet ex publico instrumento anni 1598. 16. Martij, ac etiam super canonizatione illius, vti ex fundatione, ac dotatione competentis, emanauit sententia ordinarij de anno 1619. 18. Maij, cui multum defertur in hac materia, in qua de ipsius agitur præiudicio Rot. decis. 11. de iurepatr. in nou. & penes Put. decis. 172. lib. 1. ac san. mem. Gregor. decis. 58. num. 3. vers. & præsertim, &c. & licèt non fuerit adhuc exhibitus processus ex ea tamen resultat boni Iuris præsumptio, Rot. penes bon. mem. Card. Mantic. decis. 350. num. 9. vers. neque etiam obstat, &c. & decis. 595. sub num. 5. vers. non obstat igitur, &c. lib. 3. part. 3. diuers. ac decis. 498. sub n. 2. vers. sed ad effectum, &c. part. 3. recent. cum qua concurrit prædicta vltima præsentatio, cum subsecuta institutione, & possessione pacifica per annos circiter quadraginta, quæ omninò sufficiunt ad excludendam obiectam exceptionem non iuris, & calumniæ, illa enim ad effectum impediendi subrogationem debet esse adeò euidens, ac manifesta, vt euitari non possit, atque ideò quauis probabili ratione refellitur, cum non teneatur eam petens docere de bono iure suo, Rot. penes Bisignet. decis. 2. n. 2. vers. nam litis motio, &c. de rer. permut. Cassador. decis. 7. num. 1. vers. tamen quando, &c. de dol. & contum. & decis. 5. num. 3. vers. ex quibus, &c. vt lit. pend. Seraphin. d. decis. 1165. num. 9. & seq. vers. neque obstat, &c. Caualer. d. decis. 126. à num. 4. vers. minus, &c. & seqq. san. mem. Gregor. d. decis. 27. num. 5. & seqq. vers. non obstat, quod obijcitur, &c. & decis. 125. à num. 1. vers. nec obstat, &c. & seq. & Buratt. d. decis. 927. num. 10. vers. quæ vero deducuntur, &c. & seq. & in recent. d. decis. 426. num. 6. vers. denique non obstat &c. part. 4. & d. decis. 607. num. 16. & seq. vers. Attamen, &c. part. 5. & in d. Messanen. Archipresbyter. coram Reuerendissimo Dom. meo Decano in §. & hinc cessat, & coram Reuerendiss. P. Domino meo Cerro in §. Præsertim appareat, & in d. Gerunden. Priorat.

in §.

in §. animaduerterunt Domini vers. qua causa colorata, &c.

Neque subsistit, quod cum Augustinus impetrauerit beneficium, de quo fuerat prouisus præfatus Bartholomæus in ætate 60. annorum circiter tunc constitus, cui propter senium vitæ periculum imminebat, ideo non sit illi concedenda subrogatio, vt cauetur in *d. Regul. 29. in vers. & nihilominus*; Quia hoc casu censetur improbus litigator, vt ibi not. Sarnens. *quæst. 16. vers. Vnde qua ratione, &c.* & Mados. *quæst. 6. sub num. 2. vers. qui valet, &c. & seq.* ac Rot. *decis. 42. sub num. 15. & seq. vers. non enim &c. part. 2. diuers.*

Quia (præter quod non satis deducitur imminens vitæ periculum ex sola ætate sexaginta annorum, vt etiam docuit euentus, cum Bartholomæus sex circiter annos postea superuixerit, vt in his terminis respondit Rot. *in d. Gerund. Priorat. coram Reuerendiss. P. D. meo Bichio 27. Iunij 1644. in §. minus applicatur alia limitatio, &c. & rursus 9. Decembris eiusdem anni in §. dixerunt pariter.*) Ex facto remouetur obiectum, nam constat quod d. Augustinus fuit præsentatus, & litteras Apostolicas obtinuit per plures menses, antequam Bartholomæus fuisset prouisus, scilicet octauo id. Maij anni 1638. ille verò fuit prouisus tertio Kalen. Nouembris eiusdem anni.

Denique non obstat, quod illius *Regul. 29.* dispositio non habeat locum ad fauorem præsentati à prætensis patronis, ne fiat præiudicium libertati beneficij, quam alter nouam prouisionem petens intendit defendere.

Quia cùm ipse præsentatus superstes vigore subrogationis, non solum innitatur iuri suo, sed etiam defuncti collitigantis, ideò conseruatur æquè in eius persona ius libertatis beneficij, nec vllum illi fit præiudicium, intereà verò præualet ratio sopiendi lites, quæ publicam concernit vtilitatem, & fauorabilior est, vt per Sarnens. *ad eandem Regul. in fin. Proœm. §. illud tamen, & quæst. 13. vers. tamen tenendo primam opinionem, &c.* & exornat ibidem Mandos. *in Proœm.* ideòque meritò illi concedenda est subrogatio, vt fuit resolutum in *d. Mediolanen. benefic. coram Card. Seraph. d. decis. 990. à num. 3. & seqq. & in d. decis. 1165. n. 11. vers. verum, &c. & per tot.* in quibus Rota respondit dandam esse subrogationem præsentato à patronis beneficij contra petentem prouisionem, *& in d. Roman. Capellan. 15. Maij 1626. penes Burat. decis. 927. n. 1.* vbi expressè firmatur, quod *d. Regula* locum habet etiam in beneficijs de iurepatronatus laicali.

Atque ità fuit conclusum vtraque parte informante, &c.

OBSERVATIONES

D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Defuncto vno ex litigantibus collatio fit superstiti collitiganti, & qua ratione.*
2 *Regula de subrogatione non inducit præcisam necessitatem in Papa.*
3 *Vitio litigiosi posito, quæ sit praxis.*
4 *Quibus denegetur beneficium subrogationis.*
5 *Litigij vitium ligat manus Ordinarij.*
6 *Conditio,* dummodo ex præmissis resultet vera lis, *cuius efficacia.*
7 *Quando sit lis super titulo ad effectum subrogationis.*
8 *Subrogatio propria, quæ sit.*
9 *Intra mensem debet peti subrogatio.*
10 *Requisita subrogationis cum distinctionibus.*

1 Absoluta est Papæ potestas in beneficialibus. Vnde Papa concedendo superstiti collitiganti defuncto vno subrogationem, nemini dicitur inferre iniuriam, vel præiudicium, & lis inducit beneficij affectionem, *cap. 1. & 2. vt lit. pend. in 6.* Non quidem facit præiudicium collitiganti defuncto, cuius totum ius per mortem est resolutum. Neque alteri collitiganti superstiti, vni facit gratiam, & fauorem. Minusque alteri collitiganti, cuius ius ob dictam affectionem in huiusmodi vacatione remanet impeditum, vnde propterea Papa ita ex iusto motiuo extinguendi litem solum præiudicat sibi ipsi, & non cogitat præiudicium alteri, vt sequeretur in casu, quo Ordinarius habet indultum conferendi etiam reseruata, & affecta, & totum pendet à voluntate Papæ, Mantic. *decis.* 214. Ludouis. & Beltram. *decis.* 150. Buratt. *decis.* 510. & ibi Ferrentill.

2 Regula de subrogatione non inducit Papa præcisam necessitatem, sed solum fundata est in quadam congruentiæ, seu æquitatis ratione ad lites extinguendas, & ne collitigantes multiplicarentur, & propterea vbi etiam dicto, regulæ requisita concurrant, quia nempe adesset vera lis, neque ista dici posset iniusta, & calumniosa, sed regulariter subrogatione digna, adhuc tamen si alia concurrant probabilia motiua talem subrogationem denegandi, id repositum est in Papæ arbitrio pro facti qualitate diuersimodè regulari solito, quandoque illam concedendo, & quandoque denegando, vt aduertitur apud Coccin. *decis.* 350. *num.* 3. & docet praxis, ideòque ius resultans ex hac regula dicitur incertum, ac euentuale, vt apud Coccin. *vbi sup.* Card. de Luca *de benef. discurs.* 51. *num.* 3.

3 Posito vitio litigiosi, ex quo Apostolica reseruatio, seu affectio resultat, ex eodem motiuo, ex quo eadem reseruatio prodijt nouum scilicet non dandi collitigantem, sed litibus finem imponendi solet benignitas Apostolica in naturaliter, vel ciuiliter morientis collitigantis iura superstitem collitigantem subrogare, non tamen id obligationem, vel necessitatem causat, sed ex benignitate pro arbitrio ex facti qualitate quandoque etiam denegando prouenit. Denegatur autem calumniosis litigantibus, cum lis calumniosa huiuscemodi gratia indigna sit. Ac etiam odibilibus impetrantibus viuentium beneficia *certo modo* (quos piscatores beneficialistæ appellant.) Prout cessat subrogationis regula, vel stylus post iam extinctam, seu alias cessatam litem, puta post transactionem *cap. 1. de transact.* Ludouis. *decis.* 116. Buratt. *decis.* 416.

4 Denegatur subrogatio impetranti fraudulenter beneficia senis, vel infirmi, vnde probabiliter breuis mors sperari poterat, quo casu dicitur id fieri in fraudem, & ex malitia, quæ ponderata fuit in add. ad eandem regulam sub Paulo III. ideòque in ipsa regula litteraliter disponitur vt *decis.* 167. & 202. *part.* 4. *recent. num.* 2. Card. de Luca *vbi sup. discurs.* 50. *num.* 11.

5 Reseruationem beneficij litigiosi non inducit *cap. 1. & 2. vt lit. pend.* sed solum Ordinarij, seu inferioris collatoris ligat manus ne lite pendente conferat, Bich. *decis.* 405. *n.* 13. refellens Vrgellen. *decis.* 204. *n.* 1. cum Bichium traditione Garz. *part.* 5. *cap.* 1. *num.* 135.

6 Si post narratiuam litis adsit in gratia conditio, *dummodo ex præmissis resultet vera lis, & si legitimè introducta*, hoc casu non tollitur ius quæsitum prouiso ab Ordinario, nisi Papa in specie derogauerit, adeo quod prouisus ab Ordinario sit legitimus contradictor ad impediendam immissionem subrogato, Lotter. *lib.* 2. *quæst.* 20. *num.* 52. Vbi quod non est propriè subrogatio, quæ liget manus Ordinarij, sed qualitas litis, quatenus sit super titulo.

7 Super titulo non est lis, quando quis non petit beneficium vti suum, sed ex capite incompatibilitatis, Archid. *in cap. 2. ante med. vt lit. pend. in 6.* Secus quando qualitas litis narrata fuit, vel adsint clausulæ, *quam*, & *quas*, Bich. *decis.* 187. *num.* 11.

8 Subrogatio propria est, quando per mortem vnius ex litigantibus collatio fit superstiti collitiganti, & quæ fit clausula *si neutri*, vel alio modo dicitur prouisio, Angel. *de legit. contradict.* 915. *art.* 5. *num.* 51. Bich. *decis.* 405. *num.* 5.

9 Intra mensem post mortem collitigantis petenda est subrogatio, Viuian. *de iurepatr. lib.* 15. *cap.* 7. *num.* 10.

10 Subrogato vt sit danda immissio iustificari debent tria, nempè clericatum subrogati, Possessionem prædecessoris de tempore mortis. Et de reseruatione siue lite. si de litigioso facta sit subrogatio, licet secus quando beneficium non est litigiosum, vel reseruatum, quia quando beneficium est litigiosum per talem collationem nulli fit

iniuria

iniuria cum nemo præter Papam prouidere possit, Bich. *decis.* 405. *num.* 1. *&* 2. *&* *decis.* 455. *num.* 58.

Distinguunt alij, an agatur de subrogatione per gratiam particularem ad partes, vel potius de illa, quæ tanquam accessoria ad gratiam particularem desumpta est ex clausulis generalibus supplicationis, vt primo casu procedat dicta regula, secus in secundo, Garz. *part.* 6. *cap.* 4. *num.* 31. *cum seqq.* Rota *decis.* 109. *num.* 13. *part.* 10. *recent.*

Rursus aliter distinguunt inter subrogationem in forma gratiosa, in qua Papa vtitur verbo *subrogamus*. Et alteram in formam rigorosa, seu *in forma dignum*, in qua Papa mandat subrogari, & hoc secundo casu formalis iustificatio desideretur iuxta *decis.* 11. *Mohed.*

Verius prima distinctio cadit in illa subrogatione, quæ obtinetur in vim reseruationis, vel affectionis per prouisum tanquam de vacanti aduersus prouisum ab Ordinario, seu possidentem iure vnionis iuxta casum vnionis non effectuatæ, vt ex regula reuocatoria vnionum.

Quoties autem affectio, seu reseruatio est dubia, requiritur iustificatio omnium narratorum causa cognita, Ludouis. *decis.* 58. Lotter. *lib.* 3. *quæst.* 13. *num.* 69. *cum seqq.*

Quoad alteram distinctionem, quando denegatur gratiam esse iustificabilem, illa dicitur perfecta ab initio, cum Iustificatio non tribuat ius de præsenti, sed denegat illud, quod iam aderat, Card. de Luca *de benefic. discurs.* 52. *per tot.*

ANNOTATIO XI.

De Pensione.

ARGVMENTVM.

Notatur §. I. DD. de illa loquentes multa quoad nomen, à quo imponi possit, & cuius cum consensu; ad cuius fauorem reseruari soleat, & qui sint incapaces illius. Quomodo sub pœna nullitatis requirat litterarum expeditionem ante eius exactionem. Quando est facienda mentio alterius pensionis super eodem beneficio reseruatæ. Ad quam quantitatem reseruari possit in Simplicibus, in Curatis, in Cathedralibus, &c. Quomodo debeant remanere centum pro Rectore, & mille pro Episcopo. Multa de clausula *dummodo*, &c. quæ cuius sit naturæ, & quomodo verificanda; ante omnia Allegationes Auctoris in materia dictæ clausulæ, & Decisio Rotæ Romanæ.

§. II. Multa de clausula *liberam*, *immunem*, *&* *exemptam*; quando pensionarius teneatur ad onera, & quæ. Item multa de clausula *sine retardatione solutionis pensionis*, de eius efficacia, & quid vigore dictæ clausulæ teneatur exequutor seruare. An pensio possit reseruari in quota fructuum, vel alternatiuè, quando dicatur reseruata super distributionibus. Reseruata in moneta, de qua sit soluenda, & quid si moneta fuerit alterata, vel mutata, vel non repetiatur in specie reseruata; & multa de moneta in genere. Quam habeat hypothecam pensionarius, & quando pro pensione possit agere contra successores in beneficio; quomodo pensio sit onus reale, & sequatur fructus ad quoscunque vadant. Quomodo procedendum in causis pensionum, & quæ exceptiones in illa admittantur. Quando pendente lite sit manutenendus pensionarius in possessione exigendi; Quibus actibus inducatur hæc quasi possessio exigendi, & quomodo probetur. Quando, & quibus terminis procedendum ad declarationem censurarum, vel ad Regressum. Quod pensio non veniat appellatione beneficij, & quid inde colligatur.

§. III. In soluenda pensione esse habenda considerationem fructuum non temporis; ex quo apparet, quomodo soluenda inter prædecessorem, & successorem in beneficio. An soluenda, quando fructus ob incussionem hostilem, vel sterilitatem non potuerunt percipi, vel quomodo diminuenda, diminutis fructibus. Quibus modis extinguatur pensio, & quomodo possit cassari. A quo soluenda, si plura beneficia, super quibus erat reseruata, sint diuisa. Quid in eius exactione dicendum est de supra-uiuentia pensionarij; an admittat compensationem. Et à quo soluenda, si Titularis non inseruiens, propria culpa amittat fructus. Et alia multa ad materiam.

SVMMARIVM.

1 *Pensionis materiam, qui DD. examinent.*
2 *Pensio quid sit; Et quare sic dicta, num. 3.*
4 *Pensio quomodo imponitur à Papa, sine causa, & sine consensu Titularis.*
5 *Pensionem, an possit imponere Legatus, & in quibus beneficijs. An Episcopus, num. 6.*
7 *Pensionis reseruationis causa, qua.*
8 *Pensionis ad reseruationem qualiter requiratur consensus. Et quando illi denegari soleat, num. 9. Et quomodo debeat esse derogatio, num. 10. An requiratur consensus patronorum, si reseruatur super fructibus beneficij de iurepatronatus, vel saltem requiratur, quod fiat mentio de iurepatronatus in tali reseruatione, num. 11.*
12 *Pensio reseruatur ad fauorem Clerici, non vero Laici, & quid de facto Clerico post reseruationem. Solet quandoque reseruari Laico cum clausula proxime clericando, num. 13. Quid in hoc disponat Bulla Pij V. num. 14. Et quid de reputato Clerico, num. 16.*
15 *Pensio non reseruatur ad fauorem Clerici coniugati, vel bigami.*
17 *Pensio non potest reseruari ad fauorem Clerici non habentis Clericatum exequibilem, puta ordinati à non suo Episcopo.*
18 *Pensio, an possit reseruari ad fauorem suspensi, vel excommunicati. Et quomodo insordescenti non prosit clausula absolutionis in litteris Apostolicis apponi solita, num. 19.*
20 *Pensio, an seruari possit irregulari, An heretici filio, vel nepoti, num. 21. Et quid de heresi suspecto, num. 22.*
23 *Pensio non reseruatur ad fauorem illegitimi in beneficijs à Patre Possessis, nec in casu, vt num. 24. Potest tamen Pater transferre pensionem, quam ipse habet, ad fauorem filij, num. 25. Et quid si illegitimus habuit dispensationem ad Ordines, num. 27.*
26 *Pensio super beneficio seculari, an possit reseruari Regulari. Et quid inter Milites Regulares.*
28 *Pensio an possit reseruari ad fauorem minoris 14. annorum.*
29 *Pensionis littera omnino necessaria, aliàs exigens illam sine eis perdit pensionem; etiam si pacto se adstringeret Titularis ad soluendum ante expeditionem litterarum, num. 30. & etiam si post expeditis litteris de nouo promitteret soluere, num. 31. dummodo per concludentissimas probationes probetur exactio, num. 32.*
33 *Pensionis littera, quando dicuntur expedita.*
34 *Pensio exacta ante expeditionem litterarum saluatur si fuit reseruata cum clausula, quod sola signatura sufficiat.*

35 *Pensionis retentionis littera cum Episcopatu omnino expedienda, & intra quod tempus.*

36 *Pensionis in reseruatione, est facienda mentio alterius super eodem beneficio reseruata, aliàs secunda est nulla ipso iure, quod intellige si prima est valida, num.37. Et si plures sunt sufficit omnes exprimere generice, num.38.*

39 *Pensio vsque ad quam summam reseruari possit. Quid in Curatis, & Episcopatibus, num.40.*

41 *Pensione non potest grauari Parochialis, nisi in eo, quod excedit ducatos centum, iuxta valorem ducatorum loci beneficij. Quod dispositum est non solum in fauorem Rectoris, sed cuiusvis Curati, num.42. Qui ducati centum, debent esse liberi, num.43. Et à quibus oneribus, num.44. & 45. & de quo tempore, n.47. & seqq.*

46 *Pensio imposita super Parochiali, vbi non remanent centum pro Curato est valida, si verus valor est expressus Papæ.*

47 *Pensio imposita super Parochiali, vel Episcopatu, quæ non facit remanere centum pro Rectore, vel mille pro Episcopo, quando sit nulla, & quando reducenda, num.48. Et quid si pensio sit parum excessiua, num.49.*

50 *Clausula* dummodo mille remaneant pro Rectore, *vel* mille pro Episcopo, *quomodo verificanda ante omnia, etiam contra principalem obligatum in forma Cameræ, num.51. Quid contra eum, qui aliàs soluit, num. 52. Vel qui consentijt pensioni, num. 53. etiam si pensio esset imposita motu proprio, num.54.*

55 *Clausula* dummodo *prædicta, non est verificanda ante omnia ab eo, qui est in possessione exigendi pensionem, etiam contra successorem. Hæc clausula non verificatur per semiplenam probationem, num. 56. An possit verificari per confessionem Titularis, & quomodo, num. 57. Est verificanda per Titularem agentem contra pensionarium, qui est in quasi possessione exigendi, num. 58. secus si agit in petitorio, num.59.*

60 *Clausula dummodo omnes simul pensiones non excedant talem partem fructuum, facit gratiam conditionalem, est verificanda, & de quo tempore. Quid si adsit tantum in litteris, non in supplicatione.*

61 *Clausula* dummodo *conditionem importat. Et est verificanda, etiam quod importet modum, num. 62. Facit exequutorem mixtum, & tenetur assumere partes iudicis, num.63. & 64.*

65 *Exequutor tenetur assumere partes iudicis, cum adest legitimus contradictor, seruare etiam verba rescripti ad vnguem, num.67.*

66 *Papam semper velle saluare interesse partis præsumendum est.*

68 *Exequutoris prouisio, facta ante iustificatam gratiam non valet.*

69 *Exequutorem non posse procedere ad exequutionem gratiæ pensionis, non iustificata clausula* dummodo, *qui DD. teneant, & quoties ita decernit Rota, num.68.*

70 *Clausula* dummodo, *est iustificanda ante omnia, etiam contra eum, qui consentijt pensioni, & se obligauit in forma Cameræ.*

71 *Pensionis gratia purè facta, non indiget iustificatione litterarum.*

72 *Pensionis solutionem denegans ante iustificationem clausulæ* dummodo, *non dicitur periurus.*

73 *Clausula* dummodo, *est verificanda ante omnia, etiam si gratia est facta motu proprio.*

74 *Clausula Motus proprij, non operatur contra intentionem concedentis, nec regulariter operari solet hodie, cùm sit nimis frequens.*

75 *Clausula* Motus proprij, *an alterius natura clausulæ* dummodo.

76 *Dictio* iuxta, *est relatiua.*

77 *Pensionarius vigore clausulæ* dummodo omnes, &c. *non obtinet, verificando vnam tantum pensionem non excedere tertiam partem.*

78 *Dictio* omnes, *est vniuersalis.*

79 *Decisio Rotæ, quod non valeat mandatum exequutiuum contra Titularem, pro pensione, non iustificata prius pro pensionario clausula* dummodò.

ANNOTATIO XL

§. I.

Ad Text. Concil. Trident. sess. 24. de reform. cap.13. vers. ad hæc imposterum, &c.

1 IN hoc loco Concil. Trid. ita loquitur: *Ad hæc in posterum omnes hæ Cathedrales Ecclesiæ, quarum redditus summam ducatorum mille, & Parochiales, quæ summam ducatorum centum secundùm verum annuum valorem, non excedunt, nullis prouisionibus, aut reseruationibus fructuum grauentur.* Quorum verborum occasione, ad eundem locum reducunt communiter DD. materiam pensionis, de qua satis abundè tractant peculiaribus tractatibus Caccialupus, Campegius, Camill. Caut. Paul. Roman. Gigas, & Barbosa, item Garz. *de benefic. 1. part. cap.5. §. 1. & seqq. signanter §. 3.* Flam. Parif. *de resignat. benef. lib. 6. quæst. 2.* Gonzal. *ad regul.8. Cancell. §. 5. glos.5.* Azor. *instit. moral. part.2. lib.7. cap.2. quæst. 8.* Lel. Zech. *de repub. Eccles. cap. 28. & tract. de benef. & pension.* Sell. *select. Canon. cap. 81.* Galet. *Margar. cas. consc. verbo pensio, verbo Parochus vltio, & verbo pecunia 1.* Selu. *de benef. part. prima quæst.3.* Vasq. *in opusc. de benef. cap. 4. §. 1.* Zerol. *in prax. verbo pensio, & pensionarius,* Theodos. de Rubeis *in singul. Rot. part.2. verbo pensio,* Cardin. Tusc. *lit. P. concl. 757.* Squil. *de priuil. Cler. cap.5.* Anton. Fabric. *in prax. & Theor. benef. titul. de pens. benef.* Bellett. *disq. Cler. titul. de fauor. Cler. person. §. 8.* Gamb. *de offic. & potest. legat. lib. 6. titul. de pension.* Alpho. Aluarez Guerrero *in speculo iuris Pontificij cap.6. de pensionib.* Rebuff. *in prax. lib. 1. de reseruat. tam general. quam special.* Lotter. *de re benef. lib. 1. q.35. & seqq.* Marescott. *lib.2. cap. 18. & alibi,* Ricc. *in prax. 3. p. resol.109. & in collect. part. 4. collect. 745.* Barbos. *de iure Eccles. lib.3. cap.16. de clausulis, clausul. 47. & seq. & in summ. Apostol. decis. verbo pensio,* Marant. *4. part. controuers. resp.55. 60. 68. & alibi,* & alij ferè omnes Canonistæ, quæ materia cum sit vulgaris, notanda sunt pauciora in praxi, & pro maiori intelligentia.

2 Præmittendum est primò, pensionem lato sumpto vocabulo, dici omne debitum, & quicquid per certa tempora debetur, *l. diuortio §. non solum vers. de pensionibus ff. sol. matrim. l. 3. §. si legatum, & §. sed si ita de ann. legat.* Stricto verò modo, & in nostris terminis; pensionem tantùm sumi pro annua pecuniæ quantitate, alicui in perpetuum debita à beneficiato in eius vitæ subsidium, super ipsius beneficij emolumentis, per Papam reseruata, ita DD. communiter, & explicatur ly, in perpetuum, idest vita durante pensionarij, ne reprehendatur à Barbos. sie affante *cit. loc. num.3.* eandem descriptionem post alios, refert Lotter. *vbi supra quæst. 35. num. 11.* post Gig. *quæst. prima num. 1.* qui variè definit pensionem.

3 Præmittendum est secundò, dici pensionem à pendeo, pendes, non quia pendet à beneficio, vt putarunt aliqui, quos reprobat Lotter. *cit. loc. num. 12. & seqq.* Sed quia pensio de sui natura perpetuò pendet; nam soluto primo anno, vel termino, statim pendere incipit alius, & sic de singulis in futurum, ita, & alios post Connan. & Ioann. Kal. *locis citatis,* per eundem Lotter. *vbi supra num. 16.* tenet ipse, vbi alia quoad nomen, & apud Barbos. *cit. cap. 11. num.2.* post Garz. *dict. loc. §. 1.* his dictis.

4 Nota primò pensionem imponi à Papa super fructibus beneficij, sine controuersia esse, etiam sine causa, cùm in beneficijs plenissimam habeat potestatem, *cap.2. de præb. in 6. Clem. prima in fin. vt lit. pend.* & non solum sine causa, sed etiam sine consensu beneficiati, vt post Rot. aduertit Garz. *cit. loc. num. 175. in fin.* licèt alias non soleat imponere illam, nisi cum causa, & consensu prædicto, de quibus dicemus inferius, & notat Cassad. *decis. 4. num. 6. de pension.* Gig. *quæst. 1. num.4. & quæst.6. nu.7.* & alij communiter.

5 Legatus, maximè à Latere, circa controuersiam, potest pensionem imponere, ita Gambar. *cit. loc. num. 28.* & alij, quos refert, & sequitur Garz. *vbi supra num. 281. & seqq.*

& seqq. vbi num. 285. aduertit, & benè, id procedere in beneficijs, quæ alias ad collationem ipsius spectant. Alij verò legati missi, vel nati, secundùm magis communem, & veram sententiam, etiam possunt imponere pensiones super beneficijs ab eis collatis, vt post Gambar. probat Garz. *cit. loc. num.* 294.

6 An verò possint Episcopi pensiones reseruare in beneficijs, quæ ad eorum collationem spectant, noo benè concordant DD. sunt enim, qui absolutè negant haoc facultatem Episcopis, etiam cum causa, loquendo de pensione strictò modo, hanc opinion[illegible] defendunt Lotter. *de re benef. lib.* 1. *quæst.* 35. *num.* 21. adm[illegible]nim posse Episcopum tanquam compromissarium inter duos litigantes super beneficio, vni illud adiudicare, & alteri pro bono pacis, mandare, quod soluatur annua quantitas reddituum, sine præiudicio successoris ex *cap. nisi essent de præbend.* Fel. *in cap. ad audientiam il* 2. *num.* 2. *vers. exemplifica de rescrip.* Item in Ecclesia indigente Ministro, posse de consensu Rectoris erigere nouum beneficium, & ex superfluis redditibus Ecclesiæ, assignare dotem nouo beneficio, iuxta *tex. in cap. conquerente*, vbi Abb. *num.* 5. *de Cler. non resid.* Et vltimò posse Episcopum assignare certam quantitatem redditum propriæ mensæ alicui pro certo seruitio Ecclesiæ proportionatè tamen, ad dicta per Oldrad. *consil.* 226. qui casus licet veri sint, & illos practicare posse Episcopum teneant omnes; tamen Lotter. *cit. loc. num.* 25. *& seqq.* defendit non esse imponere pensionem, nec ex eis probari posse facultatem reseruandi pensionem pro Episcopis. Hanc eandem sententiam tenuerunt alij relati per Garz. *cit. loc. num.* 297.

7 Alij verò tenent, posse Episcopum peosionem reseruare, dummodo concurrat iusta causa, & honesta, vtilitatem Ecclesiæ concernens, ita defendit Garz. *de benef.* 1. *par. cap.* 5. *num.* 295. *& seqq.* post alios per ipsum adductos.

8 Vltimò tenent multi, & magis communiter, posse Episcopum iusta causa concurrente, etiam quæ noo respiciat vtilitatem Ecclesiæ, dummodo aliàs sit iusta, reseruare pensiones, puta pro bono pacis, pro studio alicuius pauperis scholaris, pro vtilitate Ecclesiæ, pro pauperibus, & egenis, pro benemeritis, pro vsu pio, pro Nepote ex fratre, & alijs in casibus iustis, ita post alios tenet, & probat Barbos. *de iure Eccles. lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 56. *& seqq.* quod totum intelligunt, vt reseruatio fiat tantum in vita onerati, & non præiudicet successori. Prædicta restringi possunt ex pluribus, quæ in hoc casu adducuntur per DD. In praxi verò seruatur, Episcopum reseruare pensionem indifferenter, moderatè tamen, sed pro expeditione, & Bullis, recurrendum esse ad Sanctissimum, quæ Bullæ expediuotur io Signatura, & deinde pensio præiudicat, etiam successori. Aduertendum est tamen, quod Ordinarius tantum nominat pensionem, & illum ad cuius fauorem reseruat, & in Signatura expediuntur literæ; non potest tamen ipse Ordinarius Bullas reseruationis relaxare, & concedere, & deinde petere confirmationem à Papa, hoc enim modo, Papa non solet confirmare, sed solet cootra factum Ordinarij prouidere de beneficio, & pensionem reseruare, iuxta dicta per Rebuff. *in prax. lib.* 1. *de reseruat. num.* 17. *ad fin. vers. & confirmatio pensionis*, & Mandos. *de signat. grat.* §. *Confirmationes vers. pensionis ab Ordinario*, quos etiam refert, & sequitur Lotter. *cit. quæst.* 35. *num.* 39. *&* 40.

7 Dicitur, Papam non esse solitum pensionem reseruare sioe causa, & hoc intelligitur sine causa finali, quæ est alimentorum suppeditatio, vel causa impulsiua, quæ solet esse resignatio, vel cessio, siue simplex, siue pro concordia, ita declarat Lotter. *cit. cap.* 36. *num.* 45.

8 Dicitur etiam, Papam noo esse solitum pensionem reseruare sine consensu Titularis, & id intelligitur de consensu causali, ita dicto, quia per modum causæ, tam in supplicatione, quàm in literis narratur, & sic super eo radicatur gratia. Huic enim coosensui Papa vnquam derogat Coch. *ad regul. Cancell.* 43. *de consen. num.* 47. & sequitur Lotter. *cit. loc. num.* 72. Minimè verò intelligitur de consensu formali, qui licet regulariter requiratur; tamen solet quandoque illi Papa derogare, Lotter. *eod. loc. num.* 71. *vbi num.* 69. vocat consensum formalem, qui præstatur in expeditione literarum, iuxta *Regul. Cancell.* 45. *ad fin. vers. nec litera reseruationis.*

9 Derogatur enim huic consensui, quoties confertur beneficium absenti, cum reseruatione pensionis, Gig. *de pension. quæst.* 10. *num.* 7. *&* 11. Paris. *consil.* 5. *num.* 56 *& seq. vol.* 4. Item quoties resignatur beneficium in fauorem minoris absentis, Rota *in vna Acheront.* 4. *Maij* 1554. *cor. D. Pradino*, Paleot. *decis.* 236. *incip. Aegidius*. Et etiam quando reseruatur pensio iuxta concordiam, & in casu Mohedan. *decis.* 301. refert Paris. *de resignat. lib.* 8. *quæst.* 8. *num* 118. *& seqq.*

10 Aduertendum tamen, quod hæc derogatio debet esse nominatim, & expressa, quia consensus requiritur per *Regulas Cancellariæ*, quæ habent decretum irritans, Fel. *in cap. nonnullis num.* 7. *de rescript.* Cassador. *decis.* 38. *num.* 11. vnde est, quod clausula, quantumuis generalis non sufficit, Dec. *cons.* 155. *col.* 3. Alia de coosensu prædicto, vide apud Lotter. *cit. loc.*

11 Consensus Patronorum, in reseruatione pensionis super beneficio de iure patronatus, facta per Papam, non est necessarius, probat Gig. *de pension. quæst.* 23. *num.* 23. *& seqq.* Garz. *de benefic. cit. cap.* 5. *num.* 361. Lotter. *vbi supra quæst.* 35. *num.* 89. de stylo tamen Curiæ, licèt non ad validitatem pensionis, sed ad illius durationem exigitur consensus patronorum, ea ratione, ne patronus ad egestatem deuentus, petens alimenta, improbet pensionem, prout aduertit Lotter. *cit. loc. num.* 90. *& seq.* post Gig. Item in reseruatione pensionis super beneficio de iure patronatus, licèt necessariò non requiratur consensus patronorum, requiritur tamen, quod fiat mentio de iure patronatus laicorum, requiritur enim hæc scientia in Papa, cum difficilius soleat hæc beneficia grauare, fuit resolutum in *Romana pensionis* 4. *Iulij* 1601. *coram D. Pamphilio*, & refert Garz. *cit. cap.* 5. *num.* 361. *post med.*

12 Nota secundò de iure communi potuisse ad fauorem, etiam laicorum reseruari pensionem, tenet Gig. *de pension. quæst.* 21. Lotter. *de re benefic. quæst.* 36. *num.* 16. *lib.* 1. qui id etiam permittit ex natura pensionis. Tamen hodie ex stylo, & obseruantia Sedis Apostolicæ non reseruatur pensio, nisi ad fauorem clericorum, saltem primæ tonsuræ, qui sunt capaces beneficiorum Ecclesiasticorum, Rot. *in Ferrarien. pensionis* 14. *Iunij* 1624. *coram D. Remboldo*, Nauar. *consil.* 11. *num.* 2. *de tempor. Ordinat.* Garz. *de benef. part. prima cap.* 5. *sub num.* 121. Sanchez *de matrimon. lib.* 7. *disp.* 44. *sub num.* 9. *vers. præterea*, Barbos. *de iur. Eccles. lib.* 3. *cap.* 11. *sub num.* 63. Vbi vlterius addit, quod si pensionarius tempore reseruationis pensionis non sit Clericus, vel persona Ecclesiastica, pensio est nulla, Gig. *cit. tract. quæst.* 22. *num.* 8. Rot. *decis.* 20. *&* 108. *lib.* 3. *part.* 3. *diuers. & in Papien. fructuum* 6. *Iunij* 1607. *cor. D. Lancellotto iun. & in Zamoren. pensionis* 29. *Octobris* 1601. *coram Ortembergo*. Quod ampliatur etiam si pensionarius post reseruationem efficeretur Clericus, Gig. *cit. loc. num.* 16. Rot. *diuers. cit. loc. & in Vercellen. Canonicatus* 23. *Ian.* 1598. *coram D. Corduba, & in Papien. fructuum* 6. *Iunij* 1607. *coram eodem D. Lancellotto*, tenet Lambert. *de iure patron. part.* 1. *lib.* 2. *q.* 7. *art.* 7. *num.* 6. Lotter. *cit. loc. num.* 20.

13 Limita tamen supradicta, si à Papa reseruetur pensio laico, cum clausula, *quam primum clericali charactere insignitus fuerit*, cum hac clausula quandoque reseruari ad fauorem laici, tenet Paris. *de resignat. benefic. lib.* 6. *quæst.* 2. *num.* 142.

14 Aduertendum est in his terminis, quod Pius V. in sua Constitutione *sub datum* 5. *Idus Octobris* 1568. *in Bullario nouo* 73. *in* §. 2. prohibuit reseruari pensionem ad fauorem laicorum, etiam sub prætextu priuilegiorum, quæ prorsus reuocauit, etiam si laici extra coniugium in cœlibatu viuant, de qua Constitutione mentionem faciunt Lotter. & Barbos. *cit. loc.*

15 Sunt etiam incapaces pensionum Clerici coniugati, ac bigami, prout disponitur in eadem Constitutione Pij V. & obseruant communiter DD. Lotter. *cit. quæst.* 36. *num.* 18. *& seq.* vbi probat id etiam prohiberi iure antiquo, & *quæst.* 40. *num.* 150. *& seqq.* multa alia ponit de Bigamo in his terminis.

16 Hìc dubitari posset, si reseruetur pensio ad fauorem illius, qui per plures annos incessit in habitu, & tonsura, ita vt communiter reputaretur Clericus, sed verè est laicus, & statim post reseruationem effectus est Clericus. An reserua-

expoſito, & Barboſ. *de iure Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 26. *& ſeqq.* vbi refert poſt Marcheſ. *de commiſ. tom.* 2. *fol.* 527. quod Rota perpetuò ſeruat hanc opinionem. Vnde in hoc caſu non eſt aliud requirendom, niſi an ſcilicet illegitimus fuerit clericali charactere ritè inſignitus, quo poſito ceſſat omois ſcrupulus, etiam quod de defectu natalium non fuerit facta mentio in reſeruatione, Rot. *deciſ.* 3. *de fil. presb. in antiq.* teſtatur Lotter. *de re benef. lib.* 1. *quaeſt.* 40. *n.* 144. qui principalem opinionem contra Nauar. & Gig. validè probat.

Hæc enim ſupraposita ſententia eſt omolnò reſtringenda in penſionis reſeruatione pro illegitimo ſuper fructibus beneficij, quod pater illius obrinet, vel obtinuit, id eoim cùm prohibeatur ex Concil. Trid. *ſeſſ.* 29. *de refor. cap.* 15. vt dixi ſupra, requirit peculiarem diſpenſationem, obtinendam à Sanctiſſimo, iuxtà dicta per Garz. *de benef. prima part. cap.* 5. *num.* 159. Vnde ad fauorem illegitimi, qui præuia diſpenſatione ad Ordines fuit ritè promotus, oon poteſt reſeruari peoſio ſuper beneficio paterno ſine particulari diſpenſatione.

28 Aliud poſſet oriri dubium in his terminis, an ſcilicèt minor qnatuordecim annorum ſit capax penſionis, in quo dubio claſſici DD. diuiſi ſunt pro vtraque ſententia, quos refert Barboſ. *de iure Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 42. itavt vtraque opinio videatur probabilis; & licèt pro opinione negatiua, nempe, quod minori 14. annorum noo poſſit reſeruari penſio, adducatur ſenſum Sacræ Congregationis, vt poſt Campanil. & alios refert Barboſ. *cit. loc.* tamen multi ex DD. relatis à Barboſ. *eod. loc. verſ. contra*, & ipſe ibidem in fine teſtantur ex ſtylo Datariæ, ſufficere ſeptem annorum ætatem ad obtinendam penſionem, inde Lotter. *de re benef. lib.* 1. *quaeſt.* 4. *num.* 146. *&* 147. defendit nulla alia ratione infantem eſſe incapacem penſionis, quam, quia non poſſit in ea ætate tonſurari, qua propter diſpenſatione obtenta per infantem, vt poſſit clericari, abſque alia diſpenſatione eſſe capacem penſioois, ita Lotter. teſtans ſic fuiſſe deciſum in vna *Forliuien. penſionis* 2. *Decembris* 1592. *coram D. Penia ego ipſe hac* 2. *part. annot.* 6. *num.* 3.

29 Nota tertiò communiter DD. dicere neceſſariam eſſe ad gratiam reſeruationis penſionis expeditionem literarum, maximè hodie vigore Decreti Sixti V. apponi ſoliti in reſeruatione penſionis, ſub his verbis, *vigore litterarum Apoſtolicarum deſuper conficiendarum, nec antea, aliàs præſens reſeruatio nulla ſit eo ipſo*. Hinc abſolutè dicimus, quod exactio penſionis ante expeditionem litterarum, reddit penſionem oullam, imò ſi litteræ prædictæ non fuerint expeditæ infra nouem menſes, redditur etiam nulla reſeruatio, ex Decreto Clementis VIII. de quo teſtatur Garz. *de benefic. part.* 4. *cap.* 2. *num.* 43. meminit Lotterius *de re benefic. lib.* 1. *quaeſt.* 37. *num.* 7. Barboſ. *de iure Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 98. Mantic. *deciſ.* 286. *per totum*, multa Saluſt. Tiber. *in prax. Audit. Camer. lib.* 3. *cap.* 4. *vbi num.* 3. adducit deciſionem Rot. *in vna Veronen. penſionis Mercurij* 1. *Iulij* 1592. Ludouiſ. *deciſ.* 440. vbi Beltram. *num.* 8. & alij contra Gig. *de penſion. quaeſt.* 34. *num.* 7. *& ſeqq.* cuius opinio communiter reprobatur in praxi. Idque ampliatur, vt nulla excuſatio admittatur ad fauorem exigentis penſionem, ſine expeditione prædicta, prout refert de mente Rotæ Lotter. *cit. loc. num.* 13. Mantic. *deciſ.* 300. Et hoc etiam, ſi litteræ fuerint cœptæ expediri, quia cum talis expeditio ſit de forma, nihil dicitur actum, ſi aliquid deficit, ita Rot. *in cit. Veronen.* apud Saluſt. Tiber. *num.* 4. Barboſ. *vbi ſup.* Lotter. *cit. q.* 73. *num.* 10.

30 Ampliant DD. etiam eamdem nullitatem reſeruationis penſionis, inductæ ab exactione illius, litteris non expeditis, interueniente quoque pacto, vel promiſſione Titularis de ſoluenda penſione Auctoritate Apoſtolica, reſeruata ante expeditionem litterarum, & huiuſmodi pactum inducere ſimoniam, & confidentiam, docet Garz. *de benefic.* 4. *part. cap.* 3. *num.* 45. contra Pariſ. *de confid. quaeſt.* 43. & Garz. ſequitur Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *quaeſt.* 37. *num.* 5. contra Gloſſatorem antiquum *ad regul. Innoc.* 25. *verſ. item per hanc Regulam practicatur*, qui ſentit, quod ſi Titularis, penſionis conſentiens, per inſtrumentum ad partem promiſit ſoluere penſionem, etiam literis non expeditis, poteſt cogi ad ſolutionem, cuius opinio tanquam minus vera reijcitur, etiam per Gomez. *ad regul. de non iudicando quaeſt.* 6. *in* 2. *col. verſ. quinta regul.*

Ampliatur quoque, quod adeò penſio ſit nulla per exactionem ante expeditionem litterarum, vt procedat etiam, ſi litteræ poſt exactionem fuerint expeditæ de conſenſu Titularis, quia conſenſus partium nihil operatur in materia validitatis penſionis, niſi interueniat etiam auctoritas Papæ, Rot. *in cit. Veronen.* apud Saluſt. Tiber. ſequitur Beltram. ad Ludouiſ. *deciſ.* 440. *nu.* 8. poſt Caputaq. *deciſ.* 234. *part.* 2. Puteus *deciſ.* 66. *part.* 3. *& deciſ.* 11. *de tranſ. relat.* per Lotter. *cit. cap.* 37. *num.* 12. 31

Limitantur tamen ſupradicta, vt non inducatur nollitas penſionis per exactionem, litteris non expeditis, niſi exactio fuerit probata per concludentiſſimas probationes, quæ nec admittit probationes æquiuocas; vnde non probari per atteſtationem relaxationis litterarum in plumbo, neqoe ex data ſolutionis annatæ, nec per confeſſionem penſionarij, quæ fuit per Titularem impugnata, tenet Ludouiſ. *cit. deciſ.* 440. *num.* 2. *& ſeqq.* quem ſequitur Lotter. *cit. loc. num.* 13. 32

Obſerua, quod in his terminis nollitatis penſionis, ob exactionem ante litterarum expeditionem non dicuntur litteræ expeditæ, niſi poſtquam ſunt plumbatæ, ſecundùm dicta per Gloſſat. antiq. *ad regul.* 53. Sarneſ. *in regul. de non iudican. quaeſt.* 1. Rot. *in allegat. Veronen.* apud Saluſt. Tib. *num.* 5. Lotter. *vbi ſupra num.* 11. Barboſ. *cit. cap.* 11. *num.* 100. vbi alij. 33

Limitantur etiam ſupradicta, vt non dicatur nulla penſio exacta ante expeditionem litterarum, imò etiam in conſcientia validè ſuſtinetur, quando in ſupplicatione adeſt clauſula, *quod ſola ſignatura ſufficiat*, quæ conſueuit apponi in penſionibus confidentiarijs, ad ſaluandas Pragmaticas, de quibus per Lotter. *cit. loc. q.* 36. Mandoſ. *de ſignatur. Grat. §. derogationes Regularium verſ. Regula de non iudicando*, Gig. *de penſion. q.* 34. *num.* 5. 34

Vlterius in his terminis expeditioois litterarum notandum eſt, quod promotus ad Epiſcopatum, qui obtinet facultatem retinendi penſiones ex indulto Apoſtolico, tenetur etiam expedire litteras ſuper huiuſmodi indulto retentionis, etiam ſi aliàs obtinuiſſet ſupplicationem, etiam motu proprio ſignatam, aliàs penſiooes dicuntur extinctæ, & caſſatæ, niſi io cedulis diſpenſatum eſſet, habetur ex Conſtitutionib. Leonis X. 3. Ianuarij anno 1520. in nouo Bullario 35. & Clementis Septimi 19. Aprilis 1524. io eodem Bullario 8. Quo in caſu, non eſt dicenda extincta, & caſſata penſio, ſi promotus expediuit litteras ſuper Eccleſia, & non ſuper retentione, cum Conſtitutiones prædictæ non determinent tempus, docet Verall. *deciſ.* 98. *n.* 3. *part.* 3. niſi poſtquam promotus adeptus eſt poſſeſſionem Eccleſiæ; tunc enim vacant penſiones non expeditis litteris ſuper indulto reteotionis, aduertit Achill. *deciſ.* 37. *aliàs* 2. *num.* 3. *de elect.* multa ad hoc adducit Lotter. *de re benef. lib.* 1. *quaeſt.* 37. *n.* 16. *& ſeqq.* vbi habetur, quid dicendum, ſi promotus impetrauerit Breue de capienda poſſeſſione ante expeditionem litterarum. 35

Nota quartò, quòd obtinens ſibi reſeruari penſionem, tenetur meotionem facere de alia penſione, ſuper eodem beneficio reſeruata, aliàs ſeconda peoſio eſt nulla, nam Papa non ſolet grauare beneficia duplici onere, Caſſad. *deciſ.* 3. *num.* 1. *per tot. de penſion.* vbi id ampliat, etiam ſi ſecunda reſeruatio eſſet facta motu proprio, multa Boet. *deciſ.* 162. *num.* 1. *&* 2. deciſum pluries per Rotam, iuxta relatas deciſiooes per Barboſ. *de iure Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 102. *qui num. ſeqq.* diſcutit, quid in penſione tranſlata, Lotter. *de re benef. lib.* 1. *quaeſt.* 38. *num.* 56. *& ſeq. vbi num.* 57. dicit, quod ſi omittatur exprimi vna, quantumcunque modica, gratia corruit Creſc. *deciſ.* 1. *num.* 1. *&* 3. *de reb. Eccleſ. non alienand.* Quæ nullitas adeò ab initio incurritur ipſo iure, vt ſi vacet prima penſio, adhuc ſecunda non reuiuiſcit, Caſſad. *deciſ.* 4. *num.* 3. *cit. titul.* Neque ſuffragatur ſcientia aliunde probata, prout refert tenuiſſe Rot. apud Accoramb. *deciſ.* 15. *incip. licèt reſignans*, Lotter. *cit. loc. num.* 58. 36

Reſtringitur tamen hęc obligatio exprimendi antiquam penſionem, ad penſionem tantùm validam, nam ſi prima penſio ſit inualida, non tenetur impetrans ſecundam ſuper eodem beneficio, de illa mentionem facere, quia quod nullum eſt, nullum producit effectum, *l. non* 37

parauit in princip. verſ. non quanis de bon. poſſeſſ. contra Tab. cum ſimili, & ita voluit Rot. apud Verall. *decif.* 301. *nu.* 1. *& 2. lib.* 2. *& in recent. part.* 2. *decif.* 666. *num.* 3. *& part.* 4. *decif.* 733. *num.* 3.

38 Reſtringitur quoque eadem obligatio eaprimendi alias penſiones, in beneficio, ſuper quoimpetratur noua, vt ſufficiat illa, ſi plures ſunt exprimere, & narrare genericè, & collectiuè, dummodo verè eaprimantur omnes, nec eſt neceſſarium omnes narrare ſpecificè, faciunt dicta per Verall. *decif.* 295. *num.* 1. *& ſeqq. part.* 2. & per Lotter. *citat. quaeſt.* 38. *num.* 62. *&* 63.

39 Nota quintò, quantitatem penſionis non eſſe ſtatutam generaliter, vſque ad quam ſummam poſſit imponi ſuper omnibus beneficijs, ſolum Concil. Trid, *in hoc text. ſeſſ.* 24. *cap.* 13. loqui de penſione imponenda ſuper Eccleſijs Cathedralibus, & Parochialibus. Hinc in beneficijs non curatis alij alia dicunt; in ſimplicibus poſſe reſeruari penſionem vſque ad medietatem reddituum, dicit Pariſ. *de reſignat. benefic. lib.* 6. *quaeſt.* 2. *nu.* 26. Boer. *decif.* 163. Ricc. *in prax.* 3. *part. reſol.* 109. *num.* 4. & in Canonicatibus excedentibus valorem ducatorum centum, reſeruari penſionem pro quantitate, quæ excedit dictam ſummam, teſtatur *eod. loco Pariſ.* Dicunt alij etiam quandoque vidiſſe reſeruari penſiones, vltra medietatem, & conſtitui ſuper certis, & incertis, ita Garz. *de benefic. part.* 1. *cap.* 5. *nu.* 371. Multi dicunt quantitatem penſionis debere eſſe moderatam, itavt tantùm remaneat titulari, vt commodè viuere poſſit, Gig. *de penſion. quaeſt.* 4. *num.* 1. *& quaeſt.* 5. *num.* 2. Rebuff. *in prax. titul. de reſeruationib. num.* 19. & alij, quos refert Garz. *cit. loc. num.* 366. Nonnulli dicunt penſionem non valere, niſi fuerit narratum Papæ, illam attingere medietatem, Lel. Zech. *de benefic. quaeſt.* 11. *num.* 6. Aliqui defendunt non poſſe concedi vltra tertiam partem, ea ratione præcipuè, quod æquum non ſit, vt qui minus meretur, plus exigat; minus enim meretur penſionarius, quàm Titularis, cum hic multum laboris, & operæ ſuæ præſtet Eccleſiæ, Comitul. *lib.* 1. *reſp.* 86. Papon. *lib.* 3. *titul.* 5. *Areſt.* 8. *&* 10. ea quibus dicendum eſt nil certum in hoc caſu determinatum eſſe, ſed eſſe merum arbitrarium; videmus tamen paſſim ſeruari, non imponi penſionem ſuper beneficio ſimplici, non excedente valorem ducatorum 24. de camera. Et in beneficijs dictum valorem eacedentibus, penſionem non excedere medietatem, maximè in reſignationibus.

40 In Curatis verò, omninò ſeruanda eſt diſpoſitio, Conc. Trid, mandans non poſſe grauari penſione, niſi in eo, quod excedunt ducatos centum, & mille in Eccleſijs Cathedralibus, ſecundum verum annuum valorem. Quibus in terminis obſeruant DD.

41 Primò intelligendum eſſe valorem prædicti ducatorum centum, qui remanere debent pro Rectore Parochialis, iuxtà valorem ducatorum loci, in quo eſt beneficium, Lel. Zech. *de republ. Eccleſ. cap.* 28. *num.* 4. *fol.* 323. Garz. *de benefic.* 1. *part. cap.* 5. *num.* 373. Ricc. *Collect.* 745. *in fin.* 4. *p. & in prax.* 3. *part. reſol.* 109. Barboſ. *de iure Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 11. *n.* 69. Sell. *ſelect. Canon. cap.* 81. *n.* 10. qui teſtantur ſic voluiſſe Sacram Congregationem, & Rotam.

42 Secundò prædictos ducatos centum, qui grauari non poſſunt penſione, non ſolùm debere remanere pro Rectore, ſed etiam pro quouis alio Curato, cùm Concilium loquatur de Eccleſia Curata, non de perſona, ita refert voluiſſe Rotam Anton. Maceraten. *variar. reſol. lib.* 1. *reſol.* 31. *num.* 9. *&* 10.

43 Tertiò ſolitum eſſe in penſione, quæ conſtituitur ſuper Parochiali, apponi clauſulam, *dummodo remaneant centum ducati annuatim liberi pro Rectore*, Garz. *de benefic. cit. cap.* 5. *num.* 175. *& ſeq.* teſtans ſic voluiſſe Sacram Congregationem, deciditur per Rotam *in Romana penſionis Lunæ* 20. *Februarij* 1576. *coram D. Blanchetto, quæ eſt decif.* 298. *part.* 1. *diuerſ.* Barboſ. *cit. loc. ſub num.* 69. & alij communiter.

44 Dubitari ſolet, à quibus oneribus debeant eſſe liberi prædicti ducati centum, debiti Rectori vigore prædictæ clauſulæ; Et quidem dicendum eſt, debere eſſe liberos ab oneribus ordinarijs, alioquin ſi non remanerent centum liberi, deductis ordinarijs oneribus, penſionem eſſe nullam deciditur expreſsè in *citata Romana penſionis, & in alia etiam Romana penſionis* 6. *Nouembris* 1619. *coram D. Buratto, confirmata coram eodem* 6. *Aprilis* 1620. *& in Cuſentina penſionis coram D. Litta impreſſ. per Marcheſan. de commiſſ. tom.* 1. *pag.* 629. Gigas *de penſion. quaeſt.* 96. *n.* 2. Minimè verò intelligitur de oneribus eatraordinarijs, & rarò contingentibus, illa enim ſi non deducantur, non inducunt nullitatem penſionis; licèt illam minuant, niſi ipſa penſio libera ſit, & immunis ab oneribus, vt dicemus infra, habetur apertè in *cit. decif. diuerſ. in fin.* Gig. *cit. loc.* & alij ſine contradictione.

Hinc primò à prædictis ducatis centum debent deduci iura Epiſcopalia, per Parochum ſoluenda, ita docet Ricc. *in prax.* 3. *part. reſol.* 109. *num.* 3. ſecundò deduci debet ſalarium vnius Clerici in minoribus conſtituti, qui Miſſis inſeruiat, ita deciditur in *citata Romana penſionis coram D. Buratto, & in Cremonen. penſionis* 28. *Maij* 1618. *coram D. Caualerio, quæ eſt decif. ipſius* 462. *vbi num.* 3. deciditur eſſe deducenda onera omnia, & expenſæ pro cultu diuino, pro cera, hoſtijs, vino, & oleo pro luminaribus Sanctiſſimi Sacramenti, & Muſica in Feſto Sancti, ſub cuius inuocatione eſt Eccleſia. Tertiò, & generaliter omnia onera ordinaria neceſſaria deduci debent, Barboſ. *de clauſ. clauſ.* 47. *num.* 9. Caualer. *cit. decif. à quo n.* 1, *verſ. Domini*, poteſt deduci à contrario ſenſu, deducenda non eſſe onera coadiutoris ſuppreſſi. Quartò non eſt deducendum onus retinendi fauorem pro prædijs, cùm non ſit neceſſarium *in cit. decif. Caual. n.* 2. Quintò non ſunt deducenda onera, quæ poſſunt per ipſummet Titularem ſubiri, Rot. *decif.* 158. *num.* 19. *part.* 1. *recent. & in citata Romana penſionis coram Buratto*. Sextò, & generaliter onera arbitraria, & voluntaria non ſunt deducenda, vt habetur in *citata decif. Caualer. num.* 2 & notat Barboſ. *de clauſulis vbi ſupra num.* 8. 45

Hic aduertendum eſt, quod ſi narratur verus valor beneficij curati, & nihilominus Papa reſeruat penſionem in tali quantitate, itavt non remaneant centum liberi pro Rectore, etiam quod non derogetur expreſsè diſpoſitioni Tridentini, penſio eſt valida, & cenſetur derogatum tacitè diſpoſitioni prædictæ, ita tenet Rot. *in Gegolien. tertiæ partis fructuum* 25. *Maij* 1612. *coram D. Patriarcha Manzanedo*, & refert Barboſ. *de clauſulis cit. clauſ.* 47. *num.* 11. Item omiſſio dictæ clauſulæ *dummodo* opponi ſolitæ in reſeruatione penſionum ſuper menſis Epiſcopalibus, eſt ſignum euidens, quod Papa ſciens, & volens grauauerit talem Epiſcopum, licèt eius fructus tenues eſſent, & Concilio derogauerit Rot. *in Ferantina penſionis* 23. *Ianuarij* 1602. *coram Ortemberge apud Marcheſ. par.* 1. *fol.* 535. 46

Quæritur primò, quo tempore debeant remanere centum prædicti pro Rectore, & mille pro Epiſcopo, & de quo tempore debeat intelligi clauſula illa *dummodo, &c.* & reſpondetur diſtinguendo: aut id quæritur ad finem annullandi, & caſſandi penſionem; aut ad finem illam reducendi. Quantum ad primum, dicitur valida, nec poteſt annullari, & caſſari penſio, quando tempore reſeruationis remanebant prædicti centum, vel mille, & in hoc caſu attenditur tempus Datæ, itavt ſi poſtea fructus minuantur, non annullatur penſio, & ſi augeantur, non conualeſcit penſio à principio, ea ratione nulla, & ratio eſt, quia talis conditio, quam Papa ponit gratia penſionis, non debet ſtare in ſuſpenſo, nec variari ſecundum annos futuros, Nouar. *conſil.* 13. *de reſcript.* Fel. *in cap. ad aures num.* 17. *ſecunda limitatione de reſcript.* Caputaq. *decif.* 330. *part.* 3. de Graſſ. *decif.* 97. *num.* 3. Saluſt. Tiber. *in prax. A. C. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 11. qui dicit, quod in verificatione dictæ clauſulæ, adeò eſt attendendum tempus reſeruationis penſionis, itavt non ſit attendendum tempus, nec præſens, nec præteritum, Garz. *de benefic. cit. cap.* 5. *num.* 398. Alex. *conſil.* 72. *num.* 14. *lib.* 1. Lotter. *de re benef. lib.* 1. *quaeſt.* 38. *num.* 69. Rot. *in vna Rauennaten. penſionis* 20. *Iunij* 1597. *coram D. Litta*. 47

Ad finem verò reducendi penſionem tunc validam, etiã attendi poteſt tempus futurum; itavt ſi tempore reſeruationis penſionis, & Datæ, verè remanebant centum pro Rectore, vel mille pro Epiſcopo, ſi tractu temporis ob diminutionem fructuum nõ remaneant, itavt Rector non poſſit ſe, & onera incumbentia curæ ſuſtentare, tunc licèt non poſſit peti annullari penſionem, poteſt tamen peti reformari, & reduci ad conuenientem quantitatem, Gig. *de penſion.* 48

pension.quaest.5.num.4. & quaest.35. num.5. Paris. *de resignat. benef.lib.6.quaest.2. num.143.* & alij multi, quos refert, & sequitur Garz. *de benef.1.par.cap.5.num.400.& seqq. vbi num.* 401. probat, hanc reductionem posse fieri per Ordinarium, etiam si pensio fuerit reseruata Papae auctoritate, nisi in literis adsit clausula, *quod pensio non possit annullari, reduci, seu minui,* quia tunc requiritur Papae commissio Gig. *consil.* 147. Staph. *de lit. inst. titul. de commiss. super reduct. pens. num. 7. & seqq.* Non est tamen reducenda pensio, quando per aliquos annos non remanerent centum pro Rectore ob sterilitatem, quae posset compensari cum fertilitate aliorum annorum Garz. *cit.loc. num.399.* Barbos. *cit.claus. 47.num.6.*

49 Quaeritur secundò, si pensio fuerit excessiua tempore Datae, an corruat in totum, etiam si parum excedat; quo in quaesito, siue sumus in pensione imposita super beneficio curato, cum clausula *dummodo tot remaneant pro Rectore*, siue in pensione super simplici, cum clausula *dummodo non excedat talem partem fructuum*. Respondendum est, si pensio excedat in vno obolo, illam esse nullam quoad totum, ita vt nec locum sit reductioni, quia clausulae praedictae videntur continere protestationem Papae, quod nisi res ita se habeat, nolit gratiam aliquam fecisse, tenet Gig. *de pension.quaest.35.num.2.* Rot. *diuers.par.1. decis.626. n.5.* Lotter. *cit. quaest. 38. num. 54.* Contrarium verò defendit Garz. *de benef. 1.par.cap.5.num.417. & seqq.* vbi multas ad id adducit auctoritates, & decisiones. Et quod si remaneant pro Rectore tantùm sexaginta, pensio non vitietur in totum, sed solùm in parte excessus, refert respondisse Rot. *in vna Toletana pensionis 28. Ianuarij 1591. coram D. Giptio Barbos.de clausul.cit.claus.47.num.10.*

50 Haec enim clausula *dummodo centum remaneant pro Rectore, vel mille pro Episcopo* apponi solita in literis reseruationis pensionis, est omninò verificanda per concludentes probationes, Flamin. Paris. *de resign.benef.lib.6. quaest.2.n.25.* Mart. *de clausul.claus.42.num.1.* Seraph. *decis.1222. num.2. & decis.1017. num.4.* Ludouis. *decis.52.num.2. Sallust.Tiber.in prax.A.C.lib.3.cap.1. num.7.* & alij, quos lata manu congerit Barbos. *de clausul.clausul.47.num.2.* Idque ampliatur primò, quod siue praedicta clausula importet modum, siue conditionem, ita qualificat gratiam totam reseruationis pensionis, vt nihil inde agi possit, & actum nullum est, antequam clausula praedicta iustificetur, ita post Ludouis. & Seraph. *cit.loc.* probat Lotter. *de re benef. lib. 1. quaest. 38. num. 40. & seqq.*

51 Ampliatur secundò, vt etiam si Titularis sit obligatus ad solutionem pensionis in forma camerae, adhuc non potest adstringi ad solutionem, clausula praedicta non iustificata, Rota *in Asculana Pensionis 7. February 1586. coram D. Pamphilio, & in Firmana pensionis 14. Decembris 1592. coram D. Millino apud Marchesan. tom.1. fol.572.*

52 Ampliatur tertiò, praedictam clausulam adeò suspendere gratiam reseruationis pensionis, vt ante illius iustificationem, pensio non dicatur debita, nec cogi possit Titularis soluere, nisi per modum manutentionis, si pensionarius esset in quasi possessione exigendi, Cassad. *decis. 10. num. 8. de rescrip.* Rot. *decis.547.num.2.par.1.in recentior.& in Neritonen. pensionis 5. Nouembris 1601. coram D. Litta apud Marches. tom.3. fol.511.*

53 Ampliatur quartò, vt nec contra eum, qui consensit, possit agi ad pensionem, clausula praedicta non iustificata, ratione, quia consensus habet in ventre eandem conditionem, quam habet gratia, cui accedit, nempe *dummodo remaneant centum pro rectore, vel mille pro Episcopo* Seraph. *cit. decis.1017.& decis.1122.* Rota *decis.547.num.3. & 4.par.1. recent.* Mohedan. *decis. 9. num. 1. & 2.de caus. possess.* Cassad. *decis.8. num.8. de rescript.* Lotter. *cit. quaest.38.num.46. & 47.*

54 Ampliatur quintò, vt haec clausula sit iustificanda ante omnia, etiam si pensio esset imposita motu proprio, Rot. *in Neritonen.pensionis 15.Nouembris 1601. coram D. Litta apud citat. Marches.de commiss.par.1. fol.131.*

55 Restringitur tamen robur dictae clausulae, quando Pensionarius est in quasi possessione exigendi, tunc enim non tenetur clausulam praedictam iustificare ad finem consequendi pensionem, etiam contra successorem, Gig. *de pension.quaest.47. num.10.* Garz. *de benef. par.1.cap.5. num.464.* Rot. *in Campanien. pensionis 20. Iunij 1611. coram D. Vbaldo Seniori Put. decis. 151. lib. 3. & dictum est ampliat. 3.*

Dictum est hanc clausulam iustificandam esse per concludentes probationes, ex quo aduertunt DD. illam non posse iustificari per semiplenam probationem Seraph. *supra cit.decis.1122. sub num.2. vers.* & hoc Beltram. ad Ludouis. *decis.245.num.11.* Lotter. *cit.loc.num.44.* Barbos. *cit.clausul. 47.sub num.2.* vbi *num.3.* dicit, quod licet aliàs valor probetur sufficienter per publicam vocem, & famam, id tamen non procedit, quando agitur ad effectum iustificationis huius clausulae, Rot. *decis.444. sub num.1. & 4.par.2. recentior. Theod.de Rub. in singul.* Rot. *tom.2. part.4. claus. 331. num. 3.* 56

Aduertunt nonnulli in his terminis, quod ad finem liberandi pensionarium ab hoc onere iustificandi clausulam praedictam, adhibeatur confessio Titularis super valore per ascensum, sub narratiua praeambulae informationis, & cum Iuramento, quo in casu, licet clausula operetur effectum conseruandi iustitiam gratiae, nihilominus illius iustificatio resultat ex huiusmodi confessione, ita post Rot. *in Romana pensionis 15. Ianuarij 1627. coram D. Verils, notat Lotter.de re benef.lib.1. quaest.28. num.49.* 57

Aduertunt quoque DD. quod non semper tenetur ipse pensionarius ad iustificandam hanc clausulam, nam quando est in possessionem exigendi; spectat ad Titularem probare ei non remanere tot; vt aliàs quoque dictum est, si pensionarius agit possessorio, Lotter. *loc.cit. num.71.* 58

Si verò Titularis ipse agit petitorio, allegans se non teneri ad pensionem, quia reseruatio est nulla, & tunc Pensionario incumbit onus probandi, quod tot remaneant pro Titulari, nec illius quasi possessio, eum liberat ab hoc onere, sed tantùm operatur, vt pendente lite, ei non possit solutio retardari, & hoc siue agatur cum eo, qui consensit, siue cum successore, Coccin. *decis.125.num.3.& seqq.* Rot. *decis. 547. num. 4. vers. & procedit etiam par. prima in recentior.* latè Lotter. *cit.quaest.38.num.72. & seq.* 59

Similis enim clausula, puta *dumodo omnes simul pensiones non excedant tertiam partem, vel medietatem fructuum, aut aliam talem partem* esse eiusdem naturae cum supradicta, & proinde reddere gratiam conditionalem, & esse verificandam per agentem ad pensionem, docent Gig. *de pension.quaest.85.* Cassad. *decis.10. num.8. vers.secus si à princip.de rescript.* Campanil. *diuers.iur. Canon.rub.11.cap.13. num.88.in fin.* Theodos. *de Rubeis in sing.* Rot. *tom.2. par.4. claus. 316. num. 1. fuit dictum in Miliuitana pensionum 28. Octobris 1597. coram D. Litta apud Marches. par.1. pag.520.* & esse verificandam de tempore reseruationis, per opinionem Rotae, de qua Theod. de Rub. *cit.loc. claus.324. num.1.* Quod procedit etiam, si haec clausula in supplicatione non adsit, sed tantùm in literis, quorum forma est attendenda ad effectum iustificationis, prout in *dicta Miliuitana, & in Carpentoraten. pensionis 15. Martij 1602. coram Cardin. Lancellotto*. Et cum annis elapsis contingisset dubitari de valore huius clausulae, in causa vertente inter Clericum Franciscum Mariam Vrsino pensionarium, & Titularem Illustrissimum D. Mansuetum Meratum (Accerarum Dignissimum Praesulem, religione, ac doctrina satis conspicuum, Theologum, ac Concionatorem facundissimum, suis singularibus virtutibus, etiam Regibus earum) coram Reuerendiss. Domino D. Francisco Agnello d'Henrico, viro sanè docto, & satis, multumque in Curijs Ecclesiasticis versato, Vicario Auersano, exequutore Apostolico in eadem causa pensionis. Haec mea scripta currenti calamo elaboraui. 60

Super fructibus mensae Episcopalis Acerrarum, fuerunt reseruatae duae pensiones ad fauorem certarum personarum, cum clausula *Dumodo omnes pensiones tertiam partem fructuum non excederent*. Qua clausula in literis reseruationis existente, non potest Exequutor illarum procedere ad executionem, compellendo Titularem ad solutionem, ad fauorem Pensionarij, qui non est in quasi possessione exigendi, non sufficienter iustificata eadem clausula per ipsum pensionarium primò, & ante omnia. Idque probatur.

Primò ratione; cum haec clausula *dumodo* secundùm magis veram, & communem opinionem, importat conditionem Bart. *in l.1. num.20.ff.de condit.& demonstr.* Rebuff. *in l. Littus publicum ff. de verborum significatione* Boer. *consil.51.num.2.lib.2.* Rot. *diuers. decis.381. num.2. par.1.* Imò formam 61

formam substantialem præscribit Fel. in cap. quoad consultationem num. 12. vers. vltra de sent. & re iudic. Cacher. decis. Podemon. 165. num. 12. & alij communiter; Sed conditio nihil ponit in esse ante illius verificationem, & defectu illius dispositio euanescit, atque aduersantur narratis Rebuff. in l. maiore parte 156. col. 2. post princ. ff. de verb. signif. iuxta l. si quis ex argentarys §. pertinere ff. de edend. l. rescriptum ff. de pactis l. quantum ff. quod metus causa Grat. discept. for. cap. 996. num. 3. & seqq. Et quæ de forma sunt, præcisè obseruari debent, ad hoc, vt actus valeat Bal. in auth. matri, & Auiæ C. qualiter mulier tut. off. fung. poss. Angel. consil. 36. col. fin. vers. constat autem Dec. consil. 11. num. 9. Affl. decis. 355. num. 5. & seq. ergo &c.

62 Et licet possit dici, hanc clausulam quandoque importare modum, non conditionem, nihilominus adhuc modus, ita ipsam obligationem coarctat, ita vt nihil debeatur, nisi adimpleatur l. si tibi legatum ff. de leg. 3. l. cum in testamento ff. de fideicommiss. libert. Vnde etiam dicimus in legatis modum adscriptum, pro conditione seruari l. prima C. de his, quæ sub modo, & multoties etiam modum pro conditione vsurpari animaduertimus, vt in l. Mæuia de manum. testam. & in l. liberto §. Lucius de ann. leg. Cuiac. consult. 2. in 2. col. vers. nam scio, & ita in proprijs terminis iustificationis huius clausulæ, loquitur Lotter. de re benef. lib. 1. quæst. 38. num. 41. & seq.

63 Vlterius probatur alia ratione; Exequutor datus cum clausula dummodo, quæ siue conditionem importet, siue modum, dicitur Exequutor mixtus, Ludouis. decis. 91. n. 2.
64 cùm certo modo sit datus, Seraph. decis. 1471. num. 1. Sed Exequutor mixtus tenetur assumere partes Iudicis DD. in cap. fin. de præsump. Seraph. decis. 817. num. 1. nec potest procedere, nisi iustificata gratia, Ludouis. decis. 413. num. 1. Imò tenetur procedere cum causæ cognitione, vt per Ludouis. decis. 307. num. 5. latè Garz. de benef. par. 6. cap. 2. n. 100. Ergo, &c.

65 Item semper, quod in exequutione adest legitimus contradictor, Exequutor tenetur assumere partes Iudicis, & impetrans suam gratiam iustificare; quia subintelligitur clausula, si preces veritati nitantur cap. 2. de rescript. Garz. de benef. loc. cit. num. 159. vbi penè innumeros adducit ad id DD. & hoc nulla alia ratione, nisi quia adest inter-
66 esse partis, quod semper præsumendum est Papam velle saluum facere; prout reseruando pensiones has, illud saluum voluit, dum disposuit remanere debere pro Titulari duæ partes fructuum, pro conseruanda Dignitate, & Oneribus Ecclesiæ supportandis, ad quod debet Exequutor omninò oculos habere, & minimè procedere, nisi iustificata clausula prædicta; etiam si aliàs executiuè esset procedendum, ad dicta per Cæsar. de Grass. decis. 58. num. 4. per Rot. decis. 356. nouiss. Farinac. & per Ricc. decis. Cur. Archiep. Neapol. par. 2. decis. 174. num. 4. & 5. qui etiam monit exequutorem ad vnguem seruandum, etiam verba rescripti, cum illa sint stricti iuris cap. 1. de off. deleg. & per eand. Rotam Romanam decis. 10. sub titul. de præbend. in nou. vbi dicitur, quod prouisio facta per Exequutorem, non valet ante purificatam gratiam, quia ille non habet potestatem prouidendi, nisi in euentu conditionis purificatæ, quæ debet præcedere ipsam, vt in Clem. cui ei, quem de concess. præbend.

67 Secundò non posse exequutorem procedere ad exequutionem huius pensionis, non verificatæ per Pensionarium, pensiones non excedere tertiam partem fructuum, vt in literis probatur auctoritatibus DD. ita enim senserunt Gig. de pension. quæst. 85. num. 10. Marches. de commission. appellat. in caus. pension. sub num. 45. Marescott. variar. resol. lib. 2. cap. 1. num. 75. Campanil. diuers. iur. Canon. rub. 11. cap. 13. num. 88. & seq. qui probat, hanc clausulam, conditionem facere, formam substantialem præscribere, & non sustineri pensionem ante illius verificationem, & cap. 14. num. 19. circa med. Leo Thesau. for. Eccles. par. 2. num. 9. qui tenet, quod ante iustificationem prædictam, Titularis cogi non potest, Flor. var. quæst. lib. 1. quæst. 12. num. 42. Flam. Paris. de resignat. benef. lib. 6. quæst. 2. num. 25. probans hanc probationem debere esse concludentem Zech. de benef. & pension. cap. 11. num. 6. Fel. in cap. ad aures sub num. 13. & in cap. cam te col. fin. de rescript. Sarnen. in regul. de valore quæst. vltima in fin. Ferrett. consil. 543. num. 16. lib. 2. Oldrad. consil. 85. Garz. de benef. 1. par. cap. 5. num. 478. & seq. Mart. de clausul. par. 1. claus. 42. in vltim. impress. Theod. de Rubeis in singul. Rot. tom. 2. par. 4. claus. 316. num. 1. Lotter. de re benef. lib. 1. quæst. 38. num. 50. & seqq. Barbos. de claus. claus. 47. 48. & 49. Ricc. collect. decis. par. 4. col. lect. 745. Sallust. Tiber. prax. A. C. lib. 3. cap. 1. num. 7. & alij.

Tertiò Titularem non posse adstringi ad soluendam 68
pensionem ante iustificationem dictæ clausulæ, comprobatur sic pluries fuisse decisum per Rotam Romanam in vna Archidiaconatus coram D. Augustino 1160. num. 2. par. 3. diuers. in vna Asculana pensionis 7. Februarij 1586. coram D. Pamphilio, in Firmana pensionis 14. Decembris 1592. coram D. Millino apud Marchesan. tom. 1. pag. 572. in Salamantina pensionis 26. Martij 1593. coram D. Giptio, & in alia etiam pensionis coram Mantica 12. Ianuarij 1596. in Aretina pensionis 2. Iunij 1606. coram D. Millino, in Sarzanen. pensionis coram Seraphino 15. Februarij 1593. in Clatina etiam pensionis 9. Nouembris 1573. coram D. Lancellotto, in Placentina pensionis 21. Iunij 1593. in Neritonen. pensionis 5. Nouembris 1601. coram D. Litta confirmata coram Ludouis. 24. Maij 1602. in Mediolanen. pensionis 16. Ianuarij 1606. coram eodem D. Litta, in Clutina pensionis coram D. Lancellotto de anno 1573. adducta prima par. diuers. decis. 380. in Oppiden. pensionis coram D. Pamphilio 3. Iunij 1585. in Meleuitan. pensionis 25. Iunij 1597. coram D. Litta, apud Cassador. decis. 10. de rescript. Mohed. decis. 148. in recent. decis. 255. num. 3. par. 2. & per alias multas decisiones, adductas per DD. citatos vers. antecedenti.

Nec consensus, & obligatio, etiam in forma Cameræ, 69
prædicti Illustrissimi Domini Titularis operantur, vt Pensionarius non teneatur ante omnia ad iustificationem prædictæ clausulę, dummodo &c. quia cõsensus, & obligatio, intelliguntur iuxta tenorem reseruationis, & gratiæ, etiam si obligatio simpliciter esset facta, nec censetur obligatus Titularis, nisi quatenus literæ ipsum obligant, & non aliter, nec alio modo, & proinde non obstante dicto consensu, & alligatione, adhuc teneri Pensinoarium ad iustificandam suam gratiam, & clausulam dummodo, tenuit originaliter Francis. Sarmient. select. interpret. lib. 1. cap. 11. num. 2. Marches. tract. de commiss. appell. in caus. pension. par. 1. §. 1. num. 53. fol. 492. Sallust. Tiber. in prax. A. C. lib. 3. cap. 5. qui refert ita seruari in eodem Tribunali A. C. ex commissione oratenus data à Gregorio XIII. Auditori Cameræ, Garz. de benef. par. 1. cap. 5. num. 465. Campanil. diuers. iur. Canon. rub. 11. cap. 14. num. 19. qui communiter afferunt rationem, quia consensus, & obligatio eandem recipiunt conditionem, Rota Romana apud Seraph. decis. 1017. Mohed. decis. 331. in Aretina pensionis 28. Iunij 1600. coram D. Mellino apud Marchesanum cit. §. 1. fol. 538. & in Firmana pensionis 14. Decembris 1592. coram eod. apud eundem Marches. cit. loc. & in Ardeatin. pensionis 28. Maij 1599. coram D. Litta, & in Asculan. pensionis 7. Februarij 1586. Lotter. de benef. cit. quæst. 38. num. 48.

Et licet aliàs procedatur ad exequutionem pensionis 70
contra consentientem, literis non iustificatis, maximè si intercedat obligatio Cameralis, id tamen procedit, quando gratia pensionis est pura, vt loquitur Rot. in cit. decis. coram D. Litta num. 1. apud Marches. cit. loc. fol. 114. Secus tamen, quando est conditionalis per dictam clausulam dummodo, quia tunc consensus Titularis naturam literarum sequitur, & non mutat; ipsaque forma obligationis cameralis, est accessoria ad formam literarum reseruationis pensionis, & recipit omnes conditiones illarum, & propterea pensionarius non releuatur ab onere dictæ probationis, vt semper voluit Rota in supracitatis decisionib. omninò videndis, & notant Marches. Marescott. Garz. Campan. Lotter. & alij supra adducti.

Nec Titularis negando solutionem ante iustificationem 71
prædictæ clausulæ, dici potest periurus, cùm iuramentum appositum in obligatione prædicta cum ipsa obligatione referatur ad tenorem reseruationis, & recipiat eandem conditionem, nec plus operetur, quàm ipsa obligatio, vt scribit Bursatt. referendo DD. præsertim Galles. consil. 361. num. 33. lib. 4.

Minimè etiam liberatur pensionarius ante omnia à ve- 72
rificatione conditionis prædictæ, allegando pensionem esse reseruatam motu proprio; Nam ipse motus proprius est conditionalis, emanatus cum prædicta clausula dummodo, quæ adest in ventre litterarum motus proprij, quo casu

etiam

etiam si per alias clausulas strictiores, & clariores constaret de enixa mente Pontificis, tollere volente omnes exceptiones contra pensionem, adhuc illius exequutionem impediri, non verificata conditione, & non iustificata clausula *dummodo*, voluit Leo Thes. *for. Ecclef. par. 2. cap. 2. n. 20. & 21.* post Gomes. *in compend. vtriusque signatura num. 84. vers. & est aduertendum*, & Giga. *de pension. quaest. 85. n. 10.* sequitur Garz. *de benef. par. 1. cap. 5. num. 190.* Marches. *de commiss. par. 1. fol. 131.* adducens Rot. *in vna Veritonen. pensionis 15. Nouembris 1601. coram D. Litta*, & facit rationem Felin. *in cap. ad aures num. 8. de rescrip.* nempe motum proprium non operari contra ius tertij.

73 Adde, quod clausula Motus proprij, siue alia etiam strictior, non operatur vltra intentionem concedentis *gl. in Clem. si Romanus in verbo validam de prebend. DD. in cap. si motu proprio de preb. in 6.* Abb. *in cap. cum olim n. 15. de iudic.* Mandos. *in regul.* Cancell. *in regul. de impet. benef. vac. num. 3.* & alij relati per Garz. *cit. loc. num. 103.* Sed in casu nostro, intentio Pontificis in concedendam hanc gratiam pensionis, est conditionata, iuxta dictam clausulam *dummodo, &c.* ergo vltra dictam conditionem motus proprius non operatur. Imò nec in quouis alio casu operatur, cùm nostris temporibus, ita obtineatur ab impetrantibus, seù supplicantibus, sicut cæteræ supplicationes, cæteraque rescripta, testatur Mandos. *cit. loc. num. 20.*

74 Eadem enim clausula motus proprij, non habet vim ampliandi gratiam, & sonum proprium verborum, ad dicta per *gl. in Clem. per literas verbo directas de prebend.* Alex. *de Neuo in cap. quia circa num. 10. de consang.* qui declarando *gl. prædictam* dicit, motum proprium non extendere gratiam vltra verborum naturam, Sanch. *de matrim. lib. 8. disp. 1. num. 5. in fin.* Sed propria natura, & virtus nostræ clausulæ *dummodo* est formam substantialem præscribere Fel. *in cap. quoad consultationem num. 12. vers. & vltra de sent. & re iud.* Affl. *decis. 355. num. 5. & seq.* & pensionem efficere conditionalem in substantia, ita quod non possit pensionarius pensionem prætendere ante verificationem illius, vt est indubitatum apud omnes, & obseruat Rota *vt in decis. 1160. num. 2. par. 3. diuers.* Marches. *de commission. par. 1. §. 1. num. 72.* Barbos. *tract. de clausul. claus. 49. in princip.* & probatum est supra. Ergo Motus proprius non facit quin antequam Exequutor procedat, non debeat pensionarius verificare hanc clausulam *dummodo*.

75 Aduertere vlterius debet Exequutor, quod in literis suæ commissionis, quæ dicuntur ea processu fulminatiuo, vigore quarum ipse agit, mandatur, quod compellat Titularem ad soluendam hanc pensionem, iuxta formam reseruationis, & constitutionis pensionis, quæ dicto iuxta facit commissionem conditionalem, & relatiuam ad constitutionem pensionis, iuxta dicta per Barbos. *tract. de diction. dict. 187. num. 11.* igitur dicendum est non posse procedere, nisi verificata dicta conditione, & clausula *dummodo*.

76 Nec sufficit verificare vnicam tantum pensionem non excedere tertiam partem, sed necessariò probandum est, quod omnes pensiones impositas, non excedunt tertiam partem, cum Summus Pontifex dicat *dummodo omnes pen-*
77 *siones* 77. Nam dictio omnes est vniuersalis, & prædicatur de pluribus differentibus numero Bal. *in cap. quamuis col. 1. de iud.* Ias. *in l. imperium col. 5. ff. de iurisdic. omn. iud.* Fel. *in cap. quod sedes col. 2. de off. ordinar.* Costa *in memorial. in verbo iurisdictio*, Seraph. *decis. 205. num. 2. & decis. 584. num. 3.* & in nostris terminis pensionum Farinacc. *decis. 611. nouiss.*

Suprascriptis non obstantibus videbatur tunc præfato Domino Iudici exequutori, non facta iustificatione prædictæ gratiæ, nec verificata clausula *dummodo*, procedere contra Illustrissimum Dominum Episcopum Titularem, per quem interposita appellatione ad Sanctissimum, & obtento causam committi in Sacro Rotæ Tribunali, fuit sub die *Lunæ 14. Ianuarij* 1647. *coram D. Ghisilerio* resolutum, mandatum relaxatum à dicto Domino exequutore, non esse exequendum, vt infra.

Decisio S. Rotæ Romanæ coram R. P. D. Ghisilerio in Causa Acerrarum Pensionis.

INter alias pensiones reseruatas à fel. record. Vrbano VIII. super fructibus Episcopatus Acerrarum, fuit reseruata annua pensio pro rata ducatorum 300. ad fauorem Francisci Mariæ Iordani Vrsini, cum clausula, *dummodo omnes pensiones huiusmodi tertiam partem fructuum redditvum, & prouentuum non excederent*. Dictus Vrsinus non verificata conditione in literis expressa, sub citatione ad comparendum, & audiendam prouisionem, obtinuit à Vicario generali Auersano Commissario, & exequutore in litteris Apostolicis deputato, decerni, quod non obstantibus oppositis per D. Episcopum Acerrarum, in biduo solueret ducatos 150. monetæ, maturatos pro termino Natiuitatis D. N. Iesu Christi anni 1644. aliàs dicto termino duorum dierum elapso, comminatus fuit eidem interdictum, & suspensionem ad præscriptum literarum Apostolicarum. Ab his grauaminibus Episcopus interposuit appellationem, & cum obtinuerit causam committi in hoc Sac. Tribunali cum clausula, *si quid exequendum*, ad eius formam disputato dubio, tam ex capite nullitatis, quàm iniustitiæ fuit resolutum, mandatum relaxatum à dicto Vicario non esse exequendum.

Nullitas resultat ex defectu citationis ad sententiam *Clemen. pastoralis de re iud.* Cæsar. de Grass. *decis. 11. num. 2. eod. tit.* quæ debebat esse specifica ad audiendam sententiam *glo. in Clem. sæpè in ver. ad id, de verb. signif.* Rot. *decis. 17. eod. tit. in nou.* ita vt non fuerit satisfactum per citationem ad audiendam prouisionem in causa definitiua faciendam, cum non sufficiant verba æquipollentia, Rom. *sing. 372. & cons. 369. num. 8.* Rot. *decis. 18. num. 2. par. 1. recent. decis. 486. num. 7. decis. 141. num. 3. par. 2. recent. coram Card. Canal. decis. 376. num. 2. & coram sanct. mem. Greg. XV. decis. 209. num. 4.* Resultat etiam ex defectu monitorij requisiti, vbi agitur de executione literarum pensionis, Garz. *de benef. par. 1. cap. 5. num. 535.* Tib. *in prax. lib. 1. cap. 1. num. 3.* Vnde mandatum fuit nullum.

Iniustitia verò resultat ex eo, quod non iustificata conditione in literis apposita, *dummodo omnes pensiones huiusmodi tertiam partem fructuum non excederent*, non poterat decerni mandatum, cum clausula, *dummodo*, siue conditionem, siue modum importet, cum sit adiecta reseruationi pensionis, eandem qualificat. Ita vt non mereatur executionem, antequam à Pensionario iustificatus fuerit non excessus tertiæ partis, vt distinguendo declarauit Rot. *coram R. P. D. meo Bichio in Monopolitana pensionis 2. Iulij* 1645. *in §. nos verò*, vbi, quòd clausula, *dummodo*, siue conditionem, siue modum importet, ita qualificat totam gratiam, vt nihil concessum censeatur, donec plenè sit iustificata Rot. antea idem firmauerat *in Salamantina pensionis 25. Iunij 1582. coram Lancellotto, in Melemtana pensionum 26. Nouembris 1597. coram Litta, & in Lauden. pensionis coram Penia, quæ est decis. 55. num. 3. inter impress. per Marches. par. 1. fol. 560.* Quæ procedunt etiam si Episcopus consenserit pensioni, quia consensus habet in ventre eandem conditionem, quam habet gratia, cui accedit consensus, nempè, dummodo omnes pensiones tertiam partem fructuum non excedant, Rot. *decis. 547. num. 3. par. 2. recent.* vbi aliæ plures in istis terminis referuntur, ad hoc faciunt tradita per Garz. *vbi supra dicto cap. 5. num. 464. ex ibi allegatis*, & per Rot. *in d. Monopolitana pensionis in §. quæ conclusio.*

Non potest Vrsinus, cum non sit in quasi possessione exigendi pensionem, allegare, quod supradicta non habeant locum, & quod sub prætextu, quod minimè sit probatum, omnes pensiones non excedere tertiam partem fructuum, retardetur solutio; cum non controuertatur, quod non sit in quasi possessione exigendi.

Et ita informante tantùm D. Episcopo, &c.

OBSERVATIONES D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Pensio reseruata in beneficio resignato ad pensionem ad vitam resignantis tantùm, an possit transferri ex indulto Apostolico duratura ad vitam translatarij?*
2 *Rota Romana decidit pro translatatio transcripta penes Reg. de Marin. lib. 1. resol. 292.*
3 *Quid si adsit pactum expressum ne possit fieri translatio?*
4 *Summus Pontifex an deroget pacto supplens consensum Titularis in translatione,*
5 *Occurritur motiuo.*

1 Pensio reseruata in beneficio ad alicuius fauorem resignato num possit ex indulto resignantis in alium transferri non obstante, quod reseruationi pensionis assentijt resignatarius vita durante resignantis tantùm?

2 Pro negatiua arguitur, quia consensus fuit limitatus ad vitam resignantis, ideòque non videatur extendendus ad alias personas, imò omnes alias excludat, Bart. *in l. 1. num. 1. ff. si quis ius dicent. non obtemper.* Consequenter priuilegium transferendi non videatur comprehendere hunc casum, cùm non censeatur tollere conuentiones Partium, *cap. ex multiplici de decim.* Felin. *in cap. 1. num. 3.* & ibi Dec. *de rescript.* Crescent. *decis. 2. de priuileg.*

Cæterum de *anno* 1628. *Rota coram D. Coccino in vna Recanaten. pensionis*, contrarium decidit, scilicet quod consensu præstito resignationi cum reseruatione pensionis durante tantum vita resignantis, nihilominus Papa possit concedere facultatem transferendi pensionem, & expressio illa in consensu resignationi pensionis ad fauorem tantum resignantis tacitè inerat, & proinde non alterer naturam reseruationis pensionis per ea, quæ notat Anchar. *consil.* 147. *num. 4.* nec efficiat, quod expressum maioris sit efficaciæ, quam si esset tacitum, Bald. *in l. ex verbis nu. 1. C. de donat. inter. vir. & vxor.* Pensio enim extinguitur per obitum resignantis, & sic reseruata intelligitur, scilicet quoad pensionarius vixerit, Leon. *in thesaur. for. Eccles. cap. 22. num. 73.* Vetall. *decis.* 303. *num.* 12. *part.* 2. hactenus Rota penes Reg. de Marin. *lib.* 1. *res.* 292.

3 Quoties tamen resignatarius consentijt reseruationi sub expresso pacto ne possit transferri pensio tunc in indulto transferendi pensionem dispensato narratum non fuerit pactum prohibitorium translationis pensionis, ad cuius pacti derogationem specifica mentio requiratur, adeò quod facultas transferendi non suffragetur, quando ex pacto in reseruatione pensionis apposito translatio erat probibita, vt Rota *decis.* 689. *num. 1. part. 4. diuers.* apud Zacch. *post tract. de oblig. Cameral. decis.* 138. *num. 1. & decis.* 153. *p. 5. recent.*

Quarum decisionum vim non effugiunt respondentes, quod in *d. decis. 689. num. 2. & seq.* dicatur, Pontificem absque consensu alicuius posse ex mera liberalitate pensiones transferre. Quia non ex eo ibi fuit reiecta pacti oppositio, sed quia pactum non verificabatur in facto, & pensio fuerat simpliciter reseruata.

Nec magis satis fit *d. decis.* 153. *part. 5. recent.* dicendo, quod ibi *num. 1. & 2.* deducuntur motiua pro ratione dubitandi, & *num. 15. & seqq.* obiectis respondendo dicitur, quod licet titularis consentiat ad vitam pensionarij tantùm. Nihilominus posse Papam concedere facultatem transferendi, cum priuatorum consensus non possit alterare naturam reseruationis pensionis.

Quoniam hæc responsio in nihilum translatarium releuat, cùm non dubitetur de potestate Pontificis, sed solum de ipsius scientia, & voluntate.

Nec doctrina generalis tradita, quod semper censeatur pensio reseruata ad vitam translatarij, cùm doctrina prædicta nequeat applicari ad speciem propositum pacti prohibentis translationem iniri inter resignantem, & trãsferentem, de quo habuisse notitiam Pontificem non constat, nec quod ei derogare voluerit, Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. gl. 36. n. 36.*

Nec potest dici Summum Pontificem derogasse pacto, ac suppleuisse consensum titularis in indulto translationis, dum concessit facultatem transferendi pensionem, perinde, ac si ipsimet Titulares translationis d. pensionis concessisset. 4

Facultas enim præfata respicit consensum requisitum Titularis ad translationem pensionis iuxta regulas Cancellariæ, cui Pontifex derogare voluit, & sic consensum futurum, non verò præteritum ex pacto præcedenti, quod valdè diuersum est. Siquidem primus consensus est simplex vnius, iste verò reciprocus vtriusque partis per quem ius Titulari quæsitum fuit, & cui Papa non censetur derogasse, quamuis derogaret simplici consensui Titularis, Rota *decis.* 345. *num. 4. & 5.* vbi subditur, quod derogata tanquam odiosè non debet extendi ad alios casus, Rota *decis.* 484. *num. 4. part. 4. tom. 2. recent.* coram Penia *decis.* 1582. *num.* 10. Marescott. *var. lib. 2. cap. 37. num.* 35. hæc Rota *decis.* 247. *p.* 11. *rec. per tot.* 5

SVMMARIVM.

1 *Pensionarius, à quibus oneribus sit liberus vigore clausulæ* liberum, &c. *Et quid si non adest talis clausula in reseruatione. Quando Papa dicitur derogare dicta clausula, num. 2.*
3 *Pensionarius, an teneatur contribuere ad expensas, quas facit Titularis pro defensione Tituli.*
4 *Clausula* sine retardatione solutionis pensionis *materiam, qui trallent. Operatur dicta clausula, vt pendente lite contra pensionarium, ille non possit spoliari possessione exigendi, num. 5. Et vt claudat os partis, & aures iudicis contra pensionem ante solutionem, num. 6. Et quod exequutor procedendo contra inhibitionem non faciat attentata, num. 7.*
8 *Clausula* sine retardatione solutionis pensionis *est seruanda, etiam in terminis pensionis futuræ, & in quacumque instantia, etiam non repetita in alijs commissionibus. Aliàs facit quamcumque sententiam nullam, num. 9. Et afficit etiam Tertium venientem ad causam, num. 10. Et operatur etiam, quod pensionarius non opponat de solutione, num. 11. Quid si pensionarius non est in quasi possessione exigendi, num. 12.*
13 *Clausula* sine retardatione solutionis pensionis *impeditur per exceptionem resultatem ex ventre literarum, quod est quando gratia est conditionalis. Quid si incontinenti offertur probari nullitas num. 14. Vel in casu, quo pensionarius per longum tempus non exegit pensionem, num. 15.*
16 *Pensio, an reseruari possit in quota fructuum, & an alternatiuè, num. 17. vbi in alternatiuis, cui competat electio, & an semel facta, possit variari.*
18 *Pensio reseruata super fructibus, extenditur ad distributiones quotidianas. Quid sit fructus omnes consistant in distributionibus quotidianis, vel aliud suadeat natura subiecta materia, num. 19.*
20 *Pensio est soluenda per Capitulum, quod lucratus est fructus in absentia Canonici, nec valet consuetudo in contrarium.*
21 *Pensionarius agens ad pensionem, tenetur probare, quod extant tales fructus, qui non sunt distributiones.*
22 *Pensio, quando dicatur posita super incertis.*
23 *Moneta quare sic dicta, & de eius origine, & materia, ex quibus constare debeat, vt iusta dicatur. An Princeps possit aliquid pro se retinere pro expensis in illa cudenda, num. 4. An eius extimatio alterari possit, num. 25.*
26 *Pensio est soluenda in pecunia debita, & quid si est pecunia illius. Quid in pensione soluenda Romæ, vel extra, num. 27.*
28 *Pensio simpliciter reseruata in ducatis, vel scutis, de qua specie sit soluenda. Quid si facta sit aliqua solutio, & quid si per ignorantiam, num. 29.*

30 *Pen-*

30 *Pensionis solutio in alia specie moneta, quàm debita, quando praeiudicet in futurum.*

31 *Pensio quomodo soluenda, quando valor moneta fuit alteratas. Vel quando ducatus de camera recepit augumentam, num.32.*

33 *Pensio est fauorabilis, ac onus reale omnino soluendum, & pensionario competit hypotheca super fructibus, num.34. potest pro illa agere contra successorem, n.35. etiam actione personali, num.36.*

37 *Pensio, an debeatur, fructibus non perceptis.*

38 *Pensionis solutio de terminis prateritis, quomodo facienda per successorem, cui fuerunt intimata litera reseruationis, & quomodo dicta litera sint intimanda. Hac intimatio requiritur pro declaratione incursus censurarum, secus pro mandato exequutiuo, n.39. Cautela, quando successori non fuerunt intimata litera, n.40. contra eundem potest procedi ad censuras sine tali intimatione, si notitiam habuit de literis reseruationis, num.41.*

42 *Pensionem soluendam per successorem, quando facta fuerunt diligentia contra pradecessorem, quomodo intelligatur. Quid si fuerit impeditus agere pensionarius contra pradecessorem, & an de impedimento requiratur protestatio, num.43. Diligentias fuisse factas, tenetur pensionarius probare, & fuisse factas validas, & iudicialiter, num. 44. etiam si agat ad regressum, num. 45.*

46 *Pensionarius pro pensionibus prateritis potest agere contra pradecessorem, vel haredes, & contra successorem ad eius electionem, sed consultius agit contra successorem, qui potest repetere à pradecessore, vel eius harede quod coactè soluit, num. 47. Nec tenetur soluere, nisi quatenus remaneat congrua pro ipso, num. 48.*

49 *Pensio reseruata super pluribus beneficijs, quomodo soluenda si diuidantur, de hoc latius §.3. infra hac annot.*

50 *Pensio super fructibus Canonicatus reseruata, à quo soluenda si optetur prabenda.*

51 *Pensio quo loco sit soluenda.*

52 *Pensionis in causis, quomodo procedendum per exequutorem. Quomodo contra eum, qui pensioni consensijt, num.53. Et quomodo contra successorem, num.54.*

55 *Pensionarius existens in quasi possessione exigendi, non potest per exequatorem impediri quin exigat, etiam virtute solius supplicationis signata.*

56 *Pensionarius constituitur in quasi possessione exigendi per vnicum actum exactionis, etiam factum metu censurarum, nisi adsit protestatio in contrarium, num.57. Quid per exactionem modica partis termini pensionis, num.58. Quid per solutionem factam per pradecessorem, vel reseruatarium fructuum, num. 59. Vel sequestratarium, aut oeconomum sede vacante, num.60.*

61 *Pensionarius quando constituatur in quasi possessione exigendi per solutionem factam ab alio nomine Titularis. Et quando per mandatum datum ad soluendum, num.62.*

63 *Pensionarius quomodo debeat probare exactionem ad hoc, vt dicatur in quasi possessione exigendi, & an per confessionem pradecessoris. Quando per quietantias, num.64. Quando per cedulam Bancariam, & partitam Banci, num.65.*

66 *Pensionarius quomodo teneatur citare Titularem in causa pensionis, & Titularis quas exceptiones opponat 67. Et quid si illas iustificauit post solutionem, an repetat solutum, num.68.*

69 *Pensionarius non iuuatur beneficio cap. Odoardus de solut.*

70 *Pensionis in causa, & quando, & quomodo procedendum ad excommunicationem. An in subsidium, num.71. An in tali causa detur appellatio, & quid si exequutor excedat modum in exequendo, num.72. Et quando dicatur excedere, num.73. & 74.*

75 *Pensionis in causa, qualis requiratur libellus.*

76 *Regressus ad fauorem pensionarij, requirit decretum Iudicis. An locum habeat contra petentem reductionem pensionis, ob falsam expressionem valoris, num.77. Quid si adsit pactum in resignatione, quod non possit peti reductio pensionis, sub pœna regressus, num. 78.*

79 *Regressus quando intrat.*

80 *Pensio, an veniat appellatione beneficij. An de ea sit facienda mentio in impetratione alterius beneficij, num.81. An ad eius titulum possit quis promoueri ad sacros Ordines, num. 82. Contra transferentes pensionem per confidentiam, non habent locum pœna, de quibus in constitutionibus Pij IV. & Pij V. num.83.*

84 *Pensionarius qua in atate debeat esse constitutus. An gaudeat fori priuilegio, si sine habitu, & tonsura clericali incedat, num.85.*

86 *Pensionarius tenetur recitare officium paruum B. Virginis; satisfacit tamen si recitet tantùm officium diuinum, & quid si pensio reseruata sit ad commodum alterius.*

87 *Pensiones, an faciant incompatibilitatem.*

88 *Pensio, an reseruari possit ad fauorem illegitimi, qui cum dispensatione fuit admissus ad ordines.*

89 *Pensionarius, an faciat spolium.*

90 *Pensionem, an possit habere inhabilitatus ad beneficia.*

91 *Pensionarius, an teneatur ad aliquod seruitium, vel residentiam.*

ANNOTATIO XI.

§. II.

PRoseqnendo eamdem materiam pensionis, de qua in propoſito *tex. Concil. Trid.* & cum inceptus sit sermo §. 1. de clausulis, quæ in literis, & reseruatione pensionis apponi solent, eumdem insequendo. Nota primò, quod in reseruatione pensionis solet apponi ad fauorem pensionarij alia clausula, & est *liberam, immunem, & exemptam*, qua clausula stante, Pensionarius non tenetur ad onera, quæ imponi solent super fructibus beneficij, puta decimam papalis, subsidium charitatiuum, excusatum, & similia, de quibus Gigans *de pension. q.85. num.7. & quaest.38.59. & 90.* Flam. Paris. *de resignat. benef. lib.9. q.2. num.135.* qui extendit dictam clausulam Garz. *de benef. 1. par. cap.5. num. 172.* qui alios citant Seraph. *decis.331.* per totum, qui loquitur de decima; Hæc licet vera sint, & communiter recepta per DD. tameo si pensio esset reseruata sine tali clausula, Pensionarius teneretur contribuere pro rata ad onera; imò pro rata debita licet Titulari, retentionem competere, docet post alios Garz. *cit. loc. num. 171.* vbi tenet quod Pensionarius oon habens pro se dictam clausulam, tenetur contribuere pro taxa seminarij, etiam erecti post reseruationem pensionis. 1

Limitatur libertas dictæ clausulæ *liberam, &c.* in oneribus impositis post reseruationem peosionis per Papam, cum decreto, quod Peosionarius teneretur pro rata, & cum derogatione quarumcunque exemptionum, cum clausula *quorum tenores, &c.* tunc enim Pensionarius omninò teneretur ad onera, ita & latius concluditur *decis.161. num.3. & seqq. par.1. diuers.* quæ loquitur de Excusato, de quo etiam multa apud Garz. *cit. loc.* & Lotter. *de re benef. lib. 1. q. 38. num. 25. & seqq.* 2

In his terminis pugnant fortiter duo Nostrates virtute præstantes, nempe Ricc. *in praxi 2. par. resol.428.* & Marant. *par.2. controuers. resp. 10.* in ea quæstione, an scilicet Pensionarius, qui pensionem habet cum clausula prædicta *liberam immunem, & exemptam ab omni onere, etiam excogitato, & insolito*, teneatur contribuere ad expensas, quas facit Titularis in lite, pro defensione sui tituli, quæ lis consequutiuè respicit, etiam defensionem pensionis; crescit pugna, quia pugnantes sunt virtute pares, & ob eorum reuerentiam nemo audet se io medium afferre, & rationes pro vtroque validæ habentur. Tenet Ricc. pensionarium esse liberum à tali onere, & licet transcribat nonnullas rationes pro parte cootraria, ab illis tamen libenter discedit. Contrarium pro iuribus Titularis, fortiter, & validis argumentis scribit Marant. *cit. loc.* inter quos oon reperitur alius tertius, nisi Lotter. *de re benef. lib.1. quaest. 38.* qui licet non loqnatur in terminis terminantibus, tamen eios ratio, quā adducit *num. 35.* non parum stringit pro Pensionario, nempe ex eo, quia dum Titularis suo proprio consensu se obligauit, etiam ad onera insolita, & excogitata, eximendo 3

Pensionarium, non potest prætendere remissionem aliquam, ad exemplum conductoris, qui omne periculum in se suscipit ex *l.vltim.in fin.C.de dot.promiss.* & vlterius idem Lotter, *eod. loc. num.* 39. ex eodem consensu præstito ad reseruationem pensionis liberæ ab omni onere, etiam excogitato, tenet Titulari non competere retentionem aduersus Pensionarium, pro expensis factis in prosequendo litem contra aliquem intrusum, contra Gomes. & Gigant. per ipsum adductos.

4 Item in materia pensionis, solet obseruari alia clausula, & est illa, quæ regulariter apponitur in commissionibus concedi solitis per Signaturam super nullitate, vel reductione pensionis à Papa reseruatæ, videlicet, *sine retardatione solutionis pensionis*, de qua clausula plura Mart. *de clausul. par. 1. claus. 149. aliàs 165. in vltim. impress.* Marches. *de commiss. par. 1. pag. 595. num. 123. & seqq.* Garz. *de benef. par. 1. cap. 5. num. 516. & seqq.* Marescott. *var. resol. lib. 1. cap. 22.* Lotter. *de re benef. lib. 1. quæst. 38.* Barbos. *de claus. claus. 162.* & alij multi, ex quibus colligi potest, quod

5 Primò hæc clausula sit adinuenta ad fauorem Pensionarij, ne sub prætextu nullitatis pensionis, vel alterius exceptionis per Titularem prætensæ, spolietur sua possessione exigendi pensionem pendente lite, aduertunt Theod. *de Rub. in singul.* Rot. *tom. 2. par. 4. concl. 762. num. 18. & seqq.* Garz. *cit. loc. num. 516.* & alij, quos refert, & sequitur Barbos. *cit. claus. 162. num. 2.*

6 Secundò, vis huius clausulæ, sit præcludere os Pensionarij, vt non possit allegare contra pensionem exceptionem aliquam, nisi pensione soluta, & obstruere aures Iudicis, qui nullo modo potest audire partem pensionarij clausula non adimpleta, cum illa legem Iudici præscribat in ipso articulo iurisdictionis, quam nullo modo potest præterire Rot. *diuers. par. 3. lib. 2. decis. 182. num. 3. in Burgen. pensionis 24. Nouembris* 1595. *coram D. Blanchetto apud Marches. tom. 1. pag.* 140. & ibidem *pag.* 608. *adducitur alia Mediolanen. pensionis 7. Nouembris* 1612. coram D. Vbaldo Cæsar. de Gras. *decis.* 101. *aliàs 8. num. 1. de sent. & re iud.* multa Barbos. *cit. loc. num. 5.* qui post Theod. de Rubeis vt supra aduertit, quod ad hoc, vt Iudex validè procedere possit vigore commissionis cum hac clausula, constare debet in actis de solutione, antequam procedatur, aliàs Iudex non dicitur certus de iurisdictione, etiam si pensio esset verè soluta.

7 Tertiò, si iudex cum tali clausula inhiberet Exequutori gratiæ pensionis, Exequutor non obstante inhibitione procedere ad exequutionem, nec per diceretur attentare, Coccin. *decis.* 144. *n.* 7. & sequitur Lotter. *cit. q.* 38. *num.* 7.

8 Quartò vigore dictæ clausulæ non solum tenetur Titularis, ad hoc, vt possit audiri, soluere terminos pensionis iam maturatos, sed in futurum, aduenientibus alijs terminis, omninò est compellendus ad solutionem, docet Marches. *de commiss. par. 1. pag. 494. num.* 1. & sequitur Barbos. *cit. claus.* 162. *num.* 8. Et hoc non solum in prima instantia, sed etiam in alijs, & vsque ad finem litis, quæ in his terminis dicitur finita, vel per tres sententias conformes, vel per vnicam, quæ transierit in iudicatum Cassad. *decis. 8. de rescript.* Marches. *cit. loc. pag.* 536. qui refert Rot. *in Abulen. pensionis coram D. Pirouano.* Et hoc etiam, si dicta clausula non fuerit repetita in alijs commissionibus, quia illa censetur repetita in qualibet commissione, prout refert fuisse dictum in vna *Neritonen. pensionis 26. Nouembris 1607. coram D. Caualerio impress.* apud Marches. *cit. loc. pag. 620. num.* 2. Lotter. *de re benef. lib. 1. quæst. 38. num.* 13. & Barbos. *cit. loc. eod. n.* 13. *in fin.* Ricc. *collect.* 1163. *in fin.*

9 Quintò stante dicta clausula, quæcunque sententia lata; non prius soluta pensione, est nulla, ex illo principio, quod eadem clausula det iurisdictionem conditionalem, vt prius pensio soluatur, interimque suspendatur, vt fuit dictum in *cit. Abulen. coram D. Pirouano* Ricc. *cit. loc. vers. secundus effectus*, Marta *de clausul. claus. 165. num.* 3. Theod. de Rub. *in singul.* Rot. *tom. 2. par. 4. claus. 762. num. 3. & seqq.* quos refert, & sequitur Barbos. *cit. loc. num.* 17.

10 Sextò non solum ipse Titularis, sed nec alius, etiam tertius, veniens ad causam pro suo interesse potest audiri antequam Pensionarius fuerit per Titularem integrè satisfactus de terminis maturatis, & hoc vigore huius clausulæ, docent Mart. *de claus. claus.* 165. *num.* 24. Ludouis. *decis.* 36. *num.* 3. post Palcott. *decis.* 210. sequitur Barbos. *cit. claus.* 162. *num.* 14.

11 Septimò Iudex datus super reductione, vel nullitate pensionis cum dicta clausula, non potest procedere non facta solutione, etiam si Pensionarius non opponat de solutione, testatur Garz. *de benef. par. 1. cap. 5. sub num.* 319. vbi etiam dicit, quod nullitas sententiæ latæ, non facta tali solutione, habet locum, etiam parte non opponente Rota *in vna Valen. pensionis 4. Decembris 1602. coram D. Ludouisio, & in Zamoren. pensionis 11. eiusdem mensis, & anni coram D. Ortembergo.*

12 Octauò Titularis vigore dictæ clausulæ, tenetur ante omnia satisfacere, aliàs non debet audiri, etiam si Pensionarius non sit in quasi possessione exigendi, dummodo sint literæ expeditæ, ita Cassad. *decis. 10. de rescrip.* Rot. *diuers. decis.* 301. 1. *part. & in vna Burgen. pensionis 24. Nouemb.* 1595. *coram D. Blanchetto* relata per Garz. *de benef. par. 1. cap. 5. n.* 519. vbi secus dicitur, si causa fuit commissa cum clausula *Arbitrio Rotæ*, quo casu Rota vult aliquid gustare de quasi possessione exigendi contra successorem; Et secus etiam si literæ non fuerint expeditæ, tunc etiam, non obstante eadem clausula, requiritur quasi possessio exigendi, vt in *dict. decis. diuers. num.* 3. Contra hanc clausulam dicit Ricc. quod ad hoc, vt suos operetur effectus, requiritur, quod constet de reseruatione pensionis, & quod adsit quasi possessio exigendi, ita in *collect.* 1163. *par.* 4. cuius opinio quoad possessionem reijcitur, licet admittatur quoad probationem reseruationis.

13 Nonò communiter DD. restringunt valorem huius clausulæ, quando ex ventre literarum constat de nullitate pensionis, vel de non iure Pensionarij Rot. *diuers. decis.* 310. *n. 3. par.* 1. Cassad. *decis. 10. de rescript.* cum alijs multis, adductis per Barbos. *dicta claus. 162. n. 18. vbi in fin.* dicit, tunc Rotam intelligere exceptionem oriri ex ventre, quando gratia est conditionalis, puta, *postquam clericali fuerit charactere insignitus*; tunc enim non verificata conditione, non constat de reseruatione. Hæc conclusio ampliatur, etiam si ex ventre Bullæ constaret de exceptione, quæ requireret altiorem indaginem, adhuc enim impeditur valor huius clausulæ, aduertit Garz. *cit. loc. sub num.* 519.

14 Decimò restringitur etiam virtus huius clausulæ, si incontinenti doceretur de nullitate, vel vitio reseruationis pensionis, secundùm dicta per Barbos. *cit. loc. n.* 19. vbi ipse Barbos. videtur se restringere, & tunc tantùm retardari executionem, quando exceptio oritur ex ventre, & ita intelligendum est *ly incontinenti*, alias diceret contra principium illud supprapositum cum communi, quod non possit vllo modo audiri Titularis contra dictam clausulam, non facta solutione.

15 Vndecimò, si Pensionarius per longum tempus pensionem non petijt, hæc clausula non operatur, & proinde potest Titularis audiri contra pensionem, etiam non facta solutione, secundùm opinionem Gig. *de pens. q. 85. n.* 3. & aliorum apud Mart. *de clausul. claus. 165. n.* 25. qui optimè aduertit id verum esse, quando Pensionarius non fuit impeditus agere, ita vt per ipsum steterit, secus si fuit legitimè impeditus, quia tunc, sine eius negligentia, non censetur amisisse ius suum, & animum exigendi, sequitur Barbos. *de clausul. claus. 162. n.* 20. Quibus in casibus Signatura in causis pensionum rescribere soleat sine hac clausula, vide Gigant. *de pension. q. 85. per tot.* Lotter. *de re benef. lib. 1. q. 38. n. 14. & seqq.* Garz. *de benef. par. 5. num. 529. & seqq.* Barbos. *cit. claus. 162. num. 21. & seqq.*

16 Nota secundò, quòd regulariter imponi videmus pensiones in quantitate pecuniarum, puta ducatorum centum, quinquaginta, &c. & ita hic vsus inoleuit, vt asserant multi inferiores Papa, non posse reseruare pensiones in quota fructuum, puta dimidia, tertia, vel quarta parte fructuum, & hoc etiam ratione, quia id esset scindere beneficia, quod prohibetur in *cap. maioribus de præbend. ita* Gig. *de pension. q.* 8. & alij, quos refert, sequi videtur Garz. *de benef. prima par. cap. 5. num.* 362. quæ sententia, licet in praxi seruetur, tamen contraria, quod possit pensio reseruari in quota fructuum, non reperitur expressè in iure prohibita, nec illam admittere, est beneficia scindere contra allatum *tex. in cap. maioribus*, cum talis scissio ex causa permittatur *cap. vacante de præb.* & pensionis reseruatio non nisi ex causa fit, vt dictum est supra, & probat Garz. *cit. loc. par. vltim. cap.* 4. tenet etiam principalem sententiam, nempe pensionem posse reseruari in quota fructuum,

Lotter.

Lotter. *de re benef. lib.* 1. *quaest.* 39. *num.* 7. testans plerumque vidisse seruatum.

17 Potest qooque pensio reseruari alternatiuè, vel in qoota fructuum, vel in qnantitate pecuniarum; & tunc secundùm magis veram, & communem sententiam, electio datur Pensionario in dobio, cum ipsius fauore iudicetur reseruata pensio, per *tex. in l. qui duos de leg.* 1. vbi Bal. *num.* 2. ex qun *tex.* iudicantur, quod in alternatiua, posita ad fauorem creditoris, electio est ipsius creditntis, non autem debitnris, docet Chassan. *ad consuetud.* Burgund. *gl.* 9. §. 21. *sub num.* 1. *vers. & in hac materia*, Butr. *consil.* 457. *num.* 5. & in terminis Put. *decis.* 193. *num.* 2. *lib.* 3. Ludouis. *decis.* 431. *num.* 2. vbi Beltram. qui id probat ad exemplum vltimarum voluntatum, cùm quibus, in multis regulantur literae Apostolicae, & in his videmus, quod electio est legatarij, quando plura fuerunt alternatiuè legata, Marescott. *var. resol. lib.* 2. *cap.* 97. *num.* 2. Gasp. Anton. Thes. *for. quaest. lib.* 2. *quaest.* 31. *num.* 1. Rot. *decis.* 203. *num.* 3. *par.* 1. *in recent.* Quicquid sit in contractibus, in quibus electio datur debitori Lotter. *cit. q.* 39. *num.* 10. *& seqq.* vbi docet id procedere, siue gratia reseruationis pensionis facta sit motu proprio, siue ad supplicationem, cùm etiam in his militet eadem ratio, prnut in *d. l. qui duos* declarat Alex. *n.* 4. sequitur Fel. *in cap. inter caetera sub num.* 4. *in* 4. *fallent. de rescript.* Paris. *consil.* 7. *num.* 42. *lib.* 2. Caesar. de Gras. *decis.* 185. *aliàs vinea de magist. num.* 4. Aduertendum tamen, quod facta semel electione per Pensionarium, non potest amplius variare io hoc casu, prout probat idem Lotter. *cit. loc. num.* 18. *vbi etiam num.* 12 *& seqq.* dicit quid sentiendum, data inaequalitate inter alternata de tempore reseruationis.

18 Aduerte, quod siue reseruetur pensio in peconia, siue in qunta fructuum, super fructibus Canonicatus simpliciter, non dicitur reseruata super distributionibus quotidianis; & proinde pensin imposita in quota, non est soluenda de distributinnibus, oam appellatione fructuum, nnn veniuot distributiones quotidianae *cap. licet de praebend.* nec imputantur in valore beneficij, aut veniunt sub oomine fructuum beneficij, Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell.* §. 7. *proem. num.* 154. *& seqq.* Garz. *de benef. par.* 5. *cap.* 3. *num.* 266. Monet. *de distrib. par.* 1. *q.* 6. Ludouis. *decis.* 540. *num.* 2. Lotter. *cit. q.* 39. *num.* 22. *& seqq. vbi num.* 26. ex dictis colligit, quod condemnatus in fructibus, non censetur condemnatus in distributionibus Verall. *decis.* 29. *par.* 3.

19 Fallit proposita conclusio, quaodo omnes fructus Canonicatus consistunt in distributinnibus quotidianis; tunc pensio reseruata super fructibus, debenit ex distributionibus, & etiam semper, quando id suadet natura subiectae materiae, tunc appellatione fructunm, veniunt distributiones Achill. *decis.* 2. *de pension.* Caes. de Gras. *decis.* 8. *de probat.* Haec sententia validè io iure fundatur, sed hodie nnn seruatur in praxi, nam etiam quod nmnes fructus consistant in distributionibus quotidianis, adhuc nullo casu intelligitur reseruata pensio super distributionibus, nisi de illis si facta expressa mentio in reseruatione, & boc propter componendam vnius ducati prn ducato quolibet eius quantitatis, quae reseruatur super huiusmodi reseruatinnibus ita Gonzal. *cit. loc. n.* 190. testans sic voluisse Rot. *in Hispalen. & in alia Salamantina pensionis* per ipsum adductas, qui etiam respnndet cnntrarijs, sequitur Lotter. *cit. q.* 39. *n.* 30. *&* 31.

20 Hìc dubitari potest, an pensin imposita super fructibos, & distributionibus Canooicatus, sit solueoda per Capitulnm, quod lucratum est distributiones ob absentiam, vel mortem Canonici. In qua dubitatione, licèt sint, qui teneât, Capitulum non teneri; tamen contraria sententia contra Capitulum, quod teneatur soluere pensionem pro distributionibus lucratis ob absentiam, vel mortem Canonici, quando pensin est super illis imposita, est verior iuri conformint, & in praxi seruata, ea potissimum ratione quia pensio imposita super fructibus, & distributinnibus, nnn debetur Pensionario propter seruitium Cannnici, sed ex gratia Papae, qui volit distributiones efficere ooere soluendi pensinnem, etiam antequam lucratae siot per Capitulum, & proinde contra illud transit actin realis, Gig. *de pens. q.* 39. *&* 43. Crescent. *decis.* 3. *num.* 1. *de solut.* probat latè Gonzal. *ad regul. Cancell. gl.* 5. §. 5. *num.* 44. *& seqq.* & fortius Lotter. *de re benef. lib.* 1. *quaest.* 39. *num.* 32. *& seqq.* Vnde cùm Papa reseruat pensinoem super distributionibus, non attenditur, an sit praestitum seruitium, vel non, quia non contemplatur tale seruitium, sed simplex destinatio, Rot. *decis.* 133. *num.* 2. *par.* 2. *in recen.* secundùm hanc opinionem saepissimè responsum fuisse in Rota refert, Gonz. & declarasse Clementem VIII. testatur Lotter. *locis supracitatis*. Eamq; extendunt, non valere in cootrarium consuetudinem Cresc. *decis.* 3. *de solut. n.* 1. & Gonz. *eod. loc. sub n.* 44.

21 Adde ad supradicta, nempe quod pensio simpliciter imposita super qunta fructuum Canonicatus, nno se extendat ad distributiooes, de qun latè Garz. *de benef. prima par. cap.* 5. *num.* 386. *& seqq.* quod si Pensinnarius in hoc casu agit ad exequutionem suae gratiae, tenetur pro iustificatione illius, probare, quod extant tales, ac tales fructus, qui non sunt distributiones quntidianae, nec ad illos pertinent, iuxtà *decis. Seraph.* 391. quam refert, & sequitur Lotter. *cit. loc. num.* 35.

22 Vlterius pensio imposita super fructibus, & redditibus beneficij, noo solum non censetur imposita super distributionibus, sed nec super omnibus alijs fructibus incertis, nisi de eis expressa fiat mentio, Garz. *de benef. citat. loc. num.* 339. *& seqq.* vbi id etiam procedere dicit, quando pensio est imposita super redditibus, prouentibus, iuribus, obuentionibus, & emolumentis vniuersis, adhuc enim nnn comprehenduntur incerti, Lotter. *cit. loc. n.* 36. quòd si expressè imponatur pensin super incertis, tunc inter illa computantur fructus, qui potuerunt percipi, sed ob negligentiam Titularis, percepti nnn fuerunt, prout determinat idem Lotter. *eod. loc.*

23 Dictum est supra in initio huius notabilis, pensinnes frequentius reseruari in moneta, cuius occasiooe praemittendum est, sub nnmine mnnetae omnes nummos cussos iotelligi, siue aureos, siue argenteos, siue aereos per *tex. in l.* 1. *&* 2. *C. de fals. monet.* sic dicta à *Iunone Moneta*, quam Ethnici olim colebant, vel quod eius monitu iostitutus sit nummus, secundum opinionem Brisson. *de verb. Iur. signif. lib.* 11. *& de formul. iur. lib.* 1. vel quod eidem crederetur moniti Cussores ipsi, oe quid fraudis fieret in aere, signo, & pondere. Nummorum enim materia aerea introducta fuit sub Sernio Tullio; argentea principium sumpsit annn ab Vrbe cnndita 486. & aurea anno 546. ita Budel. *de monet. & re numm. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 12. qui licet *lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 22. *& seqq.* referat aliquando nummos alterius metalli fuisse, ac etiam multoties fuisse cussos ex corio, & chortacea materia, tamen illi nnn fuerunt verè, & propriè nummi, sed ad tempus vice nummorum subrogati, propter bella, notat Bobadill. *in polit. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 51.

24 Constat enim nummos ex materia, idest metallo, & forma, idest publica aestimatione, qoae indicatur ex charactere Cusoris, ita in *l.* 1. *ff. de contrah. empt.* Vnde pecunia contioere debet duplicem bonitatem, vnam extrinsecam, consistentem in publica aestimatione, alteram intriosecam, consistentem in materia, quae debet esse proportionata valori monetae, aliàs pecunia, quae nnn continet materiam eiusdem valoris, prout communiter extimatur, dicitur falsa, proot expressè deciditur in *Cap. quanto de iureiurand.* Budel. *cit. loc. lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 4. Et sub fide publica fraus fit, Bart. *in l. qui falsam n.* 3. *ad leg.* Cornel. *de fals.* Affl. *decis.* 90. *sub n.* 4. multa Couar. *tom.* 1. *titul. veter. collat. numism. cap.* 7. *num.* 5. Paul. de Cast. *in l. prima sub n.* 2. *vbi alij de contrah. empt.* & est commune; permittunt tamen praedicti DD. Priocipibus, in cudendis nummis eam legem seruare, vt aliquid lucri percipiant ratione. Expeosarum, quae fiunt in ipsa mnneta signanda, cum ooo teneatur Princeps prnprijs expensis oummos cudere. Quoad verò aestimationem, dicendum est 25 illam semel nummo impositam, perpetuò debere durare per *tex. in cit. l. prima ff. de contrah. empt.* in illis verbis, *cuius publica, ac perpetua aestimatio, &c.* quod intelligendum est respectu naturalis vsus pecuniae, idest vt per illam aliae res aestimentur, secus respectu alterius vsus, idest cum ipsa pecunia cum alia pecunia cambitur; tunc enim eius aestimatio alteratur, etiam singulorum arbitrio, iuxtà dicta per Couar. *cit. loc. num.* 4. & licet hoc indubitatum sit de nnmmo antiquo, tempore Imperij Romani, quo tempore aestimatio illius perpetua erat, & vniformis, tamen postquam Imperium praedictum diuisum fuit in plures Principatus, & Respoblicas, aestimatio monetae non est vniformis, & perpetua, cum moneta vnius territorij, nnn sit expendibilis in territnrio alterius Bart. *in l. vltim. sub num.* 2. *vers. aut ergo Princeps C. de veter. numism. potest. lib.* 11.

& vt plurimum exigente iusta causa sit alterata, & variata, vel in bonitate intrinseca, vel io bonitate extrinseca, iuxta dicta per Franc. de March. *quæst. 648. par. 2.*

26 His incidenter notaris, dicendum in praxi, quod pensio imposita in pecunia, soluenda est in pecunia debita, nec aliam soluendo liberatur Titularis per *regul. tex. in l. 2. §. mutui datio ad fin. ff. si cert. pet.* Gig. *de pension. quæst. 98. num. 7.* Vnde quia semper in reseruatione solet specificari qualitas monetæ, in qua est facienda solutio, cogitur omninò debitor ad soluendum in specie determinata; & hoc iure probatur, quia vbicumque deducta est qualitas in stipulationem, ea est præstanda, nec potest solutio fieri in diuersa per *tex. in l. cum quod ff. si cert. pet.* per Bald. *in d. l. 2. §. mutui datio, n. 3.* in terminis Lotter. *de re benef. lib. 1. quæst. 39. num. 172. & seq.* esset tamen admittenda solutio io alia specie pecuniæ, quando esset penuria monetæ in specie promissa, & qoando Pensionarius nullum damnum reportaret ex mutatione, sed omninò conseruaretur indemnis Rot. *in vna Cremonen. pensionis 15. Iulij 1598. coram D. Orano impress.* per Cenc. *decis. 219. num. 7.* & refert Lotter. *vbi supra num. 174. & 175.*

27 Hinc pensiones, quæ soluuntur in Curia, debent solui in ducatis auri de Camera, & pro eis scota auri io auro, cum additione voius Iulij, iuxtà formam litterarum Apostolicarum. Secus tamen est in solutione facienda in partibus, io quibus propter difficultatem reperiendi aureos est admittenda solutio in alia moneta, dummodo illa tanti valeat, nec cogitur Beneficiatus soluere in auro secundùm magis æquam sententiam, licèt contraria possit defendi verior, Gomes. *de valor. exprim. in impetr. benefic. quæst. 8. ad fin.* qoem sequitur etiam Grat. *discept. for. cap. 417. num. 18.* qui testantor ita seroari in Rota.

28 Dubitari solet in his terminis, quomodo sit facienda solutio pensionis reseruatæ simpliciter, & indistinctè in ducatis, aut in scutis, nulla facta mentione, an sint ducati de Camera, vel monetæ vsualis, vel an sint scuti aorei, vel argentei. In qua dubitatiooe communiter dicunt DD. quòd si ex vsu, vel ex regione, vel ex contestu litterarum reseruationis potest haberi interpretatio, de qua specie Papa senßit, in illa specie facienda est solutio. Verùm si his consideratis, adhuc dubium remanet, & tunc iudicandum est reseruationem fuisse factam in exiguioribus, & minus grauantibus Titularem per *tex. in l. nummis de leg. 3. & l. semper in obscuris de regul. iur.* vbi in obscuris, quod minimum est debetur, & in dubio semper pro debitore iudicandum est *l. 1. §. cui certum, & l. cum certum ff. de aur. & arg. leg.*

29 Declara suprapositam conclusionem, quod si subsequuta sit aliqua solutio, tunc cessat omnis perplexitas, & in dubio iudicandum est, pensionem fuisse reseruatam in ea pecuniæ specie, in qua facta est solutio, etiam si vnica fuit; oam non tractatur de inducenda obligatione, sed simpliciter de illa declaranda, & interpretanda, ex obseruantia, quæ necessariò non debet esse præscripta Aym. *consil. 101. vers. & adeo,* multa ad hæc Lotter. *de re benef. lib. 1. q. 39. n. 158. & seqq.* quod noo procedere dicit *num. 163.* quando id factum fuit ex ignorantia, vel inaduertentia, per opinionem *Costa,* & aliorum *in tract. de fact. scient. cent. 1. dist. 43. n. 3. & seqq.* latè Surd. *consil. 335. n. 28. lib. 1. & consil. 220. num. 3. lib. 2.* Grat. *discept. forens. cap. 417. num. 19. & 20.*

30 Sed hìc aduerte, quod licet vera sit conclusio hæc, quod obseruantia subsecuta, declaret qualitatem monete soluendæ; tamen illa procedit, quando est dubium, de qua moneta partes senserint, vel Papa reseruauerit, puta si promissi sunt, vel reseruati floreoi, quorum duæ species currunt in loco contractus, ita vt dubitetur, de quibus fuerit cogitatum; non tamen procedit quando promissa, vel reseruata est certa moneta, tunc enim est facienda solutio iuxtà formam reseruationis, nec ex solotionibus aliter factis potest oriri obseruantia interpretatiua, contra clara verba reseruationis, ita voluit Rota *in vna Conchen. pensionis 28. Iunij 1585. coram D. Orano,* nisi post longissimam obseruantiam, præscriptam per spatium temporis trigiota annorum, Surd. *cit. consil. 220. num. 18. & consil. 224. num. 14. in fin. lib. 2.* Grat. *discepe. for. cit. cap. 417. num. 22.*

31 Solet hic disceptari, quomodo soluenda sit pensio, quando valor monetæ, qui erat tempore reseruationis pensionis fuit alteratus; Et ad id dicendum est, quod si fuit facta alteratio in bonitate extrinseca, vt quia fuit per Principem alterata æstimatio illius, & in tali caso facienda est solutio in moneta vsuali, secundum valorem ipsius tempore solutionis, adeò quod illa mediante possit haberi ipsa species, & in eadem quantitate, in qua est facta reseruatio. *Cap. olim de censib.* Gig. *de pension. q. 98. n. 6. & seq.* Rot. *in Cæsaraugustana pensionis 11. Martij 1591. coram D. Gipsio, & in Capuana pensionis 6. Martij 1617. coram D. Verospio, & in Mantuana pensionis 12. Iunij eod. anno coram D. Archiepiscopo Seleucien.* Si verò moneta fuit ex toto sublata, vel per consilationem, vel per illius prohibitionem, & looo illius alia moneta, eiusdem quidem oominis, sed non eiusdem bonitatis recusa, sed maioris, vel minoris; & in hoc casu noo potest compelli Titularis debitor soluere in moneta, quæ erat tempore reseruationis, & postea sublata, quia eius obligatio iotelligitur facta rebus, ita stantibus, iuxtà doctrinam Put. *decis. 145. num. 5. lib. 2. in correct.* Sed liberatur soluendo, vel surrogatam, vel inferiorem, facta tamen æstimatione antiquæ monetæ de tempore antequam abrogaretur, ita vt tantum de noua soluatur, quantum erat æstimatio antiquæ Put. *cit. loc. n. 7. vers. intelligendo,* Brun. *tract. de augum. monet. prima par. 2. partic. n. 1. & seqq.* & hoc quicquid dicant aliqui, an interuenerit mora, vel oon, Benintend. *decis. 39. num. 1. in princip. & n. 2. vers. contrariam,* Rota *in allegat. Cæsaraugustana.*

Ex dictis resoluitur alia dubitatio, si reseruata sit pensio 32
ducatorum centum auri de camera, constituenoum in totum summam scutorum centum triginta quinque monetæ Papalis, iuliorum decem pro quolibet scuto, & modo ducati centum de camera, ratione augumenti constituunt maiorem summam, quam scutorum 135. an soluenda sit pensio cum augumento, an potius satisfactom sit obligationi, si soluantur dicta scuta centum triginta quinque taxata. Et quidem dicendum est, peosionem soluendam esse secundùm valorem ducati tempore solutionis, cum ducatus fuerit io obligatione, ioxtà reseruationem; cùm enim ducatus est in obligatione, nec est mutata illius bonitas intriosecа, tunc attenditur valor de tempore solutionis ad dicta per Bart. *in l. Paulus n. 6. de solution.* Rot. *in Cesenaten. pecuniaria 14. May 1597. coram D. Decano, & in Mernien. legitima 7. Aprilis 1581. coram D. Seraph. & in citata Cæsaraugustana pensionis.*

Nec per illa verba *constituentium in totum summam scutorum 135.* videtur facta æstimatio, quæ faciat, vt non habeatur ratio augumenti, vel diminutionis, iuxtà doctrinam multorum, quos refert, & sequitur Surd. *consil. 392. num. 2. 3. & 12. lib. 3.* nam illa verba posita suot demonstratiuè, non autem taxatiuè, ioxtà explicationem Rot. *in vna Assisien. pensionis 24. Ianuarij 1607. coram D. Sacrato* Boer. *decis. 327. sub n. 3.* multa io hoc casu vide apud Grat. *discept. for. cap. 417. per totum.* Quando ex solutione in quantitate diminuta oriatur præiudicium futuris solutionibus, vide apud Lotter. *de re benef. lib. 1. quæst. 39. num. 224. & seqq.*

Nota tertiò, controuersum esse inter DD. an pensio sit 33
odiosa, vel fauorabilis; de qua controuersia dicendum est infra, pro nunc dicenda est fauorabilis, docet Gig. *de pension. q. 96. per totum,* Gonzal. *in 8. regul. Cancell. §. 6. proœm. n. 21.* Lotter. *de re benef. lib. 1. q. 36. num. 14.* ex quo principio.

Collige pensionem legitimè impositam, esse omninò sol- 34
uendam à beneficiato, pro qua consequenda, iura multis modis fauent pensionario. Primò dicunt pensionem esse onus reale, ita communiter DD. quos refert Gig. *de pension. q. 26. n. 1. q. 40. n. 1. & q. 47. nu. 2.* Seraph. *decis. 1351. n. 1.* Rota *in recent. decis. 176. num. 3. par. 3.* & Pensionario competere hypothecariam Gig. *cit. loc. q. 51. n. 1. & 2.* & alij. Sed hoc intelligendum est, Pensionarium non obtinere hypothecam super Ecclesiam, seu beneficium, vel illius prædia, hæc enim, vel sunt extra nostrum commercium, vel per Titularem, aut Papam minimè obligantur; prout benè explicat Lotter. *de re benef. lib. 1. q. 39. n. 73. & seqq.* Sed hypothecam istam, solùm dici constitutam super fructibus beneficij, & illis inhæret, Gig. *consil. 35. sub num. 9. vers. est enim pensio,* Rom. *consil. 388. sub num. 1. vers. primo quia hac pensio, & num. 3.* Verall. *decis. 302. aliàs 7. de pension. num. 4. & 5. par. 2.* Rot. *in Cusentina pratensa confidentia 1595. coram D. Orano decis. 102. in fin. post primum vol. consil.* Farinacc. Grat. *discept. for. cap. 94. num. 51. & seq. par. prima* obseruat benè Lotter. *cit. loc. num. 82.* sequitur Marant. *tom. 4. controuers. resp. 68. num. 16.*

Se-

Secundò dicunt DD. vigore huius hypothecæ, posse Peosionarinm pro consequenda pensione agere non solum contra eum, qui pensioni consentijt, sed etiam posse ab eo successor in solidum conueniri, ad tex. in l. stipulationum §. ex his igitur ff. de verb. oblig. l. vltim. ff. si vnus ex pluribus hæred. Rota in Toletana pensionis primo Iulij 1630. coram D. Merlino, Marc. Aot. Thomati decis. 22. num. 17. Barbos. de iure Ecclef. lib. 1. cap. 11. num. 71. Marant. cit. resp. 68. num. 18. Caputaq. decis. 13. num. 1. & seqq. par. 1. Achil. decis. 3. num. 2. de pension. Rot. diuers. decis. 1182. par. 3. lib. 3. num. 1. multa Bell. disq. cler. prima par. titul. de clerico debit. §. 8. num. 1. & seqq. & hoc etiam pro terminis decursis ante successoris possessinnem Barbos. cit. loc. n. 71. qui alios citat Ludouis. decis. 507. num. 2. & seqq.

36 Ampliatur conclusio, vt non solum possit Pensionarius agere contra successorem actione reali, & hypothecaria prædicta pro pensionibus, etiam præteritis; sed possit quoque agere actione personali, contra ipsum successorem, quia dum reseruatur pensio, Papa necessariò supponit Titularem, tam pro se, quàm pro successoribus coosentire, cum amplissima obligatione in forma Cameræ, ex qua obligatione, & decreto Papæ, afficiuntur etiam successores, qui subijciuntur actione personali, Cassad. decis. 4. num. 6. de pension. Gambar. de off. & potest. legat. lib. 6. num. 453. Verall. decis. 302. num. 1. part. 2. & in recentior. decis. 176. num. 1. & 3. part. 2. & decis. 107. nu. 4. & seqq. part. 3. vbi vlterius dicitur, quod non potest successor se excusare ex capite ignorantiæ, cum id teneatur scire, & paria sint, vel scire debere, firmant hanc conclusionem multis rationibus DD. & Lotter. de re benef. lib. 1. cap. 39. num. 38. & seqq. sequitur Marant. tom. 4. controuers. resp. 68. num. 19. ac etiam ratione, quia successor acceptando beneficium, pensitne grauatum, videtur quasi contrahere cum Pensiooario, & se obligare ad onera, beneficiti iniuncta §. omnium instit. de action.

37 Verùm quia hæc actio non est merè personalis, sed in rem scripta ideò non datur contra successorem in beneficio, imò nec contra eum, qui consensit quando non possidet, nec fructus recipit, & per ipsum non stat, quin fructus, percipiantur Gig. de pension. resp. 29. nu. 2. Achill. decis. 1. & 6. de pension. Rot. diuers. decis. 699. num. 1. p. 1. Nisi pensio esset reseruata cum clausula habita, vel non habita possessione, tunc enim etiam fructibus non perceptis, soluenda est pensio; quod intelligendum est, vt etiam existente dicta clausula, si per tres annos contiouos adhibitæ fuerunt diligentiæ pro remouendis omnibus impedimentis, Titularem, qui fructus non percepit, non teneri ad peosiones, Burlat. consil. 361. num. 31. Cæsar. de Grass. decis. 12. num. 3. de praben. Seraph. decis. 66. num. 2. & 3. Put. decis. 318. num. 4. lib. 2.

38 Declara soprapositam principalem conclusionem, posse Pensionarinm agere contra successorem in beneficiti, super cuius fructus est reseruata pensio, etiam pro terminis præteritis, id procedere, quando successori fuerunt intimatæ originales litteræ reseruationis pensionis, prout aduertit Sallust. Tib. in pract. Ind. A. C. lib. 3. cap. 2. in princip. vbi notat non sufficere illas in monitorio inserere, & insertas intimare, quia debent originaliter, aut illarum sumptum, ex registro Bullarum, aut ex Cam. Apost. legitimè intimari, vel commissionem à Signatura iustitiæ obtinere, in qua committatur A. C. vt littera in monitorio insertas intimari faciat, & intimationem in honc modum factam, ac si litteræ ipsæ originales iotimarentur valere decernat, de his etiam Paris. de resignat. lib. 6. quæst. 2. num. 98.

39 Sed notandum est, quòd hæc intimatio deseruit ad hoc, vt contra Titularem agi possit ad declarationem incursus pœnarum, & censurarum, de quibus in litteris reseruationis, prout benè post alios multos aduertit Garz. de benef. prima part. cap. 6. num. 576. post idem Sallust. Tiber. cit. loc. num. 34. & 13. Vnde etiam illa deficiente, potest mandatum executiuum relaxari per opinionem Garz. & aliorum, quom nouissimè sequitur Marant. tom. 4. controuers. resp. 68. num. 22. & seqq.

40 Vlterius si non fuerunt intimatæ originaliter litteræ reseruationis Titulari successori, vt supra, potest Pensionarius vti alia cautela, & est quod faciat per Exequutorem relaxari aduersus successorem sententiam, eique mandari, vt intra competentem terminum soloat, alioquin aduersus eum mandatum relaxabitur executiuum, & in subsidio excommunicatio, qua cautela adhibita, potest etiam procedi ad declarationem incursus censurarum contra successorem, litteris noo iotimatis à principio, aduertit Garz. cit. loc. num. 579. qui alios citat, & sequitur Marant. vbi supra num. 24.

Potest qnoque procedi contra successorem ad declarationem incursus pœnarum, in litteris reseruationis contentarum, litteris ipsis noo iotimatis, vt supra, quando aliundè constat, successorem plenam notitiam habuisse de litteris reseruationis prædictis, prout aduertit Grat. discept. forens. cap. 417. num. 28. quem refert, & sequitur 41
Marant. cit. resp. 68. num. vltimo, post Achill. decis. 4. de rescript. per eundem adductum, & confirmatur ratione, nam inane est, certum certificari, l. prima §. venditor in princip. & in fin. vers. hac ita vera de action. empt. cap. cum qui certus est de regul. iur. in 6. atque iotimatio non debet fieri scienti, vbi ea ad alium finem non requiritur, quàm notificandi Alex. consil. 24. nu. 4. lib. 4. & consil. 138. num. 1. vers. nam vbi lib. 7. Tiraquel. de retract. consanguin. §. 36. glos. 2. num. 30. Menoch. consil. 1004. num. 6.

Declarant communiter quoque DD. regulam illam, 42
quod possit Pensionarius agere contra successorem in beneficio pro pensionibus præteritis, procedere quando Pensionarius fecit diligentias contra prædecessorem, vel eius hæredes, & hoc fundatur ratione, nam licèt firmatum sit supra, successorem teneri in solidum, tamen eius obligatio; pro tempore, quo prædecessor percepit fructus, est velut accessoria, & subsidiaria, arg. text. in l. sed Iulianus §. idem ait ff. ad Maced. & proinde non habet locum, nisi postquam constiterit principalem debitorem, vel eius hæredem non esse soluendo, cum in hoc habeatur respectus ad fructus, quos annuatim is perciperet l. si fideiussores, vbi Bart. vers. ergo ff. de fideiussor. tenent Campanil. diuers. iur. Canon. rub. 11. cap. 14. num. 20. Franc. Leo Thes. for. Eccles. part. 2. cap. 7. num. 52. & 53. Marescott. variar. resol. lib. 1. cap. 18. Pacific. de Saluian. interd. decis. 99. & inspect. 3. cap. 4. num. 199. & seqq. Bellett. disq. cler. 1. part. titul. de cler. debit. §. 8. num. 12. & seqq. Ricc. in prax. part. 1. resol. 272. Gig. de pension. quæst. 39. num. 13. Grat. discept. forens. cap. 94. num. 59. Garz. de benefic. part. prima cap. 5. num. 199. Lotter. de re benefic. lib. 1. quæst. 39. num. 108. & seqq. Barbos. de iure Eccles. lib. 3. cap. 11. n. 73. Rota in Canonen pensionis 15. Ianuarij 1592. coram D. Gypsio in Hispalen. pensionis 16. Decembris 1577. coram D. Blanchetto in Cæsaraugustana pensionis 13. Aprilis 1592. coram D. Pamphilio in Toletana pensionis 15. Martij 1599. coram D. Decano in Oscen. & Barbastren. pensionis 15. Aprilis 1609. coram D. Lancellotto in Latinen. pensionis 7. Februarij 1620. coram D. Vbaldo in Neritonen. pensionis 10. Iunij coram D. Ludouis. decis. 507. per ipsum impress. Cassador. decis. 4. num. 3. declarat Cresc. decis. 58. in fin. Put. decis. 189. lib. 2. & alij, qui à contrario communiter etiam tenent, quod si Pensionarius fuit in culpa, nec fecit diligentias contra prædecessorem, vel hæredes, pro consequendis pensionibus, minimè potest agere cootra successorem. Verùm quia hæc decisio est fundata in culpa Pensionarij, ideò distinguit Lotter. cit. loc. num. 113. & seqq. quod si Titularis debitor, subitò, & ex improuiso desijt esse soluendo, & quia in tali casu nulla potest imputari creditori culpa, etiam si per quodcumque tempus exigere cessauerit, cum ei non sit statutum certum tempus ad agendum, meritò illius simplex negligentia in agendo, eum non priuat posse agere contra successorem. Secus tamen si debitor paulatim, sensimque decoxit, tunc negligentia in noo exigendo nocet Pensionario, qui videns debitorem paulatim labi, debebat contra illum agere, si volebat integram sibi seruari actionem contra successorem, ita Lotter.

Excusatur tamen Pensionarius à culpa, & negligen- 43
tia, noo exigendo à prædecessore, & proinde liberè potest agere contra successorem, nullis factis diligentijs, quando in vita prædecessoris, contra illom agere non potuit, & fuit impeditus, vel impedimento iuris, puta quia nondum cessit dies solutionis, Rota in citata Cæsaraugustana pensionis 13. Aprilis 1592. coram D. Pamphilio impressa apud Marchesan. tom. 1. pag. 606. num. 1. vel impedi-

mento

mento facti, puta absentia, carceratione, & simili, vel ignorantia, vt quia pensio fuit reseruata absenti, Rot. *decis.*621. *num.*3. *vers. quæ negligentia part.*1. *in recent.* Ludouis. *decis.*369. *num.*6. Hoc enim casu excusatur Pensionarius impeditus, etiam si non sit protestatus de impedimento, secundum æquiorem sententiam, quam tenet Surd. *consil.*268. *num.*42. & seruat Rota apud Verall. *decis.*73. *num.*1. *part.*2. Quod intellige, dummodo impedimentum non fuerit remouibile de facili, Rot. *decis.*104. *num.* 3. *part. prima diuers.* vel inductum propria culpa impediti, Surd. *decis.* 189. *n.* 28. tunc enim non excusatur Pensionarius.

44 Aduerte, quod Pensionarius agens contra successorem pro terminis præteritis pensionis, ipse tenetur probare adhibuisse diligentias contra prædecessorem, tamquam actus affirmatiuus, prout post Pacian. *de probat. lib.* 1. *cap.*50. *num.*5. in proprijs terminis aduertit Lotter. *de re benef. lib.*1. *quæst.*39. *num.*120. & non simplices, sed debito modo factas, idest iudicialiter, nec ciuiliter, vel extraiudicialiter, nisi diligentiæ extraiudiciales plus operarent, quàm iudiciales. Nec non vt fuerint omni ex parte absolutæ, & perfectæ, vsque ad exequutionem, ita Lotter. *cit. loc. num.*140. *& seqq.*

45 Prædictæ diligentiæ contra prædecessorem, vel eius hæredem, ad hoc, vt Pensionarius possit agere contra successorem, necessariæ sunt, vt supra, non solum si intentatur contra successorem iudicium exequutiuum literarum, sed etiam si agatur ad regressum, tenet idem Lotter. *cit. loc. num.*151. qui contra hanc sententiam dicit non obstare *decis. Achill.*3. *num.*2. *de pension.*

46 Quod dictum est, posse Pensionarium agere pro pensionibus præteritis contra successorem, est positum in facultate, & electione ipsius Pensionarij, qui potest etiam agere contra hæredes prædecessoris, cum & in hoc detur electio contra quem agere velit, vel contra successorem, vel contra hæredes, in casibus, in quibus hæredes sunt obligati, vel contra prædecessorem, si adhuc viuat, Gig. *de pension. quæst.*29. *num.*11. *& quæst.*43. *num.*5. Rot. *diuers. decis.* 1182. *num.* 1. *part.* 3. *lib.* 3. Leo *in Thes. for. Eccles. cap.*22. *num.*51. *&* 52. probat multis rationibus Bellett. *disq. Cler.* 1. *part. titul. de Cler. debit.* §.8. *num.*10. sequitur Barbos. *de iur. Eccles. lib.*3. *cap.*11. *num.*72. qui consulunt Pensionarium, vt potius agat contra successorem in beneficio, quàm contra hæredes prędecessoris, cum contra illum procedere possit executiuè, & contra istos teneatur agere ordinariè, iuris ordine seruato.

47 Sed si Pensionarius eligat agere contra successorem, illumque compellat ad soluendum pensiones, debitas tempore prædecessoris, potest ipse successor, qui soluit, solutum repetere ab hæredibus prædecessoris, vel ab ipso prædecessore si viuit, vt post alios aduertit Bellet. *cit. loc. num.*12. & Barbos. *vbi supra*, quod intellige, quando successor coactè soluit, quod si sponte soluat, non potest solutum repetere vt supra, refert voluisse Rotam apud Coccinum *decis.*327. *num.*3. Lotter. *de re benef. lib.* 1. *quæst.*39. *num.*89.

48 Non est prætermittendum hìc annotare, quòd quando Iudex compellit successorem in beneficio ad soluendum pensiones præteritas, adhibitis diligentijs, vt dictum est, aduerte debet, vt remaneat ipsi Titulari successori debita portio, vt si Episcopus est, illi remaneant mille, si Parochus centum, si alius Beneficiatus, pars congrua ad se sustentandum, quæ portio in primis, & ante omnia est deducenda, & deinde soluendæ sunt pensiones decursæ in vita Prædecessoris, voluit Rota *in vna Campanien. pensionis* 22. *Ianuarij* 1609. *coram D. Iusto*, & apud Ludouis. *decis.*507. *num.*5. aduertit Lotter. *cit. loc. num.* 150. qui secus dicit, quando tractatur de solutione terminorum, cedentium tempore successoris.

49 Tertiò ex supra firmata conclusione, pensionem esse onus reale, ac Pensionario hypothecariam competere; deducunt, etiam DD. quod reseruata pensione super pluribus beneficijs, vel principaliter vnitis, vel ex dispensatione vni tantum collatis; si vel sequatur vnionis dissolutio, vel pluribus ea contingat conferri, fiat dissolutio oneris pro modo fructuum, Mant. *decis.*224. *num.*1. *&* 2. Rot. *in recent. decis.* 281. *num.*3. *part.*1. de hoc latius infra §.3. *vers. Nota* 5.

50 Quartò ex eadem suprafirmata conclusione, deducunt quoque scribentes, pensionem impositam super Canonicatum, & Præbendam, quis soluere debeat, si optetur Præbenda; in quo casu licèt *ego ipse prima part. annot.* 6. *num.*25. firmaui, quod si vacet talis Canonicatus, & Præbenda, & de Canonicatu fuit vnus prouisus, & alius optauit Præbendam, debeat pensio solui pro rata inter Titularem, & optantem, & hoc eadem proposita ratione, pensionem esse onus reale, & transire contra possessores fructuum cum Gig. & alijs; id tamen declarandum est, hìc non procere, quando pensio est imposita simpliciter super fructibus Præbendæ Canonicalis, tunc enim si ratione optandi prædium temporale Præbendæ, prout est ius percipiendi fructus ex illo, vel ab alio prædio, super quo erat reseruata pensio, retento eodem titulo, tenetur ad pensionem, qui dimisit, non qui optauit; si verò fuit dimissus titulus Canonicatus, & alius optatus, & tunc tenetur qui optauit dimissum, ita refert pluries voluisse Rotam, Lotter. *de re benef. lib.* 1. *quæst.* 29. *num.* 30. Barbos. *de iure Eccles. lib.*3. *cap.*11. *num.*73. qui loquitur in terminis, quando est reseruata pensio super Canonicatu simpliciter, quando verò reseruatio est facta super Præbenda dimissa, tunc proculdubio dicendum est cum illa transire onus reale pensionis, vt cum Gig. *quæst.*63. *num.*3. & Mantic. *decis.*273. *num.*2. sentit Lotter. *cit. loc. quæst.*39. *num.*85. & in his terminis loquuti sumus 1. *part.* Cætera extra casum prædictum faciunt, quando qui consentit reseruationi, vult dimittere grauatam Præbendam, & aliam optare, vel quando dimissa vna Præbendam aliam optauit tenetur tunc ad integram pensionem, Bellett. *disq. Cler.* 1. *part. titul. de Cler. deb.* §. 8. *num.*17.

51 Quintò ex eadem ratione, quod pensio sit onus reale, & sequatur fructus beneficij, super quibus est imposita, deducunt etiam DD. pensionem esse soluenda in loco beneficij, & vbi fructus percipiuntur, non verò, vbi est pensionarius, quod verum est, quando alius locus non fuit destinatus in reseruatione illius, Gambar. *de off. leg. lib.* 6. *in* 27. *quæst. num.*612. Rot. *in recent. decis.*688. *p.* 4. Mand. *de signat. grat.* §. *pensiones vers. concedi passim.*

52 Nota quartò practicabiliora in causis pensionum, & circa modum procedendi contra Titulares pro consequutione illius, quod Pensionarius, qui adstringere intendit Titularem ad soluendum terminos decursos, tenetur coram Executore comparere, & præsentare literas originales pensionis reseruationis, & etiam commissionem Executoris, vel processum fulminatum in quo ipsæ litteræ sunt insertæ, atque instare pro mandato, seu monitorio in forma, contra possessorem beneficij, pensione grauati, pro quantitate debita, in quo mandato debent inseri litteræ commissionales ipsius Executoris, cum assignatione competentis termini ad soluendum sub pœna excommunicationis, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis, etiam in literis reseruationis pensionis expressis; aliàs ad videndum declarari Titularem non soluentem incidisse in pœnas, & censuras prædictas, nec non ad constituendum Procuratorem; aliàs ad videndum procedi in contumaciam in forma ad omnes, & singulos actus in forma, prout latius Garz. *de benef. par.* 1. *cap.* 5. *num.* 532. *& seqq.*

53 Prædictum mandatum notificatur Titulari, & reproducitur in actis coram eodem Executore, quo facto, si Titularis citatus non compareat, incusantur contra illum contumaciæ; si compareat, proceditur contra eum ad vlteriora. Quo in casu notandum est, quod si Titularis est ille, qui pensioni consensit, & gratia reseruationis pensionis est pura, proceditur statim contra debitorem ad executionem, expediuntur litteræ executoriales realiter, & personaliter, & si non reperiantur pro illis exequendis, proceditur ad declarationem incursus censurarum, de quibus in litteris reseruationis pensionis, ad hoc vide Salust. Tiber. *in prax. A. C. lib.* 3. *cap.* 5. & Garz. *cit. loc. num.* 137.

54 Si verò non est procedendum contra eum, qui pensioni se obligauit, sed contra successorem, & tunc aduertendum est, quod si Pensionarius non est in quasi possessione exigendi pensionem, & gratia reseruationis illius est conditionalis, tenetur ipse Titularis iustificare litteras reseruationis, & verificare conditiones, maximè clausu-

lam

lam illam *dummodo*, *&c.* de qua latius supra, quam tenetur verificare Pensionarius, etiam contra eum, qui pensione consentijt, & adhuc non soluit, vt aduertit de decisione Rotæ Salust. Tib. *cit. loc.* Si verò Pensionarius est in quasi possessione exigendi, siue agat contra consentientem, siue contra successorem, non tenetur instificare gratiam, nec aliquid verificare; vnde quauis exceptione opposita per Titularem, proceditur interim contra illum, vsque ad solutionem, & Titularis in tali casu denegans solutionem, dicitur spoliare Pensionarium, Gig. *de pens. quæst.* 62. *num.* 12. & proinde omninò est manutenendus, Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *quæst.* 38. *num.* 88.

55 . Aduerte in eodem casu, quod existente Pensionario in quasi possessione exigendi, Executor nullum habet arbitrium ad impediendam, siue retardandam solutionem pensionis, Rota *in Cremonen. Prioratus* 25. *Februarij* 1622. *coram D. Valdo, & prius in Tullen. pensionis* 22. *Iunij* 1609. *coram D. Attrebaten. & in Hidruntina pensionis* 2. *Iunij* 1618. *coram D. Coccino*; Quod ampliatur, vt possit existens in tali quasi possessione exigendi, agere virtute solius supplicationis, etiam litteris non expeditis, tam contra principalem, qui reseruationi consentijt, quàm contra successorem, notat Salust. Tiber. *cit. loc. cap.* 3. *nu.* 1. etiam si successor nunquam soluerit Ludouis. *decis.* 313. vbi Beltr. *num.* 6. Rot. *in recent. part.* 1. *decis.* 508. *num.* 1.

56 Hic notandum est, quando dicatur Pensionarius in quasi possessione exigendi pensionem, ad finem, vt omninò, etiam pendente lite, non possit impediri, quin pensiones exigat; Et quidem tunc est, quando aliàs exegit, etiam si semel, per vnicum enim actum exactionis inducitur hæc quasi possessio, sicut & in alijs actibus incorporalibus, docet Rip. *in cap. cum Ecclesia num.* 53. *de caus. poss. & propr.* latè Grat. *discept. for. cap.* 113. *num.* 1. *& seqq.* Rot. *decis.* 396. *num.* 2. *part.* 1. *diuers.* Seraph. *decis.* 436. *num.* 1. *& decis.* 1411. *num.* 1. Rota *in Regien. pensionis* 26. *Iunij* 1598. *coram D. Vbaldo apud Marches. part.* 1. *decis.* 19. *num.* 1. *fol.* 616. *in Cusentina pensionis* 4. *Maij* 1619. *&* 1. *Iulij* 1620. *& in Spoletana pensionis* 21. *Iulij* 1620. *coram D. Vbaldo*, Marant. *tom.* 4. *controuers. resp.* 55. *num.* 36. *& seqq.*

57 Ampliatur supraposita sententia, vt per vnicum actum solutionis acquiratur quasi possessio exigendi pensionem, id procedere, etiam si solutio facta fuisset metu censurarum, Rota *diuers. part.* 1. *decis.* 196. *num.* 3. Seraph. *decis.* 1047. *num.* 1. cum alijs, quos refert, & sequitur Garz. *de benef.* 1. *part. cap.* 5. *num.* 450. *& seqq.* qui post allegatas Rotæ decisiones, aduertit, quod solutio facta metu censurarum, præmissa protestatione, illam fieri metu prædicto, non constituit Pensionarium in quasi possessione prædicta, Achil. *decis.* 423. *seu* 11. *de pension.* Puc. *decis.* 273. *num.* 2. *lib.* 2. Seraph. *decis.* 117. *num.* 6. vbi dicit, quod ex hac solutione, contradicente Rectore, non inducitur quasi possessio, multa Lotter. *de re benef. lib.* 1. *quæst.* 38. *num.* 205. *& seqq.* qui benè aduertit, solum in hoc esse attendendam hanc protestationem, quę remouet animum in protestante, vnde si illa non concurrat, quocunque præcedente mandato Iudicis, etiam sub pœna censurarum, siue iusto, siue iniusto, siue sequantur, siue non censuræ, quia præsumitur obediendi voluntas, meritò dicitur acquisita hæc quasi possessio.

58 Ampliatur quoque proposita sententia, vt per vnicum actum solutionis, dicatur Pensionarius in quasi possessione exigendi pensionem, id procedere, etiam si Pensionarius esset in quasi possessione exigendi partem pensionis, adhuc censetur esse in quasi possessione respectu totius, & quoad totam pensionem, ea potissimum ratione, quia soluens partem debiti, dicitur agnoscere totum debitum, Dec. *consil.* 618. *num.* 2. *vers. quia qui partem*, Surd. *consil.* 335. *num.* 6. & in nostris terminis propter vniuersalitatem tituli pensionis, vt fuit dictum in *Pampilonen. pensionis* 16. *Ianuarij* 1613. *coram D. Sacrato*, apud Marches. *de commiss. tom.* 1. *fol.* 545. Hoc tamen declaratur communiter habere locum, quando sumus in dubio, secus tamen dicendum, si clarè constet Titularem voluisse agnoscere debitum pensionis tantum pro parte soluta; tunc enim Pensionarius solum pro eadem parte dicitur in quasi possessione exigendi, Rot. *decis.* 547. *num.* 8. *part.* 1. *in recent.* sequitur Beltram. ad Ludouis. *decis.* 557. *num.* 11. Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *quæst.* 38. *num.* 123. *& seqq.* qui principalem sententiam probat procedere in solutione partis, etiam minimè.

Ampliatur etiam induci quasi possessionem exigendi 59
pensionem per vnicam solutionem, etiam si illa fuerit facta à prædecessore Titulari, & non ab ipso possessore, contra quem agitur, decisum per Rotam apud Ludouis. *decis.* 275. & ex alijs relatis per Beltram. *ad eand. decis. num.* 17. Similiter per vnicam solutionem, factam per reseruatarium fructuum, cum facultate percipiendi fructus propria auctoritate, constituitur Pensionarius in quasi possessione exigendi pensionem contra verum Titularem, Rot. *decis.* 508. *n.* 3. *part.* 2. *in recent.* Beltram. ad Ludouis. *cit. decis.* 275. *num.* 23.

Limitando supradicta, dicendum est primò, per solu- 60
tiones factas ab œconomo, Sede vacante, vel sequestratario non habentibus titulum, non inducitur quasi possessio exigendi contra verum Titularem, quia cum cesset Titularis, non potest contra successores, & Ecclesiam, acquiri quasi possessio, cuius substantia in istis incorporalibus, consistit in scientia, & patientia Domini, per doctrinam Bart. *in l.* 1. *§. huius autem vers. secundo modo ff. vti possid.* & Bald. *in l.* 2. *num.* 10. *col.* 3. *vers. quæro qualiter C. de seruit.* Rot. coram Seraph. *Gerunden. pensionis* 18. *Decembris* 1579. *& in Pacten. pensionis* 5. *Octobris* 1594. *coram Pamphilio, in Vicen. pensionis* 28. *Nouembris* 1614. *coram D. Andrea, & in Meliten. pensionis* 17. *Iunij* 1617. *coram eodem, & decis.* 184. *num.* 1. *&* 2. *part.* 1. *diuers. & decis.* 508. *num.* 4. *part* 2. *in recent.* Beltram. ad Ludouis. *decis.* 275. *num.* 22. Multa Lotter. *de re benef. lib.* 1. *quæst.* 38. *num.* 134. *& seqq.* vbi idem probat in solutione facta per administratorem, vel exactorem, per Cameram Regiam, per Subcollectorem, vel per quemcunque alium non Titularem.

Dubium est in his terminis, an solutio facta per alium 61
nomine Titularis, constituat Pensionarium in quasi possessione exigendi, & pro parte affirmatiua facit, quod nemo præsumi debet velle pecunias suas iactare, & proinde credendum est, solutionem factam cum mandato principalis, Ludouis. *cit. decis.* 275. *num.* 3. Sed pro veritate dicendum est, quod solutio facta à Procuratore, de cuius sufficienti mandato ad soluendum constat, inducit quasi possessionem huiusmodi, de quo nemo est, qui dubitet. Si verò non constat de tali mandato, verùm apparet solutionem factam fuisse sciente Titulari, & tacente, & tunc dicitur etiam inducta hæc quasi possessio, Verall. *decis.* 165. *num.* 2. *part.* 3. Beltram. ad Ludouis. *cit. loc. num.* 20. Lotter *cit. loc. num.* 142. *& seqq.* & alij, qui communiter etiam dicunt, quod quandocunque ex alijs adminiculis potest præsumi mandatum de soluendo, induci dicitur hæc quasi possessio, latè Grat. *discept. forens. cap.* 113. *num.* 59. *& seqq.* Inter alia adminicula affertur illud, si solutiones reperirentur factæ per plures annos, tunc enim non est credendum, aliquem de proprio soluisse cum tanta iactura, sed præsumendum est soluisse de pecunia Titularis, & cum illius scientia, & mandato, Rot. *decis.* 2. *de caus. poss. & prop.* quam refert, & sequitur Lotter. *cit. cap.* 38. *n.* 147. Ludouis. *decis.* 275. *n.* 5. vbi refert pluralitatem solutionum cum diuturnitate temporis, & summam notabilem pecuniarum solutarum, inducere præsumptionem, soluentem soluisse procuratorio nomine Titularis.

Dicendum est secundò, non dici Pensionarium consti- 62
tutum in quasi possessione exigendi pensionem per mandatum, seu commissionem datam per Titularem ad soluendum si effectum suum non habuerit, & sit sequuta effectualis solutio, quia aliud est mandatum de soluendo, & aliud solutio, Rot. *in cit. Pacten. pensionis* 5. *Octobris* 1594. *coram D. Pamphilio*, & refert Grat. *discept. forens. cap.* 113. *num.* 53. *&* 54.

Dicendum est tertiò ad hoc, vt vnica solutio constituat 63
Pensionarium in quasi possessione exigendi, de illa debere clarè constare, & concludenter probari per plenas probationes, maximè si agitur contra successorem, & qui pensioni non consentijt, Seraph. *decis.* 302. *& decis.* 292. vnde factum solutionis liquidum esse oportere, dicit in his terminis Lotter. *de re benef. lib.* 1. *cap.* 38. *num.* 114. docet Marant. *controuers. part.* 4. *res.* 39. *& seqq.* Qui ex hoc

doctè

doctè colligit, confessionem Titularis prædecessoris, vel alterius administratoris, non probare solutionem contra successorem ex *cit. decis. Seraph.* 292. *num.* 2. Grat. *discept. for. cap.* 113. *num.* 49.

64 Hinc etiam colligi potest, quod licet quietantiæ, seu instrumenta, in quibus confitetur solutio facta ab ipsomet, contra quem agitur, indistinctè probent solutionem *l. pecunia*, vbi Bald. *num.* 2. *C. de solut.* tamen si agatur contra successorem Titularem, tunc tantùm probant quando illa continent, actualem numerationem, quæ tunc demum dicitur, quando Notarius attestatur coram se, & testibus solutum fuisse, ac aliàs appatet vera, & realis numeratio, Rot. *in vna Bononien. census* 15. *Februarij* 1599. *coram D. Penia impress. apud Cenceum de censib. decis.* 127. *num.* 1. & 2. in nostris terminis Rota *in vna Calagaritana pensionis* 17. *Iunij* 1624. *coram D. Manzanedo*. Simplices enim confessiones de recepto, factæ in quietantijs prædictis, minimè probant contra successorem solutionem pensionis, vnde si Pensionarius confessus est in instrumento stipulato cum prædecessore, se ab illo recepisse pensiones, seu aliquam summam in partem pensionis, de qua quantitate illum quietauerit, talis quietantia non probat solutionem contra successorem, nisi illa sit alijs adminiculis sufficienter corroborata, vt per Rotam *in vna Cæsaraugustana pensionis* 3. *Ianuarij* 1588. *coram Domino Gipsio*, Ludouis. *decis.* 113. *num.* 6. de his adminiculis, latè Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *quæst.* 38. *num.* 119. & *seqq.*

65 Cedula bancaria probat solutionem in his terminis quasi possessionis exigendi, si à tergo illius appareat aliquam quantitatem solutam esse, secundùm dicta per Lotter. *eod. loc. num.* 155. Similiter partita banci, dummodo illa sit extracta parte citata ad videndum extrahi, & collationari, & iudice mandante, prout aduertit post alios Marant. *part.* 4. *controuers. resp.* 55. *n.* 44.

66 Sed redeundo vnde digressi sumus; obserua, quod Titularis in causa pensionis debet citari ad omnes, & singulos actus, nisi sit absens à loco iudicij; tunc enim sufficit illum citare generaliter ad totam causam, ad constituendum procuratorem, cum quo procedi possit, aliàs ad videndum procedi in contumaciam, per affixionem ad valuas, notat post alios Garz. *de benefic.* 1. *part. cap.* 5. *n.* 540. & *seqq.* post alios per ipsum adductos, qui si non compareat, proceditur in contumaciam per affixionem prædictam, vt seruat stylus.

67 Si verò compareat, & allegetexceptionem solutionis, vel aliàs non requirentem altiorem indaginem, & tunc ei assignatur breuis terminus arbitrio Executoris, intra quem valeat sua iura producere, Gig. *de pension. q. fin. num.* 26. Garz. *cit. loc. num.* 144. qui admittunt Titularem ad proponendam exceptionem quamcunque, quæ incontinenti probari potest; Sed si alleget exceptionem nullitatis, subreptionis, vel aliam, requirentem altiorem indaginem, tunc exceptio reseruanda est in iudicio ordinario, & cogitur interim ad solutionem, ita Gig. & Garz. *cit. loc.* Quando verò exceptio possit incontinenti probari, vel requirat altiorem indaginem, id totum remittitur iudicis arbitrio, Menoch. *de arbitr. cas.* 20. Sed de his exceptionibus, vide latè Garz. *cit. loc.*

68 Obseruandum est etiam hic, quod reseruatis exceptionibus prædictis in iudicio ordinario, & interim coacto Titulari ad soluendum, si deinde fuerit probatum exceptiones obstare, Titularis repetere potest solutum, probat Lotter. *de re benef. lib.* 1. *quæst.* 38. testans sic decisum in Rot. *in vna Romana condictionis indebit.* 29. *Aprilis* 1622. *coram D. Merlino*, quicquid dicat Gig. *cons.* 32.

69 Pensionario denegatur beneficium *Cap. Odoard. de solut.* ita Gomes. *in compend. vtriusque signat. col. fin.* Farin. *de carcer. & carcerat. tom.* 1. *part. prima quæst.* 27. *num.* 70. Bellett. *disq. cler. part.* 1. *titul. de cler. debit.* §. 2. *num.* 7. Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *quæst.* 38. *num.* 236. & *seqq.* Barbos. *in eod. cap. Odoard. num.* 24. qui multos alios adducit, & licèt hæc sententia sit communis; tamen controuersum est inter DD. in assignanda illius ratione; nam dicunt multi id esse, eo quia Titularis est obligatus in forma Cameræ, & vigore talis obligationis, videtur renunciatum beneficio prædicto, ita Bellett. & alij per eum adducti. Alij verò defendunt id esse, quia Titularis non potest dici constitutus in paupertate illa, necessaria ad tale beneficium, cum percipiat fructus pensione grauatos, ita Lotter. *cit. loc.* Sed quicquid sit de ratione, certum est, quod sententia communiter currit.

Aduertat etiam Executor, quod ad hoc, vt valeat instante Pensionario, procedere contra Titularem non soluentem ad declarationem incidisse in excommunicationem, de qua in litteris reseruationis pensionis, necesse est quod sit elapsus mensis à termino solutionis, iuxta tenorem ipsarum litterarum, prout aduertit Garz. *de benefic. prima part. cap.* 6. *num.* 575. & quod litteræ ipsæ reseruationis pensionis originaliter intimentur Titulari, si est successor consentiens, vel si per procuratorem, non per se ipsum consentijt, quæ litteræ si non fuerint intimatæ, datur cautela, vt mandetur Titulari, quod soluat intra competentem terminum, aliàs contra eum procedatur ad relaxationem mandati executiui, & in subsidium excommunicationis, vt cum eodem Garz. *cit. loc. n.* 576. & *seqq.* notatum est supra. 70

71 Dubium est in hoc casu, an possit contra Titularem non soluentem pensionem procedi ad excommunicationem, non factis prius diligentijs de faciendo executionem realem, vel personalem, iuxta dispositionem Concil. Trident. *sess.* 25. *de reform. cap.* 3. §. *in causis vero iudicialibus*, quo in dubio adsunt decisiones Rotæ, & declarationes Sacræ Congreg. inter se pugnantes, & contrariæ, quas conciliando Garz. *de benefic. prima part. cap.* 6. *n.* 587. videtur sentire, quod non debeat Iudex procedere ad excommunicationem prædictam, nisi in subsidium, & adhibitis diligentijs prædictis; verùm si fine illis procedat, quod valeat excommunicatio, Barb. verò ad *cit. cap. Conc. Trident. vers. quando vero num.* 25. dicit, quod quando Iudex procedit vti Executor vigore litterarum Apostolicarum reseruationis pensionis, potest etiam fine diligentijs prædictis, licitè, & validè excommunicare fine dictis diligentijs; minimè verò, quando procedit vigore obligationis Cameralis; Sed quicquid fit de prædictis, praxis seruat, quod prius expediantur litteræ executoriales, quarum vigore fiunt diligentiæ pro exequendo realiter, vel personaliter, & facta relatione Cursoris non potuisse exequi, proceditur ad declarationem excommunicationis. Sed in rigore prædictæ diligentiæ non sunt necessariæ, & non solùm validè, sed etiam licitè post 30. dies potest Titularis declarari incidisse in excommunicationem, de qua in litteris pensionis, cum prædictæ litteræ nullam exigant diligentiam, Paris. *de resignat. lib.* 6. *quæst.* 2. *n.* 138. & *seq.*

72 Item obseruandum est hic, quod in hac causa executionis pensionis, dicunt DD. non dari appellationem à mandato, fine sententia de exequendo, relaxato per Executorem, quod indubitatum est apud omnes, & probatur à generali conclusione DD. quod à sententia de exequendo non datur appellatio, *l. ab executore ff. quorum appellat. non recip. l. ab executione C. eod. titulo*. Quæ sententia licèt communis sit, communiter etiam declaratur procedere quoad effectum suspensiuum, non verò deuolutiuum, Cæuall. *commun. contra commun. quæst.* 190. *n.* 6. in nostris terminis notat post alios Garz. *de benefic. prima part. cap.* 5. *num.* 570. & *seqq.* qui id limitat quando Executor excederet modum in exequendo, tunc enim datur appellatio, etiam quoad vtrumque effectum, dummodo exprimatur in appellatione iusta causa, & appellatio facit attentata, restatur de communi Lancell. *de attent.* 2. *part. cap.* 12. *limit.* 53. *num.* 24. & *seqq.* Verùm quia excessus prædictus in exequendo in dubio non præsumitur propterea alleganti illum incumbit onus probandi, Gig. *de pension. quæst.* 9. Mascard. *de probat. conclus.* 696. *n.* 11.

Non dicitur Iudex in hoc casu excedere, itavt locus sit appellationi, si cognouerit, & pronunciauerit per decretum, esse locum petitæ exequutioni, id enim licebit Iudici, saltem pro informatione suæ conscientiæ, vt aduertit Surd. *consil.* 358. *num.* 13. & *seq.* & proinde non dicitur excedere partes Exequutoris, per tex. *in l. a diuo Pio* §. *sententiam Romæ dictam*, & §. *si super rebus de re iudic.* etiam si in eodem articulo proferat sententiam in scriptis, cum hic modus pronunciandi sit in ordine ad ipsam exequutionem, *l. de quare de iud.* & *l.* 2. *C. de sent. ex breu. recit.* 73

Dicitur

74 Diritur enim Iudex excedere in his terminis exequutionis, quando illud, in quo est excessum, est quid diuersum ab exequutione, nec separari potest ab illa, quia si separari posset, non debetetur vtile per inutile vitiari, aduertit Lotter. *de re benef. lib. 1. q. 50. num. 326.*

75 Supradictis addendum est, quod in hoc iudicio exequutionis pensionis, non est necessarius libellus; id enim generale est, in summarijs pro substantia processus, non exigi libellum aliquem per *text. in Clement. sæpe §. nec autem de verb. signif.* & omnis causa exequutiua dicitur summaria, testatur Marant. *de ordin. iudic. part. 4. dist. 9. num. 155.* Sed hoc intelligendum est, vt non requiratur solemnis libellus, exigitur tamen aliqualis petitio, ad hoc vt appareat de intentione petentis Marant. *cit. loc. num. 12. & seqq.* Addit. ad Vestr. *lib. 5. cap. 1. num. 10.* quæ petitio dicitur iustificare ex productione iurium, & citatione ad soluendum, & ex instantia pro relaxatione exequutionis, vel ex alijs deductis, & prosequutis in iudicio, Paris. *consil. 112. num. 55. & consil. 113. num. 13. & seqq. lib. 1.* Item iustificatur per rescriptum, seu commissionem, quæ babet vim libelli, *l. 1. & 2. C. quando libell. Princip. dat. lit. contest. fac.*

76 Vlterius in hoc iudicio solet intentari regressus, ob non solutionem pensionis, quibus in terminis notandum est, quod regressus quatenus competit, ex mero Papæ indulto, nulla existente causa à iure approbata, est prorsus sublatus per Trid. *sess. 25. de refor. cap. 7.* quatenus verò competit ex pacto inter resignantem cum pensione, & resignatarium, ob non solutionem pensionis, & iste non dicitur sublatus, nec in eo locum habet, Trid. *cit. loc.* aduertit Paris. *de resignat. lib. 6. quæst. 5. num. 110.* Et licèt cautum sit inter partes, quod ob non solutionem pensionis, licitum sit Pensionario redire, etiam propria auctoritate ad beneficium resignatum; tamen requiritur omninò iudicis competentis declaratoria, Pereg. *decis. 264. lib. 3.* fuisse dictum in *vna Segobien. pensionis*, refert Paris. *cit. loc. quæst. 3. n. 12.* Et ad hoc, vt possit declarari, locum habere regressum, necessariò sunt intimandæ litteræ principali, nec alia sufficit notitia, fuit resolutum in *vna Cremonen. pensionis 10. Decembris 1592. coram D. Panicarola*, teste Sarnen. *decis. 924. lib. 1.*

77 Reseruato igitur regressu ob non solutionem pensionis, vel si tentetur illam reduci, non impeditur petitio reductionis pensionis, si supponatur falsus valor expressus, nec regressus locum habet in tali casu, quia id intelligitur de reductione indebita, & calumniosa ad effectum euitandi solutionem, non autem de debita ex natura rei, cum pensio non debeatur, nisi ex fructibus, Ruin. *consil. 51. num. 15. vol. 1.* Ludouis. *decis. 286. num. 4.* vbi Beltram. *lit. B.*

78 Si verò quis resignauit beneficium cum reseruatione pensionis, reseruato sibi regressu in casu, quo Titularis diceret de nullitate pensionis, cum clausula *non aliàs aliter, nec alio modo;* si Titularis dicit de nullitate pensionis, statim aperit viam regressui, nec illum potest euitare, quia actus in tali casu suscipit diuersam formam ex conuentione partium, nec attenditur illius natura, Franc. Becc. *consil. 88. num. 45.* Rota *in Cremonen. pensionis super regressu 23. Iunij 1623. coram D. Vbaldo*, Cresc. *decis. 17. sub num. 3. vers. alias vidi de rescrip.* Quod fallit quando nullitas fuit expressa Papæ, vt puta si fuisset narratum Papæ, pensionem impositam, medietatem fructuum non excedere, contra quam si diceretur de nullitate, & doceretur de excessu huiusmodi, non esset locus regressui, refert decisum *in vna Romana regressus, & accessus, 16. Iunij coram D. Prospero Sancta Crucis*, Paris. *de resignat. lib. 6. quæst. 3. num. 7.* Lotter. *de re benef. lib. 1. quæst. 40. num. 274.*

79 Regressus ob non solutionem pensionis intrat elapso termino apposito in litteris reseruationis ipsius pensionis, est commune, & docet Gig. *de pension. quæst. 99. num. 4. vers. 9.* de stylo verò dicit intrare regressum postquam Beneficiatus pertinaciter per sex menses steterit in censuris, ob eandem causam incursis, sequitur Paris. *de resignat. lib. 6. quæst. 3. num. 15. vbi num. 18. & seqq.* probat, quod hic regressus, locum etiam habet contra successorem in beneficio pensione grauato. Quod totum intelligendum est, volente, & declarante Pensionario; aliàs quocunque termino elapso, non habet locum regressus, Cassad. *decis. 2. num. 3. de locat.*

80 Nota quintò, pensionem dici posse beneficium latissimè sumpto vocabulo, prout beneficium dicitur quæcunq; gratia à Principe alicui facta, Ias. *in l. beneficium num. 27. vers. & sic clara est ff. de constit. Princip.* Abb. *in cap. ad audientiam il 2. num. 2. vers. diceetur tamen de rescript.* Gig. *de pension. quæst. 28. num. 11. & 12.* Sed propriè loquendo, & in stricta significatione, pensio non est beneficium, probatur per text. *in cap. quamuis el primo de prabend. in 6.* vbi quando mandatur, aliquem prouideri de beneficijs, non potest prouideri de pensione, vigore dicti mandati, vbi DD. assignant rationem, quia pensio non est beneficium; Vnde pensionem non venire appellatione beneficij, non solum in materia pœnali, sed nec etiam in materia indifferenò, probat Lotter. *de re benef. lib. 1. quæst. 45. n. 3. & 4.* multa ad hoc Gonz. *ad 8. regul. Cancell. gl. 5. §. 9. num. 1. & seqq.* & Garz. *de benef. lib. 1. cap. 5. num. 1. & seqq.* Barbos. *de iur. Eccles. lib. 7. cap. 11. num. 8.* licèt contrarium sentiat *num. 15.* Nec valere argumentum à beneficio ad pensionem, vel è contra, voluit Rot. *in Aquileien. fructuum Sancti Viti 14. Iunij 1599. coram D. Litta.* Quæ sententia ampliatur eam procedere, siue pensio detur in titulum, vt communiter fieri solet, quando reseruatur super fructibus beneficij in fauorem clerici ad illius vitam; siue detur in stipendium, puta pro patrocinio præstando, pro pulsandis campanis, vel simili seruitio, notat Gig. *de pens. qu. 28.* quem refert, & sequitur Gonz. *cit. loc. num. 3.*

81 Ex proposita conclusione plura colligi possunt. Primò licèt de beneficijs obtentis debeat fieri mentio, quando aliud impetratur; non est tamen facienda mentio de pensione, secundùm magis communem, & veram opinionem, quam seruare Rotam, refert Gonz. *in 8. regul. Cancell. gl. 5. §. 5. num. 18.* probat Lotter. *de re benef. lib. 1. quæst. 45. num. 5. & seqq.* qui respondet contrarijs, & *num. 11.* testatur, quod si aliquando de pensione in impetratione fuerit facta mentio, id non fuisse ex necessitate, sed ex mera voluntate, & proinde non inducere stylum. Fallit tamen hæc sententia, quando pensio est assignata in titulum perpetui beneficij, & in Ecclesiasticum titulum, & est quando pensio conceditur ad particulare commodum alicuius, super fructibus alicuius Ecclesiæ, vt deinceps sit beneficium Ecclesiasticum, tunc enim de ea est facienda mentio, docent *cit. loc. Gonz. num. 42.* & Lotter. *num. 7.*

82 Collige secundò, quod licèt possit quis promoueri ad sacros ordines ad titulum beneficij simpliciter, absque vlla necessitate, vel vtilitate Ecclesiæ; non tamen potest ad titulum pensionis, nisi præuia necessitate, vel vtilitate prædicta, iudicio Episcopi cognoscenda, & hoc quia pensio non est propriè beneficium, vt disponitur in Concil. Trident. *sess. 21. de refor. cap. 2.* Fel. *in cap. postulasti n. 37. & seq. de rescript.* Gig. *de pens. quæst. 86. num. 1. & 5.* Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. gl. 5. §. 5. num. 4.* Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 3. cap. 5. quæst. 3.* Barbos. *de iure Eccles. lib. 3. cap. 11. num. 10.* Quod fallit, quando pensio datur in titulum perpetuum beneficij Ecclesiastici, notat Gig. *consil. 33. & de pension. quæst. 94.*

83 Collige tertiò, quod licèt resignantes, vel obtinentes beneficia per confidentiam, incurrant in pœnas, de quibus in Constitutionibus Pij IV. & Pij V. latis contra confidentiarios, ex relatis per Paris. *de confid. benef. quæst. 7.* tamen transferentes pensiones per confidentiam, non ligantur pœnis, de quibus in dictis Constitutionibus, eadem suprarelata ratione, quia dictæ Constitutiones loquuntur in terminis beneficiorum, & pensio non est beneficium, consuluit Nauar. *consil. 2. num. 6. vers. an autem de constit. & consil. 56. de Simon. & consil. 46. de prab. nu. 1. vers. tertiò*, refert Paris. *de resignat. benef. lib. 6. quæst. 4. num. 53. & de confid. benefic. quæst. 23. per totum, vbi num. 14.* testatur non esse recedendum ab hac opinione, quam firmauit Rota *in vna Brixiens. pratensa confidentia 5. Iunij 1591. coram D. Pegna*, sequitur Gonzal. *ad 8. regul. Cancell. gl. 5. §. 5. num. 5.*

84 Collige quartò, quod licèt ad obtinendum beneficium simplex, requiratur ætas in beneficiato saltem annorum quatuordecim per Concil. Trid. *sess. 23. cap. 6. de refor.* id tamen non procedit in obtinente pensionem, quæ potest reseruari ad fauorem, etiam constituti in ætate minore annorum quatuordecim, imò constituti in quauis ætate, dummodo clericalem tonsuram susceperit, Grat.

discept. fur. cap. 397. *num.* 17. testans ita, etiam declarasse Sacram Congregat. Concil. notatum est supra hic, & annot. 6. quicquid minus verè existiment Emman. Sà *in aphor. verbo beneficium num.* 30. Garz. *de benefic. prima par. cap.* 5. *num.* 129. *in fin.* & Campanil. *in diuers. iur. Canon. rub.* 7. *cap.* 6. *num.* 5. *& lib.* 11. *cap.* 14. *num.* 16. etiam ad pensionem requiri ætatem annorum 14. requisitam per Conc, ad beneficia simplicia.

85 Collige quintò, quod licèt Beneficiatus gaudeat fori priuilegio, etiam si non incedat in habitu, & tonsura, per Concil. Trid. *sess.* 23. *de refor. cap.* 6. tamen si Clericus Pensionarius habitum, & tonsuram clericalem non deferat, non gaudet priuilegium prædictum, per eandem supradictam rationem, secundùm opinionem Paris. *de resignat. benef. lib.* 2. *quæst.* 15. *n.* 15. Gonzal. *ad* 8. *regul. Cancell. gl.* 5. §. 5. *num.* 6. Genuens. *in prax. cap.* 7. *num.* 7. Carol. de Grass. *de effect. Cler. effect.* 1. *num.* 1206. Garz. *de benefic.* 1. *part. cap.* 5. *n.* 70. Bellett. *disq. Cler.* 1. *part. titul. de fauor. Cler. person.* §. 8. *num.* 14. Ricc. *in prax.* 2. *part. resol.* 470. *sub num.* 6. *& decis. Cur. Archiep. Neap.* 71. *num.* 11. *& decis.* 192. *num.* 10. *part.* 2. Bonac. *de legib. disp.* 10. *qu.* 2. *punct.* 1. §. 4. *num.* 11. *& de censur. in Bull. Cœna contentis disput.* 1. *quæst.* 16. *sect.* 1. *punct.* 6. *num.* 23. Cened. *pract. & Canon. quæst. lib.* 1. *quæst.* 4. *num.* 32. *& seqq.* & aliorum, qui etiam referunt sic declarasse Sacram Congregationem Concilij 19. Iunij 1586. sub his verbis, *cui reseruata, fuit pensio, vt Clerico, si non incedit in habitu, & tonsura, non gaudet priuilegio fori*, licèt contrarium sentiant multi, quos referunt, & sequuntur Diana *moral. resol. part. pr. tract.* 2. *resol.* 30. Squill. *de priuil. Cler. cap.* 7. *num.* 20. & Barbos. *de potest. Episcopi part.* 2. *alleg.* 12. *num.* 13. *& part.* 3. *alleg.* 57. *n.* 151. *& latius de Iure Eccles. lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 17. qui pro hac opinione refert decisum in *Portugallen.* 10. *Aprilis* 1622. Aduerte, quòd licèt prædicta vera sint de iure; tamen adest particularis Constitutio Sixti V. quæ incipit *pastoralis edita anno* 1589. *pridie Kalend. Februarij*, mandans Pensionarios, habentes pensionem non excedentem ducatos sexaginta auri de Camera, omninò teneri incedere in habitu, & tonsura ad finem gaudendi priuilegio fori; Secus tamen, quando pensio excedit dictam quantitatem, notat etiam Bellet. *disq. Cler. cit. num.* 14. *in fin.*

86 Collige sextò, quod quamuis beneficium possidens teneatur dicere officium Canonicum qualibet die, vt aduertunt omnes in *Cap.* 1. *de celebr. Missar.* quia beneficium datur propter officium, & officium sequitur Beneficiatum, tanquam venator leporem, *Cap. fin. de rescript. in* 6. Pensionarius tamen minimè tenetur illud recitare, eadem ratione, quia pensio non est beneficium; Gig. *de pension. quæst.* 3. *num.* 2. Gonz. *ad regul.* 8. *Cancell. gl.* 5. §. 5. *num.* 13. & alij communiter. Tenetur tamen Pensionarius particulari obligatione eidem imposita per Pium V. *in sua Constitutione* 135. *in Bullar. sub die* 12. *Kalend. Octobris* 1571. recitare quolibet die officium paruum Beatæ Mariæ Virginis sub eadem pœna, sub qua Beneficiatus tenetur ad recitationem Officij Diuini, vt post alios refert Barbos. *de iure Eccles. lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 11. Satisfacit tamen, si recitet officium diuinum, & omittat officium B. Virginis, vt aduertit Bonacin. *de hor. Canon. disp.* 1. *quæst.* 2. *punct.* 4. *num.* 10. Barbos. *cit. loc. num.* 13. qui vlterius addunt, Clericum in sacris, vel habentem beneficium, & pensionem; vnica recitatione diuini Officij satisfacere suæ obligationi, etiam si officium paruum Beatissimæ Virginis omittat. Quod si pensio reseruata sit in capite, seu persona vnius, in commodum, & vtilitatem alterius, tunc tenetur ad recitationem officij B. Virginis is, ad cuius commodum pensio reseruata est, ita Bonacin. *num.* 7. & Barbos. *num.* 12. *cit. loc.*

87 Collige septimò, quod licèt plura beneficia inducant incompatibilitatem, prout latè dictum est *prima par. annot.* 17. *per totum*; id tamen non procedit in pensionibus, quæ si plures sint, nec inter se, nec cum beneficijs inducunt incompatibilitatem aliquam, Gig. *de pension. quæst.* 42. Hoied. *de incompatibil. benefic.* 2. *part. cap.* 7. Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell. gl.* 5. §. 5. *num.* 4. qui alios citat, nec etiam sub eodem tecto, nisi pensio data fuisset in titulum beneficij, Marant. *part.* 4. *controuers. resp.* 83. *num.* 2. *&* 21. qui alios citat.

88 Collige octauò, quod licèt illegitimus beneficia obtineri non possit sine dispensatione, *Cap. primo de filijs presbyt. lib.* 6. tamen illegitimus, qui cum dispensatione, ad Ordines fuit promotus, absque alia dispensatione, pensionem obtinere potest, quia pensio est quoddam ius temporale separatum, formale, & per se distinctum ab ipso beneficio, Gig. *de pension. quæst.* 28. *& quæst.* 19. refert pluries voluisse Rot. Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell. gl.* 5. §. 5. *num.* 24. & dictum est supra hic §. 1. *vers. dubitari potest*, Garz. *de benef. prima part. cap.* 5. *num.* 115. *& seqq. licèt ipse num.* 119. *& seqq.* videatur ab hac opinione vacillare.

89 Collige nonò, quod licèt Beneficiatus prohibeatur testare de fructibus beneficij, ac faciat spolium de iure, vt alibi notatum est; hoc tamen fallit in Pensionario, qui non facit spolium, nec iure prohibetur testari de redditibus pensionis; eadem supradicta ratione, quia pensio non est beneficium, Gig. *de pensio. quæst.* 52. Couar. *in cap. cum in officijs num.* 2. *ad fin. de testam.* Quintanaduenna *lib.* 2. *Ecclesiast. num.* 7. Menoch. *de arbitr. cas.* 172. *in addit. n.* 12. *&* 13. Zerol. *in prax. Episcop.* 2. *part. verbo Pensionarius* §. 25. *& verbo spolium* §. 15. Bursat. *consil.* 178. *num.* 27. *&* 37. quos refert Garz. *de benefic.* 1. *part. cap.* 5. *num.* 160. Sed verius ipse Garz. *num. seq.* contrarium tenet cum Redoan. Nauar. Sarmient. Molin. & alijs.

90 Collige decimò, quod priuatus, & inhabilitatus ad obtinenda beneficia, non censetur priuatus, & inhabilitatus ad obtinendas pensiones, notat post Nauar. *consil.* 12. *num.* 15. *de rescript.* Gonzal. *ad* 8. *regul. Cancell. gl.* 5. §. 5. *num.* 26. quod intellige verum de priuato, seu inhabilitato per sententiam hominis, quæ est stricti iuris; Secus si per constitutionem. Vnde suspensus simpliciter, & generaliter per constitutionem a beneficio, dicitur etiam suspensus à pensione, prout post alios explicat Garz. *de benefic.* 1. *part. cap.* 5. *num.* 123. *& seqq.*

91 Collige vndecimò, quod Pensionarius, etiam intitulatus ratione pensionis non tenetur ad aliquam residentiam, vel seruitium, nec per se, nec per alium in aliqua Ecclesia, Archid. *in cap. quamuis el primo num.* 2. *vers. prouideri de prebend. in* 6. vbi etiam Franch. *not.* 2. Anchar. *num.* 2. *vers. tertio collige*, & Gemin. *num. fin.* cum alijs, quos refert, & sequitur Gonzal. *cit. loc. num.* 11. Quod declara, nisi pensio assignata esset in stipendium, puta pro pulsandis campanis, & similibus, Cætera quæ ex proposita doctrina, nempe pensionem non esse beneficium, colligi possunt, habentur apud Gonz. & Garz. *cit. loc.* Paris. *de resignat. benefic. lib.* 2. *quæst.* 15. Barbos. *de iure Eccles. lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 8. *& seqq. licèt ipse num.* 16. *& seqq.* videatur tenere saltem pensionem Clerico assignatam in titulum, vt commodius sustentari valeat, vel ex causa resignationis, vel cessionis, dici beneficium.

OBSERVATIONES

D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Clericus septennis an sit capax pensionis si reseruetur pensio sub narratiua* vitæ, & morum honestas, &c.

2 *Pater an possit transferre pensionem in filium illegitimum?*

3 *Filius illegitimus dispensatus ad Clericatum, an sit capax pensionis?*

4 *Pensio an possit imponi per Episcopum pro bono pacis?*

INfans est pensionis capax si clericus sit, Buratt. *decis.* 53. & ibi Ferentill. Si tamen infanti reseruetur pensio sub narratiua *Vita, & morum honestas aliaque laudabilia*, quæ non cadunt in infantem secus erit, quia tunc debet esse maior, vel facta esset mentio infantilis ætatis, Buratt. *decis.* 156. 1

Pater potest transferre pensionem in filium illegitimum, si eam transferrendi generalem habeat facultatem, Barbos. *de potest. Episcop. alleg.* 65. *num.* 23. Nicol. *in floscul. verb. pensio num.* 13. Quia Concil. Trident. *sess.* 25. *de refor. cap.* 15. 2

cap. 15. prohibet filium illegitimum habere pensionem in beneficio, quod habet pater. Sed non prohibet hanc translationem pensionis à patre in filium illegitimum, Buratt. *decis.* 53. Ridolph. *in sua prax. part.* 2. *cap.* 9. *num.*80.

3 Filius illegitimus dispensatus ad clericatum, vt effectus Clericus est capax pensionis secundum opinionem Rotæ, Buratt. *decis.* 143. *num.* 1. Ridolph. *vbi sup. n.*82.

4 Pensio an possit imponi per Episcopum pro bono pacis, vel pro alendo paupere? Nicol. *vbi supr. num.* 1. tradit, quod sit oppositum practicari, idem refert *in verb. Episcopus num.* 32. cum Bonacin. *disp.* 1. *quæst.* 4. §. 12. *num.* 20. Cum prima opinione ego pertranseo, quamuis pensio non transeat contra successorem in beneficio, Ridolph. *vbi sup. num.*80.

S V M M A R I V M.

1 *PEnsio est soluenda habito respectu ad fructus, non tempus, & proinde tempus Natiuitatis Domini, & Sancti Ioannis, apponi solitum, est gratia commoditatis solutionis, non tamen requiritur, quin non sit attendendum tempus fructuum, num.* 2. *Quid si in litteris prius enuncietur terminus Natiuitatis Domini, an terminus Sancti Ioannis Baptistæ sit soluendus, maximè, si fructus non sint collecti, num.* 3.

4 *Pensio pro termino Natiuitatis Domini à quo soluenda, si successor Titularis per paucos dies antea, possessionem apprehendit; & pro termino Sancti Ioannis, à quo debetur, si paucos post dies complete termino meritur Beneficiatus, num.* 5.

6 *Pensio, quando dicatur anticipata, & quando postieipata, ad finem cognoscendi, quomodo soluenda inter successorem, & prædecessorem, & quomodo inter prædictos sit diuidenda solutio, num.* 7.

8 *Pensio, an debeatur, & cui si fructus beneficij sint collecti ante mortem Pensionarij.*

9 *Pensio, an soluenda quando perierunt, vel diminuti sunt fructus propter inuasionem hostilem, vel sterilitatem. Et an sterilitas vnius anni sit compensanda cum vbertate alterius, num.* 10. *Quid faciendum, si diminuti sunt fructus beneficij, & Titularis offerat conducere fructus beneficij pro maiori quantitate, num.* 11.

12 *Pensio diminutis fructibus, est reducenda vsque quo remaneat congrua pro Titulari, & an ad hoc sit habenda ratio incertorum; Et quæ dicantur incerta, num.* 13.

14 *Pensio morte, etiam ciuili extinguitur. Quid si reseruata est in personam vnius, ad commodum alterius, per cuius mortem extinguatur, num.* 15.

16 *Pensio per Matrimonium extinguitur, quid si nulliter contractum. Quid si pensio est reseruata pro seruitio, num.* 17. *Et an per sponsalia de futuro, num.* 18.

19 *Pensio potest retineri cum Matrimonio per dispensatum à Papa. Quid si contraxit cum corrupta, vel cum consanguinea. Et an dispensatio intelligatur pro primo Matrimonio, num.* 20.

21 *Pensio adeo vacat per Matrimonium, vt post illud, nulla valeat transactio inter Pensionarium, & Titularem, etiam si ante copulam mulier Religionem petat.*

22 *Pensio vacat per professionem regularem, etiam militarem.*

23 *Patres Societatis Iesu retinent pensionem post tria vota. Ipsi Patres laudantur.*

24 *Pensio extinguitur per militiam, & ipso iure, etiam si post militiam, statim redeat ad Clericatum Pensionarius, num.* 26. *quando dicitur quis creatus miles, num.* 25. *Fallit in Clerico in sacris, & qui incedat cum exercitu tanquam Clericus, num.* 27.

28 *Pensio, quando extinguatur per non delationem habitus, & tonsuræ clericalis. Quid si id factum sit ob paupertatem, vel domi, num.* 29. *vel à Clerico in sacris, num.* 30.

31 *Pensio vacat per crimen hæresis, & quando in filijs, & nepotibus hæreticorum.*

32 *Pensio, quando vacet per promotionem ad Episcopatum. Quid si fuerit per Papam dispensatum, num.* 33. *Et quomodo, & quando de hac dispensatione sint expediendæ litteræ Apostolicæ, num.* 34. *Quid in permutatione Episcoporum, num.* 35.

36 *Pensio, an vacet per auspicationem ad Papatum.*

37 *Pensio extinguitur Translatione. Quando possit liberè cessari, vel cedi, num.* 38. *Quid si cassatio vertat in præiudicium tertij, num.* 39. *Et an semel cassata possit iterum imponi per Titularem, vel declarari fuisse metu cassatam, num.* 40. *Quid si cassatio fuerit facta ad fauorem alterius, num.* 41.

42 *Pensio, an possit vendi. An sit fauorabilis, vel odiosa, num.* 43.

44 *Pensio reseruata super pluribus beneficijs, quomodo soluenda, si diuidantur. Et quid si est reseruata insolidum, num.* 45.

46 *Pensionem petens per procuratorem, tenetur probare superuinentiam.*

47 *Pensio, quando non admittat compensationem.*

48 *Pensio à quo soluenda, si sua culpa amittis fructus Titularis. Et an præferatur alijs creditis, num.* 49.

ANNOTATIO XI.

§. III.

EAndem materiam pensionis prosequendo. Nota 1
primò, quod solutio pensionis est facienda habito respectu, & consideratione ratæ fructuum perceptorum, non autem temporis decursi, iuxtà text. *in l. defuncta ff. de vsufr.* secundùm quam legem, solet se Rota regulare in materia solutionis pensionis, ita *in Fanen. pensionis* 19. *Iunij* 1573. *coram Clemente VIII. tunc Rotæ Auditore*, tenet Gig. *de pension. quæst.* 53. *per totam*, Caccialup. *in eod. tract. quæst.* 25. ead. Rot. *in vna Bergomen. fructuum* 12. *Decembris* 1576. *coram D. Oriolen. in Cæsaraugustana pensionis* 13. *Aprilis* 1592. *coram D. Pamphilio in Salernitana pensionis* 9. *Aprilis* 1601. *coram D. Ortembergo*, & ratio est, quia pensio imponitur super fructibus, non autem super tempore, vnde æquum est, vt teneatur, qui percipit fructus, non qui per quantumuis longum tempus habuit nudum nomen, ita Grat. *discept. for. cap.* 548. *num.* 44.

Et licèt regulariter solutio fieri debeat in duobus termi- 2
nis, nempe in Natiuitate Sancti Ioannis Baptistæ, & Sanctissimi Domini N. Iesu Christi, id tamen fit gratia commodioris solutionis, non quod propterea debeat attendi ratio temporis, Put. *decis.* 185. *num.* 2. *lib.* 2. Rota *in vna Romana pensionis* 27. *Iunij* 1598. *coram D. Coccino, & in Nazarena pensionis* 15. *Ianuarij* 1607. *coram D. Coccino*. Et ideò pro vna recollectione fructuum debetur integra pensio; & vna recollectio dicitur illa, quæ fit quolibet anno completo, incipiendo à die reseruationis pensionis, & perficiendo eodem die anni sequentis, ita Gabr. *consil.* 191. *lib.* 2.

Hic aduertendum est, quod pensionis reseruatio, sol- 3
uenda in Festis Sancti Ioannis, & Natiuitatis Domini Nostri, licèt in litteris prius enuncietur terminus Natiuitatis, quàm terminus Sancti Ioannis, non ob id fit, quod solutio termini Sancti Ioannis non sit prius facienda, quàm termini Natiuitatis, nisi de hoc specialiter actum sit, licèt in Festo Sancti Ioannis, fructus nondum sint recollecti, Rota *in Placentina pensionis* 4. *Iulij* 1567. *coram D. Seraphino inter decis. per eundem impress.* 24.

Ex supradictis apparet æquitas, *cit. decis. Put.* 185. *lib.* 2. 4
vbi reseruata pensione de mense Maij 1538. Titularis, qui consentijt pensioni mortuus fuit de mense Ianuarij 1543. successor obtinuit possessionem de mense Decembris eiusdem anni 1543. cuius anni fructus percipit Curia, vacante Ecclesia; pro termino Natiuitatis Domini eiusdem anni 1543. fuit dictum non teneri successorem, licèt antea possessionem esset adeptus, cum nullos fructus percepisset illo anno, & quia talis pensio ratione termini Sancti Ioannis, erat reseruata super fructibus futuris, pro termino verò Natiuitatis Domini, erat reseruata super fructibus præteritis.

5 Item facta reseruatione pensionis 23. mensis Septembris 1596. soluenda in duobus terminis, nempe Natiuitatis Domini, & Sancti Ioannis Baptistæ, vt supra, de anno 1607. mense Iunij 29. obijt Cardinalis Pensionarius, hęredes petierunt terminum Sancti Ioannis eiusdem mensis, Rota censuit pensionem deberi hæredibus pro rata fructuum perceptorum à die 23. Septembris 1606. vsque ad diem obitus Cardinalis 29. Iunij 1607. ita Rota *in Carpentoraten. pensionis* 10. *Decembris* 1610. *coram D. Canalerio decis. per eundem impress.* 129.

6 In his terminis solutionis pensionis, aduertendum est etiam, an pensio sit posticipata, vel anticipata; quia si esset anticipata, Beneficiatus tenetur illam soluere in diem termini, etiam nullis perceptis fructibus hucusque; secus tamen est, si esset posticipata. Et ad cognoscendum, an sit anticipata, vel posticipata, seruandum est reseruationis illius tempus; Itavt si à die reseruationis, vsque ad diem primi termini, seu semestris nulli potuissent colligi fructus, apertè credendum est, pensionem esse anticipatam; & Papam voluisse anticipatè solui à Beneficiato de proprio, habita consideratione ad fructus colligendos; Si verò à die reseruationis, vsque ad diem solutionis primi termini cadunt fructus, pensio dicitur posticipata, & non est soluenda, nisi de fructibus perceptis; iuxta hanc distinctionem fuit dictum per Rotam *in vna Monopolitana pensionis* 10. *Aprilis* 1606. *coram D. Sacrato*, & refert Grat. *discept. forens. cap.* 548. *num.* 46. *& seqq.* ex quo colligit in casu particulari, vbi reseruatio pensionis erat facta Idibus Nouembris, & Papa voluerat, primum terminum solui in Natiuitate Sancti Ioannis Baptistæ, pensionem esse posticipatam, & sic soluendam de fructibus maturandis vsque ad illum diem, quia aliàs mandasset solui primum terminum in primo Festo Natiuitatis Domini Iesu Christi, eandemque diuisionem, vt quando Titularis fructus percepit antequam cadat terminus primæ præstationis, & tempus primi termini pensionis, pensio ipsa dicatur posticipata, aliàs dicatur anticipata, sequitur Lotter. *de re benef. lib.* 1. *quæst.* 94.

7 Sed reducendo prædicta ad conclusionem generalem, dicendum est, quod quando decedit Pensionarius, cum eo extinguitur etiam pensio, & debetur hæredibus, vel alteri, qui ei in hoc succedit, pars pro ratæ fructuum perceptorum in vita Beneficiati, ad instar simplicis vsusfructus, Rot. apud Coccinum *decis.* 327. *num.* 2. & apud Caualet. *decis.* 129. *citat.* Quando mortuus est Titularis, tenentur ad pensionem hæredes defuncti, & successor in beneficio, etiam pro rata fructuum perceptorum, prout voluit quoque Rota *cit. decis.* 327. *num.* 2. *apud Coccinum*, & idem etiam seruandum, quando Camera Apostolica mediante spolio, defuncto succedit de his, vide latius Lotter. *cit. loc. num.* 16. *& seqq.*

8 Hinc pensionem decursam, & inexactam, si fructus beneficiales per Titularem sint collecti, deberi hæredibus Pensionarij, defendit Ricc. *in prax.* 3. *par. resol.* 468. *nu.* 1. *qui num.* 2. dicit id procedere, etiam si nondum venerit dies pensionis exigendæ, si fructus, quorum occasione pensio debetur, sint percepti; vbi etiam, quid dicendum, quando pensio soluitur ratione fructuum ciuilium. Hæc dicta Ricc. desumpta sunt ad litteram à Bellett. *disq. Cleric.* 1. *part. titul. de bonis Cler.* §. 18.

9 Nota secundò, illum, qui non percepit fructus ob incursionem hostilem, non teneri ad pensionem, ita Rot. *in vna Nouarien.* 12. *Decembris* 1544. quam refert Paris. *de resignat. benefic. lib.* 6. *quæst.* 2. *num.* 101. cujus conclusionis veritas, ad hoc vt magis elucescat, distinguendi sunt plures casus, & antea præmittendum est, quod de his nulla est facta mentio in litteris Apostolicis; Aut enim Titularis collegit fructus, qui per violentiam hostium fuerunt subtracti, & dicendum est, teneri ad integram pesionem, quia fructus iam per recollectionem erant facti sui, prout dicitur de conductore *in l. damnum C. locat.* Bart. *in l. si merces §. vis maior. col. fin. vers. quandoque conductor ff. locat.* Imol. *in cap. propter sterilitatem col.* 7. *vers. contra superius de locat.* Alex. de Neuo *consil.* 67. *num.* 5. Aut Titularis collegit medietatem tantùm fructuum illorum, quos consueuerat colligere; & tunc etiam dicendum est teneri ad soluendam integram pensionem, prout quoque id etiam seruatur in simplici conductore, cui non fit remissio mercedis, nisi postquam probauerit amisisse omnes fructus vltra dimidiam, glos. *in l. si vno ff. loc.* Bart. *in l. licèt C. locat.* vbi etiam alij DD. communiter in *cit. §. vis maior*, Caroc. *tract. de remiss. merced. num.* 4. *& seqq. q. prima*, qui testatur de magis communi opinione, Capic. *decis.* 88. *num.* 1. Barz. *decis.* 59. *num.* 12. *& seqq.* Canonistæ omnes in *cit. cap. propter sterilitatem*, præsertim Abb. *n.* 12. quam sententiam, crebriorem esse defendit Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *cent.* 2. *cap.* 76. *num.* 5.

10 Quando Titularis amisit omnes fructus vnius anni ob incursionem hostium, vt supra, vel ob sterilitatem, grandines, siccitatem, & similia; si præcedentibus annis habuit vberes redditus, non potest se excusare à solutione, quia debet sterilitatem cum vbertate compensare, *cit. l. licet C. loc. & cap. propter sterilitatem*, vbi Abb. *nu.* 1. *&* 2. Gig. *de pension. quæst.* 62. *num.* 7. Rot. *diuers. p.* 1. *decis.* 757. *num.* 3. Alia ad hanc materiam, vide apud Bell. *disq. Cler. prima par. titul. de Cler. debit.* §. 9. *per tot.*

11 Prædicta intellige, quando fructus beneficij deficiunt ad tempus, quando verò sunt perpetuò diminuti ex post in tanta quantitate, vt soluta pensione deficiat congrua Titulari, diminui debet etiam quantitas ipsius pensionis, vt notat Gig. *de pension. quæst.* 35. *num.* 8. Item reduci debet pensio, quando fuit euictum Beneficiario aliquod insigne prædium beneficij, dummodo probetur fructus restantes non sufficere pro congrua Titulares Guidobon. *decis.* 141. Rota *in Aquen. pensionis* 4. *Maij* 1607. *coram D. Lancellotto*, in qua etiam sub die 10. Martij 1610. fuit decisum, probata intentione Titularis, nempe probato fructus defecisse, esse omninò reducendam pensionem, non obstante, quod Pensionarius offerat conducere redditus beneficij pro maiori quantitate; cum id non concludat ad valorem; neque Ecclesia possit cogit ad locandum, *l. inuitus C. de locat.* dum id vnquam expedit, ob probabilem timorem occasionis litigij, *cap. peruenit*, vbi glos. *in vers. existere de arbitr.*

12 In his terminis reductionis, notandum est, in casu diminutionis fructuum, pensionem esse reducendam vsque ad eam quantitatem, vt remaneat Titulari integrè congrua, ei ab initio constituta, itavt nullam diminutionem patiatur, prout indubitatum est, & dixi §. 1. qua in Iudicanda congrua est aduertendum, quod aut sumus in beneficijs simplicibus, idest carentibus omni administratione, vel etiam cum aliqua administratione, sed sine Iurisdictione, & congrua constitui debet ex fructibus certis tantum, nulla habita ratione incertorum.

13 Dicuntur incerta in his terminis, quæ pendent à futuro euentu, prorsus contingibili, vt sunt spolia, mortuoria, anniuersalia, & similia, Rebuff. *tract. de congr. port. n.* 86. Couar. *var. resol. lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 3. quod intellige, quando hæc nullam certitudinem recipere possunt; itavt si Titularis vellet illa locare, vel vendere, non inueniretur locator, vel venditor, aliàs si inueniretur locator, vel venditor, reputarentur inter emolumenta certa Fel. *in cap. ad aures num.* 14. *vers. sed Petrus de rescript.* Rebuff. *cit. loc. num.* 87. & voluit Rot. *in Maceraten. pensionis* 13. *Iunij* 1625. *coram D. Peronano*, & proinde de eis est habenda ratio in iudicanda congrua.

Aut verò sumus inter beneficia, quibus est annexa administratio, cum Iurisdictione, vt sunt Episcopatus, Abbatiæ, & similia, & quia inter bona mensæ illorum reputatur Iurisdictio, sequitur, quod fructus eiusdem Iurisdictionis, vt sunt mulctæ, pœnæ, redditus causarum ciuilium, & criminalium, & redditus Cancellariæ, seu Scribaniæ, sint computandi inter fructus certos in iudicanda prædicta congrua, prout fuit resolutum in *citat. Maceraten. pensionis*.

14 Nota tertiò, pensionem propriè non dici vacare, sed extingui Gonz. *ad reg.* 8. *Cancell. gl.* 5. §. 5. *num.* 39. & primò extinguitur morte Pensionarij, pensio enim, & vsusfructus, pari passu ambulant Gig. *de pension. quæst.* 49. Crescent. *decis.* 4. *de locat.* vnde est, quod sicut vsusfructus morte extinguitur, & finitur *l. sicut in annos singulos ff. quib. mod. vsusfr. amittat. §. finitur instit. de vsuf.* Sic etiam, & pensio morte extinguitur, docent DD. communiter, & probat Marant. 4. *part. controuers. resp.* 37. *num.* 2. *& seqq.* id etiam ex alio principio deducitur, quod cum Titularis consentiat pensioni ad fauorem Pensionarij tantùm,

sequitur,

sequitur, quod pensio extinguatur cum ipsius Pensionarij vita, ita Lotter. de re benef. lib. 1. quæst. 42. num. 44. qui id limitat, quando pensio à Papa transfertur, & ampliat etiam ad mortem ciuilem.

15 Pensio verò reseruata in persona vnius, ad commodum tamen, & vtilitatem alterius, prout seruatur in locis, in quibus viget pragmatica ne pensiones reseruentur ad fauorem exterorum, extinguitur per mortem vnius ex his duobus, videlicet tam per mortem personæ contemplatæ, si præmoriatur; ita vt cum ea remaneant extinctæ omnes obligationes; quàm etiam per mortem Reseruatarij, in quo actio formaliter radicatur Seraph. decis. 1088. Garz. de benef. par. 1. cap. 5. num. 266. Lotter. de re beneficiar. lib. 1. q. 36. num. 98. & seqq. quod etiam limitatur, quando pensio à Papa transfertur.

16 Secundò extinguitur etiam pensio, si Pensionarius, cui vti Clerico reseruata fuit pensio, Matrimonium contraxerit: & ratio est, quia Clericatus, in quo iustificatur gratia per statum contrarium Matrimonij dicitur expiratus Put. decis. 449. num. 2. & seqq. lib. 2. Quod procedit etiam copula non subsequuta Rot. decis. 1. de Cler. coniug. in nouis, & decis. 1. de sponsal. in antiq. Rot. in Barchinonen. Parochialis 22. Iunij 1611. coram D. Caualerio impressa penes Marchess. de commiss. tom. 1. fol. 567. Beltram. ad Ludouis. decis. 18. num. 6. Lotter. de re benef. lib. 1. quæst. 42. num. 46. Similiter extinctio prædicta, locum habet, etiam si Matrimonium sit nullum, & de facto contractum, vt voluit Rot. in dicta Barchinonen. & in Tullen. fructuum 21. Iunij 1619. coram D. Coccino Decano, & refert Beltram. cit. loc. quod intellige verum, dummodo nullitas non sit ex defectu consensus, ob ætatem, vel furorem, aut metum, prout obseruat Lotter. cit. loc. num. 47. Rot. decis. 8. par. 3. in recentior. Pendente tamen iudicio, an Matrimonium sit nullum ex defectu consensus, pensio non dicitur extincta, etiam si Pensionarius sit ille, qui instat pro validitate matrimonij, prout fuisse dictum in cit. Barchinonen. refert Beltram. cit. loc. num. 9.

17 Fallit hæc extinctio, quando pensio est reseruata, non tamquam Clerico, sed pro seruitio præstito, puta pro pulsandis campanis, & similibus; tunc enim non eatinguitur per Matrimonium Rot. diuers. par. 3. lib. 3. decis. 1097. semper enim, quod pensio est reseruata pro officio aliquo compatibili cum Matrimonio, non extinguitur per illud Lotter. cit. quæst. 42. num. 50. post Beltram. ad dictam decis. 18. Ludouis. num. 10. post Garz. de benef. par. prima cap. 5. num. 105. & seq.

18 Fallit etiam in sponsalibus de futuro; Pensionarius enim contrahens sponsalia de futuro, non amittit Azor. instit. moral. lib. 13. cap. 13. quæst. 8. vers. postremo tom. 1. Rota in recent. par. 2. decis. 772. num. 2. vers. & quamuis, & sequitur Lotter. cit. loc. num. 49. in fin.

19 Fallit quoque in dispensatum à Papa, vt possit pensiones retinere, etiam si matrimonium cum quacunque muliere contraheret, quo in casu, censetur dispensatum, etiam si Matrimonium fuerit contractuoi cum corrupta Ludouis. decis. 516. vbi multa ad casum, & num. 6. addit, quod dispensatus ad retinenda pensionem cum Matrimonio, cum clausula, cum quauis muliere, nullo tamen iure sibi prohibita, &c. non potest retinere pensionem, nec ei suffragatur dispensatio, si contrahat cum consanguinea, vel affini in gradu prohibito, cum dispensatione ad contrahendum, Rot. in Cæsaraugustana pensionis 18. Iunij 1610. coram D. Cardinali Lancellotto.

20 Hæc enim dispensatio ad retinendam pensionem, non obstante matrimonio per Pensionarium contracto, intelligitur de primo tantum matrimonio, nisi aliud exprimatur, ita voluit Rota in Placentina pensionis 21. Nouembris 1596. coram D. Blanchetto, & refert Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gl. 12. num. 83. & Lotter. de re benefic. lib. 1. quæst. 40. num. 208. Hæc enim dispensatio dari solet, si Pensionarius ingrediatur aliam Religionem militarem, ita refert Paris. de resignat. benef. lib. 6. quæst. 2. num. 116. multa Lotter. de re benef. lib. 1. quæst. 40. num. 207. & seqq. Qui milites Religiosi, habeant peculiare priuilegium Sedis Apostolicæ, retinendi pensiones, etiam cum Matrimonio, refert Barbos. loc. mox citande num. 32. & seqq.

21 Supradicta, quod pensio extinguatur per contractum Matrimonij, adeò vera sunt, vt post contractum illud per verba de præsenti, non valeat transactio, seù noua conuentio inter Titularem, & Pensionarium super solutione pensionis, sine Sedis Apostolicæ beneplacito, prout voluit Rot. in citat. Tullen. fructuum coram D. Coccino, & refert Barbos. de iure Eccles. lib. 3. cap. 11. num. 31. vbi in fine post Ciarlin. controuers. for. cap. 36. num. 55. ait, Pensionarium adeò per Matrimonium contractum perdere pensionem, vt si sponsa antequam ab eo fuerit carnaliter cognita, ingrediatur Religionem, quo casu Matrimonium resoluitur, adhuc noo recuperat pensionem.

22 Tertiò per professionem Religionis eatinguitur pensio, in titulum Clericalem data Gig. de pension. quæst. 57. & quæst. 99. num. 11. & 12. Garz. de benef. par. 1. cap. 5. num. 114. Mantica decis. 104. num. 7. vbi limitat, quando obstaculum fuerit à Papa sublatum Barbos. de iure Eccles. lib. 3. cap. 11. num. 39. qui alios refert; Idque dicendum est de professione Militiæ Regularis; Equites enim Regulares non possunt, etiam si Clerici, vel Presbyteri sint, habere pensiones, nec super beneficijs ipsorum ordinum Militiarum, prout disponitur in Bulla Pij V. sub datum Kal. Octobris 1568. 73. in nouo Bullario, in qua tamen expresse conceditur facultas retinendi pensiones obtentas ante illam, prout in §. 3. eiusdem Bullæ, ibi, ita quod ipsi &c. Qui Equites, sine ingredientes Religionem Militarem, possint particulari priuilegio Pontificis pensiones habere, refert Mart. de iurisd. par. 2. cap. 32. num. 16. & Barbos. cit. cap. 11. num. 39. in fin.

23 Possunt quoque retinere pensiones, imò & beneficia, quæ habebaot ante ingressum, omni veneratione, & obseruantia digni Patres Societatis Iesu, post emissis tribus votis simplicibus, ante solemnem professionem, prout probat Nouat. lucerna Regul. verbo Iesuita num. 41. & 42. post alios, & ratio est, quia licet prædicti mei patres, & Domini, per dicta tria vota quantum in eis est, remaneant perpetuò obligati Societati, ac dicantur verè Religiosi, tamen quo ad ipsam Societatem, & eius Superiorem Generalem, non remanent adeò ligati, vt non possint dimitti cum causa, etiam sine eorum culpa, vt disponunt statuta illius, & confirmationes Apostolicæ relatæ per Nouar. eod. loc. meritò vt prædicta libertas, eidem Societati concessa, perpetuò seruetur, fuit prouisum, quod eis liceat beneficia, & bona retinere.

24 Quartò per militiam extinguitur pensio, assignata in titulum Clerico; Clericus enim in minoribus effectus miles, dicitur recessisse à statu ordinis, & reuersus ad sæculum gl. & DD. in cap. fin. de Cler. coniug. Gig. de pension. quæst. 55. num. 2. Contrariantur enim ad inuicem militia cœlestis, & sæcularis Cap. ex multa §. fin. extra de vot. l. repetita C. de Episcopis, & Cler. & clericatus est qualitas sine qua, reseruatio facta non fuisset, maximè hodie ex stylo Curiæ Romanæ; ex quo introductum est, vt pensiones regulariter non soleant reseruari, nisi Clericis, & si quando reseruantur ad fauorem laici, apponitur clausula postquam charactere clericali fueris insignitus, & stylus approbatur per Rot. in Terulen. pensionis 13. Nouembris 1596. coram D. Penia; hinc meritò cessante qualitate reseruationis, remanet extincta ipsa reseruatio, per regulam Cap. cum cessante de appellat.

25 Dicitur enim Clericus effectus miles ad hoc, vt extinguatur pensio, quando eius nomen in militum matriculam est relatus, & descriptus, probat ex doctrina Bal. in l. duos sub num. 7. post gl. in l. 3. C. de off. magistr. milit. Ricciul. de iur. person. extra grem. Eccles. existen. lib. 7. cap. 5. num. 2. & seqq.

26 Ampliatur enim hæc extinctio pensionis, vt illa inducatur ipso iure post descriptionem prædictam, vt post gl. & Io. And. in cit. cap. fin. docet Ricciul. eod. loc. num. 19. in fin. Vnde si post quàm Pensionarius per descriptionem prædictam factus miles pœniteat, & post paucos dies antequam sæua exerceat, habitum clericalem reassumat, non per hoc recuperat pensionem ipso iure extinctam, Ciarlin. controuers. for. cap. 36. num. 41. & cap. 115. num. 36. & seqq. quem refert, & sequitur Barbos. de iur. Eccles. lib. 3. cap. 11. sub num. 50. Ricciul. cit. loc. num. 21. contra Graff. consil. 1. de Cler. coniug.

27 Limitatur hæc extinctio primò in Clerico constituto in sacris; is enim, si pluries se fecit describi in numero militum, non per hoc desinit esse Clericus, cum id in sua potestate non sit. Secundò etiam in Clerico in minoribus constituto,

qui

qui commeatum facit cum exercitu, in habitu tamen clericali, vt exercitui in Ecclesiasticis ministerijs inseruiat; ita Ricciull. *vbi supra num.* 31. *&* 32.

28 Quintò extinguitur pensio excedens summam ducatorum sexaginta de Camera, si Pensionarius non deferat habitum, & tonsuram clericalem eo ipso sine vlla monitione, citatione, Iudicis decreto, aut ministerio, per Bullam Sixti V. incipiente *Pastoralis sub Datum Pridie Kalend. Februarij* 1588. *in nono Bull. constit.* 92. Ad hoc enim, vt hæc extinctio, seù priuatio locum habeat, requirtur primò, quod Pensionarius per spatium tanti temporis in habitu clericali non incesserit, vt communi opinione reputetur laicus, aduertunt Farinac. *in praxi Criminali par. prima quæst.* 8. *num.* 68. Ricciull. *de iure personar. extra Ecclesi. grem. exist. lib.* 7. *cap.* 6. *num.* 17. Barbos. *de iure Eccles. lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 49. *in fin.* & ideò, vt Pensionarius dicatur priuatus pensione, non sufficit, si semel, aut bis incesserit in habitu laicali, quia dicta constitutio debet intelligi cum aliquali modificatinne, iuxtà dicta per Fel. *in procem. decretal.* dum exponit verbum *continuè*, & Vrsill. ad Afflict. *decis.* 24. *num.* 7. Et quod Pensionarius non incesserit in habitu, & tonsura, cum sit materia obiectiua in his terminis, debet concludentissimè probari Ludouis. *decis.* 20. *num.* 3. Secundò requiritur, quod Pensionarius incedens in habitu laicali, pensinnes exigat, vel per ipsum stet quominus exigat, ita disponit prædicta Bulla Sixti V. & voluit Rota apud Ludnuis. *cit. decis.* 20. *num.* 4. aduertit Lotter. *de re benef. lib.* 1. *quæst.* 42. *num.* 53.

29 Minimè verò locum habet hæc extinctio seù priuatio pensionis ob non delationem habitus, & tonsuræ clericalis, quando id faceret Pensionarius ob paupertatem, infirmitatem, verisimile periculum, vel se domi continens; tunc enim excusatur à delatione habitus, prout post alios aduertit Barbos. *de iure Eccles. lib.* 1. *quæst.* 4. *num.* 33. *vsque ad* 36.

30 Nec etiam procedit eadem priuatio pensionis, ob non delationes habitus, quando illa reseruata est ad fauorem Clerici in sacris constituri, quia cum illo, ob non delationem habitus, non potest præsumi recessus à statu clericali ad sæcularem, cum talis recessus sit ei interdictus *Cap.* 1. *§. sed si in Subdiaconatu, & Cap. sanè de Cler. coniug. cap.* 2. & ibi Abb. *qui Cler. vel vouent.* Ricciul. *de iur. person. extra Eccles. grem. exist. lib.* 7. *cap. vltimo num.* 20.

31 Sextò extinguitnr pensin per crimen hæresis; hæretici enim filij, & nepotes prinantur pensionibus, Ricciul. *cit. tract. lib.* 5. *cap.* 19. *num.* 7. Sanch. *in summ. lib.* 2. *cap.* 28. *num.* 36. Rota *in Conchen. pensionis* 6. *Martij* 1609. quæ est *decis.* 123. *par.* 3. *in recentior.* vbi articulus exactissimè discussio, fuit recessum ab aliàs firmato sub *die* 24. *Octobris* 1594. *decis.* 87. *ead. parte* 3. *in recent.* prout testatur Lotter. *de re benef. lib.* 1. *quæst.* 42. *num.* 51. Hoc enim intelligitur de filijs legitimis, & illegitimis, vt testantur communiter DD. aliàs melior esset conditin illegitimorum, quam legitimorum, & maius priuilegium haberet luxuria, quam castitas, quod est absurdum, *Direct. inquisit.* 3. *par. quæst.* 104. *comment.* 163. *l. E. vers. in hoc fol.* 670. De nepotibus verò intelligitur per lineam paternam, non verò maternam *Direct. inquis. cit.* 3. *par. quæst.* 115. & patet ex *Cap. statutnm de hæres. in* 6. Habet locum hæc priuatio in filios, & nepotes, etiam quando pater hæreticus fuit tantùm damnatus in contumacia, dummodo sit verus contumax, prout probat *Direct. inquis. cit. loc. comment.* 164. *lit. E. vers. pater damnato fol.* 673.

32 Septimò per promotionem ad Episcopatum extinguuntur pensiones datæ in titulum clericalem Gig. *de pension. quæst.* 56. *num.* 2. Paris. *de resignat. benef. lib.* 6. *quæst.* 2. *n.* 121. Garz. *de benef. par. prima cap.* 5. *num.* 110. Caputaq. *decis.* 304. *par.* 2. Rot. *decis.* 233. *par. prima diuers.* Barbos. *de iure Eccles. lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 38. & alij communiter. In hoc casu adest dissentio inter DD. nam tenent multi, pensionem vacare post consecrationem in Episcopum, vel post trimestrem, datum ad consecrationem recipiendam, pro qua opinione, adducitur stylus Curiæ. Alij verò tenent, pensionem extingui post possessionem, & consecratinnem, & stylum prædictum locum habere, quando in promotione Papa decernit beneficia, & pensiones vacare, pro vtraque opinione vide adductos per Seraph. *decis.* 110. *vbi in fin.* concludit Rotam voluisse ad inducendam extinctionem pensionis, & vacationem beneficiorum, requiri vtrumque, scilicet consecrationem, & adeptionem possessionis, Grat. *discep. for. cap.* 296. *num.* 1. *& seqq.*

33 Limitant communiter DD. hanc extinctionem in casu, quo Papa dispensat, vt valeat promotus ad Episcoparum pensiones retinere, Rot. *decis.* 233. *par.* 1. *diuers.* vbi mitta ad materiam Seraph. *decis.* 91. & apud Marches. *de commiss. par.* 1. *pag.* 637. vbi vlterius addit, quod facultas retinendi pensionem, concessa promoto ad Episcopatum, non intelligitur cum facultate transferendi, quæ ante promotionem competebat, nisi fuerit expressa, refert etiam Barbos. *de iure Eccles. lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 38. *in fin.*

34 Et de hac gratia retentionis pensionis cum Episcopatu, tenetur promotus expedire litteras Apostolicas, prout disponunt *Constitutiones Apostolicæ*, relatæ per Lotter. *de re benef. lib.* 1. *quæst.* 37. *num.* 14. *&* 15. *vbi num.* 17. probat post Achill. *decis.* 37. aliàs 2. *num.* 3. *de elect.* quod si promotus expeditis literis promotionis, possessionem capiat Ecclesiæ, non expeditis literis super gratia retentionis pensionis, extinguitur pensio, & *num.* 18. *& seqq.* probat, quod si promotus impetrauit Breue de capienda possessione ante expeditionem litterarum, cum decreto annullatiuo ipsius promotionis, nisi infra tot menses literas expedierit, in cuius quidem Breuis vis possessionem etiam cœperit, non adstringitur sub pœna extinctionis pensionis literas expedire super gratia retentionis, nisi cum ipsis literis principalibus super promotione, testans ita obtinuisse in *vna Mantuana pensionis* 4. *Decembris* 1626. *coram D. Merlino*.

35 Non tamen tenetur expedire literas super retentione prædicta, qui permutauit Episcopatum, illa enim obligatio, non habet locum in permutationibus Episcopatuum, prout aduertit Rota apud Put. *decis.* 319. *lib.* 1. & refert Lotter. *vbi supra num.* 24. *& seqq.*

36 Per assumptionem verò, siue auspicationem Cardinalis ad Papatum, non extingui pensiones, probat Lotter. *de re benef. lib.* 1. *quæst.* 41. *num.* 1. *& seqq.* contra Gabriel. *consil.* 200. *num.* 2. *lib.* 2. & Grat. *discep. for. cap.* 296. *num.* 11. *& seqq.* quam opinionem non solùm de iure comprobat, sed seruatam fuisse in praxi in multis casibus refert.

37 Octauò Translatione extinguitur pensio in transferente, nam de forma Translationis est, vt omne ius, quod habet transferens, extinguatur, & nouum ius, quod creatur, in Translatario immediatè sit, ac dependeat à Papa, prout declarat Lotter. *cit. tract. lib.* 1. *quæst.* 40. *num.* 13. *&* 14. Facultas enim transferendi pensionem, vel conceditur in ipsa reseruatione pensionis, quæ de raro, & summa difficultate conceditur, prout refert Put. *decis.* 332. *& decis.* 512. *num.* 1. *lib.* 2. Vel conceditur ad partem gratiæ alicui, vt possit pensionem vsque ad tantam quantitatem transferre, quæ gratia non solet fieri, nisi S. R. D. Cardinalibus, vel alijs qualificatis personis; ideò cum materia non sit frequens, & practicabilis, me remitto ad alios scribentes, præsertim Paris. *de resignat. benef. lib.* 7. *quæst.* 4. Germon. *de indult.* Cardin. Mandos. *de signat. grat. in verbo Translatione*, Lotter. *cit. lib.* 1. *quæst.* 40. *per totam*. Tantùm noto, qnod in hac materia Trauslationis pensionis adest *Bulla Vrbani VIII.* 20. *inter eius impressas*, in qua prohibetur Translatio pensionis vltra medietatem fructuum beneficij, ita vt pensio sustineri nequeat, nisi medietas illorum pro Titulari remaneat, iuxta quam Bullam pluries decidit Rota, prout patet ex infrascriptis decisionibus, & alijs.

R. P. D. Royas Camerinen. Pensionis.

SVper beneficio sub inuocatione B. Mariæ Casafusculæ erecto, & dotato de anno 1604. per q. Philippum Seuerinum in annuo redditu scutorum 500. super omnibus eius bonis fuit de anno 1621. reseruata annua pensio scutorum 450. ad fauorem bon. mem. Cardinalis Gymnasij, à quo de anno 1623. pro Francisco nepote rata scutorum 50. fuit translata, remanentibus scutis 400. eidem Cardinali; Vacante postmodum de anno 1634. hoc beneficio, fuit de eo legitimè prouisus R. P. D. Georius, qui literis non expeditis illud cessit in fauorem Nicolai Seuerini, reseruatis sibi omnibus fructibus loco pensionis, postquam pen-

pensiones Cardinalis, & Francisci nepotis in totum, vel pro medietate cessauerint demptis scutis 55. pro Titulari, & scutis 25. pro Pungello sub eadem conditione cessationis pensionis.

Per obitum Francisci Gymnasij de anno 1636. cessauit pensio scutorum 50. ad fauorem R. P. D. Georij fructuum reseruatarij; De anno 1638. Cardinalis Gymnasius vigore indulti Apostolici ex dicta pensione scutorum 400. scuta 250. transtulit ad fauorem Annibalis, Dominici, necnon alterius Annibalis de Gymnasijs, remanentibus sibi scuti 150. Introducta lite super inualiditate pensionis, fuit mihi causa commissa, & examinatis testibus super diminutione fructuum dicti beneficij, dubitaui hodie, an translatio pensionis substineretur, & Domini negatiuè resoluerunt.

Moti potissimùm ea Bulla Sanctissimi D. N. Vrbani VIII. la xx. inter eius impressas, expresè prohibente translationem pensionis vltra medietatem fructuum beneficij, ita, & taliter, vt nunquam illa sustineatur, nisi medietas eorum pro Titulari remaneat, vt in puncto de hac Bulla Lotter. *de re benefic. lib. 1. quaest. 36. num. 127. & sunt decisiones in causa Albinganen. pensionis 3. Iulij 1628. coram bon. mem. Pirouano, & in Alerien. pensionis 7. Iunij 1634. coram Eminentiss. Cardinali Verospio*, & pro parte titularis concludenter fuit probatum tam per testes reddentes optimam causam scientiæ de eorum valore, per decem annos ante, vsque ad tempus sequutæ translationis, & postea fructus huius beneficij non ascendere, nisi ad scuta 300. computato anno sterili cum fertili, qui est verus modus probandi valorem in quacumque materia, Sarn. *in reg. de valor. quaest. vlt.* Garz. *de benef. par. 5. cap. 3. num. 156.* Achill. *decis. 24. de probat*, Put. *decis. 174. n. 3. lib. 3. in correct.* Rot. *diuers. decis. 189. num. 4. par. 1.* Seraph. *decis. 1340. num. 2.* Lotter. *de re benef. lib. 1. quaest. 28. cum alijs per adden.* ad Buratt. *decis. 538. sub num. 22.* & fortius quia tanquam practici, & informati de loco, quia coluerunt terras spatio plurium annorum concludunt, aliter esse non posse, ex quo ipsi scirent, & coarctant negatiuam, Guttier. *canon. quaest. lib. 1. cap. 39. num. 68.* Garz. *de benef. par. 5. cap. 3. num. 220.* Paris. *de resignat. benef. lib. 10. quaest. 2. num. 55.* Put. *decis. 26. lib. 1. in correct. & p. 5. recent. decis. 68. num. 1. & decis. 283. n. 6. & 7. par. 7.* Quàm etiam per instrumentum locationis factæ per Oeconomum deputatum ad instantiam Cardinalis Gymnasij de anno 1637. pro scutis 300. qui asseruit, se exactissimas diligentias fecisse, nec maiorem affictum inuenisse, quæ locatio iunctis adminiculis plenè probat valorem, Dec. *cons. 46. num. 14. add.* ad Greg. XV. *decis. 101. num. 5. vers. concurrentibus tamen* Rot. *in recent. decis. 367. num. 3. par. 5. & 213. num. 21. par. 6.* præsertim contra translatarios, à transferente causam habentes, Rot. *in Romana fideicommiss. de Maximis 18. Februarij 1634. coram bon. mem. Coccino, & in Perusina Laudi 3. Iulij 1634. & 2. Martij 1635. coram Motman.* Et quo affictu sequitur, quod non solum medietas, sed nec obolus pro Titulari remaneret.

Pro adminiculis autem in præsenti, benè deseruiunt depositiones prædictorum testium, qui optimè deponunt, & concordant in quantitate bonorum beneficij, nempe quinque tantummodo corporum *Del Giardino, del Colle della Pera di Santo Vito della Giglia, & della Frana*, & in quantitate fructuum, ex quibus omnibus optimè resultat probatio veri valoris, Natt. *cons. 510. num. 4.* Surd. *cons. 293. num. 31.* Rot. *par. 2. recent. decis. 479. num. 1.*

Nihil obstat prætensa existentia aliorum bonorum vltra prædicta corpora, quia dicta bona spectarunt ad alios fratres fundatoris beneficij, cum tempore erectionis ipsius beneficij communiter possiderentur, *vt in summario partis aduersa num. 9.* prout exitus hoc benè comprobauit, ex quo dum fuit intentata immissio ex Saluiano ad fauorem Oeconomi supradicti beneficij deputati ad instantiam bon. mem. Cardinalis Gymnasij in defectum non solutionis pensionis coram Eminentissimo Cardinali Verospio, de anno 1636. tantùm fuit effectuata dicta immissio in prædictis quinque corporibus, in quibus remansit dos beneficij, vt deponunt etiam testes, qui coarctant negatiuam existentiæ aliorum bonorum de tempore translationis pensionis, de qua agitur.

Nec obstat, quod valor dicti beneficij veniat attendendus de tempore erectionis, quo attento illud reddebat scuta 500. Quia respondebant Domini, dictam Constitutionem Sanctissimi, referri ad tempus translationis, dum tantùm voluit prospicere exonerationi beneficiorum, & consequenter esse probandum valorem de eo tempore, quo beneficium grauabatur; qualitas enim adiecta verbo, venit regulanda secundùm tempus verbi *l. in delictis §. si extraneus ff. de noxal. l. Titius in princ.* & ibi Bart. *ff. de milit. testam.* Alex. *cons. 5. num. 3. vol. 7.* Surd. *de alim. tit. 9. quaest. 13. num. 5.* Rot. *decis. 733. num. 3. & 4. par. 2. rec.* Quo inspecto dum valor beneficij ascendebat tantùm ad scuta 300. vt testes, & instrumentum locationis comprobant; ex prædictis infertur, translationem in totum corruere, quia si Cardinali super dicto beneficio adhuc remanserunt scuta 150. quæ summa est medietas valoris beneficij, alia medietas non poterat indubitanter grauari, quæ libera erat remansura penes Titularem, iuxta prædictam Constitutionem Sanctissimi D. N. Lotter. *de re benef. lib. 1. d. quaest. 36. num. 127. & in d. Alerien. pensionis coram Eminentiss. Card. Verospio.*

Minùs obstat, quod per mortem Cardinalis Gimnasij, penes quem remansit residuum pensionis, quod erat scutorum 150. Titularis fuit consequutus pensionem pro dicta rata scutorum 150. non translata, sine potius D. Reseruatarius fructuum, quia cum veniat attendendum tempus translationis, & tunc nulla pars fructuum remanebat Titulari, prout in Constitutione cauetur, si translatio fuit à principio nulla, non potuit tractu temporis conualescere, *l. quæ ab initio ff. de reg. iur. vbi* Dec. *c. non firmatur eod. tit. in 6.* Seraph. *decis. 229. num. 2. & in d. Alerien. pensionis 7. Iunij 1634. coram Verospio.*

Nihil facit confessio Titularis in supplicatione suæ prouisionis de anno 1634. quod fructus beneficij non excedebant ducat. 340. Quia fuit responsum, expressionem fructuum fuisse tunc factam per non excessum, quo casu sufficit in obolo verificari, nec præiudicare in probatione veri valoris per excessum, nec è contra Greg. XV. *decis. 13. num. 5. & 147. num. 1.* Buratt. *decis. 437. num. 10.* & in præsenti bene verificatur in scutis 300. tàm ex depositionibus prædictorum testium, quàm ex instrumento locationis; vnde confessio erronea non potest præiudicare veritati, consistenti in facto, quæ venit attendenda, *l. non fatetur ff. de confess.* Menoch. *cons. 147. num. 29.* Greg. XV. *decis. 522. num. 14.* Buratt. *decis. 912. num. 10.*

Et ita resolutum vtraque parte informante, &c.

R. P. D. Royas Camerinen. Pensionis.

Luna 7. Iulij 1642. Rota Memorialium.

CONfirmarunt hodie Domini decisionem coram me sub die 12. Maij præteriti, in qua dictum fuit, translationem Pensionis scut. 250. de qua agitur non sustineri, stante Bulla S. D. N. Vrbani VIII. *la* 20. inter eius impressas, expresè prohibente translationem Pensionis vltrà medietatem fructuum beneficij, itaut Pensio sustineri nequeat, nisi medietas illorum pro Titulari remaneat; Vnde cùm valor beneficij de tempore translationis ascenderet tantùm ad scut. 300. Pensio translata corruit, vt in dicta decis. comprobatum fuit.

Valorem autem beneficij iuxta præfatam Constitutionem Sanctiss. esse intelligendum de valore tempore secutæ translationis, non autem de tempore erectionis, fuit indubitanter tantùm.

Primò, quia qualitas adiecta verbo, regulatur secundùm tempus verbi, vt in *dicta decis.* hodie confirmata, quod est adeò verum, vt etiam verba præteriti temporis, posita in dispositione, loquente de translatione Pensionis veniant referenda ad futurum tempus translationis Rot. *decis. 733. num. 3. & 4. par. 2. recent.*

Secundò, quia vbi gratia reperitur collata in futurum euentum, non attenditur valor præteritus, seù currens de tempore datæ gratiæ, sed de tempore subsecuti euentus Maresent. *var. resol. lib. 2. cap. 1. num. 64.* vbi quod in gratia expectatiua non attenditur data gratiæ ad probandum valorem, sed tempus subsecutæ vocationis, vt per

Oltrad.

Oldrad. *cons.* 58. 168. *&* 229. Guidob. *decis.* 25. quos allegat, & sequitur Maresc. *vbi proximè*.

Tertiò, quia dicta Constitutio Sanctiss. voluit emendare damnum, quod Ecclesia sentiret ex translatione, intrat propterea regula, quod æstimatio venit facienda, habito respectu valoris de tempore, quo damnum infertur, *l. omnis hereditas §. nunquam crescit ff. de reg. Iur.* Maresc. *var. resol. lib. 2. cap. 16. num. 7.*

Quibus sic stantibus dicebant DD. valorem beneficij attendendum esse de anno 1638. quo ascendebat ad scuta 300. hocque fuit indubitanter firmatum, cum de hac quantitate deponant plures testes ad Titularis instantiam examinati, qui per optimas rationes testantur de certa scientia, ad Ecclesiam B. Mariæ Casafusculæ, alios redditus, ac bona non spectare, præter nominata ab eis, eaque reddere dicta scuta 300. quæ verba, cum sint prolata per testes practicos, & versatos in bonis, & loco beneficij, illi coarctant negatiuam non existentiæ aliorum redditum, ex quo alioqnin ipsi sciuerint, *iuxtà theoricam, quam limitande doctr.* Bald. *in l. cum sit §. si integra ff. de transact.* tradit Felin. *in cap. tertiò loco, sub num. 5. vers. & dicit de probat.* quem sequitur Paris. *consil.* 162. *num.* 14. *lib.* 4. Rot. *in Legionen. Parochialis 2. Decembris* 1602. *coram bon. mem. Hieron. Card. Pamphil. & in terminis Pensionis in Alerien. Pensionis 7. Iunij* 1634. *coram Eminentiss. D. Hieronymo Card. Verospio.*

Hocque confirmatur ex locatione omnium reddituum Ecclesiæ præfatæ, facta pro dicta summa scut. 300. ab illius œconomo de anno 1637. vnà cum assertione, quod præuijs exactissimis diligentijs non potuit reperiri oblator maioris summæ, & quamuis vnica locatio non probet valorem illius, tamen coadiuuat probationem, & adminiculata à testibus præfatis, plenè probat Rot. *decis.* 186. *n.* 8. *part.* 6. *recent.* cum alijs per Adden. ad Gregor. XV. *decis.* 101. *num.* 5.

Nihil obstat, quod locatio contineat dumtaxat bona tunc possessa ab Ecclesia, cui competit etiam actio pro complemento annui redditus scut. 300. super bonis, tam vnius ex hæredibus, qui se obligauit soluere scut. 250. quàm Philippi fundatoris in vim obligationis ab eo factę in limine fundationis de dotando Ecclesiam, vbi dicta scuta 300. assignauit super omnibus suis bonis obligando etiam bona hęredum.

Quoniam obligatio dicti hæredis est restricta ad ratam bonorum hæreditariorum, iuxtà terminos *decis.* 392. *p.* 1. *recent.* Et non constat adesse alia bona Philippi, præter quinque corpora hodie possessa ab Ecclesia, super quibus illa possit hypothecariam experiri, quinimò testes comprobant, bona Philippi fuisse auocata à creditoribus anterioribus eiusdem, quod verificatur etiam in bonis contentis in diuisione, dum aliqua ex illis possidentur ab Ecclesia, & admodum verisimile redditur ex eo, quia sicut bon. mem. Card. Gimnasius olim Pensionarius, seu Oeconomus, ad eius instantiam deputatus, egit pro recuperatione bonorum modo penes Ecclesiam existentium, ita egisset pro alijs, si alia recuperare valuisset, cum nulla veniat habenda ratio actionis contra bona Philippi ad Ecclesiam spectantis, quam inopia debitoris excludit Burat. *decis.* 640. *num.* 7. *cum vulgat.* In calculo enim valoris beneficij calculanda sunt bona effectiua, & apta redditibus ad sustentationem Titularis, & hæc bona fuerunt contemplata in præfata Constitutione S.D.N. non verò actiones inutiles, seu intricatæ, vel difficilis exactionis, quam Ecclesia in dotem sibi ascribere non tenetur, Put. *dec.* 185. *ante num.* 1. ibi: (*dum tamen facilis sit exactio*) *lib.* 1. *in correct.* Rot. *decis.* 167. *num.* 51. *&* 52. *part.* 5. *recent. & decis.* 145. *num.* 24. *coram Durano, & in Romana Casalis Aguzani* 16. *Decembris* 1641. *coram me*. Obligatio autem fundatoris legitur restricta ad bona propria tantùm, ibi: (*super omnibus, & quibuscunque ipsius D. Philippi bonis, &c.*) quorum appellatione non veniunt bona hæredum, Duran. *decis.* 93. *&* 119.

Firmato itaque valore in scutis 300. intrat supradicta constitutio Sanctiss. quia Cardinalis Gimnasius transferens, retinuit summam scut. 150. quæ est medietas fructuum beneficij, & consequenter nil potuit transferre, stante dispositione dictæ Constitutionis expressè mandante, quod beneficia non remaneant grauata vltra medietatem fructuum.

Nec pariter obstat, quod beneficium remanserit exoneratum post annum ob mortem Cardinalis transferentis, quia venit attendendum tempus translationis, & si tunc translatio fuit nulla, non valuit conualescere morte transferentis, Cassador. *decis.* 3. *de pension.* Maresc. *var. resol. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 41. & ratio est desumpta ex eadem Constitutione, quia Papa voluit subleuare Titulares, qui sustinent pondera æstus, & diei ad hoc, vt habeant illæsam medietatem, & ne fieret translatio vltrà eam, & experientia docet, quod transferentes multoties superuiuunt ipsis Translatarijs, etiam iunioribus, vt fuit consideratum in pluribus causis relatis in *Mantuana Pensionis coram Reuerendiss. D. meo Decano part.* 5. *recent. decis.* 24. *num.* 13. Vnde Titulares tenentur soluere per multos annos Pensionem translatam vltra medietatem, & posset etiam præmori Titularis, & vllo vnquam tempore aliquid superlucrari. Vnde non esset verum, quod fuisset subleuatus à Papa, Constitutio autem est intelligenda secundùm mentem, quæ desumitur ex prooemio, & ex ratione ex congestis *in Romana Societatis 5. Iulij* 1627. *cor. Reuerendiss. D. meo Decano*, hocque importat verbum illud (*exonerationis*) quod non potest referri, nisi ad onus Pensionis iuxtà subiectam materiam Constitutionis, secundùm quam verba sunt intelligenda, Roland. *cons.* 96. *n.* 8. *lib.* 1. Gabr. *de verb. signif. conclus.* 2. *num.* 7. Rot. *decis.* 169. *num.* 3. *& decis.* 398. *num.* 4. *part.* 1. *recent.*

Minus obstat, quod inter onera beneficij non veniat enumeranda dicta Pensio scutorum 150. quam sibi retinuit Cardinalis, quia contrarium dicebant DD. esse dicendum, ex quo fructuus, & redditus beneficij debent considerari detracto onere pensionis, vt per Dec. *consil.* 155. *incipit statutum Cathedralis Ecclesiæ num.* 1. *vers. sed prædictis non obstantibus*, quem refert, & sequitur Gig. *de pension. quæst.* 89. *ante num.* 1. *vers. contrariam tamen partem veriorem*, vbi habetur, quod nouus Canonicus tenetur soluere dimidiam fructuum, detracta in primis, & ante omnia Pensione, prout dicimus, quod in reseruatione secundæ Pensionis venit habenda ratio primæ pensionis, super eodem beneficio existentis, Crescent. *decis.* 1. *de reb. Eccles. non alien.* Cassador. *decis.* 3. *de pens.* Marescott. *var. resol. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 14. Rot. *in Aquilana pensionis* 26. *Maij* 1623. *coram Remboldo*.

Vltimo non obstat, quod si tota Pensio scutorum 400. fuisset à Cardinali translata, sustineretur in summa scutorum 150. ergo multo magis videtur sustinenda translatio scutorum 250. & consequenter pensionem esse reducendam, non annullandam, Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *q.* 36. *num.* 127. Mantic. *decis.* 153. *&* 173. quia fuit per DD. responsum, in præsenti militari diuersam rationem, cum in nostro casu medietas fructuum remanserit penes Cardinalem transferentem, & sic nihil erat reducibile, dum quantitas scutorum 150. remanens penes dictum Cardinalem, absorbebat integram medietatem fructuum beneficij, & alia medietas libera remanere debet tempore translationis penes Titularem, vt cantat Constitutio Sanctiss. D.N.

Et ita resolutum pro maiori parte Dominorum, causa ab omnibus discussa, vtraque parte informante.

Cæteros modos, quibus extinguitur pensio, vide apud Squill. *de priuil. Cleric. cap.* 5. *num.* 42. Barbos. *de iure Eccles. lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 47. Marescott. *var. lib.* 2. *cap.* 18.

Cessio pensionis ad fauorem Titularis, libera tamen, 38
& sine vllo pacto, & pecunia, siue anticipata solutione, potest fieri per Pensionarium, etiam sine auctoritate Papæ, & nudo pacto, Gig. *consil.* 3. *num.* 7. *& consil.* 16. *num.* 6. Rot. *decis.* 129. *sub num.* 2. *vers. est etiam part.* 1. *in recent.* & est commune. Quando verò interuenit pecunia, vel fit anticipatis solutionibus, tunc cassatio fieri non potest sine auctoritate Papæ, Rot. *decis.* 454. *num.* 7. *part.* 1. *diuers.* Idem si fieret, vt alia reseruetur Rot. *decis.* 471. *num.* 10. *ead. part.* 1. *diuers.* Quo in casu nec admittitur cassatio, nisi porrigatur supplicatio per ipsummet Pensionarium, vel per procuratorem, habentem speciale mandatum, Rot. *decis.* 327. *sub num.* 4. *vers. de consensu p.* 2. *in recent.*

Restrin-

39 Restringitur enim hæc facultas liberè cedendi pensionem ad fauorem Titularis, quando cessio esset in præiudicium tertij, puta si esset reseruata ad commodum alterius, tunc non potest illam liberè cedere, & cassare fiduciarius, iuxtà dicta per Lotter. *lib. 1. cit. quæst. 42. num. 14. & seqq.* & Rot. *in vna Valentina pensionis 3. Decembris* 1593. *coram D. Merlino*. Eodem modo non potest Pensionarius cedere, & cassare pensionem ad fauorem Titularis, quando per prius constitueret procuratorem irreuocabilem creditorem suum, donec, & quousq; esset sibi satisfactum, prout aduertit idem Lotter. *cit. loc. num. 19. & seqq.* vbi benè respondet, quibus in contrarium adduci possent.

40 Est hic aduertendum, quod pensio semel per cassationem, vt supra, extincta, amplius non reuiuiscit, quamuis ille, qui soluebat pensionem, de nouo se obligauerit ad soluendam illam, quia beneficium semel liberatum ab onere pensionis, non potest per Beneficiatum iterùm reduci ad seruitutem, sine noua auctoritate, & sine solemnitatibus requisitis in reseruatione pensionis, per doctrinam Salicet. *in l. nouatione in fin. C. de fideiussor.* Cassad. *de pension. decis. fin. num. 6.* quem refert, & sequitur Marescott. *variar. resol. lib. 2. cap. 18. num. 24. & 25. vbi num. 26. & seqq.* dicit id procedere, etiam si Titularis confiteretur cassationem fuisse factam per metum, quia cum ipse non possit de nouo constituere pensionem propria auctoritate, non creditur sibi de causa, per quam constitutio de nouo facta teneret Bart. *in l. forte de Castren. pecul.* Dec. *consil. 602. num.* 13. Nisi aliundè constet de actu meticuloso; nam sufficienter probato metu per alias probationes, quàm per confessionem Titularis, pensio dicitur nulliter extincta, & persoluenda est, ad tradita in *cap. cum locum de sponsal. l. si mulier §. si de metu ff. quod metus caus.* Ias. *in l. interpositas C. de transact. num. 1. notab.*

41 Vlterius aduertendum est, quod si Pensionarius consensijt cassationi pensionis, ad effectum, vt alia similis, vel minoris quantitatis reseruetur alteri, si hæc secunda reseruatio non sortitur effectum suum, non liberatur Titularis à pensione cassata, seu prima, quia cassatio censetur facta sub conditione, quatenus noua pensio reseruetur validè, Mohed. *decis. 36. de renunc.* Rot. *in Brixien. pensionis 6. Martij* 1598. *coram D. Millino*, vbi fuit iudicatum, si reseruatio non habet effectum suum, ad fauorem cuius fuit facta cassatio, Pensionarius cassans, potest agere spolio contra Titularem, denegantem soluere pensionem.

42 Nota quartò, quod quamuis communiter DD. aduertant, pensionem temporalem non esse materiam simoniæ, quia est portio separata à titulo spirituali beneficij, Barbos. *de iure Eccles. lib. 3. cap. 11. num. 19.* tamen de stylo Curiæ, qui facit legem, & vigore Constitutionis Pij V. incip. *ex proximo edita anno* 1571. non potest pensio vendi, aut redimi sine auctoritate Summi Pontificis, aliàs incurritur crimen simoniæ, vt post Azor. Reginal. Suar. Filiuc. Layman. Bonacin. & alios aduertit Barbos. *cit. loc. num. 20. & seqq.* Et licèt supra hic cum Ludouis. *decis. 440. num. 7.* Lotter. *cit. loc. quæst. 42. num. 29. & seqq.* dixerim commoditatem percipiendi fructus pensionis esse cessibilem; vnde animosè dicit Barbos. *cit. loc. num.* 25. cum Bonacin. per eum adductum, Pensionarium absque simoniæ labe, posse alteri vendere, vel donare fructus suæ pensionis, etiam ad totam vitam, modò illius titulum retineat; tamen hæc opinio non potest defendi, quin non sit contra *Extrauag. Ambitiosa*, cuius vigore fructus pensionis non posse vendi, vel locari; vltra triennium defendit Nauar. *consil. 11. de reb. Eccles.* Less. *de iust. & iur. lib. 2. cap. 35. num. 122. ad fin.* Garz. *de benefic. 2. part. cap. 1. ego ipse 1. part. annot. 1. §. 2. num. 29.* contra Azor. & Suar. Vnde tenentes, fructus pensionis, & commoditatem posse vendi, intelligendi sunt per triennium, & non vltra, secundùm dicta per Garz. *cit. tract. 1. part. cap. 5. num. 26. & seqq.*

43 Solet in hac materia per DD. dubitari, an pensio sit odiosa, vel fauorabilis; tenent aliqui esse odiosam, ea ratione, quia Pensionarius non laborat in Ecclesia, neque seminat, & tamen metit, & fructus sine labore manducat, ita Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. gl. 5. §. 5. n. 38.* Distingunt alij pensionem ante reseruationem esse odiosam, post verò in esse deductam, dici fauorabilem, ita Gig. *de pension. quæst. 94. in princip.* & Gonzal. *cit. loc. §. 6. procem.* Maceraten. *variar. resolut. 31. num.* 3. Verùm inspecta origine, & causa pensionis, quæ est, vt Clericis egenis; & benemeritis subueniatur de eo, quod Titulari superabundat, iuxta sententiam Bursat. *consil. 126. sub num. 90. vers. secundo, vt egeno*, Barbos. *de iure Eccles. cit. cap. 11. num.* 54. Lotter. *de re benefic. lib. 1. quæst. 36. num. 13. & seqq.* sequitur pensionem quocumque tempore inspecto, dici fauorabilem, cum Fel. *in cap. ad audientiam el secondo sub num. 2. vers. secunda conclusio de rescriptis*, Rota *decis. 240. sub num. 24. vers. licet enim p. 1. diuers.* & hoc maximè de pensione reseruata tempore vacationis, Rota *in vna Firmana pensionis 21. Februarij* 1625. *coram D. Remboldo*, & cum consensu Titularis, Lotter. *cit. loc. num. 45.*

Nota quintò, quod pensio reseruata super pluribus 44
beneficijs ab vno possessis, si moriatur Titularis, & beneficia conferantur singulis personis, est soluenda à modernis Beneficiatis pro rata, non verò in solidum à quolibet eorum, probatur per text. *in cap. constitutus*, vbi Abb. *num. 8. de relig. dom.* & sequutam fuisse Rotam, referunt Gomez. *in compend. signat. ad fin. vers. est, & alius casus*, Campanil. *diuers. iur. Canon. rub. 11. cap. 13. num. 287.* & Lotter. *de re benefic. lib. 1. quæst. 38. num. 20.* idemque dicendum, si pensio esset translata super pluribus beneficijs, Paleot. *decis. 304. in manuscript.* Paris. *de resignat. benefic. lib. 6. quæst. 4. num.* 47. Et hæc sententia est adeò vera, vt rigor concessus à iure pro pensionis exactione, etiam contra successorem, intimatis litteris, vt diximus supra, statim cesset, cum opponitur per ipsum successorem diuisio beneficiorum, super quibus præstitus fuit consensus à prædecessore pro reseruanda pensione; tunc enim requiritur sententia declaratoria quantitatis debendæ pro quolibet beneficio, & eius possessore, vt benè aduertit Campanil. *cit. loc. num.* 28. Ricc. *in prax. 3. part. resol. 108. num. 26.* Contrarium tenent Seraph. *decis. 1429. num. 7.* vbi dicit, quod est in electione Pensionarij agere contra quem velit pro tota pensione, sequitur Barbos. *de iure Eccles. lib. 3. cap. 11. num. 37. in fin.* Sed prima opinio est verior.

Fallit tamen proposita doctrina, quando reseruatio fa- 45
cta est in solidum; tunc enim non possunt successores excipere teneri pro rata, sed est in electione ipsius Pensionarij retinere solidam pensionem super vno corpore beneficij, dummodo esset illius capax, Rota *in Bergomen. pensionis 10. Nouembris 1595. coram D. Latta*, Seraph. *decis. 1429. num. 7.* vbi fuit etiam dictum beneficium esse capacem pensionis, quæ non excedebat tertiam partem fructuum illius.

Nota sextò, quod Pensionarius absens, exigere inten- 46
dens pensionem per procuratorem, opponente Titulari, tenetur omninò probare superuiuentiam; non solum in Vrbe, sed etiam extra, tum quia sic se habet communis consuetudo, tum etiam quia in litteris reseruationis solet apponi clausula *quoad vixerit*, quæ cum videatur importare conditionem, venit verificanda per Pensionarium agentem; tum quoque quia fraudes multæ solebant committi in exactionibus pensionum, quibus esse obuiandum dicit text. *in l. fendo ff. de re iud.* & ita aduertit Macerateo. *variar. resol. vltim. cas. 65. vers. vltimo lib.* 1. post Paris. & Becc. per eum adductos.

Nota septimò dici inter DD. pensionem excludere 47
compensationem, ita Gig. *de pension. quæst. 92. num. 4.* Monal. *consil. 52.* Graff. *de except. cap. 16. nu. 64.* Grat. *discept. for. cap. 728. num. vltimo*, quod sanè intelligendum est, quando fuit reseruata pro alendo eo, in cuius fauorem constituta est, secus tamen est, quando non fuit reseruata pro alimentis Pensionarij, ita declarat Surd. *de aliment. titul. 8. priuileg. 53. num. 7.* post Sebast. Med. *in tract. de compensat. quæst. 14.* licèt pensiones reseruatæ ex causa resignationis, vel cessionis fructuum iudicentur omnes reseruatæ ex causa prædicta alimentorum, cum Papa vtatur in reseruatione clausula illa, *ne ex cessione tua huiusmodi nimium patiaris detrimentum, &c.* ita consuluerunt Hippolit. Riminal. *consil. 298. num. 11. & 13.* Gabriel. *consil. 191. num. 9. lib. 2.* & sequitur Lotter. *de re benef. lib. 1. q. 35. num. 51.*

Nota octauò addendo eis, quæ supra diximus, pen- 48
sionem esse onus reale, & proinde insectari fructus, super

quibus est imposita, & reseruata, quod si Titularis sua immediata culpa, cum possit, non vult inseruire, & fructus illos amittit, & alius lucratur, non excusatur à solutione pensionis, si Pensionarius eligit contra ipsum agere, prout docet Gonz. *ad regul.* 8. *Cancell. gl.* 27. *num.* 44. Garz. *de benef. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 230. *in fin. vbi num. praeced.* excusat excommunicatum, qui sua culpa, & delicto incidit in excommunicationem, & propterea non inseruiendo amittit fructus, quia in hoc casu culpa Beneficiati non est immediata causa amittendi fructus, sed excommunicatio, quæ est pœna culpæ, & sic non imputatur ei, *Cap. quia diuersitatem de concess. præbend.* vbi Abb. *n.* 11. Ex dictis tamen non est negandum, etiam in casu dictæ immediatæ culpæ, Pensionarium posse agere contra quoscumque fructuum perceptores, cum pensio sit imposita super illis, & res transeat cum onere suo; prout latius dictum est supra. Facit etiam, quia Pensionarius est præfe-
49 rendus in fructibus beneficij grauati, quibusvis creditoribus, etiam anterioribus, testatur Marches. *de commiss.* 2. *p. cap.* 4. *de commiss. appell. num.* 69. quem refert, & sequitur Garz. *cit. loc. num.* 236.

OBSERVATIONES

D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Pensio est subreptitia super beneficio iurispatronatus non facta mentione illius.*
2 *Religiosi Societatis Iesu post emissa tria vota sunt capaces pensionis.*
3 *Difficultas in modo disponendi de pensione.*
4 *Ante emissionem quarti voti sunt verè religiosi.*
5 *An possint ante emissionem quarti voti cedere vitalitiam præstationem?*

1 Pensio est subreptitia per Papam imposita super beneficio iurispatronatus non facta mentione illius, quamuis valde imposita possit transferi virtute indulti etiam non expresso in gratia translationis iurepatronatus, quia est antiqua, non noua pensio, Buratt. *decis.* 56. Ridolphin. *in prax. part.* 2. *cap.* 9. *num.* 91. *& seqq.* Card. de Luca *de pension. discurs.* 58.

Religiosi Societatis Iesu post emissionem trium votorum adhuc sunt capaces bonorum patrimonialium, vt habetur apud Fagnan. *in cap. in præsentia de probat. num.* 90. *&* 118. Reg. de Marin. *resol.* 195. *num.* 9. *lib.* 2. Quinimò etiam retinent pensiones Ecclesiasticas super beneficijs sæcularibus, quarum Regulares professi sunt incapaces, Card. de Luca *de regular. discurs.* 62. *num.* 12.

Quamuis etenim in d. Societate ex eius peculiari instituto per emissionem trium votorum castitatis, paupertatis, & obedientiæ non contrahatur ille perfectus contractus hincinde obligatorius, qui in alijs religionibus inter religionem, & profitentem contrahi dicitur, ob libertatem, quam retinent Superiores ex causis sibi beneuisis dimittendi profitentem, qui vsque ad emissionem quarti voti apud eos non habetur pro verè professo, sed est in implicito statu sæculari, ac tanquam per quandam speciem nouitij, vt apud Bich. *decis.* 52.

Attamen ipsi profitentes ad omnes alios effectus donec ista dimissio sequatur, & propterea redeant ad statum sæcularem sunt verè religiosi, & professi.

3 Sola difficultas est in modo disponendi, an scilicet esse debeat cum licentia Superioris, & ad vsus pios, ex relatis per Sanch. Camill. Cutell. & alios, quos refert Censal. ad Peregr. *art.* 28. *vers. Quantò obserua.* Deferendum est praxi, vel obseruantiæ tanquam interpretatiuæ, quod quæ licitum non sit arguere ab illis regulis generalibus, quas in materia aliorum regularium habemus ob istius Societatis institutum peculiare ab alijs religionibus diuersum potissimè in proposito testandi, & disponendi, quoniam in alijs professis id prouenire dicitur etiam ex defectu subiecti, dum bona ipso iure acquiruntur in ipso instanti professionis Monasterio, vel religioni, quod in ista Societate non contingit.

Ante emissionem quarti voti sunt etenim veri religiosi 4
donec per Superiorem à Societate dimittantur ob expressam declarationem Gregorij XIII. vt aduertitur apud Fagnan. *in d. cap. in præsentia in fin.* Cæterum ob quendam implicitum statum sæcularium, quem habitualiter retinent, redeundi ad sæculum Superiore dimittente iuxta plenè deducta per Bich. *decis.* 52. non videtur adeo incompatibilis retentio dominij, & dispositionis in particulari absque repugnantia religiosæ paupertatis. Potissimè quia cùm ista incompatibilitas non proueniat à iure diuino, sed ab humano, vel positiuo, omne illius obstaculum tollere potest Pontificia potestas, quæ hanc retentionem concedit, ideòque resultet testandi facultas ante quarti voti emissionem, Card. de Luca *dict. discurs.* 62. *num.* 11. *& seqq.*

Semel habui in facto, an religiosus Societatis Iesu si ante 5
emissionem quarti voti cedat quantitatem vitalitiam, sibi relictam possit alteri cedere duraturam vsque ad mortem religiosi cedentis?

Consului quod sic. Quoniam volens profiteri in religionibus tam capacibus, quàm omnino incapacibus in communi, & in particulari potest quidem in personam capacem ante professionem transferre non solum bona, & iura in proprietate, sed etiam iura personalia, seu vitalitia duratura ad eius vitam naturalem, ex deductis per Reg. de Ponte *cons.* 159. *lib.* 2. Card. de Luca *de regular. discurs.* 63. *num.* 5. Secus autem vbi agitur de iuribus quærendis, & in spe, pro quibus assequendis requiritur existentia, & capacitas de tempore, quo illa aperiuntur, ideò vt extrema sint habilia, de Luca *vbi sup.*

ANNOTATIO XII.

De Præbendis Theologali, & Pœnitentiali.

ARGVMENTVM.

Notatur §. I. Theologum cogendum esse per se ad satisfaciendum per Episcopum, etiam si alteri subsit; quid si legitimè est absens, vel infirmus, per quot menses possit vacare à lectura. An possit Episcopus cogere Presbyteros, & Canonicos ad illum audiendum. An ob minorem litteraturam satisfaciat per alium. Collatio Præbendæ Theologalis, ad quem spectet, cui possit conferri, & an Regulari. Quomodo erigenda in Ecclesijs, vbi hactenus non est erecta per deputationem præbendæ primò vacaturæ. Erecta quomodo non possit optari, nec optare. Vbi non potest haberi, quomodo habendus Magister scholæ. Theologus absens à Choro in die, quo legit, lucratur distributiones; quid de illum audientibus. Materiam, & tempus lectionis determinat Episcopus: quomodo Scripturam explicabit, an vulgariter. Quid si non reperitur persona idonea. An lectio Sacræ Scripturæ sit habenda in Monasterijs Regularium, & alia.

§. II. Requisita obtinentis præbendam Pœnitentiariæ; in qua Ecclesia sit habenda; quomodo erigatur, & à quo. Ad quem spectet collatio; cui conferenda est; quid in defectum. Quam facultatem absoluendi habeat Pœnitentiarius; An possit compelli ad audiendas confessiones, & quomodo debeat esse paratus; an lucretur distributiones, & alia.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *THeologalis Prabenda materia ad Text. cap. quia nonnulli §. sanè de Magist. &c. Quid in hoc Tridentinum statuat, & qui DD. eam exagitent.*

2 *Theologalem Prabendam obtinens cogendus per se, vel per alium ad satisfaciendum muneri suo, & qualiter.*

3 *Theologalem Prabendam obtinentis defectum Episcopus supplere potest, licèt ille alteri sit subiectus Episcopo inferiori, in eumque non sit iurisdictio, num.4.*

5 *Theologalem Prabendam obtinens, ratione legitima absentia non potest cogi ad satisfaciendum per se suo muneri, cum possit per alium ex infirmitate, inimicitijs, num.6.*

7 *Theologalem Prabendam obtinens, ob infirmitatem sanabilem, non cogendus satisfacere per alium.*

8 *Theologalem Prabendam obtinens, habet tres menses vacantia.*

9 *Theologum docentem, potest Episcopus, Canonicos, & Presbyteros cogere, vt audiant.*

10 *Theologalem prabendam obtinens, ex capite minoris litteratura post Tridentinum, satisfacre non potest per alium.*

11 *Theologalis Prabenda collatio spectat ad eum, ad quem spectaret, si quodcunque beneficium esset.*

12 *Theologalis Prabenda collatio quid si spectet ad Ordinarium ratione mensis, vel ad Inferiorem.*

13 *Theologalis Prabenda collatio Theologo facienda, an Decretorum Doctori, vbi casus conscientia legi solent.*

14 *Theologalis Prabenda, conferri nequit regulari, neque commenda, nisi ex necessitate.*

15 *Theologalis Prabenda in Cathedralibus, & Collegiatis insignis oppidi, ex prabenda primò vacatura constituenda.*

16 *Theologalis Prabenda potest deputari ex Canonicatu, vel Prabenda habente solum massam communem.*

17 *Theologalis Prabenda debet deputari ex integra alia Prabenda, vel duplici.*

18 *Theologalis prabenda, si deputetur primò vacatura, non est casus optionis, nisi post vacationem.*

19 *Theologalis Prabenda non potest deputari vacans in mense Apostolico.*

20 *Theologalem Prabendam obtinens, non potest aliam optare, nisi ea resignata.*

21 *Theologalem Prabendam, vbi non decet habere, habetur magister schola, & quando; talis tamen magister pro Ciuitate, non potest deputari Parochus ruralis, num.22.*

23 *Magistri Ludi litterarij examinandi quoad fidem, & bonos mores, emittendo professionem fidei.*

24 *Theologus absens, lucratur die quo legit omnia emolumenta interessentium non tamen si absit à matutino sequentis diei.*

25 *Theologalem lectionem audientes, non lucrantur emolumenta, sicut interessentes choro.*

26 *Theologus materiam eligit arbitrio Episcopi, legendo Theologiam scholasticam, vel casus conscientia satisfacit, vbi solitum, num.27.*

28 *Theologus arbitrio Ordinarij legit Capua semel in hebdomada.*

29 *Theologali Prabenda vacante, si non inueniatur idoneus, quid aget Episcopus.*

30 *Theologus interpretabitur iuxta sensum SS. PP. Scripturam, vel adeat Summum Pontificem.*

31 *Theologus vulgariter non explicet scripturam, immò sic eam retinentes non possunt absolui.*

32 *Lectio S. Scriptura in Monasterijs habenda, & in publicis Gymnasijs, num. 33. quomodo assumendus ad idem examinandus, num.34. remissiue.*

ANNOTATIO XII.

§. I.

Ad Text. in Cap. quia nonnulli §. sanè de Magist. &c.

1 IN hoc Text. Innocentins Papa III. in Concilio Generali statuit, quod Metropolis Ecclesia Theologum habeat, qui Sacerdotes, & alios in Sacra pagina doceat, & his præsertim, quæ ad curam animarum spectant. In hac eadem materia statuit Concil. Trideot. *sess. 5. cap. 1.* quod in Ecclesijs, io quibus certa præbenda, vel aliud stipendium reperitur deputatum pro Lectoribus Sacræ Theologiæ, Ordinarius cogat huiusmodi obtinentes, ad lectionem Sacræ Scripturæ per se ipsos, si idonei fuerint, aliàs per idoneum substitutum, per ipsum Ordinarium deputandum. In futurum verò, præbenda Theologalis non conferatur, nisi pensionis idoneis, & quibus per se ipsos id munus expleri possit, aliàs prouisio sit nulla. Secundò io Ecclesijs Cathedralibus Ciuitatis insignis, vel populi numerosæ, & in Collegiatis insignis oppidi, in quibus Præbenda Theologalis noo est erecta. Prima præbenda vacatora, quocunque modo, præterquam ex causa resigoationis, ad eum vsum constituta intelligatur; quod si in ipsis Ecclesijs nulla, aut non sufficiens præbenda foret, Episcopus per assignationem fructuum simplicis beneficij, vel per contributionem fructuum beneficiorum Ciuitatis, & Diœcesis, vel aliàs, prout commodius ei videbitur prouidere poterit de consilio Capituli, vt Sacræ Scripturæ lectio habeatur. Tertiò Ecclesia, in qua pauci sunt Clerici, vt Theologiæ lectio commodè haberi noo possit, Magistrum habeat saltem, qui Grammaticam doceat Clericos, ac Sæculares gratis, cui Magistro possunt assignari fructus alicuius beneficij simplicis quoad docuerit, vel aliqua merces, & fructibus Capituli, vel aliàs prouideri, prout commodius Episcopo videbitur. Quartò Concilium disponit quid seruandum in Mooasterijs Regularium. Et vltimò concedit docentibus Sacram Scripturam, & studentibus priuilegia omnia de perceptione fructuum beneficiorum, & præbendarum, absentibus à iure communi concessa, Concil. Cabilonense 2. *cap. 3. tom. 2. fol.* 1623. *& dist.* 37. *C. de quibus*, de eadem materia tractant Nau. *in manual. cap. 27. num.* 107. Zerol. *in prax. Episcop. part. 1. verbo Prabenda Theologalis*, Valer. Reginal. *in prax. for. pœnit. lib. 20. cap.* 53. Galet. *Marg. cas. conscient. verbo legent*, Monet. *de distrib. quotid. part. 2. quæst. 10. & de commut. vltim. volunt. cap. 10. num. 191. & seqq.* Garz. *de benefic. part. 5. cap. 4. num. 130. & seqq.* Rebuff. *in concord. titul. de collat. §. 1. verb. Theologalem*, Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. glos. 9. §. 1.* Ricc. *in prax. 2. part. resol. 175. & 4. part. decis.* 101. Homobon. de Bonis *de human. vit. statib. part. 1. cap. 11. & cap. 12.* Barbos. *de off. & potest. Episc. part. 3. alleg. 56. & in tract. de Canon. & Dignit. cap. 27. & in summ. Apostolicarum decis. verbo Prabenda Theologalis, & verbo Canonicus Theologus*, & alij; in quibus termiois.

2 Nota primò ex Concil. Trid. *cit. loc.* obtinentem Præbendam Theologalem, esse cogendum per Episcopum ad faosfaciendum muneri suo, & sic ad lectionem Sacræ Scripturæ per se ipsum; & ad id compelli potest pœnis, puta per sequestrationem fructuum, per assignationem partis ipsorum fructuum alteri, qui loco eius legat, & demum crescente contumacia, potest ad censoras, ac etiam ad priuatiooem deuenire, & facta priuatione, poterit, donec per Ordinarium Collatorem prouideatur, deputare personam idoneam ad munus lecturæ, referunt voluisse Sacr. Congregat. Concil. *in Maioricen.* Aldan. *in compend. Canon. resol. lib. 1. titul. 3. num. 3.* & Barbos. *de Canon. & Dignit. cap. 27. num. 30. & in Summ. Apostolicarum decis. cit. loc. num. 7.*

3 Ampliantur supradicta, vt Episcopus possit cogere obtineotem Præbendam Theologalem ad satisfaciendum muneri suo, & sic ad lecturam Sacræ Scripturæ per se ipsum, in casu, quo inferior Ordinarius, in cuius Ecclesia Collegiata est explenda talis lectio, est negligens id exequi facere, iotellige posse Episcopum negligentiam prædictam supplere in Ecclesijs intra suam Diœcesim, licèt

inferiori ſint ſubiectæ, docet Barboſ. *cit. tract. de Canonic. & Dignit. cap.* 27. *num.* 31. qui id teſtatur, etiam ex mente eiuſdem Sacr. Congreg. Et probatur ratione; quia omnium correctio in Diœceſi, pertinet ad Epiſcopum, *Cap. de perſona* 11. *quaſt.* 1. *Clem.* 1. *de off. ordin.* ipſe enim ſupplet negligentiam omnium inferiorum ſuæ iuriſdictionis, *Cap. grandi de ſupplend. neglig. Prælat.*

4 Nec obſtat, quod Epiſcopus non ſit Ordinarius illorum ſubditorum, qui habent proprium ſuperiorem, & ſic non habet in eos iuriſdictionem, *Cap. graue gerimus de off. Ordin.* quia non loquimur de ſupplenda negligentia Prælatorum, tum ſuorum ſubditorum; præterea ille Text. procedit in eo caſu, in quo Abbas ille non erat Epiſcopo ſubditus, ſi enim eſſet ſubditus benè poſſet Epiſcopus eius negligentiam corrigere, & notat ibi gloſ. *in verbo corrigere ſit paratus*, & cum in hoc caſu Concil. Trid. *cit. cap.* 1. det facultatem Epiſcopis ſupplendi negligentiam Abbatis Monachorum clauſtralium, multo magis videtur id poſſe facere contra alios Ordinarios ſæculares.

5 Limitantur ſupradicta, in caſu legitimæ abſentiæ, ſtante enim cauſa legitimæ abſentiæ, Epiſcopus non poteſt cogere obtinentem Præbendam Theologalem ad ſatisfaciendum per ſe ipſum muneri ſuo, Rot. *deciſ.* 147. *num.* 1. *part.* 3. *recent. aliàs part.* 1. *in poſthum.* Farinac. & voluiſſe Sacram Congreg. teſtatur etiam Barboſ. *in ſumm. cit. loc. num.* 4.

6 Poteſt enim Theologus, impeditus ex iuſta cauſa, legere per ſubſtitutum, ab Epiſcopo eligendum; Vnde infirmo fuiſſe conceſſam facultatem legendi per alium ad ſex menſes per Sacram Congregat. Concil. die 13. Nouembris 1627. teſtatur Barboſ. *cit. loc. num.* 5. Et propter inimicitias ortas ſine culpa Canonici, fuit permiſſum Canonico Theologo Eccleſiæ Capuanæ per annum abeſſe à reſidentia, & habitare in loco viciniori, ab eadem Sacr. Congregat. Concil. vt habetur inter reſolutiones Sacræ Congregationis *in cit. cap.* 1. Concil. Trid. quæ circumferuntur ſub nomine Eminentiſſimi, & ſemper recolendæ memoriæ Cardin. Bellarmini, cuius virtutibus, ſacrum Apoſtolicum Collegium illuſtratur, Reſpublica chriſtiana decoratur, & mea præclariſſima Eccleſia Capuana, olim ſub tanto Præſule, gloriatur.

7 Et licèt poſſit Canonicus Theologus infirmus ſuo muneri ſatisfacere per alium; tamen ſi infirmitas non eſt perpetua, ſed ſanabilis, non poteſt compelli durante infirmitate ad legendum per ſubſtitutum, teſtatur voluiſſe Sacram Congregationem Concil. Garz. *de beneſ. part.* 5. *cap.* 4. *n.* 159. quem refert Barboſ. *cit. loc. n.* 6.

8 Limitatur etiam ſupradicta certis temporibus; non poteſt enim cogi ad lecturam Sacræ Scripturæ prædictæ Canonicus Theologus in tribus menſibus ſingulis annis, videlicet Iulij, Auguſti, & Septembris; quia in his tribus menſibus, Præbenda Theologalis poteſt vacare à lectione, ex indulto Sacræ Congregationis, vt teſtatur Garz. *cit. loc. num.* 157. Gallet. *Margar. caſ. conſcient. verbo legere*, Scip. de Rubeis *in aphor. Epiſc. verbo Epiſcop. num.* 9. Barboſ. *in Summ. Apoſtolicarum deciſ. cit. loc. num.* 10.

9 Dubitatur, an ſicut poteſt Epiſcopus compellere Canonicum Theologum ad ſatisfaciendum numeri ſuo per ſe ipſum, nempe ad lectionem Sacræ Scripturæ; poſſit etiam compellere alios Canonicos, Presbyteros, vel Clericos ſuæ Iuriſdictionis ad intereſſendum prædictæ lectioni.

Reſpondetur affirmatiuè, nempe poſſe Epiſcopum compellere Canonicos, & alios Presbyteros Eccleſiæ Cathedralis, ad audiendam lectionem prædictam, quia prædicti tenentur accedere ad illam, teſtatur declaraſſe Sacram Congregationem Concil. ſub die 11. Auguſti 1618. Barboſ. *de Canon. & Dignit. cit. cap.* 27. *num.* 28. vbi etiam plus refert, nempe eandem Congregationem declaraſſe, poſſe Epiſcopum eoſdem compellere, vt accedant ad Congregationem caſuum conſcientiæ, etiam pœna pecuniaria, Sell. *in ſelect. Canon. cap.* 2. *num.* 3. *&* 25.

10 Aduerte Concil. Trid. *cit. loc.* diſponere, Epiſcopum poſſe compellere Canonicum Theologum ad ſatisfaciendum oneri lecturæ per ſe ipſum, ſi idoneus eſt, ſin minus per ſubſtitutum. Quæ diſpoſitio procedit cum Canonico prouiſo ante Concil. Trid. poſt vero Concil. non poteſt admitti, ex capite minoris litteraturæ, ad ſatisfaciendum per alium, quia Concil. omninò diſponit, Præbendam Theologalem, eſſe conferendam illi, qui poteſt per ſe ſatisfacere oneri lecturæ, aliàs collatio non valet.

Nota ſecundò collationem Præbendæ Theologalis ſpe- 11
ctare ad eum, ad quem aliàs ſpectaret collatio, ſi non eſſet talis. Vnde eſt, quod ſi vacat in menſe reſeruato, vel ſub alia reſeruatione ratione loci, aut perſonæ, illius collatio in totum ſpectat ad Papam; non ſolum collatio, ſed etiam electio perſonæ, ita Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell. gl.* 9. §. 2. *num.* 83. Garz. *de benefic. part.* 5. *cap.* 4. *num.* 164. Barboſ. *de Canon. & Dignit. cit. cap.* 27. *n.* 13. contra Zerol. *in prax. Epiſcop. part.* 1. *verb. beneficium* §. 3. *& verbo Præbenda Theologalis* §. 4. qui minus iuſtè tenet ad Ordinarium ſpectare electionem, Marant. *loc. infra cit. num.* 3.

Quod ſi Præbenda Theologalis vacauerit in menſe Or- 12
dinarij, nec alia afficitur particulari reſeruatione, collatio ad ipſum Epiſcopum ſpectat; Quod ſi ad inferiorem ſpectet collatio, diſtinguendum eſt: quod ſi ſumus in Præbenda erecta ante Concil. & tunc eius collatio ad eum ſpectat, & eo modo facienda eſt, ſicut ſeruabatur ante Concilium. Si verò tractatur de Præbenda Theologali, erecta poſt Concilium, & tunc ſi collatio illius ante ad alium ſpectabat, nihil eſt innouandum quoad collationem, ſed electio perſonæ ſpectat ad Epiſcopum, ita declaraſſe Sacram Congregationem Concil. teſtatur Garz. poſt Gonz. *cit. loc. num.* 161. & Barboſ. *cit. cap.* 27. *num.* 12. *& ſeqq.* Et hoc ſaluo aliquo particulari priuilegio, vel indulto, quod ſeruari debet, vbi adeſt Marant. *part.* 4. *reſp.* 9. *num.* 4. *&* 5. vbi alterius addit, ſi ſolitum ſit conferri per concurſum, ille ſemper ad Ordinarium ſpectabit.

Hæc collatio Præbendæ Theologalis facienda eſt Theo- 13
logo, ita videntur diſponere verba Concil. Trid. *cit. cap.* 1. & clarius verba huius *text. cap. quia nonnulli*, & quia is videtur idoneus ad ſatisfaciendum lectioni Sacræ Scripturæ per ſe ipſum; iuxta diſpoſita in eodem Concilio; & ita interpretata eſt antiqua conſuetudo; Non eſt tamen omninò improbabile, quod poſſit etiam conferri Decretorum Doctori, & hoc indubitatè in ea Eccleſia, vbi conſuetum eſt legere caſus conſcientiæ, ita Ricc. 4. *part. deciſ.* 101. *per tot.*

Non poteſt tamen conferri Præbenda prædicta in Ec- 14
cleſijs Cathedralibus Regularibus, ita refert voluiſſe Sacram Congregationem Epiſcoporum, & Regul. 28. Iunij 1583. Sellect. *ſelect. Canon. cap.* 16. *num.* 42. & poſt eum Barboſ. *ſumm. Apoſtolicarum deciſ. verbo Præbenda Theologalis num.* 5. *& verbo Canonicus Theologus num.* 1. Nec etiam dari poteſt in commendam Regulari dum vacat; nam vacante tali Præbenda dari debet in commendam cum applicatione fructuum alteri Canonico eiuſdem Eccleſiæ ſi haberi poteſt idoneus, aliàs alteri Presbytero ſæculari, itavt ſemper præferatur Canonicus eiuſdem Eccleſiæ extraneo, ex dictis per Nauar. *part.* 2. *lib.* 4. *titul. de Magiſtris conſil.* 1. *num.* 5. qui ſi haberi nec poteſt, commendanda eſt ex neceſſitate Regulari, Barboſ. *de Canonic. & Dignit. cit. cap.* 27. *num.* 59. *& in ſumm. Apoſtolicarum deciſ. cit. verbo Præbenda Theologalis num.* 14. Hinc deplorandum cenſeo abuſum, quem vidi aliquando ſeruari in Cathedrali meæ Patriæ, vbi ob impedimentum, vel abſentiam Canonici Theologi, præuia licentia Sacræ Congregationis, ſubſtitutus fuit Regularis ad lecturam durante impedimento, dum in eodem Capitulo, & Ciuitate ſemper fuerunt, & ſunt Canonici, & Presbyteri ſæculares literis ſufficientiſſimis, idonei ad ſatisfaciendum, cui vis lecturæ.

Nota tertiò in Eccleſijs Cathedralibus Ciuitatum, inſi- 15
gnium, vel numeroſum populum habentium; & in Collegiatis inſignis oppidi, ſi Clerus numeroſus fuerit, in quibus Præbenda Theologalis non eſt erecta, vel nullum habet ſtipendium, ſtatuit Concil. Trident. *cit. cap.* 1. intelligi deputatam ad eum vſum primam Præbendam quomodocunque vacaturam, præterquam per reſignationem, & dummodo onus incompatibile non habeat; Quod ſi adhuc non eſt exequutum, poteſt ſemper exequi; Sed ad hoc, vt prima præbenda cenſeatur erecta in Theologalem, requiritur quod Epiſcopus in talem illam deputet per actualem deputationem, ita obſeruat Garz. *cit.*

part. 5.

*part.5.cap.4.num.*155. & ſequitur Barboſ. *de Poteſt. Epiſc. part.3. alleg.56.num.*3. Ad quem effectum poteſt deputari Præbenda primò vacatura, etiam ſi ſit de iure patronatus laicorum, citra tamen præiudicium præſentationis patronorum, voluiſſe Sacram Congregat. teſtatur Garz. *cit. loc. num.* 162. Monet. *de commut. vltim. volunt. cap.* 11. *num.* 262.

16 Poſſe deputari in Præbendam Theologalem Canonicatum, vel Præbendam, quorum fructus conſiſtunt in ſolis diſtributionibus quotidianis, vt quia Canonicatus Præbendam non babet, ſed ſolùm maſſam communem, teſtatur ex Sacra Congregatione Barboſ. *de Canon. & Dignit. cit. cap.27.num.*7. poſt Garz. per eum adductum.

17 Hæc deputatio in Theologalem, debet fieri de Præbenda integra, vnde non ſufficit portio, vt teſtatur deciſum *cit. loc. Garz. num.* 128. & Barboſ. *num.* 6. Quod ſi Præbenda, ob eius minorem redditum non ſufficiat ad ſufficiens ſtipendium, poſſunt applicari duo, ita refert declaraſſe Sacram Congregationem 16. Febr. 1619. Barboſ. *cit. loc. num.*8.

18 Præbenda primò vacatura, ſi antequam vacet fuerit deputata in Theologalem, ſuccedente caſu vacationis, non poteſt optari in Eccleſia, vbi eſt conſuetudo optandi; ſed ſi deputatio in Teologalem facta eſt poſt quàm vacauerit; talis deputatio non impedit optionem, proinde poteſt optari Præbenda vacans, & dimiſſa ab optante, cenſetur deputata; ita optimè conciliando contrarias declarationes Sacræ Congregat. tenet Garz. *cit. cap.* 4. *n.* 130. & ſequitur Barboſ. *vbi ſup. num.9.*

19 Non poteſt tamen deputari in Theologalem, Præbenda vacans in menſe Apoſtolico, vel aliàs reſeruata, pluries declaraſſe Sacram Congregationem, habetur apud Garz. *cit. loc. num.*128.

20 Præbenda poſtquam erecta eſt, & deputata in Theologalem, non poteſt optari, *vt ſupra cum Garz. notatum eſt*; ſed nec etiam ipſe Canonicus Theologus admitti poteſt ad optandam aliam Præbendam, dimiſſa Theologali, ad inſtar aliorum Canonicorum eiuſdem Eccleſiæ, declaraſſe Sacram Congregationem 7. Iunij 1601. pluries teſtatur Barboſ. *ſumm. Apoſtolicarum deciſ. verbo Præbenda Theologalis num.*11. & 12. poſt Garz. & alios. Verùm ſi Canonicus Theologus ex iuſta cauſa fuit admiſſus ad reſignandam Præbendam Theologalem in manibus Ordinarij, cum retentione ſtalli in Choro, poteſt pinguiorem Præbendam optare, cenſuit Sacra Congregatio Rit. *in vna Veronen.* 2. *Septembris* 1597. de qua teſtatur Barboſ. *de Canon. & Dignit. cit. cap.27. num.*22. contra Monet. *de opt. cap.4. q.1. num.* 11. *& ſeqq.* Notatur latius §. *ſeqq. de Præb. Pœnitentiaria.*

21 In Eccleſijs, quæ tenues habent redditus, & exiguam copiam Clericorum, & Populi, & proinde in eis non poteſt haberi lectio Sacræ Scripturæ; percipit Concilium, haberi ſaltem Magiſtrum Grammaticæ per Epiſcopum eligendum, qui clericos, alioſque ſæculares pauperes gratis doceat, cui Magiſtro prouideri poteſt de ſtipendio, ex fructibus alicuius ſimplicis beneficij, quoad docuerit, vel ex contributione ſoluenda ex maſſa Epiſcopali, & Capitulari, vel aliàs, prout Epiſcopo videbitur, ita Concilium, quod etiam ante ſtatutum erat in hoc *Cap. quia nonnulli*, vbi gloſ. *verbo Pauperes*, dicit, quod iſte Magiſter, nec etiam à diuitibus poteſt exigere ſalarium, ſi pro ſuis laboribus beneficium habeat, vel aliud ſtipendium.

22 In his terminis aduertendum eſt, quod non poteſt deputari in talem Magiſtrum Grammaticæ, Curatus ruralis, qui in Vrbe reſideat docendi cauſa, etiam ſi in diebus ſolemnibus officium in Parochia exercere vellet, referunt deciſum Gonzal. *ad regul. de menſib. gl.* 6. *num.* 254. Sanctarel. *var. reſol. q.*3. *num.*32. Barboſ. *de off. & poteſt. Paroch. part.*3. *cap.*8. *num.*28.

23 Aduertendum eſt etiam, quod Magiſtri ludi litterarij, examinari poſſunt ab Epiſcopo, in ijs dumtaxat, quæ ſpectant ad Fidem, doctrinam Chriſtianam, & bonos mores, teſtatur deciſum Barboſ. *in collect. ad Concil. Trid. cit. cap.*1. *num.*47. poſt Aldan. per eum adductum. Et tenetur emittere profeſſionem Fidei coram Ordinario, per Bull. Pij IV. *Cathec. Neap. l.*3. *caſ.*129. *fol.* 204. etiam qui priuatim docent.

24 Nota quartò haberi *in gl. vltima huius cap. quia nonnulli verbo prouentus*, Canonicum Theologum non lucrari diſtributiones quotidianas, dum abeſt à Choro cauſa legendi; ſed quicquid ſit de iure communi, hodie ex particulari Gratia Gregorij XIII. Canonico prædicto debentur integræ diſtributiones illius diei, quo legit; ita vt ſi legat poſt veſperas, lucretur abſens à Choro, non ſolùm diſtributiones, quæ reſpondent Veſperis, ſed etiam matutino, & Miſſæ ſolemni eiuſdem diei, ita Gonz. *ad regul. de menſib.* §. 7. *proœm. num.* 180. Garz. *de benefic. part.* 3. *cap.* 2. *num.* 118. Monet. *de diſtrib. quotid. part.* 2. *quæſt.* 10. *n.* 27. *Sacra Congregatio in Fanen.* 3. *Auguſti* 1624. & non ſolùm diſtributiones quotidianas, ſed emolumenta quæcunque, perſonaliter intereſſentibus dari ſolita, voluit *eadem Sacra Congregatio in Orvielen.* 12. *Auguſti* 1628. & refert Barboſ. *ſumm. Apoſtolicarum deciſ. verbo Canonicus Theologus num.*11. *& in tract. de Canon. & Dignit. cit. cap.* 27. *num.*35. Vbi cum Garz. Galet. & alijs, id limitat in Matutino, quod dicitur pro die ſequenti, in Veſperi præcedente, ſecundùm conſuetudinem Eccleſiæ, quia non cenſetur præſens prædicto matutino, & proinde non lucratur illius diſtributiones.

Et licèt ipſe Canonicus Theologus lucretur diſtributiones, abſens à Choro, die, quo legit; non tamen illas lucrantur alij Canonici, abſentes à Choro pro tempore, quo dictam lectionem audiunt; quicquid diſpoſitum ſit de abſentibus cauſa ſtudendi in publicis Vniuerſitatibus, docet poſt alios Barboſ. *tract. de Canon. & Dignit. cit. cap.* 27. *num.*45. *& ſeqq.* 25

Nota quintò Canonicum Theologum non poſſe eligere materiam Sacræ Scripturæ ſibi benè viſam pro lectione in Cathedrali, ſed tenetur legere materiam, ſibi aſſignatam ab Epiſcopo; nam materia Sacræ Scripturæ, tempus, & hora ad prædictam lecturam, remittuntur arbitrio Ordinarij; ita teſtantur fuiſſe deciſum, Garz. *cit. cap.*4. *n.* 156. Barboſ. *de poteſt. Epiſcopi part.* 1. *alleg.*56. *num.*6. *& de Canonic. & Dignit. cit. cap.*27. *num.*26. 26

Satisfacit tamen Concilio, nec ad aliud poteſt adſtringi Canonicus Theologus, docendo ſcholaſticam Theologiam, referunt fuiſſe deciſum Garz. & Barboſ. *cit. loc.* poſt Galet. *in Margar. caſ. conſc. verbo legere* 2. In Eccleſia verò Cathedrali, in qua conſuetum eſt legi caſus conſcientiæ, ſeruanda eſt conſuetudo, ita Ricc. *in 4. par. deciſ.* 101. *num.*9. 27

Tempus quo debeat Canonicus Theologus legere, remitti etiam arbitrio Ordinarij, referunt ex declaratione Sacræ Congreg. DD. cit. apud quos, & alios nil inuenitur particulare. Praxis ſaltem in Eccleſijs huius Regni, admittit Lectorem huiuſmodi, ad legendum ſemel in hebdomada. Ita in particulari ſeruatur in mea inſigni Eccleſia Metropolitana Capuana, in qua ad præſens eſt Theologus R. D. Paulus Vecchi Auctor eruditiſſimarum Obſeruationum in Diuinam Scripturam vniuerſam, vir variæ, & indefeſſæ lectionis. 28

Quæro quid agendum per Epiſcopum, quando vacat Præbenda Theologalis, ſed non reperitur perſona idonea ad ſatisfaciendum oneri lecturæ per ſe ipſum. 29

Reſpondeo ex dictis ſupra, eſſe ſuperſedendum in prouiſione, & collatione, donec inueniatur Canonicus ſæcularis idoneus, & interim fructus Præbendæ poſſunt integrè tradi alicui Superiori Regulari, qui curet, vt aliquis Theologus ex ſuis Regularibus publicè in Cathedrali doceat Sacram Scripturam. Ex quibus fructibus in primis neceſſaria ſunt ſubminiſtranda ipſi Lectori, & quod ſupereſt conuertitur in vſum Monaſterij, declarauit Sacra Congregatio Concil. *in Pharen.* 24. *Maij* 1591. Nec poteſt ex hac cauſa diuidi Præbenda à Canonicatu, & conferri vni Canonicorum; qui habeat quotidianas diſtributiones, ſtallum, & ſeruitium Chori; & alteri Præbenda, qui ſuſtineat onus lecturæ, faciunt dicta per Abb. *in cap. maiorib. & cap. dilecto de Præb.* Fel. *in cap. cum M. nu.* 32. *de conſtit.* & per gloſ. *in hoc cap. qui nonnulli verbo Præbenda.*

Aduertat Canonicus Theologus, teneri ad interpretandam Sacram Scripturam non aliter, quàm ſecundùm eum ſenſum, quem tenuit, & tenet ſancta Mater Eccleſia, & vnanimis conſenſus ſanctorum Patrum, iuxta diſpoſitionem Sacri Concil. Trid. *ſeſſ.4. de edit. & vſ. ſacr. libr.* §. *præterea.* Et ſi controuerſia aliqua fuerit pertinens 30

ad Sa-

ad Sacram Scripturam, non aliter interpretabitur, quàm quo modo Ecclesiæ luminaria, & DD. in suis scriptis exposuerunt, iuxta illud Decretum Conc. Gener. Constant. *cap.* 19. nam ipsa intelligitur multiplici sensu, vt per S.Thom. *part.* 1. *quæst.* 1. *art.* 10. Quod si adhuc dubium est, & dictis Sanctorum Patrum non dilucidatur, recurrendum est ad Summum Pontificem, ad quem pertinet interpretari sensum Sacræ Scripturæ, Turrecr. *in sum. Eccl. lib.* 2. *cap.* 107. *& lib.* 3. *cap.* 54.

31 Aduertat etiam ne Sacram Scripturam legat, siue in linguam vulgatem vertat, id enim non expedit Populo, vt dicit Pet. de Soto *lec.* 15. *de cer. Miss.* qui testatur, quod multæ parabolæ, & enigmata Sacræ Scripturæ, si in linguam vulgatem transferantur, non minus obscura sunt, quam latina, quare possent in populo causare absurdas opiniones, & varios sensus, quibus intellectus vacillaret in religione christiana. Et hanc lectionem in vulgari multum detestatur, Arnol. Alber. *de agnoscen. assert. Cathol. & heret. quæst.* 28. *num.* 34. quem refert Menoch. *consil.* 82. *num.* 111. *cum seq.* appellantes illam, translationem damnosam, & periculosam. Hinc est, quod retinentes sine licentia Episcopi, vel Inquisitoris in scriptis Bibliam in vulgari, non possunt absolui, nisi redditis libris Ordinarijs, & Bibliopolæ puniuntur arbitrio Episcopi. Idq; etiam in Regularibus à suis Prælatis, iuxta 4. *regul. indic. prohib.*

32 Nota vltimò, quod lectio Sacræ Scripturæ est etiam habenda in Monasterijs Monachorum per text. Concil. Trid. *cit. cap.* 1. *vers. in Monasterijs*; & quid in hoc possit Episcopi iurisdictio exercere, notatum est *tom.* 1. *ad text. in cap.* 1. §. *in eos de priuil. in* 6.

33 Eodem modo lectio Sacræ Scripturæ est habenda in publicis Gymnasijs ex eodem Concil. Trid. *cit. cap.* 1. vbi tam illam docentes, quàm studentes, gaudent priuilegijs omnibus de lucrandis fructibus Præbendarum, & beneficiorum in absentia, à iure communi concessis ex eodem Concil. de qua materia latè Barbos. *de Canon. & Dignit. cap.* 27. *num.* 46. *& seqq.*

34 Assumendus ad lectionem Sacræ Scripturæ, tam publicè, quàm priuatim quomodo sit examinandus, & approbandus per Episcopum, & ab eo visitandus, & quomodo coram eo teneatur Fidei professionem facere, vide Fusc. *de visit. lib.* 1. *cap.* 17. *num.* 15. *& seqq.*

OBSERVATIONES

D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *PRabendam Pœnitentialem erigit Episcopus, & an Capitulum sede vacante?*
2 *De Canonicatu Theologali, seu Magistrali, vel Doctorali Constitutiones.*
3 *Forma concursus in Regnis Hispaniæ.*
4 *Canonico Theologali debetur magis honorificus locus.*
5 *Canonicus Theologalis exequatur Canonico Pœnitentiario.*
6 *Distinctio muneris, & exercitij Theologalis Canonici.*

1 PRæbendam Pœnitentialem solus Episcopus instituere potest, & prouisio ad ipsum spectat, Garz. *de benefic. part.* 5. *cap.* 4. *num.* 145. Et Capitulum Sede vacante Episcopali non potest infra annum, & si collatio esset communis cum Episcopo, Garz. *vbi sup.* Nicol. *in floscul. verb. Vicarius Capitularis num.* 69.

Statutum est per Sacr. Concil. Trid. *sess.* 24. *cap.* 8. in omnibus Cathedralibus, & Metropolitanis erigi debere Canonicatum Pœnitentiarium, cuius prouisio soli Ordinario absque aliqua Capituli participatione competere deberet, quam Conciliarem dispositionem receptum est, nedum in prima, sed in omnibus successiuis vacationibus locum habere, iuxta Nauar. *cons. vnic. ne Sed. vacant.* & per relatos per Barbos. *de Canonic. cap.* 26. *num.* 4. Mantic. *decis.* 56.

2 In Cathedralibus tamen, & Metropolitanis Hispanis ex Constitutionibus Sixti IV. & Leonis X. registratis apud Garz. *part.* 5. *cap.* 4. *post num.* 169. duo qualificati Canonicatus Magistralis, seu Theologalis, & Doctoralis præuio concursu per Ordinarium, & Capitulum prouiderentur. Cæterum obseruantia dedit, quod Canonicatus iste etiam in Hispanijs, vbi circa istud ius conferendi magnam habens partem Capitulo per solum Ordinarium absque Capituli participatione prouideri consueuit vsque ad tempora Gregorij XV. qui de anno 1622. ad supplicationem Regis Catholici, & Capitulorum per eius Constitutionem registratam apud Barbos. *de potest. Episcop. alleg.* 109. statuit in Regnis Hispaniarum huiusmodi Canonicatum non obstante quacunque reseruatione, præterquam illa apud Sedem prouideri debere ab Ordinario, & Capitulo per concursum habendum iuxta formam ab eadem Constitutione præscriptam.

3 Præscripta ibi fuit forma concursus, vt concurrentes examinati debeant mediante concione, vel lectione per horam super puncto extrahendo ex libro sorte aperto per Ordinarium, & Capitulum in præsentia oppositorum. Peracto examine ille, qui per Ordinarium, & Capitulum magis idoneus reputatus fuerit assumi debeat. Similiter contingente vacatione in mense reseruato electus intra sex menses à die electionis litteras testimoniales Ordinarij, & Capituli in Dataria præsentare debeat eo modo, quo prouidentur Parochiales cum litteris testimonialibus Ordinarij super prælectione in concursu ad formam eiusdem Concilij Tridentini. Præterea eidem Ordinario, & Capitulo pro eorum arbitrio conceditur facultas ex iusta causa dispensandi ætati 40. annorum. Ac etiam mulctandi per eorum arbitrio talem Canonicum malè suum munus explentem de his, & alijs videndus Card. de Luca *de benefic. discur.* 28. *&* 29.

4 Canonicatum theologalem habenti stante qualificatione muneris magis honorificus locus, & congruus inter alios statuendus est, Card. de Luca *de Canonic. discurs.* 1. *n.* 3. vbi quod iusta, & rationabilis sit hæc prouisio quamuis aliter esset in Cathedrali Ianuen.

5 Canonicatus Theologalis exequatur Canonicatui Pœnitentiario ita ex Indulto Gregoriano in Ecclesijs Hispaniarum, probat idem Card. *vbi sup. num.* 4. *&* 5.

Pœnitentiarius Canonicus ob eius ferè continuam occupationem in confessionibus reputatur pro residente in Choro quoad seruitium Chori, & alias functiones, de Luca *vbi sup. num.* 5.

6 Super prouisione præbendæ Theologalis, quæ alicubi magistralis dicitur, ac alibi Doctoralis per Canonistas præscripta est certa forma, & plures declarationes tam circa lucrum, & respectiuè amissionem distributionum pro tempore, quo in munere lectionis occupatus fuerit, quàm etiam circa prouisiones ab Episcopo capiendas pro tempore, quo eadem præbenda vacet. In partibus, in quibus non existunt fines hæreticorum lectio Theologiæ non est necessaria, & magis proficuum est exercitium Congregationum, seu conferentiarum casuum conscientiæ post vesperas, vt in Cathedralibus, & Metropolitanis Ecclesijs seruari, video de Luca *in annot. ad S.C. Trident. discurs.* 2. *num.* 17.

SVMMARIVM.

1 *POenitentiaria Prabenda Theologie, vel Canonum Doctori, qui sit 40. annorum conferenda, qui censetur, dum inseruit interesse Choro: & quæ materiam exagitent.*
2 *Pænitentiarius in Cathedralibus solùm instituendus.*
3 *Pænitentiaria institutio practicatur cum assignatione Prebenda primo vacatura.*
4 *Pænitentiaria Prebenda primò vacatura si assignetur, assignatio non habet locum in reseruata.*
5 *Pænitentiaria instituitur addicendo onus alicui Canonicatus de consensu possidentis.*
6 *Pænitentiaria institutio ad Episcopum, absque Capituli consensu pertinet.*

7 *Pæni-*

7 *Pænitentiariæ collatio ad eum spectat, ad quem aliàs spectaret; & si ad inferiorem Episcopo, Episcopus nominat.*

8 *Pænitentiariam obtinens, an optare possit aliam Præbendam.*

9 *Pænitentiariæ collatio, Theologiæ, vel Canonum Doctori scientiato facienda,*

10 *Pænitentiariæ collatio, fieri potest non habenti qualitates requisitas in defectu.*

11 *Pænitentiariæ Præbendam obtinens, facultatem habet absoluendi omnes de Diœcesi.*

12 *Pænitentiarius, an à reseruatis Episcopo, absque alia licentia absoluere possit, & an alteri subdelegare, si commissos casus habeat, num. 13.*

14 *Pænitentiariam obtinens potest compelli ad audiendas confessiones, vsque ad priuationem, & non petitus se exhibere.*

15 *Pænitentiariam obtinens, dum inseruit, distributiones, etiam pro exequijs lucratur, non tamen si extra Ecclesiam, vel in Confessionario confabuletur. Quid de alijs Canonicis, num. 16.*

17 *Pænitentiariam obtinens, quibus temporibus ad inseruiendum paratus esse debet, non tamen maiori residentia obligatur.*

ANNOTATIO XII.

§. II.

1 CVm Præbenda Theologali, magnam habet similitudinem Præbenda Pœnitentiarij, vnde est, quod de his duobus Præbendis, siue de his duobus officijs DD. vnitim, vel successiuè loquuntur. De hac materia Pœnitentiarij, tractant Fusc. *de visit. lib.* 1. *cap.* 19. Gonz. *ad regul.* 8. *Cancell. gl.* 34. *num.* 78. *& seqq.* Garz. *de benefic. part.* 5. *cap.* 4. *nu.* 130. *& seqq.* Vgol. *de off. Episcopi cap.* 33. Zerol. *in prax. Episc. part.* 2. *verbo Pœnitentiarius*, Campanil. *diuers. iur. Canon. rub.* 7. *cap.* 6. *num.* 27. Ricc. *in prax.* 2. *part. resol.* 129. Bonac. 1. *tom. titul. de ijs, quæ ad Diu. offic. in Chor. publ. recit. fac. disp.* 2. *quæst.* 5. *part.* 3. §. 5. Barbos. *de Potest. Episcopi part.* 3. *alleg.* 55. *in tract. de Canon. & Dignit. cap.* 26. *& in summ. Apostolicarum decis. verbo Pœnitentiarius Canonicus*, Salaz. de Mendoza Canonicus Pœnitentiarius Ecclesiæ Toletanæ *in libello de institutione Canonicatus Pœnitentiariæ eiusdem Ecclesiæ*, & alij, disponit Concil. Trident. *sess.* 24. *cap.* 8. *de reform.* in Ecclesijs Cathedralibus omnibus, vbi id commodè fieri potest, instituendum esse Pœnitentiarium cum vnione Præbendæ proximè vacaturæ, qui sit Magister, vel Doctor, aut licentiatus in Theologia, vel Iure Canonico, & annorum quadraginta, seu aliàs, qui aptior pro loci qualitate reperiatur, qui dum confessiones in Ecclesia audiet, interim præsens in Choro censeatur; in quibus terminis

2 Nota primò Pœnitentiarium instituendum esse in Ecclesijs Cathedralibus tantùm, & in ijs, vbi institutio commodè fieri potest, iuxta verba Concil. *cit. loc.* Hinc est, non esse instituendum in Ecclesisj collegiatis, saltem ad præscriptum Concil. Trid. cum vnione Præbendæ, & alijs requisitis illius; quia Decretum Concilij non habere locum in Collegiatis Ecclesijs, sed tantùm in Cathedralibus, refert decisum Sell. *select. Canon. cap.* 21. *num.* 3. & Barbos. *d. part.* 5. *cap.* 4. *num.* 113.

3 Huiusmodi institutio, & erectio Pœnitentiarij practicatur pluribus modis. Primò Episcopus potest instituere Pœnitentiariam, eligere personam habentem qualitates Concilij, & illi facultatem tribuere, atque eidem, & successoribus vnire primam Præbendam vacaturam; interim donec Præbenda vacet, Pœnitentiarius electus tenetur ad officium exercendum, declarauit Sacra Congregatio 11. Martij 1602. vt testatur post Garz. Barbos. *summ. Apostolicarum decis. cit. loc. num.* 7. *& tract. de Canon. & Dignit. cit. cap.* 26. *num.* 2. Sed antequam vacet Præbenda, non habet vocem in Capitulo, neque stallum in Choro, nec habendus est pro Canonico, & proinde illi, etiam denegantur distributiones quotidianæ, refert resolutum per eandem Sacram Congreg. Garz. *cit. cap.* 4. *num.* 111. *vers. Congregatio Concil.*

4 Hæc autem Præbenda primò vacatura, erecta in Pœnitentiariam, vel vnitam officio Pœnitentiarij iam instituti per Ordinarium, non habet effectum suum in Præbenda primo, vel aliàs vacante post erectionem prædictam in mense Apostolico, vel alia affecta reseruatione; nam vnio facta officio Pœnitentiarij de Præbenda proximè vacatura, non comprehendit Canonicatum, & Præbendam reseruatam collationi Sedis Apostolicæ; quia Concilium in tali casu non loquitur de reseruatis, quæ quando vult comprehendere, solet exprimere in specie, vt patet *sess.* 23. *cap.* 18. *de reform. & sess.* 24. *cap.* 15. *de reform.* & alibi, ita Garz. *in add. ad* 2. *d. cap.* 4. *nu.* 143. & alij, quos refert, & sequitur Barbos. *de Canon. & Dignit. cit. cap.* 26. *sub num.* 4.

5 Alio modo solet institui, & erigi officium Pœnitentiarij in Ecclesijs Cathedralibus, videlicèt Episcopus eligit, & deputat in Pœnitentiarium aliquem Canonicum viuentem, & successores, possessores eiusdem Canonicatus, & Præbendæ, cum consensu ipsius Canonici; & ita instituit extinctam Pœnitentiariam in Ecclesia Metropolitana Capuana annis elapsis Illustrissimus, & Reuerendissimus D. D. Camillus Meltius vir summæ vigilantiæ, & inculpatæ vitæ, ac admirandæ virtutis Archiepiscopus eiusdem Ecclesiæ, & prædictus Pœnitentiarius sic institutus, statim tenetur officium suum exercere, & Canonicatus, ac Præbenda semper remanent, & transeunt cum tali onere, etiam si vacauerint in mense reseruato, vel aliàs affecto.

6 Hæc autem institutio Pœnitentiarij, & electio illius personæ adeò competit Episcopo, vt nec teneatur requirere Capituli consensum, tenent Paris. *de confident. q.* 45. *num.* 17. Zerol. *in prax. Episcop. part.* 1. *verbo Pœnitentiarius* §. 3. Garz. *cit. loc. part.* 5. *cap.* 4. *num.* 138. & alij apud Barbos. *cit. loc. num.* 1. *in princip.*

7 Collatio verò Canonicatus, & Præbendæ Pœnitentiariæ, cum vacant, ad eum spectat, ad quem antea spectabat, vt si in mense Apostolico, vel sub alia reseruatione, collatio ad solum Papam spectat, testantur Gonz. *ad regul.* 8. *Cancell. gl.* 9. §. 2. *num.* 84. *& seqq.* Barbos. *de off. & potest. Episcopi part.* 3. *alleg.* 55. *num.* 13. *& de Canon. & Dignit. cap.* 26. *num.* 4. ac alij; si in mense Ordinarij, ad Episcopum spectat; si in mense communi, ad Episcopum, & Capitulum, Garz. *de benefic. cit. part.* 5. *cap.* 4. *num.* 138. *vers. & alias.* Si verò collatio Canonicatus, & Præbendæ huiusmodi spectat ad Capitulum, vel alium inferiorem, non potest fieri sine nominatione personæ, facienda per Episcopum Garz. *cit. loc. num.* 143.

8 Nota secundò, quod DD. communiter admittunt ex voto Sacræ Congregationis, Præbendam Pœnitentiarij, ab alio Canonico non posse optari, nec ipsum Pœnitentiarium esse admittendum ad optandam aliam Præbendam, dimissa sua. Rationes verò, quare in hoc casu non permittatur optio, reportat Barbos. *de Canon. & Dignit. cit. cap.* 26. *num.* 23. Quæ omnes videntur attestari hanc denegationem optionis, esse inductam in fauorem ipsius Pœnitentiarij, & eius officij. Tamen si Canonicus Pœnitentiarius vacantem Præbendam pinguioris redditus vellet optare, & illam subrogare in locum suæ Præbendæ, & dimittere antiquam ipsam liberam, retento onere Pœnitentiarij, non irrogaret damnum officio Pœnitentiarij, imò vtile, nec officium ipsum transiret ad aliam personam, non habentem qualitates requisitas; Proinde non video in hoc casu, posse denegari optionem; & licèt hoc sit contra communem, tamen ratio conuincit, maximè quando Præbenda prædicta, non fuit nouiter erecta per vnionem beneficiorum, quasi videatur prorsus noua, & ad hoc erecta, sed est antiqua eiusdem Capituli, quo casu non apparet ratio, quare debeat Canonicus priuari hac facultate optandi, meliorando Præbendam in vtilitatem ipsius officij.

9 Nota tertiò, quod collatio de Canonicatu, & Præbenda Pœnitentiariæ, facienda est Magistro, aut Doctori, seu licentiato in Sacra Theologia, vel iure Canonico, & constituto in ætate 40. annorum, seu aliàs aptiori, pro loci qualitate, ita Concil. Trid. *cit. cap.* 8. In quibus terminis, notandum est, quod licèt in alijs beneficijs, seu Dignitatibus, requirentibus gradum, sufficiant eum habere, etiam sine scientia competente, vt tenet post alios

Garz.

Garz. *de benef.* 7. *part. cap.* 4. *num.* 50. In Pœnitentiario verò, quia gradus requiritur non simpliciter; sed habita consideratione ad scientiam, quæ cum illo concurrere, vt plurimum solet, cum Pœnitentiarius habeat onus administrandi Sacramentum Pœnitentiæ, in qua administratione non parua requiritur scientia, meritò non sufficit gradus sine illa; & ita respondisse Sacram Congregationem Sanctæ Memoriæ Cardinali Bellarmino Archiepiscopo Caduano, refert Barbos. *de Canon. & Dignit. cap.* 26. *num.* 9.

10 Prædictæ qualitates requiruntur in prouiso de Pœnitentiaria tempore collationis, quando possunt haberi in loco Canonicatus, vt habetur ex illis verbis Concil. Trid. ibi, *seu aliàs, qui aptior pro loci qualitate reperiatur*; vnde quando non reperitur in Ciuitate, vel Diœcesi habens tales qualitates, collatio potest fieri alteri illas non habenti, nec tenetur Episcopus, vel alius Collator, prouidendum requirere extra Diœcesim, ita docet Petr. Nanar. Salaz. Squill. & Barbos. *cit. loc. num.* 11.

11 Nota quartò, quod Pœnitentiarius habet facultatem, absque alia licentia, audiendi confessiones pœnitentium totius Ciuitatis, & Diœcesis, & petere confessionem, & absolutionem ab illo obtenta, dicitur satisfactum præcepto, *cap. omnis vtriusque sexus*, de confitendo proprio Parocho semel in anno, docet post Garz. & Ricc. Barbos. *cit. loc. num.* 12. & 13.

12 Controuertunt DD. an Pœnitentiarius ex vi solius officij, absque alia speciali commissione, possit absoluere à casibus Episcopo reseruatis specialiter. Et quod possit, defendunt Piasec. *in prax. Episcop. part.* 2. *cap.* 1. *num.* 16. Mendoz. *in libell. de instit. Canonic. Pœnitent. Eccles. Tolet.* §. 5. Homobon. *de casib. reseruat. part.* 1. Boss. *in discep. moral. discep.* 1. *num.* 51. & alij. Contrariam sententiam, quod Pœnitentiarius, absque speciali commissione, non possit absoluere à casibus Episcopo specialiter reseruatis, tenent Nauar. *consil.* 20. *sub titul. de pœnit. & remiss. in nou.* Sayr. *decis.* 44. *eod. titul. cit.* Vgol. *de potest. Episcopi cap.* 33. *num.* 3. Henriq. *consil.* 62. *num.* 7. Garz. *de benef. part.* 5. *cap.* 4. *num.* 115. Ricc. *in prax.* 1. *part. resol.* 179. *num.* 3. Gauant. *in manual verbo Pœnitentiarius n.* 22. Barbos. *de potest. Episcopi part.* 3. *alleg.* 55. *num.* 23. *de Canonic. & in summ. Apostolicarum decis. verbo Canonicus Pœnitentiarius num* 24. testans post Sell. *select. Canon. cap.* 16. *num.* 8. sic declarasse Sacr. Congregat. Concil. Rot. *in Neapolitana Pœnitentiaria* 5. *Iunij* 1637. *coram Merlino*.

13 Alia est controuersia in his terminis, an Pœnitentiarius huiusmodi, possit casus sibi ab Episcopo commissos alteri subdelegare, antequam habuerit expressam facultatem ab ipso Episcopo subdelegandi; quo casu magis vera, & communis sententia est negatiua; nam cum videatur ipsius Pœnitentiarij industria electa, meritò non potest alteri demandare, & non solum non potest subdelegare casus reseruatos sibi ab Episcopo commissos, sed nec etiam potest suam generalem facultatem alteri demandare, & committere, ita tenent Garz. *de benef. part.* 5. *cap.* 4. *num.* 112. *in fin.* P. Valer. *different. vtriusq; for. verbo iurisdictio* 2. *num.* 3. Ricc. *in prax.* 2. *part. resol.* 179. *num.* 2. & 1. *part. resol.* 429. *per tot.* Barbos. *de Canon. & Dignit. cit. cap.* 26. *num.* 17. & 18. & hæc videtur verior, & tutior sententia, licèt maximè inter modernos admittatur, posse Pœnitentiarium Canonicum in casu particulari committere facultatem absoluendi à reseruatis Episcopo; ea ratione, quia DD. omnes admittunt, posse Delegatum ad vniuersitatem causarum ab Ordinario, subdelegare particularem causam, licèt non possit vniuersalem iurisdictionem, ita Boss. *in discept. moral. discept.* 1. *num.* 57.

14 Canonicus Pœnitentiarius tenetur ex officio audire confessiones, immò recusans, potest ad id compelli vsque ad priuationem, ac puniri arbitrio Episcopi, docet Garz. *cit. loc. num.* 119. Ricc. *cit. loc. resol.* 487. *prima part. nu.* 6. qui testantur sic declarasse Sacram Congregationem. Immò non sufficit, si se exhibeat paratum petentibus; nam horis opportunis tenetur, etiam non vocatus se exponere paratum ad audiendas confessiones, in sua propria sede, vt aduertunt Garz. & Ricc. *cit. loc.* quos refert, & sequitur Barbos. *de Canon. & Dignit. cit. cap.* 26. *num.* 14. & *seqq.*

Nota quintò, quod ex Concil. Trident. *cit. cap.* 8. *in fin.* 15
Pœnitentiarius dum in Ecclesia sua confessiones audit, habetur pro præsente in Choro; ex quibus collige ipsum lucrari omnes fructus, & distributiones quotidianas, quas lucrantur omnes alij verè Choro inseruientes. Quod ampliatur, vt dum audit confessiones in Ecclesia, lucretur etiam distributiones, quas lucrantur Canonici alij interessentes processionibus, & supplicationibus, quæ fiunt extra Ecclesiam, ac quas lucrantur interessentes exequijs defunctorum; voluerunt Garz. *de benef.* 5. *part. cap.* 4. *num.* 125. & alij, qui testantur sic declarasse Sacram Congregationem *in vna Gienen.* 4. *Septembris* 1591. & *in addit. ad* 5. *partem cap.* 4. *num.* 125. Bonac. *tom.* 1. *titul. de his, quæ ad Diu. off. in Chor. publ. recit. fac. disp.* 11. *quæst.* 5. *punct.* 3. §. 5. *num.* 3. Barbos. *de Canon. & Dignit. cit. cap.* 26. *num.* 21. contra Monetam *de distrib. quotid. p.* 2. *q.* 11. *num.* 65.

Limitatur tamen supradicta opinio, quando Canonicus Pœnitentiarius confessiones audit extra Ecclesiam suam, vel domi; tunc enim non lucratur distributiones, nec etiam illas lucratur, si tantùm assistit in loco confessionum, ibique confabuletur, vel priuatim recitet Diuinum Officium, confessiones non audiens, ita etiam testatur declarasse Sacram Congreg. Garz. *cit. loc. num.* 124. quem sequuti sunt Bonac. *num.* 1. & Barbos. *num.* 22. *cit. loc.* Idque de confabulando, intelligendum esse morali, & vrbano modo declarat idem Bonac. nam non debet amittere distributiones Pœnitentiarius, si post auditas confessiones, causa consilij, vel aliter de pertinentibus ad conscientiam pœnitentium parum confabuletur. An alij Canonici audientes confessiones debeant lucrari distributiones, vide Bonac. *cit. loc. num.* 4. 16

Canonicus Pœnitentiarius omninò tenetur residere, & 17
inseruire temporibus, quibus Pœnitentes accedunt ad confessiones, puta Quadragesimæ, Aduentus, Quatuor Temporum, Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes, Corporis Christi, Assumptionis B. M. V. Natiuitatis Domini, & Omnium Sanctorum, licèt aliàs extra dictum tempus, non possit cogi ad maiorem illam residentiam, ad quam alij Canonici tenentur, testantur decisum per Sacram Congregationem Garz. *cit. loc. num.* 122. & Barbos. *summ. Apostolicarum decis. verbo Pœnitentiarius Canonicus num.* 10.

OBSERVATIONES
D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Canonicus Pœnitentiarius an possit ex vi officij absoluere à casibus reseruatis?*
2 *Pœnitentiarius eo ipso quod est electus, an possit audire Confessiones?*
3 *Pœnitentiarius assistendo confessionibus, an habeatur pro interesse in Choro ad effectum lucrandi quotidianas distributiones? Et quid de Anniuersarijs.*

AN Canonicus Pœnitentiarius electus iuxta formam Sac. Conc. Tridentini *sess.* 24. *de reform. cap.* 8. ex vi solius officij possit absoluere à casibus reseruatis? Negat Nauar. *cons.* 20. *de pœnit.* & ita declarasse Sacram Congregationem testatur Garz. *de benefic. part.* 5. *cap.* 4. *num.* 115. Vulp. *in prax. iudic. cap.* 35. *num.* 15. Habet tamen hanc facultatem ex Episcoporum consuetudine, vel eorum tacito consensu, ita vt non solum à casibus reseruatis, sed etiam à censuris Episcopo reseruatis absoluere possit, Sbroz. *de offic. Vicar. lib.* 2. *quæst.* 19. *num.* 8. Barbos. *de Episc. alleg.* 52. *num.* 17. 1

Pœnitentiarius eo ipso quod electus est habet facultatem audiendi confessiones illius diœcesis à iure, & Sacr. Conc. Tridentino, vt Barbos. *vbi sup. nu.* 15. Antonell. *de regim. Eccles. lib.* 8. *cap.* 1. *n.* 21. 2

Cano-

3 Canonicus Pœnitentiarius assistendo Confessionario in audiendis confessionibus habetur pro vero interessente in choro alijsque diuinis ad effectum participandi de distributionibus quotidianis, iuxta plures declarationes relatas per Monet. *de distrib. part. 2. quæst. 11. num. 6.* Barbos. ad Conc. Trid. *sess. 24. cap. 8. num. 28.*

An autem participet de Anniuersarijs, laudemijs, quindennijs, & distributionibus, quæ ob absentiam aliquorum accrescunt verè interessentibus, & de alijs extraordinarijs distributionibus? pro negatiua Card. de Luca *de Canonic. discurs. 14. num. 12.*

ANNOTATIO XIII.

De Coadiutore.

ARGVMENTVM.

Notatur quotuplex sit Coadiutor; à quo, & quibus in casibus sit dandus; quis dicatur senio confectus in hac materia, vel infirmus, & an sufficiat omnis corporis debilitas ad obtinendum Coadiutorem. Quando detur per Episcopum illiterato, vel ei, qui non sufficit satisfacere oneri curæ. Perpetuus Coadiutor datur solum à Papa, & illi assignatur portio fructuum; quid si fructus sint tenues, vel aliter sit inter partes conuentum, Coadiutor cum futura successione, quas habet facultates, & prærogatiuas; an vocem in Capitulo, vel priuilegium absentiæ; quam sedem habeat, præcipuè si Dignitati datus sit. Coadiutor Canonicus, an possit eligi Iudex Synodalis, vel Apostolicus, vel ad titulum Coadiutoriæ promoueri. Quomodo teneatur Coadiutor ad residentiam, & ad inseruiendum, quid si abfuerit à Choro iusta causa, an Coadiutus lucretur distributiones. Debet esse insignitus ordine, & qualitatibus ad Canonicatum requisitis. Quomodo habeat apprehendere possessionem Coadiutoriæ, & Canonicatus post mortem coadiuti, per Coadiutoriam non dici beneficium affectum, quando, & quomodo possit renunciari, nec enim concedi cum futura successione, sine consensu Coadiuti; an teneatur publicare, & alia ad materiam.

SVMMARIVM.

1 *COadiutoria materia ad Text. Cap. vlt. de Cleric. ægrot. & qui DD. materiam exagitent.*
2 *Coadiutor alter temporaneus, alter perpetuus.*
3 *Coadiutor temporaneus à Papa Episcopis, & ab Episcopis Parochis datur.*
4 *Coadiutorem Parochis dat Episcopus, si euidens vtilitas, vel necessitas vrgeat.*
5 *Coadiutor potest dari Rectori senio confecto, & qui nam sit talis.*
6 *Coadiutoriæ gratiam si litteræ contineant, verificanda ætas coadiuti, & qualiter, secundum diuersitatem concessionis.*
7 *Coadiutorem dat Episcopus Parocho infirmo, impotenti munus suum exercere.*
8 *Coadiutorem obtinere, non omnis corporis debilitas permittit.*
9 *Coadiutor aliquando pro spiritualibus, & temporalibus dandus, si pro vtroque Rector inhabilis sit, sicut & quando captus ab hostibus, num. 11. vel suspicio de dilapidatione, num. 12.*
10 *Coadiutoriæ gratia, quando impetratur, debet exprimi infirmitas, apta impedire exercitium.*
13 *Coadiutor ad tempus dandus illiterato per Episcopum, etiam vt delegatum Sedis Apostolicæ, qui illiteratus, num. 14.*
15 *Coadiutor penitus illiteratus non est iuuandus, cum prouisio sit nulla.*
16 *Coadiutor, an Rectori per Episcopum dandus, si ipse non sufficiat ad munus curæ.*
17 *Coadiutor perpetuus, non nisi per Papam dandus cum causa, & qua.*
18 *Coadiutori, siue dato à Papa, siue ab Episcopo, assignandum competens salarium arbitrio Episcopi in dato ab ipso, num. 19.*
20 *Coadiutori primo, an coadiuto assignandum salarium si fructus sint tenues.*
21 *Coadiutori dato à Papa assignandum salarium, iuxta conuentionem, cum coadiuto habitam.*
22 *Coadiutori dato à Papa nil dandum, neque de distributionibus, si nihil sit conuentum.*
23 *Coadiutor eam habet potestatem, quam dat forma deputationis.*
24 *Coadiutor, quando in temporalibus, quando in spiritualibus datus censeatur.*
25 *Coadiutoria cum futura successione habeat annexas, prærogatiuas, & præeminentias omnes coadiuti.*
26 *Coadiutor perpetuus habet in Capitulo vocem actiuam, & passiuam, non tamen exercebit munus, ad quod coadiutus est electus.*
27 *Coadiutor habet tempus recreationis, dummodo sua, & coadiuti absentia tres mensos non excedat.*
28 *Coadiutor legitimè impeditus, etiam lucratur distributiones, si solitus sit inseruire.*
29 *Coadiutor dignitatis, in propria Sede coadiuti sedere debet.*
30 *Coadiutor dignitatis, habentis æqualem in choro, cedit stallum alteri; tales sunt duo Primiceriatus Capuæ.*
32 *Coadiutor Canonici, sedere debet post omnes eiusdem ordinis, etiam prouisos post ipsum, num. 32.*
33 *Coadiutorem à seruitio nequit repellere Capitulum, immo illi inseruire debent Canonici, vt coadiuto.*
34 *Coadiutori, etiam extra Ecclesiam, debentur omnes præeminentiæ, quas coadiutus habet.*
35 *Coadiutor non potest eligi Iudex Synodalis, vel Apostolicus, cum coadiutoria non sit dignitas, immò coadiutor, neque est Beneficiatus, num. 36.*
37 *Coadiutoriæ titulus, an sufficiat pro suscipiendo sacro Ordine.*
38 *Coadiutor nil aliud, præter sibi assignatum lucrari potest, Præbendasque optat pro coadiuto.*
39 *Coadiutor tenetur ad residentiam, et si ob infirmitatem coadiutus ad eam non teneretur, num. 40.*
41 *Coadiutor præter seruitium Chori, & Missarum solemnium, priuatas Missas coadiuti celebrare tenetur.*
42 *Coadiutore infirmo, quando coadiutus lucretur distributiones.*
43 *Coadiutor, quando non lucretur distributiones, neque pro coadiuto.*
44 *Coadiutor tenetur inseruire, etiamsi distributiones coadiuto non lucretur.*
45 *Coadiutor ratione solius coadiutoriæ, non tenetur recitare officium, nisi quando ad illud coadiutus obligatur.*
46 *Coadiutor easdem debet habere qualitates, quas pro obtinendo beneficio habere deberet.*
47 *Coadiutor Canonicus requirentis actuale Sacerdotium, sufficit, quod sit intra annum promouibilis.*
48 *Coadiutoriæ titulus sufficit ad habendum priuilegium fori.*
49 *Coadiutor perpetuus, licet à principio possessionem apprehenderet, mortuo coadiuto, eam denuo apprehendere debet.*
50 *Coadiutor, & coadiutus, an simul in Choro interesse possint.*
51 *Coadiutor non admittitur ad successionem, si tempore datæ coadiutus moriatur, clausula enim, et si actu vacet ad mortem non refertur, num. 52. nec prodest consensus Procuratoris, num. 53.*
54 *Coadiutor post mortem coadiuti immittendus in possessionem beneficij cum integro statu, ita vt nec sit casus optionis præbendæ adiunctæ.*

55 *Coadiuto decedente post mortem Coadiutoris in mense Ordinarij, Ordinarius confert.*

56 *Coadiutor, coadiutoria renunciare potest, consentiente Ordinario, & coadiuto, aliàs adire debet Papam.*

57 *Coadiutor non tenetur ad publicationem iuxta Bullam Gregorij, nisi facto casu successionis.*

58 *Coadiutoria cum successione, hodie non conceditur, nisi cum consensu coadiuti.*

59 *Coadiutor debet mentionem facere de beneficijs, quæ obtinet aliàs gratia vitiatur in totum.*

60 *Coadiutor non tenetur exire de Capitulo, quando agitur de interesse coadiuti.*

ANNOTATIO XIII.

§. VNIC.

Ad Text. in Cap. vltimo de Cleric. ægrot. vel debil.

1 HIc Honorius Papa III. scribens Episcopo Auersano, mandat Coadiutorem esse dandum Archidiacono, qui ob paralysiæ morbum amiserat officium linguæ. Quorum occasione notanda sunt aliqua de Coadiutore, de qua materia habetur *in pluribus alijs Capit. eiusdem titul. & in Cap. vnico eodem titul. lib. 6.* & in Concil. Trid. *sess. 25. cap. 7. de reform.* tractant Lambert. *de iurepatr. 1. par. 2. lib. quæst. 6. art. 20.* Rebuff. *de nominat. quæst. 8. num. 44. & seqq.* Gambar. *de off. legat. lib. 5. Rub. de Coadiutor.* Mandos. *eod. titul. de Coadiutorijs*, Campegius *tract. de Coadiutor.* Fusc. *de visit. lib. 2. cap. 27. num. 5. & seqq.* Flam. Paris. *de resignat. benefic. lib. 7. quæst. 20.* Gonz. *ad regul. 8. Cancell. gl. 5. §. 9. cum seqq.* Camill. Borrell. *in sum. omnium decis. titul. 9. de Cleric. ægrot. num. 10.* Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 3. cap. 2.* Monet. *de option. Canon. cap. 4. quæst. 8.* Garz. *de benefic. part. 4. cap. 5.* Mendez de Vasconcellos *diuers. iur. argument. lib. 4. cap. 1.* Quintanad. *Ecclesiast. lib. 2. num. 30. & seqq.* Ioan. Baptista Valenzuel. *consil. 98.* Sebast. Cæs. *in relect. de Ecclesiast. Hierarch. part. 3. disp. 14. §. 9.* Ludou. à Sarauia *tract. de iurisdict. Adiunctorum q. 29.* Campanil. *diuers. iur. Canon. rub. 7. cap. 6. num. 102. cum seqq.* Grat. *discept. forens. cap. 805. num. 31. & seqq. & cap. 818. num. 17.* Lotter. *de re benef. lib. 2. quæst. 25.* Ricc. *collect. 489. part. 3. collect. 2218. parc. 6. & collect. 2425. ead. part.* Nouar. *singul. conclus. titul. de Coadiutoria*, Barbos. *de potest. Episcopi part. 3. alleg. 63. in collect. ad cap. vnicum de Cleric. ægrot. in 6. collect. ad cap. 7. sess. 25. de refor. Concil. Trid. num. 5. & seqq. & de iure Eccles. lib. 3. cap. 10. de Canonic. & Dignit. cap. 29. & in summ. Apostolicarum decis. verbo Coadiutor*, Aldan. *compend. Canon. resolut. lib. 3. titul. 18.* Scip. de Rubeis *in aphorismis Episcop. verbo Coadiutor*, & alij, in quibus terminis hic notanda sunt aliqua breuiter, ad vsum frequentiora, pro quorum euidentia.

2 Præmittendum est, posse dici Coadiutorem duplici modo. Primò ergo modo dicitur Coadiutor temporaneus, & sine futura successione. Secundò modo dicitur Coadiutor perpetuus, irreuocabilis, & cum futura successione, ita distinguit Barbos. *de iure Eccles. lib. 3. cap. 10. nu. 1.* & distinctio est, secundùm communem praxim, relatam etiam post Garz. *cit. loc. num. 2.*

3 Coadiutor Temporalis reuocabilis, & sine futura successione, est qui solet dari ob fauorem, vel vtilitatem Ecclesiæ, cuius Rector, ex ægritudine, vel infirmitate animi, vel corporis, inutilis factus est ad illi inseruiendum; ita declarat idem Barbos. *cit. loc. num. 2.* & hic dari solet, vel per Papam Episcopis, vel per Episcopum Parochis; de eo, qui Episcopis datur, tanquam quid altioris gradus, altiori calamo remitto; De secundò verò, qui potest dari ab ipso Episcopo; non autem ab eius Vicario Generali sine speciali mandato, Ricc. *in prax. 4. part. resol. 551. n. 4. & seqq.*

4 Nota primò, Coadiutorem reuocabilem prædictum, non posse dari per Episcopum Rectori, nisi concurrat causa, quæ debet esse, vel vrgens necessitas, vel euidens vtilitas Ecclesiæ, ita habetur ea Concil. Trid. *cit. cap. 7. vers. quod si*, vbi licèt sermo sit de Coadiutoribus, dandis Prælatis; ob rationis conformitatem, id etiam procedere in Coadiutore dando Rectori Curato, testantur DD. communiter, qui in his terminis causæ Coadiutoriæ, indistinctæ loquuntur de Episcopo, ac Rectore, Garz. & Barbos. *cit. loc.*

5 Ex dictis collige primò, Episcopum posse dare Coadiutorem Rectori senio confecto, probatur *ex cap. vnico de Cler. ægrot. lib. 6.* Aduertunt Tusch. *tom. 1. lit. C. conclus. 402. num. 1.* Paris. *de resignat. benef. cit. lib. 7. quæst. 20. n. 6.* Barbos. *cit. cap. 10. num. 7. qui alios cit.* & est commune. Quinam dicatur senex in his terminis, non vniformiter loquuntur DD. Tenent multi constitutum in ætate septuaginta annorum, dici senem, & in ætate ingrauescentem, ac proinde illi posse dari Coadiutorem, ita Vetall. *decis. 129. & seqq. lib. 1.* Borrell. *summ. decis. titul. 9. de Cler. ægrot. vel debil. & coadiutoria num. 1. tom. 1.* Aliqui talem dicunt, qui est in ætate septuaginta annorum, ita Caputaq. *decis. 129. num. 1. part. 1.* Alij tenent dici in ætate ingrauescente, in qua potest dari Coadiutor ille, qui cum annis quinquaginta quinque suæ ætatis, concurrentem habet infirmitatem, ita Borrell. *cit. loc. num. 2.* qui alios citat Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. gl. 5. §. 9. num. 86.* Tiraquel. *in l. connub. 15. num. 6. & seqq.* Cæteri verò, & melius; an quis dicatur senex, & ratione ingrauescentis ætatis possit illi dari Coadiutor, aiunt remitti arbitrio Episcopi, qui id iudicabit, consideratis singulis circumstantijs personæ, & complexionis Rectoris, ac qualitate, & magnitudine curæ, & onerum, & alijs considerandis, ita Fel. *in cap. quoniam frequenter, vt lit. non contest. num. 6.* Franch. *in cap. vnico n. 2. hoc eodem titul. de Cler. ægrot. lib. 6.* Menoch. *de arbitr. cap. 59.* Nauar. *in prax. elect. for. q. 19. sect. 1.*

6 Hic obseruandum est pro exequutione litterarum Apostolicarum, continentium gratiam Coadiutoriæ, quod illæ non possunt exequi, nisi verificatis expositis, & signanter ætate in illis expressa, quæ verificatio diuersi modo fieri potest. Primò si gratia Coadiutoriæ est concessa propter ingrauescentem ætatem, sufficit verificare ætatem sexaginta in Coadiuto; Si verò concessa est propter senilem ætatem, est necessariò probanda ætas septuaginta annorum in ipso Coadiuto; Si verò concessa est propter ingrauescentem ætatem iunctis infirmitatibus, sufficit probare ætatem quinquaginta quinque annorum in Coadiuto, ita Caputaq. *decis. 129. & decis. 130. part. 1.* quem refert, & sequitur Campanil. *diuers. iur. Canon. rub. 7. cap. 6. num. 110. vbi num. 112.* ait, quod quando in impetratione talis gratiæ Coadiutoriæ, fuit narratum, Coadiutum esse in ætate annorum sexaginta, vel circa, verificandum fore saltem in ætate sexaginta cum dimidio, ex Rotæ *resolutione decis. 297. num. 1. lib. 1. p. 3. diuers.*

7 Collige secundò, Episcopum posse dare Coadiutorem Rectori curato, qui ægritudine, & morbo laborat, & exercere non potest ea, quæ muneri suo incumbunt, iuxta notata in *Cap. nisi de renunciat. & cap. ex parte hoc titul. de Cler. ægrot.* aduertunt DD. communiter; infirmitas quoque dicitur in his terminis debilitas corporis, quando talis est, quæ de per se aggrauat corpus, & impedit exercitium proprij muneris, dummodo sit sine spe futuræ prosperitatis, Fel. *in cap. quoniam frequenter num. 6. in fin. vt lit. non contest.* Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. gl. 5. §. 9. num. 88.* Caputaq. *decis. 240.* Paul. de Rub. *decis. 308. num. 23. tom. 2. diuers.* vbi tenet, quod ad validitatem Coadiutoriæ, dolores debent esse continui.

8 Nota tamen omnis infirmitas, seù corporis debilitas est iusta causa ad obtinendum Coadiutorem, sed ea demum, quæ perpetuò impedit exercitium prædictum, vel pro maiori parte temporis, ita notat post alios Barbos. *de iur. Eccles. cit. cap. 10. sub num. 5.* exemplificant hanc infirmitatem, iustam causam Coadiutoriæ, in cæcitate, Paris. *de resignat. benef. cit. lib. 7. cap. 20. num. 7. ad fin.* In lepra, *Cap. de Doctoribus, & cap. tua nobis hoc titul. de Cleric. ægrot.* Paris. *cit. loc. num. 8.* Barbos. *qui alios citat de iure Eccles. cit. cap. 10. num. 9. vbi in fin.* dicit, etiam inuito leproso, dandum esse Coadiutorem. In Paralisia, vt in hoc *text. cap. vltimi*, Barbos. *cit. loc. n. 10.* In dementia, Paris. *cit. loc. n. 9.* Barbos. *vbi sup. n. 11. per text. in cap. vnico*, vbi DD. communiter *hoc tit. de Cler. ægrot. in 6.* quo casu debet dari Coadiutor in spiritualibus, & temporibus, Paris. *cit. loc. num. 25.*

In dan-

9 In dando Coadiutore, ob causam infirmitatis, vel similis, est aduertendum, quod si Rector ex tali causa factus est inhabilis ministerio, non solùm spiritualium, sed etiam rerum temporalium, & bonorum beneficij, dandus est illi Coadiutor, qui administret, & spiritualia, & temporalia; Si verò est inhabilis tantùm ad exercitium spiritualium, Coadiutor datur solùm ad spiritualia coadiuuanda, ita declarat Nouar. post alios per ipsum adductos *singul. conclus. tit. de Coadiutoria conclus. 2. aliàs 57. num. 2. & 3.*

10 Hic obseruandum est, quod in gratia Coadiutoriæ à Papa impetranda, debet Coadiutus mentionem facere, & exprimere talem infirmitatem in specie, quæ sit apta impedire humanas actiones, cum non sufficiat quæcumque inhabilitas, aut praua habitudo asserentis indigere auxilio Coadiutoris, Paul. de Rubeis *decis. 237. tom. 3. diuers. & clarius decis. 308. num. 17. tom. 2. diuers. aliàs part. 6. recent.* Ipsaque infirmitas, & quod propter eam Coadiutus non possit amplius inseruire, est concludenter probanda, Rot. apud Paul. de Rub. *cit. decis.* 237. quem refert, & sequitur Barbos. *de iure Eccles. cit. cap. 10. num. 6.* & quod præstet impedimentum perpetuum, licèt cum aliquo quietis interuallo, vt notatum est supra, cum Paulo de Rubeis *decis.* 308. cit. post Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. gl. 5. §. 9. n. 88. & 89.*

11 Collige tertiò, Rectori ab hostibus capto, esse dandum Coadiutorem in spiritualibus, & temporalibus, *cap. si Episcopus de supplend. negl. Prael. in 6. Clem. 1. de for. compet.* Gonzal. *in regul. Cancel. gl. 5. §. 9. cit. num.* 28. Barbos. *de iure Eccles. lib. 3. cap. 10. num. 8.*

12 Collige quartò, quod Rectori suspecto de dilapidatione bonorum Ecclesiæ, est dandus Coadiutor circa temporalia, notat Paris. *de resignat. benef. lib. 7. quæst. 20. num.* 10. Gonzal. *cit. loc. num.* 27.

13 Collige quintò, Rectori curato illiterato, & impedito, dandum esse per Episcopum, etiam tamquam Sedis Apostolicæ delegatum Coadiutorem ad tempus, secundùm dispositionem Concil. Trid. *sess. 21. cap. 6. de reform.* non obstante quauis appellatione, quæ in hoc casu intelligitur sublata per Concil. Trid. quoad effectum suspensiuum tantùm, Campanil. *diuers. iur. Canon. rub. 5. cap. 5.* Sbroz. *de off. vicar. lib. 2. q.* 212. & alij, quos adducit Barbos. *de iur. Eccles. cit. cap. 10. num.* 12. qui dicit id procedere, etiam in Parochijs exemptis.

14 Dicitur, in his terminis dandi Coadiutorem, illiteratus ille, qui ignorat, & est inhabilis ad explorandum ea, quæ incumbunt muneri, ac oneri beneficij, quod habet, & secundùm dignitatem, statum, & officium, ad quod assumitur, ita Ricc. *in prax. vltima part. resol.* 553. *num. 2. secundùm vltim. impress.* quem sequitur Barbos. *cit. loc. n.* 13. post Nouar. *singul. conclus. titul. de Coadiutor. conclus. 1. aliàs 56. num. 5.* Quod quando sit, remitti Iudicis arbitrio, dicit idem Ricc. *cit. loc. num. 3.*

15 Supradicta non possunt verificari in penitus illiterato, nam illi non est dandus Coadiutor, quia eius prouisio est omninò nulla, vt notorium est alibi, & tenet Campanil. *diuers. iur. Canon. rub. 5. cap. 5.* Ricc. *cit. loc. num.* 550. & alij communiter.

16 Adducunt DD. aliam causam, vt iustam, dandi Coadiutorem Rectori Curato, & est quando populus auctus est, ac factus numerosus, ita Cæsar. de Grass. *decis. vnica de Paroch.* quem sequitur Gonzal. *cit. loc. num.* 26. Sed propriè loquendo in hoc casu, Episcopus non potest dare Coadiutorem, sed si vnus Rector non sufficit Ecclesiasticis Sacramentis ministrandis, & cultui diuino peragendo, potest Episcopus Rectorem, vel alium, ad quem spectat, compellere ad munus curæ tot Sacerdotes adiungere, quot sufficiant ad Sacramenta exhibenda, & cultum diuinum celebrandum, ita disponitur per Concil. Trid. *sess. 21. cap. 4. de reform.* Nec in hoc casu numerosi, & aucti Populi, potest Episcopus diuidere, ac nouas erigere Parochias, cum in eo satis consultum sit per Trid. modo prædicto, adhibendo alios ministros, Rot. *decis. 484. num. 2. part. 1. recent.*

17 Coadiutor perpetuus, & cum futura successione in quocunque beneficio, non potest dari, nisi per Papam, vt expressè deciditur in Concil. Trid. *sess. 25. cap. 7. vers. Coadiutoriis de reform.* Nec per ipsum Papam dari, solet nisi concurrente iusta causa vrgentis necessitatis, vel euidentis vtilitatis Ecclesiæ, aduertit Nouar. *singul. conclus. titul. de Coadiutoria conclus. 3. aliàs 58. per totum*, quæ causa exemplificatur in adductis supra *vers. ex dictis, & seqq.* Quomodo dicatur saluari votum captandæ mortis in tali Coadiutoria, vide Gonz. *in regul. 8. Cancell. gl. 5. §. 9. num. 50. & seq.* Grat. *discept. forens. cap.* 818. *num.* 37. & alij.

18 Nota secundò vtcumque sit Coadiutor; siue datus à Papa cum futura successione, siue ab Episcopo ad tempus, debet illi præstari competens salarium, & portio, ex fructibus beneficij Coadiuti, pro eius sufficienti victu, habemus in *Cap. de Rectorib. in fin. cap. tua nos hoc titul. de Cler. ægrot. in cap. vnico eodem titul. lib. 6.* & in Concil. Trid. *sess. 21. cap. 6. de reform.* Quæ portio in Coadiutore dato per Episcopum, est assignanda per ipsum Episcopum, vt aduertunt communiter DD. Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 3. cap. 2. quæst. 9. & lib. 8. cap. 6. quæst. 1.* Barbos. *de potest. Episc. alleg. 63. num. 13. & de iure Eccles. lib. 3. cap. 10. num. 26.*

19 In assignanda hac portione, non potest certa quantitas generaliter definiri; proinde meritò DD. illam relinquunt arbitrio ipsius Episcopi, qui illam magis, & minus valeat assignare, habita consideratione laboris, introituum beneficij, & aliorum pro loci opportunitate.

20 Dubitant hic Canonistæ, si fructus beneficij sint adeò tenues, vt non sufficiant Coadiutori, & Coadiuto, quid agendum, dicunt alij, primò prouidendum esse Coadiutori, qui inseruit, ita Azor. *cit. quæst. 9.* & hanc opinionem credo omninò seruandam, quando Coadiutor datus est ob defectum Coadiuti, puta ob dilapidationem bonorum, insufficientiæ, & similia. Sed si Coadiutor datus est ob infirmitatem, vel aliam causam miserabilem, credo seruandam esse opinionem aliorum, qui tenent, primò prouidendum esse Coadiuto infirmo, & deinde in subsidium teneri Parochianos ad alimenta Coadiutoris, ita Ricc. *in prax. 1. part. resol. 504. num. 11. secundùm vltim. impress.* quem sequitur Barbos. *de iure Eccles. cit. loc. num.* 28.

21 In Coadiutorijs cum futura successione, quæ obtinentur à Papa, stari solet circa congruam hanc portionem, conuentioni factæ inter ipsas partes, ita vt si conuentum sit nihil deberi Coadiutori per Coadiutum; Coadiutor non possit aliquid exigere ratione portionis prædictæ, vel alio quouis titulo ratione Coadiutoriæ, etiam si in litteris gratiæ illius, non sit narratum Coadiutorem habere beneficium, vel aliàs vnde commodè sustentari possit, Gonz. *ad regul. 8. Cancell. gl. 5. §. 9. num.* 95. Barbos. *de iure Eccles. cit. lib. 3. cap. 10. num.* 58. qui limitando dictam sententiam dicit, quod si Coadiutor ob magnam paupertatem non valeat decenter Ecclesiæ seruire, excusatur à seruitio, nec Coadiutus potest illum compellere ad inseruiendum, nisi ei aliquid subministret, vt possit decenter inseruire, etiam si conuentum sit nihil dari.

22 Quod si nulla intercessit conuentio inter partes, nec inter eos facta reperitur mentio alia de portione danda Coadiutori, tunc si Coadiutor habet aliunde, vnde se alat, ei aliquid non debetur, quia in dubio censetur dispositum, prout iuris, quo in casu disponitur, Coadiutorem consequi non posse ex fructibus beneficij, probat Nauar. *cons. 2. num. 3. de Cler. ægrot.* Rot. *decis. 285. lib. 3. part. 3. diuers.* Nec etiam aliquid de distributionibus quotidianis, si sumus inter Canonicos. cum has omnes Coadiutor seruiendo lucretur in beneficium Coadiuti, prout ex voto Sacr. Congregat. Rituum, tenet Barbos. *cit. loc. num.* 57. Sed contrarium, nempe deberi portionem in dubio mihi videtur æquius, cum dignus sit operarius mercede sua, & faciunt dicta per Garz. *cit. 4. part. cap. 5. num.* 145.

23 Nota tertiò DD. illam tribuere potestatem Coadiutori, quam concedit forma, & tenor deputationis, quapropter ad illam cognoscendam, deputationem ipsam esse perquirendam communiter asserunt; ita ex originali opinione Præposit. *in Cap. quia sub nu. 1. 7. q. 1.* tenent Campanil. *diuers. iur. Canon. rub. 7. cap. 6. num.* 106. Barbos. *de iure Eccles. lib. 3. cap. 10. num. 23. & seqq.* & alij, in quibus terminis vlterius obseruandum est, quod si datus est Coadiutor Rectori Curato; dicitur Coadiutor habere tantum exercitium curæ, ipsam verò curam principaliter remanere apud Coadiutum ad *Text. in cap. vnico*

§. *vnico hoc titul. de Cler. egrot. lib.* 6. Campag. *tract. de Coadiutor. verſ. Coadiutor.*

24 Item, ſi Coadiutor datus eſt in caſu periculi dilapidationis bonorum, ſalua poteſtate, quam recipit in litteris deputationis, in dubio, habet tantùm facultatem circa temporalia adminiſtranda, ſecus circa ſpiritualia; Si verò datus eſt Coadiutor infirmo, cenſetur datus Eccleſiæ in ſpiritualibus, & proinde circa illa non recipit poteſtatem; ſed ſi datus eſt Coadiutor ob cauſam dementiæ, & furoris Coadiuti, & tunc recipit facultatem, & poteſtatem non ſolum circa ſpiritualia, ſed etiam temporalia adminiſtranda, ita Flamin. *de reſign. benef. lib.* 7. *quæſt.* 20. *num.* 25. *& ſeqq.* Barboſ. *de poteſt. Epiſcopi part.* 3. *alleg.* 63. *num.* 13. *& de iure Eccl. cit. loc. num.* 24.

25 In Coadiutoria cum futura ſucceſſione, quæ obtinetur à Sanctiſſimo in Canonicatibus, ſolent in litteris Apoſtolicis concedi Coadiutori omnes, & ſingulæ prærogatiuæ, præeminentiæ, & honores in Choro, Altari, & Capitulo, ac proceſſionibus; nec non in actis capitularibus, tam intra, quàm extra Eccleſiam, quas, & quos ipſe Coadiutus ratione Canonicatus, & Præbendæ habet, & ſi præſens eſſet haberet.

26 Hinc Coadiutor prædictus habet in Capitulo vocem non ſolùm actiuam, ſed etiam paſſiuam, non ſolum in rebus ordinarijs, ſed etiam in officijs ſede vacante, & prouiſionibus Canonicatuum, ita fuiſſe deciſum in vna *Salaman. Coadiutoria* 1. *Iuly* 1594. *coram D. Penna*, teſtatur Garz. *de benef.* 4. *part. cap.* 5. *num.* 87. Verùm ſi fuit electus ad aliquod officium Coadiutus, non poteſt Coadiutor illud exercere, quia in his, quæ ſpeciali nominatione competunt Coadiuto, non venit Coadiutor; nec eum repræſentat, ita Garz. *in addit. ad d. cap.* 5. *num.* 88. Barboſ. *de Canon. & Dignit. cap.* 29. *num.* 40.

27 Item Coadiutor gaudet omnibus vacantijs, ac menſibus datis recreationis cauſa, ſicut ipſe Canonicus Coadiutus, ac alij gaudent; hac tamen aduertentia, quod tres menſes prædicti abſentiæ, quos Concil. Trid. concedit Canonicis, intelliguntur conceſſi vtitim Coadiuto, & Coadiutori, aliàs haberent ſex menſes, & ſic dies conſumpti per Coadiutum, non poſſunt per Coadiutorem aſſumi, & ſic è contra, docent Gonzal. *cit. gl.* 5. §. 9. *n.* 13. *& ſeqq.* Garz. *in prædict. cap.* 5. *num.* 79. quos ſequitur Barboſ. *de Canon. & Dignit. cap.* 29. *num.* 44. vbi adducit deciſionem Rot. *in vna Salaman.* Secus tamen eſſet, ſi Coadiutus ratione particularis priuilegij lucraretur fructus in abſentia, puta ratione ſtudij, aut lecturæ, & ſimilis, quia tunc Coadiutor non gauderet tali priuilegio, Garz. *cit. loc. num.* 138.

28 Similiter Coadiutor, legitimè impeditus, lucratur diſtributiones quotidianas, ſicut lucratur ſuus principalis, & alij Canonici in tali caſu; eſt indubitatum apud omnes, dummodo Coadiutor ſit aliàs ſolitus actu inſeruire; itavt impedimentum ſuiſſet immediata cauſa non intereſſendi. Et hoc procedit etiam, ſi Coadiutus fuiſſet ſanus, & habilis ad inſeruiendum, tenet Garz. *cit. cap.* 5. *num.* 80. *&* 81. Barboſ. *cit. cap.* 29. *num.* 45. *vbi in fine*, refert Sacr. Congregationis declarationem loquentem in caſu, quo Coadiutor impeditur ex iuſta, & rationabili corporis neceſſitate, aut euidenti Eccleſiæ vtilitate, vel ex infirmitate, vt in *Cap. vnico de Cler. non reſid. in* 6. Sed hoc verùm eſt, quando ex forma litterarum Apoſtolicarum nunquam tenetur Coadiutus intereſſe Horis Canonicis, prout loquitur ipſa declaratio Sacræ Congregationis, & idem Barboſ. *de iure Eccleſ. cit. lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 86.

29 Quæro, an Coadiutor debeat ſedere in Choro in propria Sede, in qua ſedet Coadiutus; Et quæſito reſpondendum eſt cum diſtinctione; Si Coadiutor eſt datus Dignitati, & tunc debet ſedere in propria Sede Coadiuti, & idem prorſus ſtallum habere, prout declarauit Sacra Rit. Congregatio *in Brundusin.* 29. *May* 1621. *& antea ſub die* 12. *Octobris* 1619. vbi etiam declaratur ſpectare ad Coadiutorem Dignitatis omnes functiones, quæ ſpectant ad ſuum principalem, refert Barboſ. *de iure Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 68. *& de Canon. & Dignit. cap.* 29. *num.* 27.

30 Quod ſi ſint duæ Dignitates æquales, vt eſt in celebri Eccleſia Metropolitana Capuana, in qua ſunt duo Primicerij, antiquior dicitur primus, & habet primum ſtallum; tunc Coadiutor primi Primicerij debet cedere primum ſtallum ſecundo Primicerio, ita declaraſſe Sacr. Congreg. Rit. *in vna Monopolitana die* 17. *Iuly* 1632. teſtatur Barboſ. *cit. loc. de iure Eccleſ. num.* 69. *& de Canon. & Dignit. num.* 27. *poſt med.* & ita ego ipſe ſeruaui, dum in eadem Eccleſia eram Coadiutor Digniſſimi Primicerij D. Laurentij Menecillo, mei ex matre chariſſimi patrui, orti ex eadem familia, ex qua originem traxit Sanctus Stephanus Menecillo, Epiſcopus Caiacen. vt demonſtrant authenticæ ſcripturæ, & teſtatur D. Michael Monacus, Canonicus Capuanus, eiuſdem patriæ ornamentum *in ſuo Sanctuar. Capuan.* Nam, non obſtante, quod eram Coadiutor primi Primicerij, ceſſi locum, & primum ſtallum Alexandro d'Iſa ſecundo meritiſſimo Primicerio fratri Franciſci d'Iſa Poetæ Comici famoſi Capuani. Non tamen Coadiutor ceſſi prædicto ſecundo Primicerio primam Hebdomodam, aſſignatam pro ſeruitio primo Primicerio; niſi poſt mortem mei dilectiſſimi Coadiuti, quo tempore, ſecundus Primicerius factus fuit primus, ratione antianitatis, & illi prima loca, & præcedentiæ omnes debebantur, ſine vlla reſtrictione.

Si verò Coadiutor ſit datus Canonico; tunc non debet ſedere in propria ſede, & ſtallo ſui Coadiuti; ſed poſt omnes canonicos eiuſdem ordinis, teſtantur deciſum Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell. gl.* 5. §. 9. *num.* 101. *&* 109. Garz. *de benef. part.* 4. *cap.* 5. *num.* 66. *& ſeqq.* Campanil. *diuerſ. iur. Canon. rub.* 7. *cap.* 6. *num.* 107. *ad fin.* Rot. & alij multi, quos refert, & ſequitur Barboſ. *de Canon. & Dignit. cit. cap.* 29. *num.* 24. 31

Ampliantur ſupradicta, vt Coadiutor debeat ſedere poſt omnes Canonicos eiuſdem ordinis, etiam poſt receptos, & prouiſos poſt eius Coadiutoriam, itavt, nec illis debeat præcedere; quia cùm Coadiutor dicatur fictus Canonicus, conueniens eſt, vt non præcedat veris; idque procedit non obſtante quauis conſuetudine in contrarium, ita voluit Sacr. Congreg. Rit. *in Columbrien.* 16. *Septembris* 1606. 2. *dub. in Taurinen.* 10. *Nouembris* 1612. *&* 13. *Iuly* 1614. *in Brundusin.* 18. *Martij* 1617. *Eluen.* 20. *Aprilis* 1619. *Tiraſonen* 13. *Iuly eiuſdem anni*, & in alijs adductis per Barboſ. *de Canon. & Dignit. cit. loc. num.* 25. *&* 26. vbi opinionem probat, etiam validis argumentis Lotter. *de re benefic. lib.* 2. *quæſt.* 25. *num.* 36. *& ſeqq.* 32

Vlterius Capitulum non poteſt non admittere ad ſeruitium Eccleſiæ Coadiutorem, aut illi limitare ſuam poteſtatem, auctoritatem, & prærogatiuas, iuxtà formam litterarum Apoſtolicarum, vt docet Garz. *de benefic. cit. part.* 4. *cap.* 5. *num.* 144. Immò Canonici tenentur ei inſeruire, & miniſtrare, prout tenerentur inſeruire proprio Canonico Coadiuto in omnibus functionibus Canonicalibus, ita declarauit Sacra Congregatio *in Caſalen.* 10. *Ianuary* 1629. vt teſtatur Barboſ. *de Canon. & Dignit. cap.* 29. *num.* 53. 33

Similiter Coadiutori, non ſolum in Eccleſia Canonicatus debentur omnes præeminentiæ, & Prærogatiuæ; ſed etiam extra Eccleſiam, & abſente Coadiuto eſt tractandus tamquam verus, & proprius Canonicus, quoad præeminentias, veris Canonicis debitas, voluit Sacr. Rit. Congregat. *in Piſtorien.* 15. *Martij* 1608. & quamuis Coadiutor non ſit in ſacris, poteſt tamen omnia facere, & exercere cum cappa, & rocchetto, ſine paramentis ſacris, quæ facere, & exercere poteſt principalis Coadiutus, eadem Sacr. Rit. Congreg. *in Bononien.* 19. *Decembris* 1615. & refert Barboſ. *cit. loc. num.* 50. *&* 52. Verùm quando Coadiutor facit aliquam functionem, ad ſuum Coadiutum ſpectantem, vt cantare lectiones, præintonare Antiphonas, & ſimilem, debet illam facere in nouiſſimo loco, cenſuit eadem Sacr. Congreg. Rit. *in Columbrien.* 16. *Septembris* 1606. *in* 4. *dub. & in Patauina* 3. *Decembris* 1616. *Brundusin.* 18. *Martij* 1617. *Caſalen.* 15. *Iuly eiuſdem anni.* 34

Nota quartò, quod reſtringitur facultas Coadiutoris in multis, & primo non poteſt eligi in Iudicem Synodalem, nec in Iudicem Apoſtolicum, cum Coadiutor non dicatur verè habens Dignitatem, vel Canonicus; & hoc etiam ſi reperiretur in ſeruitio Eccleſiæ, ita Garz. *de benef. part.* 4. *cap.* 5. *num.* 138. *verſ. commiſſio in fin.* quem ſequitur Barboſ. *de Canon. & Dignit. cit. cap.* 29. *num.* 31. 35

Et generaliter Coadiutor, etiam cum futura ſucceſſione, dum viuit Coadiutus, non dicitur Beneficiatus, quia 36

Coadiu-

Coadiutoria non eſt beneficium, & Canonicus Coadiutor dicitur fictè Canonicus, ita Gonzal. cit. gl. 5. §. 9. num. 117. Moneta, & alij, quos refert, & ſequitur Barboſ. de iure Eccleſ. lib. 3. cap. 10. num. 49. & ſeqq.

37 Hinc eſt, quod quis non poſſit ad ſacrum Ordinem promoueri ad titulum Coadiutoriæ cum futura ſucceſſione, viuente Coadiuto, ſecundùm opinionem multorum, quæ vera non eſt, quando Coadiuto debetur congrua portio, quæ licèt non dicatur beneficium, itavt poſſit ad titulum illius promoueri, poteſt tamen promoueri ſaltem, tamquam ad titulum penſionis, ita Garz. de benef. part. 2. cap. 5. num. 132. & ſeqq. Barboſ. de Canon. & Dignit. cit. cap. 29. num. 39.

38 Nec fructus aliquos poteſt Coadiutor percipere ex beneficio Coadiuti, excepta conuenta congrua portione; ſed omnia lucratur, etiam diſtributiones ad fauorem Coadiuti, Nauar. conſil. 2. num. 3. de Cler. ægrot. Rot. deciſ. 285. lib. 3. part. 3. diuerſ. Nec poteſt ſibi aliquam Præbendam optare, etiam in Eccleſia, vbi viget conſuetudo optandi; benè tamen poteſt in beneficium Coadiuti optare, Monet. de option. Canon. quæſt. 8. num. 152. voluit Sacr. Congregr. in Colimbrien. 16. Septembris 1606. in 5. dub. Nec poteſt Coadiutor impedire Coadiutum, quominus optet pinguiorem Præbendam, iuxta dicta per Garz. de benef. part. 4. cap. 5. num. 120. & alios, quos ſequitur Barboſ. cit. loc. num. 29. contra Gonzal. Notauimus multa 1. part. annot. 6. num. 12. & ſeqq.

39 Nota quintò, quod Coadiutor tenetur reſidere, & inſeruire in beneficio, nam Coadiutoria fuit reperta, vt cultus diuinus non fraudetur debitis ſeruitijs, ad fauorem Eccleſiæ, quæ habet à Coadiutore, illas operas, quæ Coadiutus non poteſt præſtare, ob infirmitatem, vel aliam inhabilitatem, Cap. ex parte hoc titul. de Cler. ægrot. in 6. Put. deciſ. 226. num. 13. lib. 3. Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 7. de reform. & ſeſſ. 21. cap. 6. de reform. Et quod omninò Coadiutor teneatur ad reſidentiam contra Nauar. conſ. 2. num. 4. de Cler. ægrot. fuit deciſum per Rot. in recentior. deciſ. 276. num. 3. in fin. part. 1. vbi vlterius additur, quod non reſidens, poterit priuari, ſeruata forma iuris, de qua in Cap. ex iure de Cler. non reſid. gl. in cap. quoniam frequenter in verbo Canonicus, vt lit. non conteſt. Ideò reſidentia hæc debet eſſe præciſa, non cauſatiua quoad obligationem ſoluendi fructus proprietario perditos, ob nnn reſidentiam, quicquid aliud ſentiat Gonzal. ad regul. 8. gl. 5. §. 9. num. 122. in fin. & Barboſ. de Canon. & Dignit. cit. cap. 29. num. 15. cum verior ſit opinio ſupradicta, iuxtà allegatam deciſ. Rot. 276. Garz. de benefic. cit. part. 4. cap. 5. num. 57. in fin. Et quod Coadiutnr datus in beneficio curato teneatur reſidere, non minus, ac ipſe Coadiutus, refert ſic declaraſſe Sac. Congreg. Concilij die 23. Iulij 1575. Campanil. diuerſ. iur. Canon. rub. 7. cap. 6. num. 104. & quod non ſolum Coadiutor teneatur reſidere, ſed etiam inſeruire; vt ſupra, & diuinis intereſſe, voluit quoque Sacra Congregatio Concil. ſub die 7. Aprilis 1618. quem refert Aldan. in compend. Canon. reſol. lib. 3. titul. 18. num. 14.

40 Ampliantur ſupradicta, vt Coadiutor teneatur reſidere, & inſeruire, etiam ſi Coadiutus ob infirmitatem, vel aliam iuſtam cauſam, & legitimum impedimentum non teneretur alioqnin reſidere, aliàs non lucratur diſtributiones quotidianas, quæ punctantur Coadiuto, in damnum Coadiutoris, voluit Sacra Congregatio Rit. in Elboren. 15. Aprilis 1606. & in Patauina 8. Maij 1617. & in Ceneten. 4. Aprilis 1620. quas adducit Aldan. citat. loc. num. 15.

41 Et non ſolùm tenetur Coadiutor Choro inſeruire, & Miſſas cantatas celebrare, ſed tenetur quoque celebrare alias Miſſas priuatas, quas vigore teſtamenti, vel inſtitutionis Capellaniæ, ipſe Coadiutus, vt Canonicus celebrare tenetur, quando coadiutus eſt legitimè impeditus Sacr. Congreg. Rit. in Patauina 3. Decembris 1616. apud Aldan. cit. loc. num. 17. & quando celebrat has miſſas lucratur diſtributiones Sacr. Congreg. Rit. cit. Patauina 3. Decembris 1616. vt per Aldan. loc. cit. num. 22.

42 Quod ſi ipſe Coadiutor ſit infirmus, vel aliàs legitimè impeditus lucratur diſtributiones in beneficium Coadiuti; niſi Coadiutus ſit ſanus, & habilis ad inſeruiendum; nam tunc tenetur ipſe inſeruire, aliàs non lucratur diſtributiones; niſi aliter ſit diſpoſitum ex forma litterarum Apoſtolicarum Coadiutoriæ, ita Barboſ. de iure Eccleſ. lib. 3. cap. 10. num. 86. & in ſumm. Apoſtolicarum deciſ. verbo Coadiutor, &c. num. 25. vbi adducit Sacram Congreg. Concil. in vna Barbaſtren. 9. Nouembris 1630.

43 Sed aduerte, quod quandoque Coadiutnr inſeruiens non lucratur diſtributiones, & fructus Coadiuto; & eſt quando Coadiutus reperitur excommunicatus, carceratus, vel alias iuſtè detentus, & culpabilis Sacr. Congreg. Concil. 15. Decembris 1618. quam adducit Aldan. cit. titul. 18. num. 24. & quando Coadiutus non eſt ordinatus, iuxtà formam ſtatuti, requirentis certum ordinem in Canonicis ſub pœna amiſſionis fructuum, etiam ſi Coadiutor eſſet ordinatus, iuxtà formam ſtatuti, Sacra Congr. Rit. apud Aldan. eodem loc. num. 25. Poteſt tamen Coadiutor in dictis caſibus, & ſimilibus lucrari fructus vſque ad congruam portionem ei debitam, & aſſignatam vti Coadiutori, quia tunc non lucratur Coadiuto inhabili, ſed ipſimet, cui defectus Coadiuti non debet nocere, notat latè Barboſ. de Canon. & Dignit. cit. cap. 29. num. 46. Et licèt Coadiutor nnn lucretur Coadiuto excommunicato, non tamen poteſt illi prohiberi, ne inſeruiat, Ricciul. de iure perſonar. lib. 4. cap. 15. num. 2.

44 Dubitatur, ſi Coadiutus ſit iuſtè excommunicatus, detentus, vel aliàs culpabilis, itavt non poſſit lucrari diſtributiones quotidianas, & fructus beneficij; an teneatur Coadiutor inſeruire: & dubitationi reſpondetur ex ſupradictis, vbi firmatum eſt, obligationem inſeruiendi, quam habet Coadiutor, non eſſe cauſatiuam cauſa lucrandi fructus, ſed præciſam, cum Garz. & Rot. contra Gonzal. & Barboſ. non obſtante, quod non poſſint fructus lucrari Coadiuto ratione ſuæ incapacitatis, adhuc tenetur Coadiutor inſeruire.

45 Nota ſextò, quod licèt teneatur Coadiutor Choro intereſſe, ibique diuina officia recitare loco ſui Coadiuti; nihilominus quando non tenetur Choro inſeruire; & extra illum, ratione ſolius Coadiutoriæ, niſi alio titulo beneficij, vel ſacri Ordinis obligetur, non tenetur Coadiutor recitare horas canonicas, etiam ſi ratione illarum, congrua portio ſit ei aſſignata, aduertit Nauar. de Hor. Canon. cap. 20. ſub num. 18. verſ. ad diluendum, ſequitur Lotter. de re benef. lib. 2. quæſt. 25. num. 30. in fin. Diana reſol. moral. part. 5. tract. 13. Miſcell. 1. reſol. 75. Barboſ. de iure Eccleſ. lib. 3. cap. 10. num. 59. vbi plures alios adducit, & ratio huius ſententiæ eſt, quia Coadiutor viuente Coadiuto, non dicitur habere beneficium.

46 Nota ſeptimò, Coadiutorem debere eſſe præditum iiſdem qualitatibus, qaas habere debet ſuus Coadiutus ratione ipſius beneficij, prout reſoluunt DD. omnes in hoc cap. diſponit Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 7. de reform. in finalibus verbis. Ex qua regula colligit Campanil. diuerſ. iur. canon. rub. 7. cap. 6. num. 103. Coadiutorem debere eſſe conſtitutum in ea ætate, quæ requiritur ad obtinendum tàle beneficium, Barboſ. de iure Eccleſ. lib. 3. cap. 10. n. 89. Similiter debet eſſe promotus ad ordinem requiſitum ad beneficium, vel ſaltem debet promoueri infra annum, tenet Garz. de benef. 4. part. cap. 5. in addit. ſub num. 130. dub. 23. verſ. modo, & ſequitur Barboſ. cit. loc. num. 90. quod non procedit, quando Coadiutus non vult, quod Coadiutor inſeruiat, quia tunc cum actu non inſeruiat, non tenetur ſe promoueri facere infra annum, ad inſtar habentis curam habitu, non actu, qui non tenetur ſe promoueri facere infra annum, ita poſt Garz. vbi ſupra, declarat optimè Barboſ. cit. loc. num. 79.

47 Vlterius in Eccleſia, in qua Canonicus vigore illius particularis ſtatuti tenetur eſſe actu Sacerdos tempore promotionis, adhuc ſufficit Coadiutorem habere clericatum, & legitimam ætatem ad ordinem requiſitam, itavt poſſit infra annum promoueri, ita Caputaq. deciſ. 127. num. 1. & 2. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gl. 5. §. 9. Garz. cit. loc. in addit. ſub dub. 2. quos refert, & ſequitur Barboſ. alleg. cap. 10. num. 78.

48 Nota octauò ad id, quod dictum eſt ſupra, Coadiutorem dici fictum Beneficiatum, quod ad effectum gaudendi priuilegio fori, iudicatur tanqnam verus Beneficiatus, & ex ſolo titulo Coadiutoriæ, quis gaudet priuilegio fori, ad præſcriptum Sacr. Concil. Trid. ſeſſ. 23. cap. 6. de refor. docet Illuſtriſ. & Reuerendiſſ. D. D. Paulus Squill. meritiſſ.

ritiss. Episcopus Theanen. vir inculpatæ vitæ, ac omni laude dignissimus, & inter nostræ tempestatis Canonistas non secundus *in suo tract. de priuileg. Cler. cap. 7. num.* 21. Barbos. *de potest. Episc. part. 2. alleg.* 12. *num.* 4. *&* 9. Garz. *de benef. part. 4. cap. 5. num. 97. & seqq.*

49 Nota nonò, quod Coadiutor licèt à principio viuente Coadiuto possessionem apprehendat, quia tunc non dicitur apprehendere possessionem beneficij, & Cannnicatus, sed solum Coadiutoriæ; ideò cummuniter aduertunt DD. quod postquàm factus est casus futuræ successionis, vt quia mortuus est Coadiutus, Coadiutor debet apprehendere nouam possessionem, quia cum prius careret titulo, non potuit sibi possidere, voluit Rot. & pluries Sacta Congregatio Rit. vt testantur Lotter. *de re benefic. lib. 2. quæst. 25. num.* 32. & Barbos. *de Canon. & Dignit. cap. 29. num. 18. & seqq. & de iure Eccles. lib. 3. cap. 10. num. 61. & seqq.*

50 Nota decimò, Coadiutum, & Cuadiutorem, non posse simul eodem tempore interesse vti Canonicos in Choro, siue Capitulo, quia licèt sint duo; vnum tamen Canonicum repræsentant, licèt possint vnus, vt ptinatus, & alter, vt Canonicus adesse Ecclesiæ, ita Garz. *de benef. 4. part. cap. 5. num. 107. & seqq.* Verùm Sebast. Cæsar. *de Eccles. Hierarchia disp.* 14. §. 9. *num.* 13. quem refert, & sequitur Barbos. *de iur. Eccles. cit. lib. 3. cap. 10. num. 96.* tenet, nun esse inconueniens, quod simul possint interesse Coadiutus, & Cuadiutor in habitu canonicali in processionibus, & Missarum solemnijs, Cuadiutus in loco suæ antianitatis, & Coadiutor in nouissimo loco; & ad fundamentum opinionis Garz. nempe prædictos, vnum Canonicatum repręsentare, respondetur id concludere, ne duplicem vocem, aut distributionem habeant, non quoad interessentiam, quæ diuersis respectibus vtrique conuenit.

51 Nota vndecimò, quod si Coadiutus mortuus sit tempore datæ, gratia Coadiutoriæ est ipso iure nulla, & ita Coadiutor non admittitur ad futuram sncessionem beneficij, ita probat Garz. *de benef. part. 4. cap. 5. num.* 132. & hanc esse verissimam opinionem eamque sequutam esse Rotam *in Seguntina Canonicatus 26. Nouembris 1616. coram Manzanedo*, testatur Lotter. *de re benef. lib. 2. q. 25. num. 47.*

52 Nec obstat clausula apponi solita in litteris gratiæ Coadiutoriæ, videlicet *etiam, si nunc actu vacet*; nam dicta clausula refertur ad omnes alios modos vacandi, præter quam ad hanc per obitum, ne videatur contradicere expressioni, quod Coadiutor viuat, & supplicet, Achill. *decis. 1. de Presb.*

53 Nec etiam est faciendum fundamentum ad consensum præstitum per Procuratorem, quia illum suffragare solùm, quandu tempore datæ, principalis erat viuus, prout ex alijs, etiam probat Lotter. *cit. loc. num. 49. & seqq.*

54 Nota duodecimò, quod post mortem Coadiuti, Coadiutor succedit, & immittendus est in possessionem beneficij, & Canonicatus cum suo integro statu; ita vt si Canonicatus sit, & Coadiutus decesserat in mense Ordinarij, in Ecclesia, in qua est consuetudo optandi, adhuc Coadiutor non amittit Præbendam, nec potest antiquior Cannnicus optare Præbendam Canonicatus, habentis Coadiutorem, & hoc ratione appositionis manus Papæ, ita voluit Rot. *in vna Corduben. Coadiutoriæ, 27. Nouembris 1619. coram Archiepiscopo Seleucien. per text. in cap. fin. cum ibi not. de consuetud. in 6.* Rot. *decis. 6. eodem titul. in nou. cum alijs cumulatis, in vna Capuana Portionis 22. Maij 1609. cor. Card. Lancellotto*. Et hoc præcipuè virtute clausulæ derogatoriæ statutorum, in similibus apponi consuetæ Rot. *decis. 5. de consuetud. in nou. & decis. 2. eod. titul. in antiq.* Crescent. *decis. 9. de concess. Preb.* Gonz. *ad regul. 8. Cancell. gl. 5. §. 8. num. 9.* prædicta intellige de Præbenda, & alijs iuribus vnitis, secus in membris separatis à Canonicatu, in quibus cadit optio, Caualer. *decis.* 116.

55 Aduertendum tamen est, quod prædicta manus appositio Papæ non operatur, vt decedente Coadiutore, & deinde Coadiuto in mense Ordinarij, Ordinarius non possit conferre beneficium, vel Canonicatum, quia per Coadiutoriæ dationem, beneficium non remanet affectum taliter, quominus Ordinarius illud prouideat, Put. *decis. 225. num. 18. lib. 3.* Gonzal. *loc. cit. gl. 52. num. 44. vers. hinc oppositio*, Garz. *de benefic. part. 1. cap. 1. §. 2. num. 174.*

Nota decimutertiò, Coadiutorem cum futura successione, non posse Coadiutoriæ renunciare, & cedere, inuito Coadiuto, propria authoritate, vel cum eunsensu Ordinarij; sed requiritur assensus Papæ, quando non consentit Coadiutus, qui si assentit cessioni, sufficit licentia Ordinarij, ita probat Garz. *de benefic. 4. part. cap. 5. num.* 126. 56

Nota decimoquartò, quod Coadintor cum futura successione, non tenetur publicationem facere, iuxta formam Constitutionis Gregorianæ *de publicandis resignationibus, & iurium cessionibus*, vt obseruat Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. gl. 5. §. 9. num.* 72. Nec tenetur fidei professionem facere, nisi postquàm factus est casus futuræ successionis, ita Garz. *de benef. part. 3. cap. 3. num.* 16. Barbos. *de off. & potest. Episc. part. 3. alleg. 61. num.* 13. Squill. *de priuil. Cler. cap. 4. num.* 79. 57

Nota decimoquintò, quod Coadintoria cum futura successione, hodie non conceditur, nisi cum consensu Coadiuti, ita Gonz. *ad regul. de mensib. gl. 5. §. 9. num.* 52. quem sequitur Nouar. *singul. conclus. titul. de Coadiutoria concl. 3. aliàs 38. num. 3.* 58

Nota decimosextò, quod Coadiutor tenetur facere mentionem de beneficijs, quæ habet solùm ratione futuræ successionis; aliàs gratia in totum vitiatur, ita tenet Garz. *part. 4. cap. 5. in addit. dub.* 38. & eum sequitur Barbos. *de iure Eccles. lib. 3. cap. 10. num. 92. & de Canon. & Dignit. cap. 29. num. 51.* 59

Nota decimoseptimò, quod Coadiutor non tenetur exire de Capitulo, in quu tractatur de negotio, in quo concurrit interesse Coadiuti, quia licèt illius persona m repręsentet, inseruit tamen nomine proprio, tenet Barbos. *de iur. Eccles. cit. loc. num. 95. & de Canonic. & Dignitat. cit. cap. 29. num.* 54. quod intellige verum, quando interesse Coadiuti, non tangit consecutiuè Coadiutorem, quia tunc deberet exire, ex quo tractatur de interesse proprio. 6u

---

OBSERVATIONES

D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *COadiutor viuente Coadiuto, an dicatur verus Canonicus?*

2 *Coadiutoria concessa ex causa infirmitatis hac cessante, an valeat per alternatiuam concipi solitam, seu* certis de causis?

3 *Declarantur* decisiones Rotæ *in contrarium etiam comprobanda causa sufficiens?*

4 *Coadiutoria concessa ob ingrauascentem ætatem verificatur in annis sexaginta.*

5 *Ex deputatione Coadiutoris inducitur affectio ob appositionem manus Papæ.*

6 *Ad validitatem Coadiutoriæ est necessarius consensus Coadiuti.*

7 *Canonicus coadiutus habens Coadiutorem cum futura successione, an possit optare præbendam pinguiorem?*

8 *Coadiutoria an æquipollent beneficio ad effectum gaudendi foro Ecclesiastico?*

9 *Praxis quædam refertur in materia Coadiutoriæ.*

10 *Concessio, vel denegatio Coadiutoriæ qualiter dependeat à potestate Pontificis.*

11 *Papa an possit inuitum cogere ad habendum Coadiutorem.*

12 *An possit Papa cogere Episcopum ad dimittendum Episcopatum.*

COadiutor viuente Coadiuto non dicitur verus Canonicus, qualis dicitur post sequntam Coadiuti mortem, ex quu tempore ius Canoniæ assequitur, vt apud

apud Martin. Andr. *deciſ.* 102. Rot. *deciſ.* 259. *part.* 9. *recent. num.* 11.

2 Coadiutoria conceſſa ex ſola cauſa infirmitatis differt ab ea quæ fuerat conceſſa per alternatiuam concipi ſolitam cum illis verbis, *ſeu certis de cauſis animum mouentibus.*

In ſecundo caſu etiam ceſſante infirmitate, non per hoc gratia corruat, cum neque Papa, neque Coadiutus ad infirmitatem ſe arctauerint, ſed ſufficit altera, quæ etiam cum iurata atteſtatione iuſtificari poteſt, ad notata per gloſ. *in* §. *namque ſi cui verb. dicit, verſ. reliqua conſiſtunt Inſtit. de act.* Surd. *conſ.* 94. *num.* 30.

3 Nec aduerſantur tradita per Rotam coram Penia *deciſ.* 63. *num.* 1. *lib.* 2. quam refert Riec. *in collect. deciſ. part.* 2. *collect.* 2218. Vbi quod obtenta Coadiutoria ſub expreſſione certæ cauſæ, ſi aliæ addantur ſub clauſula generali, *ſeu certis de alijs cauſis*, teneatur impetrans verificare cauſam, ex qua Pontifex moueri potuerit ad conceſſionem, cum gratia Coadiutoriæ ſine iuſta cauſa concedi non ſoleat, *cap.* 1. *de Cleric. ægrot. in* 6.

Procedunt enim vbi deficeret iuſtificatio cauſæ ſpecialiter expreſsæ, quo caſu vt gratia ſuſtineatur ex alijs cauſis probari debet, alia cauſa ſufficiens, Rota *deciſ.* 48. *p.* 11. *recent. num.* 10.

Nec minus aduertantur deducta per Caputaquen. *deciſ.* 240. *num.* 1. *part.* 1. & *deciſ.* 91. *part.* 1. *num.* 1. vbi quod probari debeat infirmitas talis; quæ ſuaptè natura præſtitura ſit perpetuum impedimentum, ſine ſpe futuræ proſperitatis, vt Gonzal. *ad regul. Cancell. gloſ.* 5. §. 9. *num.* 89. & Rota *in deciſ.* 257. *part.* 7. *recent.* Hæc enim rigoroſa probatio requiritur, vbi Orator expreſſit cauſam infirmitatis, & ad eum ſe arctauit, Rota *d. deciſ.* 48. *n.* 16.

4 Coadiutoria conceſſa ob ingraueſcentem ætatem verificatur in annis ſexaginta expreſſis, Gonzal. *vbi ſupra num.* 84. Barboſ. *in cap. paſtoralis num.* 6. *de Cleric. ægrot.* Rota *deciſ.* 281. *p.* 11. *recent. num.* 4.

5 Ex deputatione Coadiutoris inducitur affectio propter appoſitionem manus Papæ, & ex ea impeditur Ordinario facultas conferendi, *cap.* 1. & 2. *de confirm. vtil. vel inutil.*

Duo videtur facere Papa in conceſſione Coadiutoriæ primò proſpicere Eccleſiæ occurrendo illius neceſſitati propter infirmitatem Coadiuti, & futuræ vacationi. Secundò prouidere Coadiutori de beneficio præueniendo tempus vacationis. Vt poſterior gratia locum habere poſſit, tenetur Coadiutus iuſtificare omnia narrata. An verò poſſit iuſtificari ſecunda non verificata prima, & ex quibus clauſulis, videndi Puteus *deciſ.* 28. *lib.* 2. Gonzal. *vbi ſupra num.* 53. Rota *deciſ.* 313. *num.* 27. & 28. *part.* 7. *recent.*

6 Ad validitatem gratiæ Coadiutoriæ eſt neceſſarius conſenſus Coadiuti iuxta not. *in cap.* 1. *de Cleric. ægrot. lib.* 6. pluties Rota *vt in deciſ.* 313. *num.* 27. *part.* 7. *recent.*

7 Canonicus coadiutus habens Coadiutorem cum futura ſucceſſione, an poſſit optare præbendam pinguiorem. Diſtinguunt plerique, aut Coadiutoria conceſſa eſt cum futura ſucceſſione quoad Canonicatum, & præbendam annexam, & tunc Coadiuto negetur optio. Aut conceſſio fiat cum futura ſucceſſione quoad præbendam optatam, & tunc ſecus, ita Gonzal. *reg.* 8. *gloſ.* 34. *num.* 97. Caſtropal. *oper. moral. tom.* 2. *tract.* 13. *diſp.* 13. *punct.* 10. *num.* 28.

Contrarium indiſtinctè decidit Rota penes Bich. *deciſ.* 632. ad fauorem Coadiutoris reiecta diſtinctione allata.

8 Coadiutoria an æquipolleat beneficio, vt clericus in minoribus ſine requiſitis gaudeat priuilegio fori? Pro affirmatiua Venttigl. *num.* 8. & Card. de Luca *in annot. ad S.C. Trid. diſcurſ.* 24. *num.* 15.

9 Quoad Coadiutorias in Italia, & Hiſpania alijſque partibus, in quibus viget Concilij obſeruantia in Eccleſijs Cathedralibus, & Metropolitanis nimium rarus eſt, penèque nullus earum vſus. Benè tamen in Eccleſijs, ac beneficijs inferioribus, puta in Parochialibus, vel in dignitatibus, & Canonicatibus Cathedralium, vel Collegiatarum, quando iuſta cauſa infirmitatis, vel grauis ætatis accedat. In Germania verò alijſque partibus Galliæ, & vltra montes, in quibus Concilij obſeruantia adeo non viget, in hac tamen parte vſus aliter ſuadebat. Solet Sedes Apoſtolica facilius concedere etiam in Eccleſijs Cathedralibus, Metropolitanis, ſeu Monaſterialibus iſtam Coadiutoriam cum futura ſucceſſione in Prælatura ex iuſta cauſa examinari ſolita in Sacra Congregatione Conſiſtoriali, ad cuius conſultationem Papa gratiam concedere vel denegare ſolet.

Et propterea in illis partibus, in quibus Eccleſiæ ſunt ad electionem Capituli, quamuis pro Coadiutoria non intret ius electionis, cum totum pendeat à gratia, & voluntate Papæ, ex aliqua cauſa concedendi Coadiutorem non ſolum Prælato petente, ſed etiam quandoque inciſo. Attamen prudenter ad occurrendum aliquibus inconuenientibus id agere non ſolet, ſine Capituli conſenſu, qui præſtari ſolet per quandam formam, ſeu ſpeciem electionis, ſuper cuius forma benè, vel malè ſeruato in eadem Congregatione Conſiſtoriali peragi ſolent quæſtiones, vt de Luca *vbi ſup. num.* 16.

Conceſsio, vel denegatio Coadiutoriæ magis, & principaliter dependet à poteſtate Papæ, & conſenſu etiam 10
Coadiuti, qui etiam præſtitus re integra reuocari poteſt, vt de Luca *de benefic. diſcurſ.* 78. Venttigl. *num.* 78.

Nihilominus vbi iuſta cauſa accedat poſsit Papa, & 11
laudabiliter quandoque agat Prælato quamuis non conſentienti, imò inuito dare Coadiutorem iuxta doctrinam Io. Andr. *in cap. conſultationibus num.* 10. *de Cleric. ægrot.*

In beneficialibus enim Papa abſolutus eſt dominus, & 12
poteſt Prælaturas tollere, & ex iuſta cauſa cogere Epiſcopum, vt mittat Epiſcopatum, ex collectis per Barboſ. *de Epiſcop. alleg.* 113. *num.* 9. Quidquid diſsideat Fagnan. *in cap. conſultationibus num.* 24. *de Cleric. ægrotant.* Et ſi poteſt negligi conſenſus Prælati, etiam poteſt multò magis negligi ille ſubditorum, Card. de Luca *de regular. diſc.* 53. *num.* 17.

ANNOTATIO XIV.

De Vicario Generali.

ARGVMENTVM.

Notatur §. I. Quis dicatur Vicarius Generalis; an plures poſsint deputari, & quid ſi generaliter deputetur in vno oppido; an teneatur Epiſcopus illum habere, & quibus qualitatibus debeat eſſe præditus. Quomodo dicatur in dignitate conſtitutus, & Iudex ordinarius. Numerantur omnia, quæ non poteſt exercere ex generali commiſsione, & requiruntur ſpecialem commiſsionem, & quæ poſsit ſine ſpeciali commiſsione; quando dicatur habere ſpecialem commiſsionem, quæ an præſumatur, vel potius ſit probanda, & quomodo.

§. II. Vicarium Generalem præcedere omnes Canonicos, recipere candelam, & palmam, ac adorare crucem ante omnes, & quid in thurificatione, vel in functionibus Eccleſiaſticis in Eccleſia faciendis. Vicarius Canonicus, quando alijs præcedat, & abſens à Choro intuitu officij, an lucretur diſtributiones, & quo loco ſedere debeat. Quomodo præcedat Gubernatores, & alios ſimiles officiales. An poſſit benedictionem dare Diacono, vel Prædicatori, vel inſtare in circulo cum Epiſcopo faciendo. Quos præcedat in Synodo, & quid præſente Epiſcopo, & alia ad materiam.

SVM-

SVMMARIVM.

1 Vicarius Generalis, quæ non possit ex generali commissione exercere, & de potestate Vicarij ad text. cap. vlt. de Officio Vicarij in 6. & qui DD. materiam exagitet.

2 Vicarius Generalis, quis nam sit, & quod plures deputari possint ob Diœcesis amplitudinem.

3 Vicarius in particulari oppido constitutus, independens à generali, an, & ipse sit generalis.

4 Vicarium Generalem potest Episcopus non deputare, si per seipsum sit habilis iustitiam ministrare.

5 Vicarius Generalis quas debeat habere qualitates. Et quid si sit Regularis, num. 55.

6 Vicarius, & Episcopus idem censentur, ex quo colligitur decisio nonnullorum dubiorum, num. 56.

7 Vicarius Generalis censetur in dignitate constitutus, & quomodo dicatur Iudex ordinarius.

8 Vicarius Generalis, beneficia non confert sine speciali mandato, nec renunciationes admittere potest, et si conferendi potestas data esset, num. 9.

10 Vicarius habens speciale mandatum pro recipiendis resignationibus, adhuc conferre nequit, sine speciali mandato.

11 Vicarius Generalis, resignationes causa permutationis non potest admittere, sine speciali mandato.

12 Vicarius non potest sine speciali mandato uniones Beneficiorum facere, vel illa supprimere.

13 Vicarius non potest sine speciali mandato pensiones imponere, amouere aliquem à Beneficio, vel Oeconomum constituere.

14 Vicarius Generalis instituit præsentatos sine speciali mandato, non tamen resignationes recipit, aut præsentat, si ad Episcopum spectat, aut Iuspatronatus alicui reseruat, sine speciali mandato.

15 Vicarius Generalis vni ex æqualibus præsentatis potest gratificare, sine speciali mandato, nisi generale sit limitatum.

16 Vicarius Generalis potest Beneficia conferre, si habeat mandatum generale conferendi, vbi limita.

17 Vicarius Generalis ex clausula, quod possit id, quod Episcopus, an possit conferre.

18 Vicario Generali tantum potest per Episcopum concedi facultas conferendi Beneficia.

19 Vicario Generali loci Diœcesis potest committi facultas conferendi Beneficia eiusdem loci.

20 Vicarius, quod possit alium substituere ad conferendum.

21 Vicarius Generalis Parochis imperitis Coadiutorem dare potest, non aliqua alia facere.

22 Vicarius Generalis non habet ius visitandi sine speciali mandato.

23 Vicarius sine speciali mandato non cognoscit de crimine hæresis, quid absente Episcopo, neque pœnitentias publicas imponit, aut pœnitentes recipit.

24 Vicarius, an sine speciali mandato, de criminalibus cognoscere possit, & punire, vsque ad priuationem Beneficij.

25 Vicarius Generalis, an possit sine speciali mandato cognoscere de matrimonialibus.

26 Vicarius Generalis non potest denuntiationes impedire, potest tamen permittere sine speciali mandato illas postponi.

27 Vicarius Generalis, sine speciali mandato potest matrimonio interesse, & id alijs committere, an etiam, si non sit Clericus, & idem in dispensando.

28 Vicarius Generalis, an sine speciali mandato facultatem tribuat audiendi confessiones.

29 Vicarius sine speciali commissione, non dispensat super irregularitate, & alijs Episcopo concessis.

30 Vicarius sine speciali commissione, non potest absoluere à reseruatis Episcopo.

31 Vicarius sine speciali commissione, non potest concedere licentiam exercendi pontificalia.

32 Vicarius Generalis sine speciali commissione, non potest concedere dimissorias pro suscipiendis ordinibus, nisi Episcopo absente, quali absentia, & quid si Vicarius sit Episcopus.

33 Vicarius non potest sine speciali mandato transferre simplicia beneficia in matrices, vel restaurare Parochiales.

34 Vicarius non potest sine speciali mandato concedere licentiam ædificandi monasteria.

35 Vicario Generali, immo cuique Clerico, Episcopus potest dare facultatem concedendi Indulgentias.

36 Vicarius Generalis non potest sine speciali commissione, & cum causa ad breue, alium substituere Vicarium.

37 Vicarius non potest sine speciali mandato Synodum congregare, nec Synodales Constitutiones mutare, & præsente Episcopo, non necessario interuenit.

38 Vicarius non potest sine speciali commissione auctoritatem præstare pro alienatione bonorum Ecclesiæ, vbi non requiritur assensus Apostolicus; an prorogare possit terminum pro exequendis vltimis voluntatibus.

39 Vicarius Generalis Archiepiscopi non habet iurisdictionem in suffraganeos, sine speciali commissione, aut Archiepiscopo absente.

40 Vicarius Generalis, sine speciali commissione, septem alia facere non potest.

41 Vicarius Generalis, sine speciali delegatione non potest cognoscere de causa delegata Episcopo, et si generaliter delegasset competituras.

42 Vicarius sine speciali mandato, an monitoriales concedere possit.

43 Vicarius Generalis non potest explorare voluntatem puellæ profiteri volentis, neque cum speciali mandato, nisi Episcopo absente, nec licentiam concedere ingredi clausttrum.

44 Vicarius non potest sine speciali mandato imponere charitatiuum subsidium.

45 Vicarius sine speciali commissione non habet facultatem confirmandi statuta. Vbi alia, quæ non potest facere sine speciali mandato.

46 Vicarius Generalis, quando dicatur habere speciale mandatum. Et num. 47.

48 Vicario, an intelligantur omnia concessa, si vnum tantum reseruatum sit.

49 Vicarius, delegatus ne, an ordinarius censeatur, in requirentibus speciale mandatum.

50 Vicarium habere speciale mandatum, præsumendum, an probandum. Vbi quod Vicariatus, si negetur, probandus.

51 Vicarius probatur ex communi existimatione.

52 Vicariatus, si concedatur, & negetur potestas ordinaria, illa non est probanda.

53 Vicarij potestas in his, quæ requirunt speciale mandatum, quando probanda, quando non. Parochus non potest eligi in Vicarium, num. 54. Vicarij officium, quando finiat, num. 57.

ANNOTATIO XIV.

§. I.

Ad Text. in Cap. vltimo de offic. Vicar. in 6.

Hic Bonifacius VIII. decreuit, quod in generali concessione, non veniant illa, quæ concedens non 1
esset in specie verisimiliter concessurus, ac proinde, quod Vicarius Generalis Episcopi, non potest beneficia conferre, nisi specialiter beneficiorum collatio sit ei commissa, pro cuius intelligentia, notanda sunt illa, quæ ex generali commissione, non potest Vicarius Generalis Episcopi exercere, & signanter in materia beneficiali, & alia practicabiliora de potestate Vicarij, de hac re tractant DD. hic, & Sbroz. *in particulari, tractat. de off. Vicarij*, Lambert. *de iurepatronat. lib. 2. part. 3. in princip. quæst. 1. art. 5.* Flamin. Parif. *de resignat. lib. 7. quæst. 24.* Lancell. *instit. Canon. lib. 1. titul. de off. Vicar.* Zechus *de repub. Ecclesiast. cap. 23. de Vicario Episcopi*, Leo *Thes. for. Eccles. part.*

part. prima cap. 10. Garz. *de benefic. part.* 5. *cap.* 8. Sanch. *de matrim. lib.* 3. *disp.* 29. Rebuff. *in praxi benefic. titul. de Vicar. Episcopi, & rubr. forma Vicariatus Archiep. & alior. Collator.* Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *quæst.* 28. *nu.* 124. *& seqq. & eod. lib. quæst.* 16. *num.* 63. *& seqq.* Campanil. *diuers. iur. Canon. rub.* 11. *cap.* 23. *num.* 147. *& seqq.* Donat. Anton. de Marin. *quotid. resol. cap.* 121. *num.* 11. *&* 229. *num.* 7. Grat. *discept. for. cap.* 106. *&* 111. & alibi, Sell. *select. Canon. cap.* 36. Aldan. *compend. Canon. resol. cap.* 43. Barbos. *de iure Ecclef. lib.* 1. *cap.* 15. *& in summa Apostolicarum decis. verbo Vicarius*, & alij Canonistæ, & Summistæ omnes. Et quia hic text. loquitur de Vicario Generali, ideò pro eius euidentia.

2 Præmittendum est, quod Vicarius Generalis Episcopi ille dicitur, qui constitutus est cum generali potestate in loco, vbi Episcopus sedem habet, notat Sbroz. *de offic. Vicar. lib.* 1. *quæst.* 28. *num.* 7. *& quæst.* 69. *num.* 2. Campanil. *diuers. iur. Canon. rub.* 11. *cap.* 27. *vers. insuper*, Barbos. *de iure Ecclef. lib.* 1. *cap.* 15. *num.* 30. & Vicarius Generalis potest constitui vnus, & plures, vt si Diœcesis ampla sit, nec vnus sufficiat Vicarius, si duo constituti sunt vnus ab alio independens, dicuntur ambo Vicarij Generales, licèt vnus resideat in Diœcesi, alter in Ciuitate, vt exemplificant DD. in Vicarijs Toletanis in Hispania, ita Barbos. *cit. loc. num.* 31. & practicatur in hoc celebri Regno Neapolitano in Ecclesia Caputaquen. quam hodie regit miro modo cum lenitate, & iustitia Illustrissimus, ac Reuerendissimus D. D. Thomas Carafa Prælatorum præstantissimus, cuius meritis Sedes Petri sola sufficiens esset, ibi ob Diœcesis amplitudinem, deputantur duo Vicarij Generales. Multa de pluribus Vicarij vide apud Meroll. *Theol. moral.* 3. *part. disput.* 7. *cap.* 5. *dub.* 10. *&* 11.

3 Si verò vnus constitutus sit Vicarius Generalis in Ciuitate, & Diœcesi, & alter particularis in certo oppido, vel terra, cum omnimoda facultate, & independenter à primo Vicario, an hic secundus dicatur etiam Generalis, saltem respectu loci, in quo est constitutus, an verò dicatur Vicarius foraneus; & quod non dicatur Vicarius Generalis defendit mordicus Campanil. *diuers. iur. Canonic. rub.* 11. *cap.* 23. *num.* 150. & proinde à prædicto Vicario ad instar foranei datur appellatio ad ipsum Episcopum, quod secus diceretur, si esset Vicarius Generalis, nam tunc non ad Episcopum ipsum, sed ad Metropolitanum est appellandum, iuxta *cap. Romana de appellat. in* 6. & confirmatur, quia non dicitur Vicarius Generalis quando alius est deputatus Generalis, Caualer. *decis.* 418. *num.* 8. *vbi num.* 5. tenet quod Vicarius talis non dicitur, nisi Episcopus dicat *Creamus Vicarium Generalem in spiritualibus, & temporalibus, &c.*

4 Hunc verò Vicarium Generalem non tenetur ex necessitate Episcopus habere, cùm possit per se ipsum iustitiam ministrare, secundùm magis communem, & veriorem opinionem tenuit Rot. apud Put. *decis.* 43. *lib.* 2. Mohedan. *decis.* 4. *de off. Vicar. in vna Calaguritana fructuum* 18. *Martij* 1583. *coram Bubalo*, & apud Caualer. *dec.* 418. contra Sbroz. *lib.* 1. *quæst.* 46. Azor. *instit. moral. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 29. *quæst.* 3. *vers. quo loco*. Et hoc nisi aliàs necessitas suaderet; nam tunc teneretur constituere Vicarium, probat latè Meroll. *cit. loc. cap.* 6. *dub.* 9. *num.* 73. qui alios multos adducit.

5 Si tamen illum constituere intendit, debet eligere Doctorem, vel licentiatum saltem in iure Canonico, vel aliàs quantum fieri poterit idoneum, Clericum saltem primæ tonsuræ, non tamen laicum, nec Clericum coniugatum, vel bigamum, non solutum ab impedimento bigamiæ, nec Regularem sine consensu superioris, ita post alios Barbos. *de iure Ecclef. lib.* 1. *cap.* 15. *num.* 13. *& seqq.* alia ad hoc vide apud Meroll. *cit. cap.* 6. *dub.* 4. *per tot.*

6 Vicarius Generalis sic electus ab Episcopo, coruscat radijs ipsius Episcopi, & Vicarius, ac Episcopus, vnum, & idem sunt; *cap. licet hoc eodem titul. & lib.* Rot. *decis.* 2. *in addit. num.* 2. *eodem titul. in nou.* & repræsentat certum, & idem Tribunal, & Curiam, *cap.* 2. *de consuet. in* 6. *cit. cap. Romana*, Rot. *decis.* 9. *de off. Vicar. in antiq.* quod declarat Barbos. *de iure Ecclef. lib.* 1. *cap.* 15. *num.* 18.

7 Hic enim Vicarius Generalis Episcopi dicitur Prælatus, & in dignitate Ecclesiastica constitutus, Fusc. *de visit. lib.* 1. *cap.* 15. *num.* 32. Pauin. *tract. de offic. & potest. Cap. Sed. Vacant. part.* 2. *quæst.* 10. *num.* 16. *vers. an autem Vicarius*. Iudicatur iudex Ordinarius, cui solet vniuersitas causarum demandari, Barbos. *de iure Ecclef. cit. cap.* 15. *num.* 17. & quomodo dicatur Ordinarius dum Iurisdictionem videtur recipere ab Episcopo, vide Garz. *de benefic.* 5. *part. cap.* 8. *num.* 21. *& seqq.* & latiùs Meroll. *cit. loc. dub.* 13. *num.* 115. *& seqq.* & licet ordinariam habeat Iurisdictionem, *cap. sua de offic. Vicar. cap. licet eodem titul. in* 6. Abb. *in cap. fin. eodem titul. in* 6. Abb. *in cap. final. num.* 2. *de fid. instrument.* Leo *Thes. for. Ecclef. prima par. cap.* 10. *sub num.* 10. Nihilominus iurisdictionem suam in multis exercere non potest sine speciali mandato Episcopi, nec illa comprehenduntur sub generali commissione, &

Primò Vicarius Generalis Episcopi ex generali commissione, & sine speciali mandato ipsius Episcopi, non potest beneficia conferre; ita expressè deciditur in hoc *text. cap. fin. in fine*, rationes huius prohibitionis, adducit Garz. *de benefic. cit. cap.* 8. *num.* 81. notant communiter DD. etiam si generalissimam haberet commissionem, & cum clausula, vt possit omnia facere, quæ potest ipse Episcopus, Anton. de Bun. *consil.* 9. *col.* 2. 3. *&* 4. Pauin. *de potest. Cap. Sed. Vac.* 2. *part. quæst.* 10. Dec. *consil.* 128. *col.* 1. 8

Ampliatur primò supraposita sententia, vt non solùm Vicarius sine speciali mandato non possit conferre beneficia, sed nec etiam possit vigore prædicti generalis mandati admittere, & recipere renunciationes beneficiorum, probat Paris. *de resignat. benefic. lib.* 7. *quæst.* 14. *per totum*. Idque ampliatur etiam si Vicario fuisset data potestas conferendi omnia, & singula beneficia vacantia, adhuc non potest admittere resignationes illorum, sine speciali mandato, Rota *decis.* 1. *de renunc. in antiq.* Roffiniac. *tract. de benefic. cap.* 14. *in fin.* quos refert, & sequitur Paris. *cit. loc. num.* 15. 9

Et è contra, si Vicarius habeat speciale mandatum ad recipiendas resignationes beneficiorum, adhuc non potest conferre beneficia coram ipso resignata, sine speciali mandato ad conferendum, Rot. *decis.* 1. *de renunc. in antiq.* Rouian. *consil.* 330. Selua *de benef. part.* 3. *quæst.* 14. *num.* 9. *vers. contrarium*, Rebuff. *in prax. titul. forma Vicariat. num.* 105. probat post alios Paris. *cit. loc. num.* 50. *& seqq.* Meroll. *cit. loc. dub.* 22. *num.* 185. 10

Ampliatur secundò, vt Vicarius Generalis Episcopi nec possit resignationes admittere causa permutationis, nec ipsas permutationes expedire sine speciali mandato, ita Garz. *de benef. part.* 11. *cap.* 4. *num.* 74. qui alios citat, sequitur Barbos. *de iure Ecclef. lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 177. Nec in hoc casu sufficit, quod Vicarius habeat facultatem conferendi beneficia, vt dictum est num. præcedenti, & firmauit Rot. *in Barchinonen. beneficij* 3. *Iulij* 1628. *coram D. Duran.* Sed si Vicarius habet facultatem expediendi permutationes, absque alio mandato speciali ad conferendum, potest conferre beneficia, coram ipso permutata; & ratio est, quia hæc collatio necessariò debet fieri cum permutantibus, ita Gemin. *in hoc cap. fin. num.* 10. Bellam. *decis.* 94. *col.* 2. Paris. *de resignat. benef. cit. lib.* 7. *q.* 14. *num.* 62. 11

Ampliatur tertiò, vt Vicarius Generalis non possit sine speciali mandato Episcopi vniones beneficiorum facere, etiam si iustæ concurrant causæ, tenent Rebuff. *titul. de vnionib. benef. num.* 37. Sbroz. *de Vicar. Episcopi lib.* 2. *quæst.* 115. Garz. *de benef. part.* 12. *cap.* 2. *num.* 69. Barbos. *de iure Ecclef. lib.* 3. *cap.* 17. *num.* 56. qui alios citat, & sententiam ampliat procedere, etiam si data sit Vicario potestas conferendi beneficia cum generali clausula, contra aliquos per eum adductos, & contra Lotter. *de re benefic lib.* 1. *quæst.* 28. *num.* 128. notatum est supra ad *Clem. vnic. de reb. Ecclef. non alien. Annot.* 8. §. 1. *vers. alia est*. Nec potest Vicarius Generalis Episcopi Beneficia supprimere sine speciali mandato, Barbos. *de potest. Episcopi p.* 3. *alleg.* 54. *num.* 71. *vbi num.* 73. docet, quod nec possit sine mandato prædicto vniones factas reuocare, & Ecclesiam diuidere, Meroll. *Theol. moral.* 3. *p. cap.* 6. *dub.* 24. 12

Ampliatur quartò, vt nec possit Vicarius Generalis, sine speciali mandato pensiones imponere super beneficijs, super quibus potest Episcopus illas imponere, ita 13

Garz. *de benef.* 7. *part. cap.* 4. *num.* 50. In Pœnitentiario verò, quia gradus requiritur non simpliciter; sed habita consideratione ad scientiam, quæ cum illo concurrere, vt plurimum solet, cum Pœnitentiarius habeat onus administrandi Sacramentum Pœnitentiæ, in qua administratione non parua requiritur scientia, meritò non sufficit gradus sine illa; & ita respondisse Sacram Congregationem Sanctæ Memoriæ Cardinali Bellarmino Archiepiscopo Caduano, refert Barbos. *de Canon. & Dignit. cap.* 26. *num.* 9.

10 Prædictæ qualitates requiruntur in prouiso de Pœnitentiaria tempore collationis, quando possunt haberi in loco Canonicatus, vt habetur ex illis verbis Concil. Trid. ibi, *seu aliàs, qui aptior pro loci qualitate reperiatur*; vnde quando non reperitur in Ciuitate, vel Diœcesi habens tales qualitates, collatio potest fieri alteri illas non habenti, nec tenetur Episcopus, vel alius Collator, prouidendum requirere extra Diœcesim, ita docet Petr. Nauar. Salaz. Squill. & Barbos. *cit. loc. num.* 11.

11 Nota quartò, quod Pœnitentiarius habet facultatem, absque alia licentia, audiendi confessiones pœnitentium totius Ciuitatis, & Diœcesis, & per confessionem, & absolutionem ab illo obtenta, dicitur satisfactum præcepto, *cap. omnis vtriusque sexus*, de confitendo proprio Parocho semel in anno, docet post Garz. & Ricc. Barbos. *cit. loc. num.* 12. & 13.

12 Controuertunt DD. an Pœnitentiarius ex vi solius officij, absque alia speciali commissione, possit absoluere à casibus Episcopo reseruatis specialiter. Et quod possit, defendunt Piasec. *in prax. Episcop. part.* 2. *cap.* 1. *num.* 16. Mendoz. *in libell. de instit. Canonic. Pœnitent. Eccles. Tolet.* §. 5. Homobon. *de casib. reseruat. part.* 1. Boss. *in discep. moral. discep.* 1. *num.* 51. & *alij*. Contrariam sententiam, quod Pœnitentiarius, absque speciali commissione, non possit absoluere à casibus Episcopo specialiter reseruatis, tenent Nauar. *consil.* 20. *sub titul. de pœnit. & remiss. in nou.* Sayr. *decis.* 44. *eod. titul. cit.* Vgol. *de potest. Episcopi cap.* 33. *num.* 3. Henriq. *consil.* 62. *num.* 7. Garz. *de benef. part.* 5. *cap.* 4. *num.* 115. Ricc. *in prax.* 1. *part. resol.* 179. *num.* 3. Gauant. *in manual. verbo Pœnitentiarius n.* 22. Barbos. *de potest. Episcopi part.* 3. *alleg.* 55. *num.* 23. *de Canonic. & in summ. Apostolicarum decis. verbo Canonicus Pœnitentiarius num* 24. testans post Sell. *select. Canon. cap.* 16. *num.* 8. sic declarasse Sacr. Congregat. Concil. Rot. *in Neapolitana Pœnitentiaria* 5. *Iunij* 1637. *coram Merlino*.

13 Alia est controuersia in his terminis, an Pœnitentiarius huiusmodi, possit casus sibi ab Episcopo commissos alteri subdelegare, antequam habuerit expressam facultatem ab ipso Episcopo subdelegandi; quo casu magis vera, & communis sententia est negatiua; nam cum videatur ipsius Pœnitentiarij industria electa, meritò suam auctoritatem non potest alteri demandare, & non solum non potest subdelegare casus reseruatos sibi ab Episcopo commissos, sed nec etiam potest suam generalem facultatem alteri demandare, & committere, ita tenent Garz. *de benef. part.* 5. *cap.* 4. *num.* 112. *in fin.* P. Valer. *different. vtriusq; for. verbo iurisdictio* 2. *num.* 3. Ricc. *in prax.* 2. *part. resol.* 179. *num.* 2. & 1. *part. resol.* 429. *per tot.* Barbos. *de Canon. & Dignit. cit. cap.* 26. *num.* 17. & 18. & hæc videtur verior, & totior sententia, licèt maximè inter modernos admittatur, posse Pœnitentiarium Canonicum in casu particulari committere facultatem absoluendi à reseruatis Episcopo; ea ratione, quia DD. omnes admittunt, posse Delegatum ad vniuersitatem causarum ab Ordinario, subdelegare particularem causam, licèt non possit vniuersaleiu iurisdictionem, ita Boss. *in discept. moral. discept.* 1. *num.* 57.

14 Canonicus Pœnitentiarius tenetur ex officio audire confessiones, immò recusans, potest ad id compelli vsque ad priuationem, ac puniri arbitrio Episcopi, docet Garz. *cit. loc. num.* 119. Ricc. *cit. loc. resol.* 487. *prima part. nu.* 6. qui testatur sic declarasse Sacram Congregationem. Immò non sufficit, si se exhibeat paratum petentibus; nam horis opportunis tenetur, etiam non vocatus se exponere paratum ad audiendas confessiones, in sua propria sede, vt aduertunt Garz. & Ricc. *cit. loc.* quos refert, & sequitur Barbos. *de Canon. & Dignit. cit. cap.* 26. *nu.* 14. & *seqq.*

Nota quintò, quod ex Concil. Trident. *cit. cap.* 8. *in fin.* 15
Pœnitentiarius dum in Ecclesia sua confessiones audit, habetur pro præsente in Choro; ex quibus collige ipsum lucrari omnes fructus, & distributiones quotidianas, quas lucrantur omnes alij verè Choro inseruientes. Quod ampliatur, vt dum audit confessiones in Ecclesia, lucretur etiam distributiones, quas lucrantur Canonici alij interessentes processionibus, & supplicationibus, quæ fiunt extra Ecclesiam, ac quas lucrantur interessentes exequijs defunctorum; voluerunt Garz. *de benef.* 5. *part. cap.* 4. *num.* 125. & alij, qui testantur sic declarasse Sacram Congregationem *in vna Gienen.* 4. *Septembris* 1591. & *in addit. ad* 5. *partem cap.* 4. *num.* 125. Bonac. *tom.* 1. *titul. de his, quæ ad Diu. off. in Chor. publ. recit. fac. disp.* 11. *quæst.* 5. *punct.* 3. §. 5. *num.* 3. Barbos. *de Canon. & Dignit. cit. cap.* 26. *num.* 21. contra Monetam *de distrib. quotid. p.* 2. *q.* 11. *num.* 65.

Limitatur tamen supradicta opinio, quando Canonicus Pœnitentiarius confessiones audit extra Ecclesiam suam, vel domi; tunc enim non lucratur distributiones, quas alij illas lucratur, si tantùm assistit in loco confessionum, ibique confabuletur, vel priuatim recitet Diuinum Officium, confessiones non audiens, ita etiam testatur declarasse Sacram Congreg. Garz. *cit. loc. num.* 124. quem sequuti sunt Bonac. *num.* 1. & Barbos. *num.* 22. *cit. loc.* Idque de confabulando, intelligendum esse morali, & vrbano modo declarat idem Bonac. nam non debet amittere distributiones Pœnitentiarius, si post auditas confessiones, causa consilij, vel aliter de pertinentibus ad conscientiam pœnitentium parum confabuletur. An alij Canonici audientes confessiones debeant lucrari distributiones, vide Bonac. *cit. loc. num.* 4. 16

Canonicus Pœnitentiarius omninò tenetur residere, & inseruire temporibus, quibus Pœnitentes accedunt ad confessiones, puta Quadragesimæ, Aduentus, Quatuor Temporum, Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes, Corporis Christi, Assumptionis B. M. V. Natiuitatis Domini, & Omnium Sanctorum, licèt aliàs extra dictum tempus, non possit cogi ad maiorem illam residentiam, ad quam alij Canonici tenentur, testantur decisum per Sacram Congregationem Garz. *cit. loc. num.* 122. & Barbos. *summ. Apostolicarum decis. verbo Pœnitentiarius Canonicus num.* 10. 17

OBSERVATIONES
D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Canonicus Pœnitentiarius an possit ex vi officij absoluere à casibus reseruatis?*
2 *Pœnitentiarius eo ipso quod est electus, an possit audire Confessiones?*
3 *Pœnitentiarius assistendo confessionibus, an habeatur pro interesse in Choro ad effectum lucrandi quotidianas distributiones? Et quid de Anniuersarijs.*

AN Canonicus Pœnitentiarius electus iuxta formam Sac. Conc. Tridentini *sess.* 24. *de reform. cap.* 8. ex vi solius officij possit absoluere à casibus reseruatis? Negat Nauar. *cons.* 20. *de pœnit.* & ita declarasse Sacram Congregationem testatur Garz. *de benefic. part.* 5. *cap.* 4. *num.* 115. Vulp. *in prax. iudic. cap.* 35. *num.* 15. Habet tamen hanc facultatem ex Episcoporum consuetudine, vel eorum tacito consensu, itavt non solum à casibus reseruatis, sed etiam à censuris Episcopo reseruatis absoluere possit, Sbroz. *de offic. Vicar. lib.* 2. *quæst.* 19. *num.* 8. Barbos. *de Episc. alleg.* 52. *num.* 17. 1

Pœnitentiarius eo ipso quod electus est habet facultatem audiendi confessiones illius diœcesis iure, & Sacr. Conc. Tridentino, vt Barbos. *vbi sup. nu.* 15. Antonell. *de regim. Eccles. lib.* 8. *cap.* 1. *n.* 21. 2

Cano-

3 Canonicus Pœnitentiarius assistendo Confessionario in audiendis confessionibus habetur pro vero interessente in choro alijsque diuinis ad effectum participandi de distributionibus quotidianis, iuxta plures declarationes relatas per Monet. *de distrib. part. 2. quæst. 11. num. 6.* Barbos. ad Conc. Trid. *sess. 24. cap. 8. num. 28.*

An autem participet de Anniuersarijs, laudemijs, quindennijs, & distributionibus, quæ ob absentiam aliquorum accrescunt verè interessentibus, & de alijs extraordinarijs distributionibus? pro negatiua Card. de Luca *de Canonic. discurs. 14. num. 12.*

ANNOTATIO XIII.

De Coadiutore.

ARGVMENTVM.

Notatur quotuplex sit Coadiutor; à quo, & quibus in casibus sit dandus; quis dicatur senio confectus in hac materia, vel infirmus, & an sufficiat omnis corporis debilitas ad obtinendum Coadiutorem. Quando detur per Episcopum illiterato, vel ei, qui non sufficit satisfacere oneri curæ. Perpetuus Coadiuror datur solum à Papa, & illi assignatur portio fructuum; quid si fructus sint tenues, vel aliter sit inter partes conuentum. Coadiutor cum futura successione, quas habet facultates, & prærogatiuas; an vocem in Capitulo, vel priuilegium absentiæ; quam sedem habeat, præcipuè si Dignitati datus sit. Coadiutor Canonicus, an possit eligi Iudex Synodalis, vel Apostolicus, vel ad titulum Coadiutoriæ promoueri. Quomodo teneatur Coadiutor ad residentiam, & ad inseruiendum, quid si absuerit à Choro iusta causa, an Coadiutus lucretur distributiones. Debet esse insignitus ordine, & qualitatibus ad Canonicatum requisitis. Quomodo habeat apprehendere possessionem Coadiutoriæ, & Canonicatus post mortem coadiuti, per Coadiutoriam non dici beneficium affectum, quando, & quomodo possit renunciari, nec enim concedi cum futura successione, sine consensu Coadiuti; an teneatur publicare, & alia ad materiam.

SVMMARIVM.

1 *Coadiutoriæ materia ad Text. Cap. vlt. de Cleric. ægrot. & qui DD. materiam exagitent.*
2 *Coadiutor alter temporaneus, alter perpetuus.*
3 *Coadiutor temporaneus à Papa Episcopis, & ab Episcopis Parochis datur.*
4 *Coadiutorem Parochis dat Episcopus, si euidens vtilitas, vel necessitas vrgeat.*
5 *Coadiutor potest dari Rectori senio confecto, & qui nam sit talis.*
6 *Coadiutoriæ gratiam si littera contineant, verificanda ætas coadiuti, & qualiter, secundùm diuersitatem concessionis.*
7 *Coadiutorem dat Episcopus Parocho infirmo, impotenti munus suum exercere.*
8 *Coadiutorem obtinere, non omnis corporis debilitas permittit.*
9 *Coadiutor aliquando pro spiritualibus, & temporalibus dandus, si pro vtroque Rector inhabilis sit, sicut & quando captus ab hostibus, num. 11. vel suspicio de dilapidatione, num. 12.*
10 *Coadiutoriæ gratia, quando impetratur, debet exprimi infirmitas, apta impedire exercitium.*
13 *Coadiutor ad tempus dandus illiterato per Episcopum, etiam vt delegatum Sedis Apostolicæ, qui illiteratus, num. 14.*
15 *Coadiutor penitus illiteratus non est iuuandus, cum prouisio sit nulla.*
16 *Coadiutor, an Rectori per Episcopum dandus, si ipse non sufficiat ad munus curæ.*
17 *Coadiutor perpetuus, non nisi per Papam dandus cum causa, & qua.*
18 *Coadiutori, siue dato à Papa, siue ab Episcopo, assignandum competens salarium arbitrio Episcopi in dato ab ipso, num. 19.*
20 *Coadiutori prius, an coadiuto assignandum salarium si fructus sint tenues.*
21 *Coadiutori dato à Papa assignandum salarium, iuxta conuentionem, cum coadiuto habitam.*
22 *Coadiutori dato à Papa nil dandum, neque de distributionibus, si nihil sit conuentum.*
23 *Coadiutor eam habet potestatem, quam dat forma deputationis.*
24 *Coadiutor, quando in temporalibus, quando in spiritualibus datus censeatur.*
25 *Coadiutoria cum futura successione habeat annexas, prærogatiuas, & præeminentias omnes coadiuti.*
26 *Coadiutor perpetuus habet in Capitulo vocem actiuam, & passiuam, non tamen exercebit munus, ad quod coadiutus est electus.*
27 *Coadiutor habet tempus recreationis, dummodo sua, & coadiuti absentia tres menses non excedat.*
28 *Coadiutor legitimè impeditus, etiam lucratur distributiones, si solitus sit inseruire.*
29 *Coadiutor dignitatis, in propria Sede coadiuti sedere debet.*
30 *Coadiutor dignitatis, habentis æqualem in choro, cedit stallum alteri; tales sunt duo Primiceriatus Capuæ.*
32 *Coadiutor Canonici, sedere debet post omnes eiusdem ordinis, etiam prouisos post ipsum, num. 32.*
33 *Coadiutorem à seruitio nequit repellere Capitulum, immo illi inseruire debent Canonici, vt coadiuto.*
34 *Coadiutori, etiam extra Ecclesiam, debentur omnes præeminentiæ, quas coadiutus habet.*
35 *Coadiutor non potest eligi Iudex Synodalis, vel Apostolicus, cum coadiutoria non sit dignitas, immò coadiutor, neque est Beneficiatus, num. 36.*
37 *Coadiutoriæ titulus, an sufficiat pro suscipiendo sacro Ordine.*
38 *Coadiutor nil aliud, præter sibi assignatum lucrari potest, Præbendasque optat pro coadiuto.*
39 *Coadiutor tenetur ad residentiam, etsi ob infirmitatem coadiutus ad eam non teneretur, num. 40.*
41 *Coadiutor præter seruitium Chori, & Missarum solemnium, priuatas Missas coadiuti celebrare tenetur.*
42 *Coadiutore infirmo, quando coadiutus lucretur distributiones.*
43 *Coadiutor, quando non lucretur distributiones, neque pro coadiuto.*
44 *Coadiutor tenetur inseruire, etiamsi distributiones coadiuto non lucretur.*
45 *Coadiutor ratione solius coadiutoriæ, non tenetur recitare officium, nisi quando ad illud coadiutus obligatur.*
46 *Coadiutor easdem debet habere qualitates, quas pro obtinendo beneficio habere deberet.*
47 *Coadiutor Canonicus requirentis actuale Sacerdotium, sufficit, quod sit intra annum promouibilis.*
48 *Coadiutoriæ titulus sufficit ad habendum priuilegium fori.*
49 *Coadiutor perpetuus, licet à principio possessionem apprehenderet, mortuo coadiuto, eam denuo apprehendere debet.*
50 *Coadiutor, & coadiutus, an simul in Choro interesse possint.*
51 *Coadiutor non admittitur ad successionem, si tempore datæ coadiutus moriatur, clausula enim, etsi actu vacet ad mortem non refertur, num. 52. nec prodest consensus Procuratoris, num. 53.*
54 *Coadiutor post mortem coadiuti immittendus in possessionem beneficij cum integro statu, ita vt nec sit casus optioni præbendæ adiunctæ.*

55 *Coadiuto decedente post mortem Coadiutoris in mense Ordinarij, Ordinarius confert.*

56 *Coadiutor, coadiutoria renunciare potest, consentiente Ordinario, & coadiuto, aliàs adire debet Papam.*

57 *Coadiutor non tenetur ad publicationem iuxta Bullam Gregorij, nisi facto casu successionis.*

58 *Coadiutoria cum successione, hodie non conceditur, nisi cum consensu coadiuti.*

59 *Coadiutor debet mentionem facere de beneficijs, quæ obtinet aliàs gratia vitiatur in totum.*

60 *Coadiutor non tenetur exire de Capitulo, quando agitur de interesse coadiuti.*

ANNOTATIO XIII.

§. VNIC.

Ad Text. in Cap. vltimo de Cleric. ægrot. vel debil.

1 HIc Honorius Papa III. scribens Episcopo Auersano, mandat Coadiutorem esse dandum Archidiacono, qui ob paralysiæ morbum amiserat officium linguæ. Quorum occasione notanda sunt aliqua de Coadiutore, de qua materia habetur *in pluribus alijs Capit. eiusdem titul. & in Cap. vnico eodem titul. lib. 6.* & in Concil. Trid. *sess. 25. cap. 7. de reform.* tractaot Lambert. *de iurepatr. 1. par. 2. lib. quæst. 6. art. 20.* Rebuff. *de nominat. quæst. 8. num. 44. & seqq.* Gambar. *de off. legat. lib. 5. Rub. de Coadiutor.* Mandos. *eod. titul. de Coadiutorijs*, Campegius *tract. de Coadiutor.* Fusc. *de visit. lib. 2. cap. 27. num. 5. & seqq.* Flam. Paris. *de resignat. benefic. lib. 7. quæst. 20.* Gonz. *ad regul. 8. Cancell. gl. 5. §. 9. cum seqq.* Camill. Borrell. *in sum. omnium decis. titul. 9. de Cleric. ægrot. num. 10.* Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 3. cap. 2.* Monet. *de option. Canon. cap. 4. quæst. 8.* Garz. *de benefic. part. 4. cap. 5.* Mendez de Vasconcellos *diuers. iur. argument. lib. 4. cap. 1.* Quintanad. *Ecclesiast. lib. 2. num. 30. & seqq.* Ioan. Baptista Valenzuel. *consil. 98.* Sebast. Cæs. *in relect. de Ecclesiast. Hierarch. part. 3. disp. 14. §. 9.* Ludou. à Satauia *tract. de iurisdict. Adiunctorum q. 29.* Campanil. *diuers. iur. Canon. rub. 7. cap. 6. num. 102. cum seqq.* Grat. *discept. forens. cap. 805. num. 31. & seqq. & cap. 818. num. 17.* Lottet. *de re benef. lib. 2. quæst. 25.* Ricc. *collect. 489. part. 3. collect. 2218. part. 6. & collect. 2425. ead. part.* Nouar. *singul. conclus. titul. de Coadiutoria*, Barbos. *de potest. Episcopi part. 3. alleg. 63. in collect. ad cap. vnicum de Cleric. ægrot. in 6. collect. ad cap. 7. sess. 25. de refor.* Concil. Trid. *num. 5. & seqq. & de iure Ecclesi. lib. 3. cap. 10. de Canonic. & Dignit. cap. 29. & in summ. Apostolicarum decis. verbo Coadiutor*, Aldan. *compend. Canon. resolut. lib. 3. titul. 18.* Scip. de Rubeis *in aphorismis Episcop. verbo Coadiutor*, & alij, in quibus terminis hic notanda sunt aliqua breuiter, ad vsum frequentiora, pro quorum euidentia.

2 Præmittendum est, posse dici Coadiutorem duplici modo. Primò ergo modo dicitur Coadiutor temporaneus, & sine futura successione. Secundò modo dicitur Coadiutor perpetuus, irreuocabilis, & cum futura successione, ita distinguit Barbos. *de iure Eccles. lib. 3. cap. 10. nu. 1.* & distinctio est, secundùm communem praxim, relatam etiam post Garz. *cit. loc. num. 2.*

3 Coadiutor Temporalis reuocabilis, & sine futura successione, est qui solet dari ob fauorem, vel vtilitatem Ecclesiæ, cuius Rector, ex ægritudine, vel infirmitate animi, vel corporis, inutilis factus est ad illi inseruiendum; ita declarat idem Barbos. *cit. loc. num. 2.* & hic dari solet, vel per Papam Episcopis, vel per Episcopum Parochis; de eo, qui Episcopis datur, tanquam quid altioris gradus, altiori calamo remitto; De secundò verò, qui potest dari ab ipso Episcopo; non autem ab eius Vicario Generali sine speciali mandato, Ricc. *in prax. 4. part. resol. 551. n. 4. & seqq.*

4 Nota primò, Coadiutorem reuocabilem prædictum, non posse dari per Episcopum Rectori, nisi concurrat causa, quæ debet esse, vel vrgens necessitas, vel euidens vtilitas Ecclesiæ, ita habetur ex Concil. Trid. *cit. cap. 7. vers. quod si*, vbi licèt sermo sit de Coadiutoribus, dandis Prælatis; ob rationis conformitatem, id etiam procedere in Coadiutore dando Rectori Curato, testantur DD. communiter, qui in his terminis causæ Coadiutoriæ, indistinctæ loquuntur de Episcopo, ac Rectore, Garz. & Barbos. *cit. loc.*

Ex dictis collige primò, Episcopum posse dare Coadiutorem Rectori senio confecto, probatur *ex cap. vnico de* 5
Cler. ægrot. lib. 6. Aduertunt Tusch. *tom. 1. lit. C. conclus. 402. num. 1.* Paris. *de resignat. benef. cit. lib. 7. quæst. 20. n. 6.* Barbos. *cit. cap. 10. num. 7. qui alios cit.* & est communc. Qui nam dicatur senex in his terminis, non vniformiter loquuntur DD. Tenent multi constitutum in ætate septuaginta annorum, dici senem, & in ætate ingrauescentem, ac proinde illi posse dari Coadiutorem, ita Verall. *decis. 129. & seqq. lib. 1.* Borrell. *summ. decis. titul. 9. de Cler. ægrot. vel debil. & coadiutoria num. 1. tom. 1.* Aliqui talem dicunt, qui est in ætate septuaginta annorum, ita Caputaq. *decis. 129. num. 1. part. 1.* Alij tenent dici in ætate ingrauescente, in qua potest dari Coadiutor ille, qui cum annis quinquaginta quinque suæ ætatis, concurrentem habet infirmitatem, ita Borrell. *cit. loc. num. 2.* qui alios citat Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. gl. 5. §. 9. num. 86.* Tiraquel. *in l. connub. 15. num. 6. & seqq.* Cæteri verò, & melius; an quis dicatur senex, & ratione ingrauescentis ætatis possit illi dari Coadiutor, aiunt remitti arbitrio Episcopi, qui id iudicabit, consideratis singulis circumstantijs personæ, & complexionis Rectoris, ac qualitate, & magnitodine curæ, & onerum, & alijs considerandis, ita Fel. *in cap. quoniam frequenter, vt lit. non contest. num. 6.* Franch. *in cap. vnico n. 2. hoc eodem titul. de Cler. ægrot. lib. 6.* Menoch. *de arbitr. cap. 59.* Nauar. *in prax. elect. for. q. 19. sect. 1.*

Hic obseruandum est pro exequutione literarum Apo- 6
stolicarum, continentium gratiam Coadiutoriæ, quod illæ non possunt exequi, nisi verificatis expositis, & signanter ætate in illis expressa, quæ verificatio diuerso modo fieri potest. Primò si gratia Coadiutoriæ est concessa propter ingrauescentem ætatem, sufficit verificare ætatem sexaginta in Coadiuto; Si verò concessa est propter senilem ætatem, est necessariò probanda ætas septuaginta annorum in ipso Coadiuto; Si verò concessa est propter ingrauesceotem ætatem iunctis infirmitatibus, sufficit probare ætatem quinquaginta quinque annorum in Coadiuto, ita Caputaq. *decis. 129. & decis. 130. part. 1.* quem refert, & sequitur Campanil. *diuers. iur. Canon. rub. 7. cap. 6. num. 110. vbi num. 112.* ait, quod quando in impetratione talis gratiæ Coadiutoriæ, fuit narratum, Coadiutum esse in ætate annorum sexaginta, vel circa, verificandum fore talem in ætate sexaginta cum dimidio, ex Rotæ *resolutione decis. 297. num. 1. lib. 1. p. 3. diuers.*

Collige secundò, Episcopum posse dare Coadiutorem 7
Rectori curato, qui ægritudine, & morbo laborat, & exercere non potest ea, quæ muneri suo incumbunt, iuxta notata in *Cap. nisi de renunciat. & cap. ex parte hoc titul. de Cler. ægrot.* aduertunt DD. communiter; infirmitas quoque dicitur in his terminis debilitas corporis, quando talis est, quæ de per se aggrauat corpus, & impedit exercitium proprij muneris, dummodo sit sine spe futuræ prosperitatis, Fel. *in cap. quoniam frequenter num. 6. in fin. vt lit. non contest.* Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. gl. 5. §. 9. num. 88.* Caputaq. *decis. 240.* Paul. de Rub. *decis. 308. num. 23. tom. 2. diuers.* vbi tenet, quod ad validitatem Coadiutoriæ, dolores debent esse continui.

Nota tamen omnis infirmitas, seù corporis debilitas est 8
iusta causa ad obtinendum Coadiutorem, sed ea demum, quæ perpetuò impedit exercitium prædictum, vel pro maiori parte temporis, ita notat post alios Barbos. *de iur. Eccles. cit. cap. 10. sub num. 5.* exemplificant hanc infirmitatem, iustam causam Coadiotoriæ, in cæcitate, Paris. *de resignat. benef. cit. lib. 7. cap. 20. num. 7. ad fin.* In lepra, *Cap. de Doctoribus, & cap. tua nobis hoc titul. de Cleric. ægrot.* Paris. *cit. loc. num. 8.* Barbos. *qui alios citat de iure Eccles. cit. cap. 10. num. 9. vbi in fin.* dicit, etiam inuito leproso, dandum esse Coadiutorem. In Paralisia, vt in hoc *text. cap. vltimi*, Barbos. *cit. loc. n. 10.* In dementia, Paris. *cit. loc. n. 9.* Barbos. *vbi sup. n. 11. per text. in cap. vnico*, vbi DD. communiter *hoc tit. de Cler. ægrot. in 6.* quo casu debet dari Coadiutor in spiritualibus, & temporibus, Paris. *cit. loc. num. 25.*

In dan-

9 In dando Coadiutore, ob causam infirmitatis, vel similis, est aduertendum, quod si Rector ex tali causa factus est inhabilis ministerio, non solùm spiritualium, sed etiam rerum temporalium, & bonorum beneficij, dandus est illi Coadiutor, qui administret, & spiritualia, & temporalia; Si verò est inhabilis tantùm ad exercitium spiritualium, Coadiutor datur solùm ad spiritualia coadiuuanda, ita declarat Nouar. post alios per ipsum adductos *fingul. conclus. cit. de Coadiutoria conclus.* 2. *aliàs* 57. *num.* 2. *&* 3.

10 Hic obseruandum est, quod in gratia Coadiutoriæ à Papa impetranda, debet Coadiutus mentionem facere, & exprimere talem infirmitatem in specie, quæ sit apta impedire humanas actiones, cum non sufficiat quæcumque inhabilitas, aut praua habitudo asserentis indigere auxilio Coadiutoris, Paul. de Rubeis *decis.* 237. *tom.* 3. *diuers. &* *clarius decis.* 308. *num.* 17. *tom.* 2. *diuers. aliàs part.* 6. *recent.* Ipsaque infirmitas, & quod propter eam Coadiutus non possit amplius inseruire, est concludenter probanda, Rot. apud Paul. de Rub. *cit. decis.* 237. quem refert, & sequitur Barbos. *de iure Eccles. cit. cap.* 10. *num.* 6. & quod præter impedimentum perpetuum, licèt cum aliquo quietis interuallo, vt notatum est supra, cum Paulo de Rubeis *decis.* 308. cit. post Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell. gl.* 5. §. 9. *n.* 88. *&* 89.

11 Collige tertiò, Rectori ab hostibus capto, esse dandum Coadiutorem in spiritualibus, & temporalibus, *cap. si Episcopus de supplend. negl. Prel. in* 6. *Clem.* 1. *de for. compet.* Gonzal. *in regul. Cancel. gl.* 5. §. 9. *cit. num.* 28. Barbos. *de iure Eccles. lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 8.

12 Collige quartò, quod Rectori suspecto de dilapidatione bonorum Ecclesiæ, est dandus Coadiutor circa temporalia, notat Paris. *de resignat. benef. lib.* 7. *quæst.* 20. *num.* 10. Gonzal. *cit. loc. num.* 27.

13 Collige quintò, Rectori curato illiterato, & impedito, dandum esse per Episcopum, etiam tamquam Sedis Apostolicæ delegatum Coadiutorem ad tempus, secundùm dispositionem Concil. Trid. *sess.* 21. *cap.* 6. *de reform.* non obstante quauis appellatione, quæ in hoc casu intelligitur sublata per Concil. Trid. quoad effectum suspensiuum tantùm, Campanil. *diuers. iur. Canon. rub.* 5. *cap.* 5. Sbroz. *de off. vicar. lib.* 2. *q.* 212. & alij, quos adducit Barbos. *de iur. Eccles. cit. cap.* 10. *num.* 12. qui dicit id procedere, etiam in Parochijs exemptis.

14 Dicitur, in his terminis dandi Coadiutorem, illiteratus ille, qui ignorat, & est inhabilis ad explorandum ea, quæ incumbunt muneri, ac oneri beneficij, quod habet, & secundùm dignitatem, statum, & officium, ad quod assumitur, ita Ricc. *in prax. vltima part. resol.* 553. *num.* 2. *secundùm vltim. impress.* quem sequitur Barbos. *cit. loc. n.* 13. post Nouar. *fingul. conclus. titul. de Coadiutor. conclus.* 1. *aliàs* 56. *num.* 5. Quod quandò fit, remitti Iudicis arbitrio, dicit idem Ricc. *cit. loc. num.* 3.

15 Supradicta non possunt verificari in penitus illiterato, nam illi non est dandus Coadiutor, quia eius prouisio est omninò nulla, vt nototum est alibi, & tenet Campanil. *diuers. iur. Canon. rub.* 5. *cap.* 5. Ricc. *cit. loc. num.* 550. & alij communiter.

16 Adducunt DD. aliam causam, vt iustam, dandi Coadiutorem Rectori Curato, & est quando populus auctus est, ac factus numerosus, ita Cæsar. de Grass. *decis. vnica de Paroch.* quem sequitur Gonzal. *cit. loc. num.* 26. Sed propriè loquendo in hoc casu, Episcopus non potest dare Coadiutorem, sed si vnus Rector non sufficit Ecclesiasticis Sacramentis ministrandis, & cultui diuino peragendo, potest Episcopus Rectorem, vel alium, ad quem spectat, compellere ad munus curæ tot Sacerdotes adiungere, quot sufficiant ad Sacramenta exhibenda, & cultum diuinum celebrandum, ita disponitur per Concil. Trid. *sess.* 21. *cap.* 4. *de reform.* Nec in hoc casu numerosi, & aucti Populi, potest Episcopus diuidere, & nouas erigere Parochias, cum in eo satis consultum sit per Trid. modo prædicto, adhibendo alios ministros, Rot. *decis.* 484. *num.* 2. *part.* 1. *recent.*

17 Coadiutor perpetuus, & cum futura successione in quocunque beneficio, non potest dari, nisi per Papam, vt expresse deciditur in Concil. Trid. *sess.* 25. *cap.* 7. *vers. Coadiutorys de reform.* Nec per ipsum Papam dari, solet nisi concurrente iusta causa vrgentis necessitatis, vel euidentis vtilitatis Ecclesiæ, aduertit Nouar. *fingul. conclus. titul. de Coadiutoria conclus.* 3. *aliàs* 58. *per totum*, quæ causa exemplificatur in adductis supra *vers. ex dictis, & seqq.* Quomodo dicatur saluari votum captandæ mortis in tali Coadiutoria, vide Gonz. *in regul.* 8. *Cancell. gl.* 5. §. 9. *num.* 50. *& seq.* Grat. *discept. forens. cap.* 818. *num.* 37. & alij.

Nota secundò vtcumque sit Coadiutor; sine datus à 18
Papa cum futura successione, siue ab Episcopo ad tempus, debet illi præstari competens salarium, & portio, ex fructibus beneficij Coadiuti, pro eius sufficienti victu, habemus in *Cap. de Rectorib. in fin. cap. tua nos hoc titul. de Cler. ægrot. in cap. vnico eodem titul. lib.* 6. & in Concil. Trid. *sess.* 21. *cap.* 6. *de reform.* Quæ portio in Coadiutore dato per Episcopum, est assignanda per ipsum Episcopum, vt aduertunt communiter DD. Azor. *instit. moral. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 2. *quæst.* 9. *& lib.* 8. *cap.* 6. *quæst.* 1. Barbos. *de potest. Episc. alleg.* 63. *num.* 13. *& de iure Eccles. lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 26.

In assignanda hac portione, non potest certas quantitas 19
generaliter definiri; proinde meritò DD. illam relinquunt arbitrio ipsius Episcopi, qui illam magis, & minus valeat assignare, habita consideratione laboris, introituum beneficij, & aliorum pro loci opportunitate.

Dubitant hic Canonistæ, si fructus beneficij sint adeò 20
tenues, vt non sufficiant Coadiutori, & Coadiuto, quid agendum, dicunt alij, primò prouidendum esse Coadiutori, qui inseruit, ita Azor. *cit. quæst.* 9. & hanc opinionem credo omninò seruandam, quando Coadiutor datus est ob defectum Coadiuti, puta ob dilapidationem bonorum, insufficientiæ, & similia. Sed si Coadiutor datus est ob infirmitatem, vel aliam causam miserabilem, credo seruandam esse opinionem aliorum, qui tenent, primò prouidendum esse Coadiuto infirmo, & deinde in subsidium teneri Parochianos ad alimenta Coadiutoris, ita Ricc. *in prax.* 1. *part. resol.* 504. *num.* 11. *secundùm vltim. impress.* quem sequitur Barbos. *de iure Eccles. cit. loc. num.* 28.

In Coadiutorijs cum futura successione, quæ obtinen- 21
tur à Papa, stari solet circa congruam hanc portionem, conuentioni factæ inter ipsas partes, itavt si conuentum sit nihil deberi Coadiutori per Coadiutum; Coadiutor non possit aliquid exigere ratione portionis prædictæ, vel alio quouis titulo ratione Coadiutoriæ, etiam si in litteris gratiæ illius, non sit narratum Coadiutorem habere beneficium, vel alias vnde commodè sustentari possit, Gonz. *ad regul.* 8. *Cancell. gl.* 5. §. 9. *num.* 95. Barbos. *de iure Eccles. cit. lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 58. qui limitando dictam sententiam dicit, quod si Coadiutor ob magnam paupertatem non valeat decenter Ecclesiæ seruire, excusatur à seruitio, nec Coadiutus potest illum compellere ad inseruiendum, nisi ei aliquid subministret, vt possit decenter inseruire, etiam si conuentum sit nihil dari.

Quod si nulla intercessit conuentio inter partes, nec in- 22
ter eos facta reperitur mentio alia de portione danda Coadiutori, tunc si Coadiutor habet aliunde, vnde se alat, ei aliquid non debetur, quia in dubio censetur dispositum, prout iuris, quo in casu disponitur, Coadiutorem consequi non posse ex fructibus beneficij, probat Nauar. *cons.* 2. *num.* 3. *de Cler. ægrot.* Rot. *decis.* 285. *lib.* 3. *part.* 3. *diuers.* Nec etiam aliquid de distributionibus quotidianis, si sumus inter Canonicos cum has omnes Coadiutor seruiendo lucretur in beneficium Coadiuti, prout ex voto Sacr. Congregat. Rituum, tenet Barbos. *cit. loc. num.* 57. Sed contrarium, nempe deberi portionem in dubio mihi videtur æquius, cum dignus sit operarius mercede sua, & faciunt dicta per Garz. *cit.* 4. *part. cap.* 5. *num.* 145.

Nota tertiò DD. illam tribuere potestatem Coadiuto- 23
ri, quam concedit forma, & tenor deputationis, quapropter ad illam cognoscendam, deputationem ipsam esse perquirendam communiter asserunt; ita ex originali opinione Præposit. *in Cap. quia sub nu.* 1. 7. *q.* 1. tenent Campanil. *diuers. iur. Canon. rub.* 7. *cap.* 6. *num.* 106. Barbos. *de iure Eccles. lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 23. *& seqq.* & alij, in quibus terminis vlterius obseruandum est, quod si datus est Coadiutor Rectori Curato; dicitur Coadiutor habere tantum exercitium curæ, ipsam verò curam principaliter remanere apud Coadiutum ad *Text. in cap. vnico*

§. *vnico hoc titul. de Cler. agrot. lib. 6.* Campag. *tract. de Coadiutor. vers. Coadiutor.*

24 Item, si Coadiutor datus est in casu periculi dilapidationis bonorum, salua potestate, quam recipit in litteris deputationis, in dubio, habet tantùm facultatem circa temporalia administranda, secus circa spiritualia; Si verò datus est Coadiutor infirmo, censetur datus Ecclesiæ in spiritualibus, & proinde circa illa non recipit potestatem; sed si datus est Coadiutor ob causam dementiæ, & furoris Coadiuti, & tunc recipit facultatem, & potestatem non solum circa spiritualia, sed etiam temporalia administranda, ita Flamin. *de resign. benef. lib. 7. quæst. 20. num. 25. & seqq.* Barbos. *de potest. Episcopi part. 3. alleg. 63. num. 13. & de iure Eccl. cit. loc. num. 24.*

25 In Coadiutoria cum futura successione, quæ obtinetur à Sanctissimo in Canonicatibus, solent in litteris Apostolicis concedi Coadiutori omnes, & singulæ prærogatiuæ, præeminentiæ, & honores in Choro, Altari, & Capitulo, ac processionibus; nec non in actis capitularibus, tam intra, quàm extra Ecclesiam, quas, & quos ipse Coadiutus ratione Canonicatus, & Præbendæ habet, & si præsens esset haberet.

26 Hinc Coadiutor prædictus habet in Capitulo vocem non solùm actiuam, sed etiam passiuam, non solum in rebus ordinarijs, sed etiam in officijs sede vacante, & prouisionibus Canonicatuum, ita fuisse decisum in vna *Salaman. Coadiutoria 1. Iulij 1594. coram D. Penna*, testatur Garz. *de benef. 4. part. cap. 5. num. 87.* Verùm si fuit electus ad aliquod officium Coadiutus, non potest Coadiutor illud exercere, quia in his, quæ speciali nominatione competunt Coadiuto, non venit Coadiutor; nec eum repræsentat, ita Garz. *in addit. ad d. cap. 5. num.* 88. Barbos. *de Canon. & Dignit. cap. 29. num. 40.*

27 Item Coadiutor gaudet omnibus vacantijs, ac mensibus datis recreationis causa, sicut ipse Canonicus Coadiutus, ac alij gaudent; hac tamen aduertentia, quod tres menses prædicti absentiæ, quos Concil. Trid. concedit Canonicis, intelliguntur concessi vnitim Coadiuto, & Coadiutori, aliàs haberent sex menses, & sic dies consumpti per Coadiutum, non possunt per Coadiutorem assumi, & sic è contra, docent Gonzal. *cit. gl. 5. §. 9. n. 13. & seqq.* Garz. *in prædict. cap. 5. num. 79.* quos sequitur Barbos. *de Canon. & Dignit. cap. 29. num. 44.* vbi adducit decisionem Rot. *in vna Salaman.* Secus tamen esset, si Coadiutus ratione particularis priuilegij lucraretur fructus in absentia, puta ratione studij, aut lecturæ, & similis, quia tunc Coadiutor non gauderet tali priuilegio, Garz. *cit. loc. num.* 138.

28 Similiter Coadiutor, legitimè impeditus, lucratur distributiones quotidianas, sicut lucratur suus principalis, & alij Canonici in tali casu; est indubitatum apud omnes, dummodo Coadiutor sit aliàs solitus actu inseruire; itavt impedimentum fuisset immediata causa non interessendi. Et hoc procedit etiam, si Coadiutus fuisset sanus, & habilis ad inseruiendum, tenet Garz. *cit. cap. 5. num. 80. & 81.* Barbos. *cit. cap. 29. num. 45. vbi in fine*, refert Sacr. Congregationis declarationem loquentem in casu, quo Coadiutor impeditur ex iusta, & rationabili corporis necessitate, aut euidenti Ecclesiæ vtilitate, vel ex infirmitate, vt in *Cap. vnico de Cler. non resid. in 6.* Sed hoc verùm est, quando ex forma litterarum Apostolicarum ounquam tenetur Coadiutus interesse Horis Canonicis, prout loquitur ipsa declaratio Sacræ Congregationis, & idem Barbos. *de iure Eccles. cit. lib. 3. cap. 10. num. 86.*

29 Quæro, an Coadiutor debeat sedere in Choro in propria Sede, in qua sedet Coadiutus; Et quæsito respondendum est cum distinctione; Si Coadiutor est datus Dignitati, & tunc debet sedere in propria Sede Coadiuti, & idem prorsus stallum habere, prout declarauit Sacra Rit. Congregatio *in Brundusin. 29. May 1621. & antea sub die 12. Octobris 1619.* vbi etiam declaratur spectare ad Coadiutorem Dignitatis omnes functiones, quæ spectant ad suum principalem, refert Barbos. *de iure Eccles. lib. 3. cap. 10. num. 68. & de Canon. & Dignit. cap. 29. num. 27.*

30 Quod si sint duæ Dignitates æquales, vt est in celebri Ecclesia Metropolitana Capuana, in qua sunt duo Primicerij, antiquior dicitur primus, & habet primum stallum; tunc Coadiutor primi Primicerij debet cedere primum stallum secundo Primicerio, ita declarasse Sacr. Congreg. Rit. *in vna Monopolitana die 17. Iulij 1632.* testatur Barbos. *cit. loc. de iure Eccles. num. 69. & de Canon. & Dignit. num. 27. post med.* & ita ego ipse seruaui, dum in eadem Ecclesia eram Coadiutor Dignissimi Primicerij D. Laurentij Menecillo, mei ex matre carissimi patrui, orti ex eadem familia, ex qua originem traxit Sanctus Stephanus Menecillo, Episcopus Caiacen. vt demonstrant authenticæ scripturæ, & testatur D. Michael Monacus, Canonicus Capuanus, eiusdem patriæ ornamentum *in suo Sanctuar. Capuan.* Nam, non obstante, quod eram Coadiutor primi Primicerij, cessi locum, & primum stallum Alexandro d'Isa secundo meritissimo Primicerio fratri Francisci d'Isa Poetæ Comici famosi Capuani. Non tamen Coadiutor cessi prædicto secundo Primicerio primam Hebdomodam, assignatam pro seruitio primo Primicerio; nisi post mortem mei dilectissimi Coadiuti, quo tempore, secundus Primicerius factus fuit primus, ratione antianitatis, & illi prima loca, & præcedentiæ omnes debebantur, sine vlla restrictione.

31 Si verò Coadiutor sit datus Canonico; tunc non debet sedere in propria sede, & stallo sui Coadiuti; sed post omnes canonicos eiusdem ordinis, testantur decisum Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. gl. 5. §. 9. num. 101. & 109.* Garz. *de benef. part. 4. cap. 5. num. 66. & seqq.* Campanil. *diuers. iur. Canon. rub. 7. cap. 6. num. 107. ad fin.* Rot. & alij multi, quos refert, & sequitur Barbos. *de Canon. & Dignit. cit. cap. 29. num. 24.*

32 Amplianturf supradicta, vt Coadiutor debeat sedere post omnes Canonicos eiusdem ordinis, etiam post receptos, & prouisos post eius Coadiutoriam, itavt, nec illis debeat præcedere; quia cùm Coadiutor dicatur fictus Canonicus, conueniens est, vt non præcedat veris; idque procedit non obstante quauis consuetudine in contrarium, ita voluit Sacr. Congreg. Rit. *in Colimbrien. 16. Septembris 1606. 2. dub. in Taurinen. 10. Nouembris 1612. & 13. Iuly 1614. in Brundusin. 18. Martij 1617. Eluen. 20. Aprilis 1619. Tirasonem 13. Iuly eiusdem anni*, & in alijs adductis per Barbos. *de Canon. & Dignit. cit. loc. num. 25. & 26.* vbi opinionem probat, etiam validis argumentis Lotter. *de re benefic. lib. 2. quæst. 25. num. 36. & seqq.*

33 Vlterius Capitulum non potest non admittere ad seruitium Ecclesiæ Coadiutorem, aut illi limitare suam potestatem, auctoritatem, & prærogatiuas, iuxtà formam litterarum Apostolicarum, vt docet Garz. *de benefic. cit. part. 4. cap. 5. num. 144.* Immò Canonici tenentur ei inseruire, & ministrare, prout tenerentur inseruire proprio Canonico Coadiuto in omnibus functionibus Canonicalibus, ita declarauit Sacra Congregatio *in Casalen. 10. Ianuary 1629.* vt testatur Barbos. *de Canon. & Dignit. cap. 29. num. 53.*

34 Similiter Coadiutori, non solum in Ecclesia Canonicatus debentur omnes præeminentiæ, & Prærogatiuæ; sed etiam extra Ecclesiam, & absente Coadiuto est tractandus tamquam verus, & proprius Canonicus, quoad præeminentias, veris Canonicis debitas, voluit Sacr. Rit. Congregat. *in Pistorien. 15. Martij 1608.* & quamuis Coadiutor non sit in sacris, potest tamen omnia facere, & exercere cum cappa, & roccbetto, sine paramentis sacris, quæ facere, & exercere potest principalis Coadiutus, eadem Sacr. Rit. Congreg. *in Bononien. 19. Decembris 1615.* & refert Barbos. *cit. loc. num. 50. & 52.* Verùm quando Coadiutor facit aliquam functionem, ad suum Coadiutum spectantem, vt cantare lectiones, præintonare Antiphonas, & similem, debet illam facere in nouissimo loco, censuit eadem Sacr. Congreg. Rit. *in Colimbrien. 16. Septembris 1606. in 4. dub. & in Patauina 3. Decembris 1616. Brundusin. 18. Martij 1617. Casalen. 15. Iuly eiusdem anni.*

35 Nota quartò, quod restringitur facultas Coadiutoris in multis, & primo non potest eligi in Iudicem Synodalem, nec in Iudicem Apostolicum, cum Coadiutor non dicatur verè habens Dignitatem, vel Canonicus; & hoc etiam si reperiretur in seruitio Ecclesiæ, ita Garz. *de benef. part. 4. cap. 5. num. 138. vers. commissio in fin.* quem sequitur Barbos. *de Canon. & Dignit. cit. cap. 29. num. 31.*

36 Et generaliter Coadiutor, etiam cum futura successione, dum viuit Coadiutus, non dicitur Beneficiatus, quia

Coadiu-

Coadiutoria non est beneficium, & Canonicus Coadiutor dicitur fictè Canonicus, ita Gonzal. *cit. gl. 5. §. 9. num. 117.* Moneta, & alij, quos refert, & sequitur Barbos. *de iure Eccles. lib. 3. cap. 10. num. 49. & seqq.*

37 Hinc est, quod quis non possit ad sacrum Ordinem promoueri ad titulum Coadiutoriæ cum futura successione, viuente Coadiuto, secundùm opinionem multorum, quæ vera non est, quando Coadiuto debetur congrua portio, quæ licèt non dicatur beneficium, itavt possit ad titulum illius promoueri, potest tamen promoueri saltem, tamquam ad titulum pensionis, ita Garz. *de benef. part. 2. cap. 5. num. 132. & seqq.* Barbos. *de Canon. & Dignit. cit. cap. 29. num. 39.*

38 Nec fructus aliquos potest Coadiutor percipere ex beneficio Coadiuti, excepta conuenta congrua portione; sed omnia lucratur, etiam distributiones ad fauorem Coadiuti, Nauar. *consil. 2. num. 3. de Cler. ægrot.* Rot. *decis. 285. lib. 3. part. 3. diuers.* Nec potest sibi aliquam Præbendam optare, etiam in Ecclesia, vbi viget consuetudo optandi; benè tamen potest in beneficium Coadiuti optare, Monet. *de option. Canon. quæst. 8. num. 152.* voluit Sacr. Congregr. *in Colimbrien. 16. Septembris 1606. in 5. dub.* Nec potest Coadiutor impedire Coadiutum, quominus optet pinguiorem Præbendam, iuxta dicta per Garz. *de benef. part. 4. cap. 5. num. 120.* & alios, quos sequitur Barbos. *cit. loc. num. 29.* contra Gonzal. *Notauimus multa 1. part. annot. 6. num. 12. & seqq.*

39 Nota quintò, quod Coadiutor tenetur residere, & inseruire in beneficio, nam Coadiutoria fuit reperta, vt cultus diuinus non fraudetur debitis seruitijs, ad fauorem Ecclesiæ, quæ habet à Coadiutore, illas operas, quas Coadiutus non potest præstare, ob infirmitatem, vel aliam inhabilitatem, *Cap. ex parte hoc titul. de Cler. ægrot. in 6.* Put. *decis. 226. num. 13. lib. 3.* Concil. Trid. *sess. 25. cap. 7. de reform. & sess. 21. cap. 6. de reform.* Et quod omninò Coadiutor teneatur ad residentiam contra Nauar. *cons. 2. num. 4. de Cler. ægrot.* fuit decisum per Rot. *in recentior. decis. 276. num. 3. in fin. part. 1.* vbi vlterius additur, quod non residens, poterit priuari, seruata forma iuris, de qua in *Cap. ex iure de Cler. non resid. gl. in cap. quoniam frequenter in verbo Canonicus, vt lit. non contest.* Ideò residentia hæc debet esse præcisa, non causatiua quoad obligationem soluendi fructus proprietario perditos, ob non residentiam, quicquid aliud sentiat Gonzal. *ad regul. 8. gl. 5. §. 9. num. 122. in fin.* & Barbos. *de Canon. & Dignit. cit. cap. 29. num. 15.* cum verior sit opinio supradicta, iuxtà allegatam *decis. Rot. 276.* Garz. *de benefic. cit. part. 4. cap. 5. num. 57. in fin.* Et quod Coadiutor datus in beneficio curato teneatur residere, non minus, ac ipse Coadiutus, refert sic declarasse Sac. Congreg. Concilij die 23. Iulij 1575. Campanil. *diuers. iur. Canon. rub. 7. cap. 6. num. 104.* & quod non solum Coadiutor teneatur residere, sed etiam inseruire; vt supra, & diuinis interesse, voluit quoque Sacra Congregatio Concil. sub die 7. Aprilis 1618. quem refert Aldan. *in compend. Canon. resol. lib. 3. titul. 18. num. 14.*

40 Amplientur supradicta, vt Coadiutor teneatur residere, & inseruire, etiam si Coadiutus ob infirmitatem, vel aliam iustam causam, & legitimum impedimentum non teneretur alioqnin residere, aliàs non lucratur distributiones quotidianas, quæ punctantur Coadiuto, in damnum Coadiutoris, voluit Sacra Congregatio Rit. *in Elboren. 15. Aprilis 1606. & in Patauina 8. Maij 1617. & in Ceneten. 4. Aprilis 1620.* quas adducit Aldan. *citat. loc. num. 15.*

41 Et non solùm tenetur Coadiutor Choro inseruire, & Missas cantatas celebrare, sed tenetur quoque celebrare alias Missas priuatas, quas vigore testamenti, vel institutionis, Capellaniæ, ipse Coadiutus, vt Canonicus celebrare tenetur, quando coadiutus est legitimè impeditus Sacr. Congreg. Rit. *in Patauina 3. Decembris 1616.* apud Aldan. *cit. loc. num. 17.* & quando celebrat has missas lucratur distributiones Sacr. Congreg. Rit. *cit. Patauina 3. Decembris 1616.* vt per Aldan. *loc. cit. num. 22.*

42 Quod si ipse Coadiutor sit infirmus, vel aliàs legitimè impeditus lucratur distributiones in beneficium Coadiuti; nisi Coadiutus sit sanus, & habilis ad inseruiendum; nam tunc tenetur ipse inseruire, aliàs non lucratur distributiones; nisi aliter sit dispositum ex forma litterarum Apostolicarum Coadiutoriæ, ita Barbos. *de iure Eccles. lib. 3. cap. 10. num. 86. & in summ. Apostolicarum decis. verbo Coadiutor, &c. num. 25.* vbi adducit Sacram Congreg. Concil. *in vna Barbastren. 9. Nouembris 1630.*

43 Sed aduerte, quod quandoque Coadiutor inseruiens non lucratur distributiones, & fructus Coadiuto; & est quando Coadiutus reperitur excommunicatus, carceratus, vel alias iustè detentus, & culpabilis Sacr. Congreg. Concil. 15. Decembris 1618. quam adducit Aldan. *cit. titul. 18. num. 24.* & quando Coadiutus non est ordinatus, iuxta formam statuti, requirentis certum ordinem in Canonicis sub pœna amissionis fructuum, etiam si Coadiutor esset ordinatus, iuxtà formam statuti, Sacra Congr. Rit. apud Aldan. *eodem loc. num. 25.* Potest tamen Coadiutor in dictis casibus, & similibus lucrari fructus vsque ad congruam portionem ei debitam, & assignatam vti Coadiutori, quia tunc non lucratur Coadiuto inhabili, sed ipsimet, cui defectus Coadiuti non debet nocere, notat latè Barbos. *de Canon. & Dignit. cit. cap. 29. num. 46.* Et licèt Coadiutor non lucretur Coadiuto excommunicato, non tamen potest illi prohiberi, ne inseruiat, Ricciul. *de iure personar. lib. 4. cap. 15. num. 2.*

44 Dubitatur, si Coadiutus sit iustè excommunicatus, detentus, vel aliàs culpabilis, itavt non possit lucrari distributiones quotidianas, & fructus beneficij; an teneatur Coadiutor inseruire: & dubitationi respondetur ex supradictis, vbi firmatum est, obligationem inseruiendi, quam habet Coadiutor, non esse causatiuam causa lucrandi fructus, sed præcisam, cum Garz. & Rot. contra Gonzal. & Barbos. non obstante, quod non possint fructus lucrari Coadiuto ratione suæ incapacitatis, adhuc tenetur Coadiutor inseruire.

45 Nota sextò, quod licèt teneatur Coadiutor Choro interesse, ibique diuina officia recitare loco sui Coadiuti; nihilominus quando non tenetur Choro inseruire; & extra illum, ratione solius Coadiutoriæ, nisi alio titulo beneficij, vel sacri Ordinis obligetur, non tenetur Coadiutor recitare horas canonicas, etiam si ratione illarum congrua portio sit ei assignata, aduertit Nauar. *de Hor. Canon. cap. 20. sub num. 18. vers. ad diluendum,* sequitur Lotter. *de re benef. lib. 2. quæst. 25. num. 30. in fin.* Diana *resol. moral. part. 5. tract. 13. Miscell. 1. resol. 75.* Barbos. *de iure Eccles. lib. 3. cap. 10. num. 59.* vbi plures alios adducit, & ratio huius sententiæ est, quia Coadiutor viuente Coadiuto, non dicitur habere beneficium.

46 Nota septimò, Coadiutorem debere esse præditum ijsdem qualitatibus, quas habere debet situs Coadiutus ratione ipsius beneficij, prout resoluunt DD. omnes in hoc *cap.* disponit Concil. Trid. *sess. 25. cap. 7. de reform. in finalibus verbis.* Ex qua regula colligit Campanil. *diuers. iur. canon. rub. 7. cap. 6. num. 103.* Coadiutorem debere esse constitutum in ea ætate, quæ requiritur ad obtinendum tàle beneficium, Barbos. *de iure Eccles. lib. 3. cap. 10. n. 89.* Similiter debet esse promotus ad ordinem requisitum ad beneficium, vel saltem debet promoueri infra annum, tenet Garz. *de benef. 4. part. cap. 5. in addit. sub num. 130. dub. 23. vers. modo,* & sequitur Barbos. *cit. loc. num. 90.* quod non procedit, quando Coadiutus non vult, quod Coadiutor inseruiat, quia tunc cum actu non inseruiat, non tenetur se promoueri facere infra annum, ad instar habentis curam habitu, non actu, qui non tenetur se promoueri facere infra annum, ita post Garz. *vbi supra,* declarat optimè Barbos. *cit. loc. num. 79.*

47 Vlterius in Ecclesia, in qua Canonicus vigore illius particularis statuti tenetur esse actu Sacerdos tempore promotionis, adhuc sufficit Coadiutorem habere clericatum, & legitimam ætatem ad ordinem requisitam, itavt possit infra annum promoueri, ita Caputaq. *decis. 127. num. 1. & 2.* Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. gl. 5. §. 9.* Garz. *cit. loc. in addit. sub dub. 2.* quos refert, & sequitur Barbos. *alleg. cap. 10. num. 78.*

48 Nota octauò ad id, quod dictum est supra, Coadiutorem dici fictum Beneficiatum, quod ad effectum gaudendi priuilegio fori, iudicatur tanquam verus Beneficiatus, & ex solo titulo Coadiutoriæ, quis gaudet priuilegio fori, ad præscriptum Sacr. Concil. Trid. *sess. 23. cap. 6. de refor.* docet Illustriss. & Reuerendiss. D. D. Paulus Squill. me-

titiss.

ritiss. Episcopus Theanen. vir inculpatæ vitæ, ac omni laude dignissimus, & inter nostræ tempestatis Canooistas non secundus *in suo tract. de priuileg. Cler. cap. 7. num. 21.* Barbos. *de potest. Episc. part. 2. alleg. 12. num. 4. & 9.* Garz. *de benef. part. 4. cap. 5. num. 97. & seqq.*

49 Nota nonò, quod Coadiutor licèt à principio viuente Coadiuto possessionem apprehendat, quia tunc oon dicitur apprehendere possessionem beneficij, & Canonicarus, sed solum Coadiutoriæ; ideò communiter aduertunt DD. quod postquàm factus est casus futuræ successionis, vt quia mortuos est Coadiutus, Coadiutor debet apprehendere nouam possessionem, quia cum prius careret titulo, non potuit sibi possidere, voluit Rot. & plories Sacra Congregatio Rit. vt testantur Lotter. *de re benefic. lib. 2. quæst. 25. num. 32.* & Barbos. *de Canon. & Dignit. cap. 29. num. 18. & seqq. & de iure Eccles. lib. 3. cap. 10. num. 61. & seqq.*

50 Nota decimò, Coadiutum, & Coadiutorem, non posse simul eodem tempore interesse vti Canonicos in Choro, siue Capitulo, quia licèt sint duo; voum tamen Canonicum repræsentant, licèt possint vous, vt priuatus, & alter, vt Canonicus adesse Ecclesiæ, ita Garz. *de benef. 4. part. cap. 5. num. 107. & seqq.* Verùm Sebast. Cæsar. *de Eccles. Hierarchia disp. 14. §. 9. num. 13.* quem refert, & sequitur Barbos. *de iur. Eccles. cit. lib. 3. cap. 10. num. 96.* tenet, oon esse inconueniens, quod simul possiot interesse Coadiutus, & Coadiutor in habitu caoonicali in processionibus, & Missarum solemnijs, Coadiutus io loco suæ antianitatis, & Coadiuror in nouissimo loco; & ad fundameotum opinionis Garz. nempe prædictos, vnum Canonicatum repręsentare, respondetur id concludere, oe duplicem vocem, aut distributionem habeant, noo quoad interessentiam, quæ diuersis respectibus vtrique conuenit.

51 Nota vndecimò, quod si Coadiutus mortuus sit tempore datæ, gratia Coadiutoriæ est ipso iure nulla, & ita Coadiutor oon admittitur ad futuram successionem beneficij, ita probat Garz. *de benef. part. 4. cap. 5. num. 132.* & hanc esse verissimam opinionem eamque sequutam esse Rotam *in Seguntina Canonicatus 26. Nouembris 1616. coram Manzanedo*, testatur Lotter. *de re benef. lib. 2. q. 25. num. 47.*

52 Nec obstat clausula apponi solita in litteris gratiæ Coadiutoriæ, videlicet *etiam, si nunc actu vacet*; nam dicta clausula refertur ad omoes alios modos vacandi, præterquam ad hanc per obitum, ne videatur cootradicere expressioni, quod Coadiutor viuat, & supplicet, Achill. *decis. 1. de Presb.*

53 Nec etiam est faciendum fundamentum ad coosensum præstitum pet Procuratorem, quia illum suffragare solùm, quando tempore datæ, principalis erar viuus, prout ex alijs, etiam probat Lotter. *cit. loc. num. 49. & seqq.*

54 Nota duodecimò, quod post mortem Coadiuti, Coadiutor succedit, & immittendus est in possessionem beneficij, & Canonicatus cum suo integro statu; itavt si Canonicatus sit, & Coadiutus decesserat in mense Ordinarij, in Ecclesia, in qua est consuetudo optandi, adhoc Coadiotor non amittit Præbendam, nec potest aotiquior Canonicus optare Præbendam Canonicatus, habentis Coadiutorem, & hoc ratione appositionis manus Papæ, ita voluit Rot. *in vna Corduben. Coadiutoriæ, 27. Nouembris 1619. coram Archiepiscopo Seleucien. per text. in cap. fin. cum ibi not. de consuetud. in 6.* Rot. *decis. 6. eodem titul. in nou. cum alijs cumulatis, in vna Capuana Portionis 22. Maij 1609. cor. Card. Lancellotto.* Et hoc præcipuè virtute clausulæ derogatoriæ statutorum, in similibus apponi consuetæ Rot. *decis. 5. de consuetud. in nou. & decis. 2. eod. titul. in antiq.* Crescent. *decis. 9. de concess. Preb.* Gonz. *ad regul. 8. Cancell. gl. 5. §. 8. num. 9.* prædicta intellige de Præbenda, & alijs iuribus voitis, secus in membris separatis à Canonicatu, in quibus cadit optio, Caualer. *decis. 116.*

55 Aduertendum tamen est, quod prædicta manus appositio Papæ non operarur, vt decedente Coadiutore, & deinde Coadiuto in mense Ordinarij, Ordioarius non possit conferre beneficium, vel Canonicatum, quia per Coadiutoriæ dationem, beneficium ooo remanet affectum taliter, quominus Ordinarius illud prouideat, Put. *decis. 225. num. 18. lib. 3.* Gonzal. *loc. cit. gl. 52. num. 44. vers. hinc oppositio*, Garz. *de benefic. part. 1. cap. 1. §. 2. num. 174.*

Nota decimotertiò, Coadiutorem cum futura successione, non posse Coadiutoriæ reoonciare, & cedere, inuito Coadiuto, propria authoritate, vel cum coosensu Ordinarij; sed requiritur assensus Papæ, qoando ooo consentit Coadiutus, qui si assentir cessioni, sufficit licentia Ordinarij, ita probat Garz. *de benefic. 4. part. cap. 5. num. 126.* 56

Nota decimoquartò, quod Coadiutor cum futura successione, non tenetur publicationem facere, iuxta formam Constitutionis Gregorianæ *de publicandis resignationibus, & iurium cessionibus*, vt obseruat Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. gl. 5. §. 9. num. 72.* Nec tenetur fidei professionem facere, nisi postquàm factus est casos futuræ successionis, ita Garz. *de benef. part. 3. cap. 3. num. 16.* Barbos. *de off. & potest. Episc. part. 3. alleg. 61. num. 13.* Squill. *de priuil. Cler. cap. 4. num. 79.* 57

Nota decimoquintò, quod Coadiutoria cum futura successione, hodie non conceditur, nisi cum consensu Coadiuti, ita Gonz. *ad regul. de mensib. gl. 5. §. 9. num. 52.* quem sequitur Nouar. *singul. conclus. titul. de Coadiutoria concl. 3. alias 38. num. 3.* 58

Nota decimosextò, quod Coadiutor tenetur facere mentionem de beneficijs, quæ habet solùm ratione futuræ successionis; aliàs gratia io totum viriatur, ita tenet Garz. *part. 4. cap. 5. in addit. dub. 38.* & eum sequitur Barbos. *de iure Eccles. lib. 3. cap. 10. num. 92. & de Canon. & Dignit. cap. 29. num. 51.* 59

Nota decimoseptimò, quod Coadiutor noo tenetur exire de Capitulo, in quo tractatur de negotio, in quo concurrit interesse Coadioti, quia licèt illius personam repręseotet, inseruit tameo nomine proprio, tenet Barbos. *de iur. Eccles. cit. loc. num. 95. & de Canonic. & Dignitat. cit. cap. 29. num. 54.* quod iotellige verum, quando interesse Coadiuti, non tangit coosecutiuè Coadiotorem, quia tunc deberet exire, ex quo tractatur de interesse proprio. 60

OBSERVATIONES

D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Coadiutor viuente Coadiuto, an dicatur verus Canonicus?*

2 *Coadiutoria concessa ex causa infirmitatis hac cessante, an valeat per alternatiuam concipi solitam, seu* certis de caosis?

3 *Declarantur* decisiones Rotæ *in contrarium etiam comprobanda causa sufficiens?*

4 *Coadiutoria concessa ob ingrauascentem stante verificatur in annis sexaginta.*

5 *Ex deputatione Coadiutoris inducitur affectio ob appositionem manus Papæ.*

6 *Ad validitatem Coadiutoriæ est necessarius consensus Coadiuti.*

7 *Canonicus coadiutus habens Coadiutorem cum futura successione, an possit optare præbendam pinguiorem?*

8 *Coadiutoria an æquipollent beneficio ad effectum gaudendi foro Ecclesiastico?*

9 *Praxis quædam refertur in materia Coadiutoriæ.*

10 *Concessio, vel denegatio Coadiutoriæ qualiter dependeat à potestate Pontificis.*

11 *Papa an possit inuitum cogere ad habendum Coadiutorem.*

12 *An possit Papa cogere Episcopum ad dimittendum Episcopatum.*

COadiutor viuente Coadiuto non dicitur verus Canonicus, qualis dicitur post sequutam Coadiuti mortem, ex quo tempore ius Canoniæ assequitur, vt apud

apud Martin. Andr. *decis.* 102. Rot. *decis.* 259. *part.* 9. *recent. num.* 11.

2 Coadiutoria concessa ex sola causa infirmitatis differt ab ea quæ fuerat concessa per alternatiuam concipi solitam cum illis verbis, *seu certis de causis animum mouentibus.*

Io secundo casu etiam cessante infirmitate, non per hoc gratia corruat, cum neque Papa, neque Coadiutus ad infirmitatem se arctauerint, sed sufficit altera, quæ etiam cum iurata attestatione iustificari potest, ad notata per glos. in §. *namque si cui verb. dicit, vers. reliqua consistunt Instit. de act.* Surd. *cons.* 94. *num.* 30.

3 Nec aduertantur tradita per Rotam coram Penia *decis.* 63. *num.* 1. *lib.* 2. quam refert Ricc. *in collect. decis. part.* 2. *collect.* 221 8. Vbi quod obtenta Coadiutoria sub expressione certæ causæ, si aliæ addantur sub clausula generali, *seu certis de alijs causis*, teneatur impetrans verificare causam, ex qua Pontifex moueri potuerit ad concessionem, cum gratia Coadiutoriæ sine iusta causa concedi non soleat, *cap.* 1. *de Cleric. agrot. in* 6.

Procedunt enim vbi deficeret iustificatio causæ specialiter expressæ, quo casu vt gratia sustineatur ex alijs causis probari debet, alia causa sufficiens, Rota *decis.* 48. *p.* 11. *recent. num.* 10.

Nec minus aduertantur deducta per Caputaquen. *decis.* 240. *num.* 1. *part.* 1. *& decis.* 91. *part.* 1. *num.* 1. vbi quod probari debeat infirmitas talis; quæ suaptè natura præstituta sit perpetuum impedimentum, sine spe futuræ prosperitatis, vt Gonzal. *ad regul. Cancell. glos.* 5. §. 9. *num.* 89. & Rota *in decis.* 257. *part.* 7. *recent.* Hæc enim rigorosa probatio requiritur, vbi Orator expressit causam infirmitatis, & ad eum se arctauit, Rota *d. decis.* 48. *n.* 16.

4 Coadiutoria concessa ob ingrauescentem ætatem verificatur in annis sexaginta expressis, Gonzal. *vbi supra num.* 84. Barbos. *in cap. pastoralis num.* 6. *de Cleric. agrot.* Rota *decis.* 281. *p.* 11. *recent. num.* 4.

5 Ex deputatione Coadiutoris inducitur affectio propter appositionem manus Papæ, & ex ea impeditur Ordinario facultas conferendi, *cap.* 1. *&* 2. *de confirm. vtil. vel inutil.*

Duo videtur facere Papa in concessione Coadiutoriæ primò prospicere Ecclesiæ occurrendo illius necessitati propter infirmitatem Coadiuti, & futuræ vacationi. Secundò prouidere Coadiutori de beneficio præueniendo tempus vacationis. Vt posterior gratia locum habere possit, tenetur Coadiutus iustificare omnia narrata. An verò possit iustificari secunda non verificata prima, & ex quibus clausulis, videndi Puteus *decis.* 28. *lib.* 2. Gonzal. *vbi supra num.* 53. Rota *decis.* 313. *num.* 27. *&* 28. *part.* 7. *recent.*

6 Ad validitatem gratiæ Coadiutoriæ est necessarius consensus Coadiuti iuxta not. *in cap.* 1. *de Cleric. agrot. lib.* 6. pluries Rota *vt in decis.* 313. *num.* 27. *part.* 7. *recent.*

7 Canonicus coadiutus habens Coadiutorem cum futura successione, non possit optare præbendam pinguiorem. Distinguunt plerique, aut Coadiutoria concessa est cum futura successione quoad Canonicatum, & præbendam annexam, & tunc Coadiuto negetur optio. Aut concessio fiat cum futura successione quoad præbendam optatam, & tunc secus, ita Gonzal. *reg.* 8. *glos.* 34. *num.* 97. Castropal. *oper. moral. tom.* 2. *tract.* 13. *disp.* 13. *punct.* 10. *num.* 28.

Contrarium indistinctè decidit Rota penes Bich. *decis.* 632. ad fauorem Coadiutoris reiecta distinctione allata.

8 Coadiutoria an æquipolleat beneficio, vt clericus in minoribus sine requisitis gaudeat priuilegio fori? Pro affirmatiua Ventrigl. *num.* 8. & Card. de Luca *in annot. ad S.C. Trid. discurs.* 24. *num.* 15.

9 Quoad Coadiutorias in Italia, & Hispania alijsque partibus, in quibus viget Concilij obseruantia in Ecclesijs Cathedralibus, & Metropolitanis nimium rarus est, penèque nullus earum vsus. Benè tamen in Ecclesijs, ac beneficijs inferioribus, puta in Parochialibus, vel in dignitatibus, & Canonicatibus Cathedralium, vel Collegiatarum, quando iusta causa infirmitatis, vel grauis ætatis accedat. In Germania verò alijsque partibus Galliæ, & vltra montes, in quibus Concilij obseruantia adeo non viget, in hac tamen parte vsus aliter suadebat. Solet Sedes Apostolica facilius concedere etiam in Ecclesijs Cathedralibus, Metropolitanis, seu Monasterialibus istam Coadiutoriam cum futura successione in Prælatura ex iusta causa examinari solita in Sacra Congregatione Consistoriali, ad cuius consultationem Papa gratiam concedere, vel denegare solet.

Et propterea in illis partibus, in quibus Ecclesiæ sunt ad electionem Capituli, quamuis pro Coadiutoria non intret ius electionis, cum totum pendeat à gratia, & voluntate Papæ, ex aliqua causa concedendi Coadiutorem non solum Prælato petente, sed etiam quandoque inciso. Attamen prudenter ad occurrendum aliquibus inconuenientibus id agere non solet, sine Capituli consensu, qui præstari solet per quandam formam, seu speciem electionis, super cuius forma benè, vel malè seruato in eadem Congregatione Consistoriali peragi solent quæstiones, vt de Luca *vbi sup. num.* 16.

Concessio, vel denegatio Coadiutoriæ magis, & principaliter dependet à potestate Papæ, & consensu etiam Coadiuti, qui etiam præstitus reintegra reuocari potest, vt de Luca *de benefic. discurs.* 78. Ventrigl. *num.* 78. 10

Nihilominus vbi iusta causa accedat possit Papa, & laudabiliter quandoque agat Prælato quamuis non consentienti, imò inuito dare Coadiutorem iuxta doctrinam Io. Andr. *in cap. consultationibus num.* 10. *de Cleric. ægrot.* 11

In beneficialibus enim Papa absolutus est dominus, & potest Prælaturas tollere, & ex iusta causa cogere Episcopum, vt mittat Episcopatum, ex collectis per Barbos. *de Episcop. alleg.* 113. *num.* 9. Quidquid dissideat Fagnan. *in cap. consultationibus num.* 24. *de Cleric. ægrotant.* Et si potest negligi consensus Prælati, etiam potest multò magis negligi ille subditorum, Card. de Luca *de regular. disc.* 53. *num.* 17. 12

ANNOTATIO XIV.

De Vicario Generali.

ARGVMENTVM.

Notatur §. I. Quis dicatur Vicarius Generalis; an plures possint deputari, & quid si generaliter deputetur in vno oppido; an teneatur Episcopus illum habere, & quibus qualitatibus debeat esse præditus. Quomodo dicatur in dignitate constitutus, & Iudex ordinarius. Numerantur omnia, quæ non potest exercere ex generali commissione, & requiruntur specialem commissionem, & quæ possit sine speciali commissione; quando dicatur habere specialem commissionem, quæ an præsumatur, vel potius sit probanda, & quomodo.

§. II. Vicarium Generalem præcedere omnes Canonicos, recipere candelam, & palmam, ac adorare crucem ante omnes, & quid in thurificatione, vel in functionibus Ecclesiasticis in Ecclesia faciendis. Vicarius Canonicus, quando alijs præcedat, & absens à Choro intuitu officij, an lucretur distributiones, & quo loco sedere debeat. Quomodo præcedat Gubernatores, & alios similes officiales. An possit benedictionem dare Diacono, vel Prædicatori, vel instare in circulo cum Episcopo faciendo. Quos præcedat in Synodo, & quid præsente Episcopo, & alia ad materiam.

SVM-

part. prima cap. 10. Garz. de benefic. part. 5. cap. 8. Sanch. de matrim. lib. 3. disp. 29. Rebuff. in praxi benefic. titul. de Vicar. Episcopi, & rubr. forma Vicariatus Archiep. & alior. Collator. Lotter. de re benefic. lib. 1. quaest. 28. nu. 124. & seqq. & eod. lib. quaest. 16. num. 63. & seqq. Campanil. diuers. iur. Canon. rub. 11. cap. 23. num. 147. & seqq. Donat. Anton. de Marin. quotid. resol. cap. 121. num. 11. & 229. num. 7. Grat. discept. for. cap. 106. & 111. & alibi, Sell. select. Canon. cap. 36. Aldan. compend. Canon. resol. cap. 43. Barbos. de iure Eccles. lib. 1. cap. 15. & in summa Apostolicarum decis. verbo Vicarius, & alij Canonistæ, & Summistæ omnes. Et quia hic text. loquitur de Vicario Generali, ideò pro eius euidentia.

2 Præmittendum est, quod Vicarius Generalis Episcopi ille dicitur, qui constitutus est cum generali potestate in loco, vbi Episcopus sedem habet, notat Sbroz. de offic. Vicar. lib. 1. quaest. 28. num. 7. & quaest. 69. num. 2. Campanil. diuers. iur. Canon. rub. 11. cap. 27. vers. insuper, Barbos. de iure Eccles. lib. 1. cap. 15. num. 30. & Vicarius Generalis potest constitui vnus, & plures, vt si Diœcesis ampla sit, nec vnus sufficiat Vicarius, si duo constituti sunt vnus ab alio independens, dicuntur ambo Vicarij Generales, licèt vnus resideat in Diœcesi, alter in Ciuitate, vt exemplificant DD. in Vicarijs Toletanis in Hispania, ita Barbos. cit. loc. num. 31. & practicatur in hoc celebri Regno Neapolitano in Ecclesia Caputaquen. quam hodie regit miro modo cum lenitate, & iustitia Illustrissimus, ac Reuerendissimus D. D. Thomas Carafa Prælatorum præstantissimus, cuius meritis Sedes Petri sola sufficiens esset, ibi ob Diœcesis amplitudinem, deputantur duo Vicarij Generales. Multa de pluribus Vicarij vide apud Meroll. Theol. moral. 3. part. disput. 7. cap. 5. dub. 10. & 11.

3 Si verò vnus constitutus sit Vicarius Generalis in Ciuitate, & Diœcesi, & alter particularis in certo oppido, vel terra, cum omnimoda facultate, & independenter à primo Vicario, an hic secundus dicatur etiam Generalis, saltem respectu loci, in quo est constitutus, an verò dicatur Vicarius foraneus; & quod non dicatur Vicarius Generalis defendit mordicus Campanil. diuers. iur. Canonic. rub. 11. cap. 23. num. 150. & proinde à prædicto Vicario ad instar foranei datur appellatio ad ipsum Episcopum, quod secus diceretur, si esset Vicarius Generalis, nam tunc non ad Episcopum ipsum, sed ad Metropolitanum est appellandum, iuxta cap. Romana de appellat. in 6. & confirmatur, quia non dicitur Vicarius Generalis quando alius est deputatus Generalis, Caualer. decis. 418. num. 8. vbi num. 5. tenet quod Vicarius talis non dicitur, nisi Episcopus dicat Creamus Vicarium Generalem in spiritualibus, & temporalibus, &c.

4 Hunc verò Vicarium Generalem non tenetur ex necessitate Episcopus habere, cùm possit per se ipsum iustitiam ministrare, secundùm magis communem, & veriorem opinionem tenuit Rot. apud Put. decis. 43. lib. 2. Mohedan. decis. 4. de off. Vicar. in vna Calagurritana fructuum 18. Martij 1583. coram Babelo, & apud Caualer. dec. 418. contra Sbroz. lib. 1. quaest. 46. Azor. instit. moral. part. 2. lib. 3. cap. 29. quaest. 3. vers. quo loco. Et hoc nisi aliàs necessitas suaderet; nam tunc teneretur constituere Vicarium, probat latè Meroll. cit. loc. cap. 6. dub. 9. num. 73. qui alios multos adducit.

5 Si tamen illum constituere intendit, debet eligere Doctorem, vel licentiatum saltem in iure Canonico, vel aliàs quantum fieri poterit idoneum, Clericum saltem primæ tonsuræ, non tamen laicum, nec Clericum coniugatum, vel bigamum, non solutum ab impedimento bigamiæ, nec Regularem sine consensu superioris, ita post alios Barbos. de iure Eccles. lib. 1. cap. 15. num. 13. & seqq. alia ad hoc vide apud Meroll. cit. cap. 6. dub. 4. per tot.

6 Vicarius Generalis sic electus ab Episcopo, coruscat radijs ipsius Episcopi, & Vicarius, ac Episcopus, vnum, & idem sunt; cap. licet hoc eodem titul. & lib. Rot. decis. 2. in addit. num. 2. eodem titul. in nou. & repræsentat certum, & idem Tribunal, & Curiam, cap. 2. de consuet. in 6. cit. cap. Romana, Rot. decis. 9. de off. Vicar. in antiq. quod declarat Barbos. de iure Eccles. lib. 1. cap. 15. num. 18.

7 Hic enim Vicarius Generalis Episcopi dicitur Prælatus, & in dignitate Ecclesiastica constitutus, Fusc. de visit. lib. 1. cap. 15. num. 32. Pauin. tract. de offic. & potest. Cap. Sed. Vacant. part. 2. quaest. 10. num. 16. vers. an autem Vicarius. Iudicatur iudex Ordinarius, cui solet vniuersitas causarum demandari, Barbos. de iure Eccles. cit. cap. 15. num. 17. & quomodo dicatur Ordinarius dum Iurisdictionem videtur recipere ab Episcopo, vide Garz. de benefic. 5. part. cap. 8. num. 21. & seqq. & latiùs Meroll. cit. loc. dub. 13. num. 115. & seqq. & licet ordinariam habeat Iurisdictionem, cap. sua de offic. Vicar. cap. licet eodem titul. in 6. Abb. in cap. fin. eodem titul. in 6. Abb. in cap. final. num. 2. de fid. instrument. Leo Thes. for. Eccles. prima par. cap. 10. sub num. 10. Nihilominus iurisdictionem suam in multis exercere non potest sine speciali mandato Episcopi, nec illa comprehenduntur sub generali commissione, &

Primò Vicarius Generalis Episcopi ex generali commissione, & sine speciali mandato ipsius Episcopi, non potest beneficia conferre; ita expressè deciditur in hoc text. cap. fin. in fine, rationes huius prohibitionis, adducit Garz. de benefic. cit. cap. 8. num. 81. notant communiter DD. etiam si generalissimam haberet commissionem, & cum clausula, vt possit omnia facere, quæ potest ipse Episcopus, Anton. de Butr. consil. 9. col. 2. 3. & 4. Panin. de potest. Cap. Sed. Vac. 2. part. quaest. 10. Dec. consil. 128. col. 1. 8

Ampliatur primò suprapolita sententia, vt non solùm Vicarius sine speciali mandato non possit conferre beneficia, sed nec etiam possit vigore prædicti generalis mandati admittere, & recipere renunciationes beneficiorum, probat Paris. de resignat. benefic. lib. 7. quaest. 14. per totum. Idque ampliatur etiam si Vicario fuisset data potestas conferendi omnia, & singula beneficia vacantia, adhuc non potest admittere resignationes illorum, sine speciali mandato, Rota decis. 1. de renunc. in antiq. Roffiniac. tract. de benefic. cap. 14. in fin. quos refert, & sequitur Paris. cit. loc. num. 15. 9

Et è contra, si Vicarius habeat speciale mandatum ad recipiendas resignationes beneficiorum, adhuc non potest conferre beneficia coram ipso resignata, sine speciali mandato ad conferendum, Rot. decis. 1. de renunc. in antiq. Roman. consil. 330. Selua de benef. part. 3. quaest. 14. num. 9. vers. contrarium, Rebuff. in prax. titul. forma Vicariat. num. 105. probat post alios Paris. cit. loc. num. 50. & seqq. Meroll. cit. loc. dub. 22. num. 185. 10

Ampliatur secundò, vt Vicarius Generalis Episcopi nec possit resignationes admittere causa permutationis, nec ipsas permutationes expedire sine speciali mandato, ita Garz. de benef. part. 11. cap. 4. num. 74. qui alios citat, sequitur Barbos. de iure Eccles. lib. 3. cap. 15. num. 177. Nec in hoc casu sufficit, quod Vicarius habeat facultatem conferendi beneficia, vt dictum est num. præcedenti, & firmauit Rot. in Barchinonen. beneficij 3. Iulij 1628. coram D. Duran. Sed si Vicarius habet facultatem expediendi permutationes, absque alio mandato speciali ad conferendum, potest conferre beneficia, coram ipso permutata; & ratio est, quia hæc collatio necessariò debet fieri cum permutantibus, ita Gemin. in hoc cap. fin. num. 10. Bellam. decis. 94. col. 2. Paris. de resignat. benef. cit. lib. 7. q. 14. num. 62. 11

Ampliatur tertiò, vt Vicarius Generalis non possit sine speciali mandato Episcopi vniones beneficiorum facere, etiam si iustæ concurrant causæ, tenent Rebuff. titul. de vnionib. benef. num. 37. Sbroz. de Vicar. Episcopi lib. 2. quaest. 115. Garz. de benef. part. 12. cap. 2. num. 69. Barbos. de iure Eccles. lib. 3. cap. 17. num. 56. qui alios citat, & sententiam ampliat procedere, etiam si data sit Vicario potestas conferendi beneficia cum generali clausula, contra aliquos per eum adductos, & contra Lotter. de re benefic. lib. 1. quaest. 28. num. 128. notatum est supra ad Clem. vnic. de reb. Eccles. non alien. Annot. 8. §. 1. vers. alia est. Nec potest Vicarius Generalis Episcopi Beneficia supprimere sine speciali mandato, Barbos. de potest. Episcopi p. 3. alleg. 54. num. 71. vbi num. 73. docet, quod nec possit sine mandato prædicto vniones factas renocare, & Ecclesiam diuidere, Meroll. Theol. moral. 3. p. cap. 6. dub. 24. 12

Ampliatur quartò, vt nec possit Vicarius Generalis sine speciali mandato pensiones imponere super beneficijs, super quibus potest Episcopus illas imponere, ita 13

Barbos. *cit. loc. num.* 77. *vbi num.* 80. tenet, quod nec possit aliquem amouere à suo beneficio, officio, vel administratione, absque speciali mandato prædicto, per *text. in cap. licet hoc titul. & lib.* Meroll. *supracit. loc. num.* 397. qui alios citat, *& num.* 78, voluit, quod, nec etiam possit Oeconomum Ecclesiæ instituere, *& num.* 73. quod non possit Coadiutorem Vicarium Rectori imperito deputare, Put. *decis.* 239. *num.* 2, Sbroz. *de offic. Vicar. lib.* 2. *quæst.* 112.

14 Limitatur suprapoſita sententia, vt illa non procedat in institutione; potest enim Vicarius Generalis, sine speciali mandato instituere præsentatos ad iura patronatus, licet non possit conferre ad meram collationem; & ratio est, quia Collatio est quædam donatio, quæ non venit in generali mandato, sed institutio est necessitas, in qua non exercetur aliqua liberalitas, cum præsentatus idoneus, debeat ex necessitate institui per superiorem, & propterea nihil repugnat, quo minus veniat in generali commissione; ita probat Lambert. *de iurepatron. lib.* 2. *parte* 3. *princip. quæst. prima art.* 5. *per totum, & in particulari num.* 3. Rot. *decis. prima de renunc. in antiq.* Paris. *de resignat. Benef. lib.* 7. *quæst.* 14. *num.* 29. *vbi num.* 28. dicit, quod licèt in generali commissione possit instituere, non tamen potest, sine speciali mandato resignationes beneficiorum de iurepatronatus recipere, & admittere. Nec etiam potest sine speciali mandato præsentare ad beneficium iurispatronatus, cuius præsentatio spectat ad Episcopum, ita Barbos. *cit. alleg.* 34. *num.* 81. *vbi num.* 74. dicit, quod nec potest Vicarius, sine speciali mandato prædicto reseruare alicui iuspatronatus ex causa dotationis, fundationis, vel constructionis, idest non potest auctorizare erectionem beneficij, ex qua sequatur reseruatio iurispatronatus, Loter. *de Benef. lib.* 2. *quæst.* 7. *num.* 3. contrarium sentit Meroll. *cit. loc. num.* 391, & *num.* 75, quod nec potest interponere decretum, seu auctoritatem donationi iurispatronatus etiam si Episcopus est absens, sine speciali commissione, Grat. *discept. for. cap.* 303. *n.* 14. Marescot. *variar. lib.* 3. *cap.* 9, *nu.* 5. *& seqq.* qui reprobat consuetudinem in contrarium.

15 Quæro si sunt duo præsentati ad iuspatronatus æquè idonei, & in pari voce, an Vicarius Generalis, sine speciali mandato possit gratificare, sicut potest instituere.

Respondetur non solùm posse instituere, sed etiam gratificare in casu gratificationis, cum sola generali facultate, & sine speciali mandato; nam gratificatio non est mera gratia, cum vni ex præsentatis teneatur Ordinarius gratificare, tenet Sbroz. *de off. Vicar. in addit. ad quæst.* 111. Rot. *in Calaguritana Beneficij de Hero* 17. *Octobris* 1580. *coram Sanctissimo Clemente VIII.* quam refert, & sequitur Garz. *de Benefic. part.* 5. *cap.* 8. *num.* 88. sed prædicta intellige, dummodo Vicarius habeat mandatum generale, & non limitatum; quia cùm Vicarius accipiat potestatem ex commissione Episcopi; potest Episcopus aliqua sibi reseruare, quæ alias venirent in generali mandato, Sbroz. *lib.* 2. *cap.* 112. *num.* 5. *&* 6. Garz. *cit. cap.* 8. *num.* 89.

16 Mandatum, seu commissio specialis, quam exigit *text. in hoc cap. vltimo*, ad hoc, vt Vicarius possit beneficia conferre, debet esse generalis conferendi beneficia, Rot. *decis.* 5. *de off. Vicar. in nouis*, Sbroz. *lib.* 1. *quæst.* 53. Garz. *de Benef. cit. cap.* 8. *num.* 113. *& num.* 114. generalem vocat, & sufficientem ad hoc, si data est ad conferendum beneficia certi loci, seu certæ partis Diœcesis, dummodo ibi sint plura beneficia, vel ad conferendum beneficia in certis mensibus vacantia, vel ad conferendum beneficia simplicia tantùm, aut curata tantùm, vel beneficia certi valoris, vel beneficia vacantia per mortem, vel resignationem, Piasec. *in prax. Episc. part.* 2. *cap.* 5. *num.* 14. Non tamen valet mandatum ad conferendum certa beneficia vacatura, vel ad conferendum certis personis, vt aduertit Garz. *cit. num.* 115.

17 Controuersum est inter DD. an Vicarius Generalis possit beneficia conferre si mandatum habet cum libera, & commissionem cum clausula, quod possit omnia facere, quæ posset constituens si personaliter adesset; Tenent multi prædicta sufficere ad conferenda beneficia, illosque citat Garz. *cit. loc. num.* 115. Verùm contrariam sententiam, nempe Vicarium non posse, beneficia conferre ex amplissima potestate ei data ab Episcopo faciendi omnia, & singula, quæ ipse Episcopus, &c. etiam si requirant speciale mandatum, &c. sed requiri expressè mandatum ad conferendum docet per alios per se relatos, Paris. *de resignat. Benef. lib.* 9. *quæst.* 7. *num.* 34. qui testatur de communi, eumque sequitur Garz. *cit. loc. num.* 118. qui opinionem confirmat ex verbis huius *cap. vltimi*, ibi, *nec regulariter donare valeat is, cui bonorum administratio, etiam libera est concessa, &c.* probat Meroll. *Theol. moral. tom.* 3. *disp.* 7. *cap.* 6. *dubio* 25. *num.* 235.

18 Nota, quod hæc specialis commissio, quæ requiritur in text. ad hoc, vt Vicarius possit beneficia conferre, non potest dari per Episcopum, nisi in personam Vicarij Generalis, vt notat Rebuff. *in prax. titul. de Vicar. Episcop. num.* 15. post DD. *in hoc cap. vltimo*, Sbroz. *lib.* 1. *quæst.* 52. Garz. *de benefic. cit. cap.* 8. *num.* 120. qui alios adducit, *vbi num. seqq.* refert controuersum esse, an debeat esse Vicarius Generalis, tantum in spiritualibus, & temporalibus; ipse verò *num.* 122. verius existimat sufficere, si fiat Vicario Generali in spiritualibus, iuxta subiectam materiam collationis beneficiorum, quæ spiritualis est.

19 Potest tamen hæc commissio specialis conferendi beneficia committi Vicario Generali alicuius loci, seu partis Diœcesis, licet non sit Generalis ciuitatis, & totius Diœcesis, dummodo tali Vicario committatur collatio beneficiorum illius loci in quo est Generalis Vicarius, tenet Rebuff. *loc. cit. num.* 23. Sbroz. *lib.* 1. *quæst.* 53. *num.* 5. quos refert, & sequitur Garz. *cit. loc. n.* 125.

20 Vicarius Generalis Episcopi, cui data est specialis facultas conferendi beneficia, potest alium substituere, etiam cum facultate conferendi beneficia; quod procedit quando in commissione Vicarij Generalis substituentis sunt apposita verba illa, videlicet, *damus potestatem substituendi alium, quem nos Vicarium cum eadem potestate substituimus*, tunc enim substitutus recipit potestatem ab ipso Episcopo, ministerio Vicarij substituentis, seu nominantis, ita Sbroz. *lib.* 2. *quæst.* 62. *num.* 15. Rebuff. *in rub. forma Vicariatus, &c. num.* 77. *in prax.* & alij apud Garz. *cit. loc. num.* 155. qui latè discutit casum.

21 Secundò Vicarius Generalis Episcopi ex generali iurisdictione, & sine speciali mandato non potest dare Coadiutorem, Vicarium, Rectoribus Ecclesiarum Parochialium imperitis, aduertit Sbroz. *de off. Vicar. lib.* 2. *q.* 112. & generaliter in alijs casibus permissis, & notatis supra in *annot.* 11. *in princ.* Coadiutor etiam temporalis non potest dari per Vicarium sine speciali mandato, Barbos. *de potest. Episcopi loc. cit. supra hoc num.* 13. Ricc. *in prax. prima part. resol.* 504. *num.* 10. *&* 4. *part. resol.* 551. *secundum vltim. impress. notatum est supra cit. annot.* 11. *in princip. vers. Coadiutor temporalis in fin.* Nec etiam sine speciali mandato prædicto potest dare, & instituere Oeconomum Ecclesiæ, ita Barbos. *de potest. Episcopi* 3. *part. alleg.* 54. *num.* 78. *& de iure Eccles. lib.* 1. *cap.* 15. *sub num.* 20. Nec etiam potest nouas Parochias erigere sine speciali mandato prædicto, Barbos. *cit. loc.* vbi etiam dicit, quod non potest auctoritatem interponere erectioni nouæ Dignitatis, vel alterius noui beneficij, & ibidem etiam fatetur quod non possit collapsas Ecclesias, in Matrices, vel alias viciniores transferre, Meroll. *Theol. moral. tom.* 3. *disp.* 7. *cap.* 6. *dub.* 43. *num.* 399.

22 Tertiò Vicarius Generalis Episcopi sine speciali commissione non potest visitare, nec ius habet visitandi, ad præscriptum Sacr. Conc. Trid. *sess.* 24. *cap.* 3. *de refor.* tenet Fusc. *de visit. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 18. Rebuff. *in prax. titul. de forma Vicar. n.* 100. *&* 101. Sbroz. *de off. Vicar. lib.* 2. *q.* 102. *n.* 2. Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 45. *q.* 4. Vgol. *de potest. Episc. cap.* 4. *§.* 7. *vers. tertio nec visitare*, Narbona *de appellat. à Vicar. ad Episcopum par.* 1. *n.* 224. Barbos. *de potest. Episc. p.* 3. *alleg.* 73. *n.* 28. *& alleg.* 54. *n.* 102. Meroll. *cit. loc. dub.* 31. vbi multa in his terminis.

23 Quartò Vicarius Generalis Episcopi sine speciali commissione non potest cognoscere, inquirere, corrigere, aut punire aliquorum excessus, ita deciditur in *cap. licet hoc titul. & lib.* Idque verificatur in crimine hæresis, de quo Vicarius Generalis non potest cognoscere sine speciali mandato, docent Io. de Imol. *in Clem. prima de hæret. n.* 19.

Farinac.

Farinac. de hæreſ. quæſt. 186. num. 13. Decian. tract. criminal. lib. 5. cap. 21. num. 7. qui tamen poſt Gemin. in cap. vt commiſſi §. vltimo, & per eum adducta, admittit, quod Epiſcopo abſente, ſine ſpeciali commiſſione Vicarius cognoſcit de hac cauſa. Item non poteſt ſine ſpeciali mandato prædicto publicas pœnitentias imponere, nec publicè pœnitentes reconciliare, Barboſ. de poteſt. Epiſcopi cit. alleg. 54. num. 87.

24 Nota in his terminis, quod tenent aliqui Vicarium Generalem Epiſcopi non poſſe cognoſcere de cauſis criminalibus ſine ſpeciali mandato, & commiſſione, generaliter loquentes, in omnibus criminibus, ita Clar. in §. final. quæſt. 40. num. 3. vbi Baiard. tenet etiam Fuſc. de viſit. lib. 1. cap. 2. ſub num. 18. & hæc opinio videtur admittenda ex diſpoſitione Concil. Trid. ſeſſ. 24. cap. 20. §. ad hæc, vbi cauſæ criminales ad Epiſcopi iudicium ſolum referuntur. Verùm opinio huiuſmodi generaliter poſita non eſt vera, nec in praxi ſeruatur, nam poteſt Vicarius ſolùm ex generali commiſſione in criminalibus procedere, exceptis his, quæ ſpecialiter excipiuntur in iure, tenet Ricc. in prax. 2. par. reſol. 180. per totum vbi alios citat. & probatur per cap. licet hoc titul. & lib. vbi ex generali commiſſione denegatur Vicario facultas inquirendi, corrigendi, aut puniendi aliquorum exceſſus; non generaliter omnium exceſſus. Nec obſtat diſpoſitio Concil. Trid. in cap. 20. nam ibi committuntur cauſæ criminales iudicio Epiſcopi priuatiuè quoad Decanum, Archidiaconum, & alios inferiores, non autem quoad Vicarium Generalem, qui idem Tribunal facit cum Epiſcopo, vt patet ex verbis conciliaribus cit. §. ad hæc. Non tamen poteſt Vicarius Generalis procedendo in criminalibus inquiſitum amouere, ſeu deponere à ſuis beneficijs, vel adminiſtrationibus, aut ab ordine ſine ſpeciali mandato, vt ex dicto cap. licet notatum eſt ſupra, cum Sbroz. & Barboſ. de iure Eccleſ. lib. 1. cap. 25. num. 13. Nec pœnam corporalem in pecuniariam vertere poteſt, Rebuff. in prax. titul. de form. Vicar. num. 153. Nec etiam poteſt publicè pœnitentes reconciliare, Genuenſ. in prax. cap. 51. ſecundum vltim. impreſſ.

25 Quintò occaſione præcitati loci Concil. Trid. ſeſſ. 24. cap. 20. §. ad hæc, vbi ſimul cum cauſis criminalibus remittuntur iudicio Epiſcopi, etiam cauſæ matrimoniales tenent multi Vicarium Generalem non poſſe in cauſis matrimonialibus procedere ſine ſpeciali commiſſione, ita Rebuff. loc. cit. num. 115. Petr. de Ledeſma de matrimon. quæſt. 45. art. 1. punct. 3. dub. 4. Vgol. de off. Epiſcopi cap. 4. §. 7. num. 2. verſ. nono. Sed contraria opinio nempe, quod Vicarius ex ſola generali commiſſione poſſit cognoſcere de cauſis matrimonialibus iudicatur verior, & communis per text. in cap. 1. de frig. & malef. & cap. vltimo de cognat. ſpirit. vbi Butr. num. 2. Abb. num. 4. Alex. de Neuo num. 5. Couar. de ſponſal. part. 2. cap. 8. §. 12. num. 1. Anton. Cuch. inſtit. moral. lib. 2. titul. 8. num. 105. Sbroz. de off. Vicar. lib. 2. quæſt. 44. in fin. Sanch. de matrim. lib. 3. diſp. 29. n. 18. verſ. ſecundo, Barboſ. de poteſt. Epiſcopi part. 3. alleg. 84. num. 3. Ricc. in prax. 4. part. reſol. 471. per totum ſecundum vltim. impreſſ. Genuenſ. in prax. cap. 26. ſub num. 1.

26 Et licet Vicarius Generalis non poſſit impedire, quod Parochi denunciationes faciant abſque ſua licentia, teſtatur Barboſ. de poteſt. Parochi cap. 21. num. 16. ſic fuiſſe deciſum 27. Maij 1617. nihilominus poteſt Vicarius ex vi ſolius commiſſionis generalis ſine ſpeciali facultate diſpenſare, vt denunciationes poſtponantur, vel vt omnino omittantur, ita Genuenſ. in prax. cap. 26. num. 1. Caualcan. deciſ. 29. num. 17. part. 1. Sbroz. de off. Vicar. lib. 3. quæſt. 201. num. 1. & ſeq. Gutier. Canon. lib. 1. cap. 19. n. 13. & de Matrim. cap. 56. num. 11. Sanch. de matrim. lib. 3. diſp. 7. num. 9. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 83. num. 10. cum ſeqq. Garz. de benef. part. 5. cap. 8. num. 54. Ricc. in prax. prima part. reſol. 237. Molfeſ. in ſumm. tract. 4. cap. 8. n. 20. & alij, quorum opinio eſt verior, & magis communis contra Cephal. conſil. 421. num. 72. & ſeqq. vol. 3. Menoch. de arbitr. cap. 453. num. 5. Meroll. Theol. moral. 3. part. diſp. 7. cap. 6. dub. 17. num. 154. qui teſtatur hanc eſſe probabiliorem opinionem Spin. de teſtam. gl. 15. princip. num. 29. Suar. de Paz. in prax. tom. 2. prælud. 3. in fin. & alios tenentes Vicarium non poſſe denunciationes remittere ſine ſpeciali mandato.

Aſſiſtere quoque poteſt Vicarius Generalis ſine ſpeciali commiſſione matrimonio contrahendo, vel alteri committere, vt interſit, ita probat Sanch. de matrimonio cit. loc. num. 18. & ſeqq. & alij communiter, cum Vicarius veniat appellatione Ordinarij; Quod vlterius poſſe, etiam ſi Vicarius ſit tantum Clericus, & non Sacerdos, tenet Baſil. Pont. tract. de Sacram. lib. 5. cap. 11. num. 11. & Barboſ. de poteſt. Epiſcopi part. 2. alleg. 32. num. 117. Sed contrarium, nempe quod non Sacerdos Vicarius non poſſit intereſſe matrimonio, & quod Sacerdotem delegare debeat, magis communiter tenet Nauar. conſil. 1. ſub titul. de off. ordin. in antiq. aliàs conſil. 10. ſub titul. de deſponſat. in nou. Salzed. ad Diaz. in pract. cap. 76. verſ. decimoquartò, Saij in floribus deciſ. ſub titul. de off. ord. deciſ. prima, Cæual. commun. contra commun. quæſt. 604. nu. 59. Cened. pract. & Canon. quæſt. lib. 1. quæſt. 30. num. 46. Nec poteſt Vicarius ſine ſpeciali commiſſione diſpenſare in impedimentis dirimentibus in caſu, quo poteſt Epiſcopus, iuxta dicta per Sanch. de matr. lib. 2. diſp. 40. num. 3. & 12.

28 Tenent aliqui Vicarium Generalem Epiſcopi non poſſe ſine ſpeciali mandato facultatem concedere alijs Sacerdotibus audiendi confeſſiones Sacramentales, ita Barboſ. de poteſt. Epiſcopi part. 3. alleg. 54. num. 91. qui alios citat; Verùm contraria ſententia, quod poſſit etiam ſine ſpeciali commiſſione per ſe audire confeſſiones, & alijs facultatem concedere illas audiendi, eſt magis communis, quam latè probat Sanch. de Matrimon. lib. 3. diſput. 29. num. 15. & ſeqq. vbi refert contrariam opinionem, quam confutat, ſequitur Campanil. diuerſ. iur. Canon. rub. 12. cap. 13. num. 73. & ſeqq. Narbona de appellat. a Vicario ad Epiſcopum part. 1. num. 203. Nouar. ſingul. concl. titul. de confeſſion. Sacram. concl. 1. aliàs 68. num. 3. Idem Barboſ. de poteſt. part. 2. alleg. 25. num. 8. ſecundum Lugdunen. impreſſ. Meroll. loc. cit. dub. 21. n. 176. qui teſtatur de magis communi, & veriſsima ſententia.

28 Non poteſt tamen Vicarius ex Generali, & ſine ſpeciali commiſsione diſpenſare ſuper irregularitatibus, & ſuſpenſionibus ex delicto occulto prouenientibus, ad præſcriptum Sac. Concil. Trid. ſeſſ. 24. cap. 6. de reform. neque abſoluere à caſibus Papalibus occultis iuxta facultatem conceſſa per eumdem loc. Concil. Epiſcopo docet Sanch. de matrim. lib. 2. diſp. 40. num. 17. verſ. ad 2. Ricc. deciſ. 13. num. 9. 2. part. poſt Sbroz. Garz. & alij per eum adductis, ſequitur nouiſsimè Barboſ. de iure Eccleſ. lib. 1. cap. 15. num. 24. Meroll. cit. loc. num. 157.

30 Nec etiam poteſt Vicarius ſine ſpeciali commiſsione abſoluere à caſibus reſeruatis ab ipſo Epiſcopo, cum id non veniat in generali commiſsione, cap. penult. de pœnit. & remiſs. lib. 6. Sbroz. lib. 2. quæſt. 19. Gallet. Margar. caſ. conſcient. verbo Vicar. penes Barboſ. de poteſt. Epiſcopi 3. p. alleg. 54. num. 116. etiam ſi Vicarius prædeceſſor talem poteſtatem habebat, Genuenſ. pract. Eccleſ. q. 728. Meroll. cit. loc. num. 408.

31 Septimò Vicarius Generalis Epiſcopi ſine ſpeciali commiſsione non poteſt licentiam concedere alieno Epiſcopo exercendi pontificalia in ſua Diœceſi, teſtantur reſolutum Sbroz. in addit. ad ſuum tract. de off. Vicar. lib. 2. quæſt. 7. & Bonac. tom. 3. titul. de ſuſpenſion. in partic. diſp. 3. q. 2. punct. 12. num. 5.

32 Octauò Vicarius Generalis Epiſcopi non poteſt ſine ſpeciali commiſsione litteras dimiſſorias pro recipiendis ordinibus ſubditis concedere directis alieno Epiſcopo, niſi Epiſcopo ita abſente, & in remotis agente, vt non niſi poſt longum tempus aduentus eius ſperetur, docent Genuenſ. in prax. cap. 83. n. 4. ſecundum vltim. impreſſ. Sbroz. lib. 2. quæſt. 41. Campanil. diuerſ. iur. Canon. rub. 9. cap. 8. num. 3. & alij quos refert, & ſequitur Barboſ. de poteſt. Epiſcopi 2. part. alleg. 7. num. 9. & de iure Eccleſ. lib. 1. cap. 15. num. 21. per text. in cap. cum nullus de tempor. ordin. in 6. & quando Epiſcopus reperitur in remotis, non ſolum poteſt Vicarius ſine ſpeciali mandato dimiſſorias concedere; ſed etiam ſi ipſe Epiſcopus ſit, poteſt per ſe ipſum ordines conferre, teſtatur Genuenſ. cit. loc. num. 5. Dicitur Epiſcopus, adeſſe in remotis, quando moratur extra Prouinciam, vel vltra duas dietas ſecundum Genuenſ. in prax. cit. loc. num. 12. quem reprobat Ricc. in praxi 2. par. reſol. 18. vbi teſtatur Epiſcopum dici in remotis, quando

est vltra montes, secus si intra montes, innixus dispositioni *Cap. nihil de elect.* vbi dicitur quis valde remotus, quando moratur extra Italiam; Verùm in casu nostro non requiritur, quod Episcopus sit valde remotus, sed tantum remotus sine dictione valde, vt in dicto *Cap. cum nullus*, quod est minus, quam remotus, & proinde non est recedendum ab opinione Genuens. quæ fuit originalis glos. *in cit. cap. cum nullus verbo remotus*.

33 Nonò Episcopus potest transferre beneficia simplicia, etiam Iurispatronatus ex Ecclesijs collapsis, & quæ ob inopiam restaurari non possunt, in Matrices, vel alias Ecclesias, vocatis, quorum interest; & alia facere pro restauratione, & reparatione Ecclesiarum Parochialium, iuxtà dispostta in Concil. Trident. *sess. 21. cap. 7. de reform.* cuius potestas non transit ad Vicarium Generalem sine speciali mandato, ita Sbroz. *lib. 2. quæst. 127. num. 3.* Leo *Thes. for. Eccles. part. 2. cap. 16. num. 16.* Ricc. *decis. 79.* Barbos. *de potest. Episcop. part. 3. alleg. 54. num. 81.* Meroll. *loc. cit. num. 399.*

34 Decimò Vicarius Geoeralis Episcopi non potest sine speciali commissione concedere licentiam ædificandi noua Monasteria, & Conuentus in loco suæ Diœcesi, ex eo quia est de maioribus, ita testatur fuisse decisum sub die 11. Iulij 1620. Sell. *select. Canon. cap. 90. num. 4.* Aldan. *compend. Canon. resol. lib. 1. titul. 43. num. 36.* Barbos. *sum. Apostolicarum decis. vers. Vicarius Generalis Episcopi, quam habeat auctoritatem num. 10.*

35 Vndecimò Vicarius Generalis Episcopi non potest sine speciali commissione concedere indulgentias, quas Episcopus concedere potest, quam facultatem potest Episcopus non solùm Vicario, sed etiam Clerico demandare per specialem commissiooem, quia hæc potestas spectat Episcopo iure ordinario, ita docet post alios Bonac. *tom. 1. titul. de indulgent. disp. 5. quæst. prima punct. 3. num. 10. & seqq.* ita quoque Ricc. *in prax. 2. part. resol. 222. vlt. impress.* vbi probat, quod potestas concedendi indulgentias est actus Iurisdictionis, non ordinis, & proinde posse committi Vicario, qui potest tot dies indulgentiarum concedere, quot potest Episcopus, Barbos. *de potest. Episcopi part. 3. alleg. 54. num. 90.*

36 Duodecimò Vicarius Generalis Episcopi, sine speciali commissione non potest alium Vicarium substituere; Immò & cum speciali facultate substituendi, nec potest substituere, nisi concurrente legitima causa, & ad modicum tempus; & tunc substituendo, substitutus habet potestatem exequendi omnia commissa Vicario, docet post Sbroz. Zerol. & alios multos, Ricc. *in prax. 2. par. resol. 113. per totum secundum vltim. impress.* Seraphin. *decis. 1033.*

Decimotertiò Vicarius Generalis Episcopi noo potest Synodum congregare sine speciali mandato, ita Barbos.
37 *de potest. Episcopi 3. part. alleg. 54. num. 103.* Henric. Bottæ *tract. de Synod. Episc. part. 2. num. 2.* Rebuff. *in prax. titul. de form. Vicar. num. 151.* Sbroz. *lib. 2. quæst. 46. nu. 1.* Azor. *instit. Moral. part. 2. lib. 3. cap. 45. quæst. 5.* Gauant. *in Enchirid. verbo Synodus Diœcesana num. 3.* & licèt Barbos. *in summ. Apostolicarum decis. verbo Vicarius collect. 717. num. 3.* testetur contrarium fuisse decisum, nihilominus eadem decisio adducta per Sell. *select. Canon. cap. 25. num. 31.* cantat pro prima opinione contra Vicarium. Nec Synodales Constitutiones pro suo arbitrio mutare potest, declarauit Sacra Congregatio Rit. die 25. Februarij 1606. ita testantur Aldan. *compend. Canonic. resol. lib. 1. titul. 43. num. 35.* & Barbos. *summ. Apostolicarum decis. verbo Vicarius Generalis Episcopi, quam habeat auctoritatem num. 7.* Immò in Synodo, quam celebrat Episcopus, non est necessarium, quod interueniat Vicarius Generalis, probat Ricc. *in prax. prima part. resol. 567. num. 6. secundum vltim. impress.* ex quo principio conatur fundare, quod Vicarius Geoeralis non præcedit in Synodo Diœcesana Capitulum, idem Ricc. *eodem loc. 4. part. resolut. 391. num. 1. & 2.* multa ad id Marescott. *var. resol. lib. 1. cap. 69.*

38 Decimoquartò Vicarius Generalis sine speciali commissione non potest Decretum interponere, ac auctoritatem, in casu, in quo non requiritur assensus Apostolicus, super alienationibus, seu transactionibus rerum Ecclesiasticarum, tenet Sbroz. *lib. 2. quæst. 318. num. 2.* Caualcan. *decis. 45. num. 40. part. prima*, Redoan. *de reb. Eccles. non alien. in rub. de auct. Prælat. quæst. 41. num. 60.* Maceraten. *variar. resol. lib. 1. resol. 25. num. 7. & resol. 38. num. 11.* Grat. *discept. forens. cap. 379. num. 10. & seqq.* Barbos. *de potest. Episcopi cit. alleg. 54. num. 104. vbi etiam num. 103.* dicit, quod sine tali speciali commissione, non potest pias defunctorum voluntates exequi; licèt possit ex sola generali commissione prorogare terminum anni, datum per *l. nulli C. de Episc. & Cler. & cap. tua nos te testam.* executoribus ad exequendum vltimam voluntatem defunctorum, ad instantiam executorum, etiam sine causæ cognitione, quando testatoris voluntas non potest intra illud tempus exequi, Cæuall. *commun. contra commun. quæst. 374. num. 2.* Grat. *discept. for. 73. num. 11. & 12.*

Decimoquintò Vicarius Generalis Archiepiscopi, non 39
habet iurisdictionem in Episcopos suffraganeos, sine speciali commissione, *cap. Romana §. officiales autem de off. ord. in 6.* nisi quando Archiepiscopus est absens; tunc enim Vicarius habebit in dictos suffraganeos Iurisdictionem, cum facultate proferendi sententias excommunicationis, interdicti, & suspensionis, Sbroz. *de Vicar. Episc. lib. 2. quæst. 58. num. 3.* Grat. *discept. for. cap. 111. num. 19. & 20. & cap. 169. num. 16.* Meroll. *Theol. moral. disp. 7. cap. 6. dub. 40.*

Decimosextò Vicarius Generalis sine speciali commis- 40
sione non potest disceptare de causa restitutionis in integrum; nec potest deferre iuramentum purgationis Canonicæ, nec potest consentire, vt Metropolitanus cognoscat in principali negotio omisso appellationis articulo; nec causas feudales tractare potest; nec potest auctorare exemplum, ex originali sumptum; nec repræsalias concedere. Nec bona Clericorum confiscare, ita Barbos. *de potest. Episcopi 3. part. alleg. 54. num. 108. & seqq. & de iure Eccles. lib. 1. cap. 15. sub num. 20. in princip.* Sed quoad restitutionem in integrum contrarium defendit Meroll. *cit. loc. dub. 32.*

Decimoseptimò Vicarius Generalis Episcopi non potest 41
cognoscere de causa delegata Episcopo, nisi in rescripto addita sint verba illa, *siue eius Generali Vicario*; etiam si Episcopus generaliter substituisset Vicarium ad decidendas causas sibi competituras auctoritate delegata; requiritur enim specialis subdelegatio, ita post alios probat latè Campanil. *diuers. iur. Canon. rub. 11. cap. 23. num. 148. & seqq.* Barbos. *cit. loc. num. 111.*

Decimooctauò Vicarius Generalis Episcopi, secundùm 42
opinionem multorum, non potest sine speciali commissione excommunicationem, seu monitoriales litteras decernere, ad præscriptum Sacr. Concil. Trid. *sess. 25. cap. 3. de reform.* pro rebus deperditis, vel subtractis, ita tenet Vgol. *de potest. Episcopi cap. 45. in princip. vers. secundo*, Campanil. *diuers. iur. Canon. rub. 11. cap. 15.* Narbona *de appellat. à Vicario ad Episcopum part. prima num. 205.* & Barbos. *de potest. Episcopi part. 3. alleg. 96. num. 6. & de iure Eccles. lib. 1. cap. 15. sub num. 20.* Verùm contraria opinio est magis communis, & verior, nempè quod Vicarius ex sola generali commissione, possit decernere huiusmodi excommunicationes, seu monitoriales litteras, ita Sbroz. *de Vicar. Episcopi lib. 2. quæst. 171. num. 2.* Emman. *in summ. tom. 1. cap. 79. num. 1.* Henriq. *in summ. lib. 13. cap. 17. §. 4.* Zerol. *in prax. Episcop. part. 1. verbo Vicarius §. 17.* Suar. *tom. 5. disp. 20. sect. prima num. 2.* Sayr. *de censur. lib. 1. cap. 9. num. 33. vers. primum est*, Iacob. de Graff. *tom. 1. consil. sub titul. de sentent. excommun. consil. 6.* Sanchez *de matrim. lib. 3. disp. 29. quæst. 2. num. 16.* Leo *Thesaur. for. Eccles. part. 3. cap. 2. num. 17.* Lazzar. *sect. prima quæst. 6. num. 1. & seqq. tract. de monitor.* Garz. *de benef. part. 5. cap. 8. num. 94. 97. & seq.* Meroll. *cit. loc. dub. 33. num. 296. & seqq.* qui contrarijs respondet.

Decimononò Vicarius Generalis Episcopi, non potest 43
explorare voluntatem Puellæ profiteri volentis, ad præscriptum Sacri Concil. Trident. *sess. 25. cap. 17. de regul. & monial.* nec etiam cum speciali mandato, nisi Episcopo impedito, vel absente, deducunt communiter DD. ex verbis eiusdem Concilij *loc. cit.* ita Sbroz. *lib. 2. quæst. 208.* Campanil. *diuers. iur. Canon. rub. 12. cap. 16. nu. 12.* Tambur. *de iure Abbatissar. disp. 4. quæst. 2. num. 7.* Meroll. *vbi supra num. 403.* Nec potest Vicarius Generalis, vel alius superior monialium, ab Episcopo deputatus, licentiam

impar-

impartiri ingrediendi clauſuram monaſterij, ex quauis iuſta cauſa, ſine ſpeciali facultate, refert poſt Nauar. Barboſ. Bonac. & alios Tambur. *cit. loc. diſp. 23. quæſt. 2. num. 1.*

44 Vigoſimò Vicarius Generalis Epiſcopi, non poteſt ſine ſpeciali commiſſione imponere, & exigere charitatiuum ſubſidium, probat Barthol. Bellen. *tract. de charitat. ſubſid. quæſt. 11. per totum*, ſequitur Barboſ. *de poteſt. Epiſcopi part. 3. alleg. 54. num. 122. & de iure Eccleſ. lib. 1. cap. 15. num. 20. in final. verb.* Meroll. *cit. loc. num. 409.* poſt Azor. Sbroz. & alios per ſe ipſum adductos.

45 Vigeſimoprimò Vicarius Generalis Epiſcopi, ſine ſpeciali commiſſione, non habet poteſtatem faciendi, vel confirmandi Statuta, & Conſtitutiones, cum ſit voluntariæ iuriſdictionis, probat Mareſcot. *variar. reſol. lib. 1. cap. 69. num. 16. & ſeq.*

Etenim vltra prædicta, indiget Vicarius ſpeciali commiſſione pro ſequentibus alijs octo capitibus. Et primò non poteſt Vicarius ſine ſpeciali commiſſione nouas Parochias erigere, ita Sbroz. *lib. 2. quæſt. 117.* Barboſ. *de poteſt. Epiſcopi part. 2. alleg. 54. num. 76.* Neque alia beneficia creare Sbroz. *quæſt. 31. num. 4. cit. lib.* Garz. *de benef. part. 5. cap. 9. n. 75.* Rot. *in Segob. Capellania 24. Aprilis 1625. coram D. Vbaldo.* Secundò, nec poteſt ſine ſpeciali commiſſione auctoritatem interponere creationi nouæ dignitatis, à Canonicis factæ, Fel. *in cap. cum acceſſiſſent n. 15. de conſtit.* Sbroz. *lib. 2. quæſt. 31. num. 4.* Ricc. *in prax. tom. 4. reſol. 362.* Tertiò, nec ſine tali commiſſione poteſt aliquem amouere à ſuo beneficio, officio, vel adminiſtratione, aut ab ordine deponere, *cap. licet de offic. Vic. in 6.* Quartò non poteſt reuocare Clericum ab exilio, Vgol. *de poteſt. Epiſcopi cap. 4. §. 7. num. 2. verſ. ſeptimo inquiro*, Barboſ. *in ſimili tract. part. 2. alleg. 54. num. 79.* Quintò, nec poteſt Vicarius ex generali commiſſione exercere poteſtatem doctorandi, quam habet Epiſcopus ex priuilegio, ſecus ſi illi competeret iure communi, Sbroz. *de Vicar. Epiſcopi lib. 2. quæſt. 29. num. 8.* Meroll. *opuſ. moral. 3. part. diſp. 7. cap. 6. dub. 19. num. 164. & ſeqq.* Sextò, nec ſine ſpeciali mandato poteſt facere gratiam, & indulgere delinquentibus; nam id ſapit liberalitatem, & non venit in generali mandato, Card. *in Clem. prima num. 19. de offic. Vicar.* Rebuff. *in praxi benef. titul. forma Vicariat. Archiep. num. 176.* quod verùm eſt etiam abſente Epiſcopo, Sbroz. *lib. 2. quæſt. 38. num. 4.* Septimò, nec ſine tali ſpeciali facultate poteſt commutare pœnam corporalem in pecuniariam, etiam ſi habeat ſpeciale mandatum ad diſpenſandum, quia generalis facultas diſpenſandi, non continet poteſtatem diſpenſandi ſuper crimine, & commutandi pœnam, *arg. cap. penult. in fin. de off. Vicar. in 6.* Paul. de Caſtr. *conſil. 148. col. prima num. primo, & vltimo.* Octauò generaliter dicendum eſt, Vicarium Generalem Epiſcopi non poſſe exercere ex generali commiſſione illa, quæ ſunt voluntariæ iuriſdictionis, exceptis caſibus in iure ſibi conceſſis, ea ratione, quia ex generali commiſſione Vicarij non veniunt ea, quæ ſapiunt gratiam, ſed quæ ſapiunt iuſtitiam; hanc regulam conſtituit Meroll. *Theol. moral. 3. part. diſp. 7. cap. 6. dub. 14. num. 130.* eamque optimè declarat.

Dubitatur ſi Vicarius ſententiam protulit, vel id egit, quod requirebat ſpeciale mandatum ſine illo, an poſſit per Epiſcopum ratificari.

Reſpondetur negatiuè, quia talis ſententia, vel actus eſt nullus, & quod nullum eſt ratificari non poteſt Anchar. Gemin. & Franc. *in cap. licet de off. Vicar. in 6.* Guid. Pap. *deciſ. 189.* Rebuff. *in prax. titul. forma Vicariatus nu. 11.* Sbroz. *lib. 1. quæſt. 52. num. 13.*

46 Nota, quod tunc dicitur, Vicarium Generalem habere ſpecialem commiſſionem ad aliquod negotium, quando illud peculiariter eſt illi demandatum, vel in commiſſione, vel extra per alium actum, vt patet ad ſenſum. Similiter dicuntur conceſſa illi, quæ requirunt ſpeciale mandatum, quando in litteris commiſſionis fuerunt expreſſa nonnulla requirentia ſpecialem commiſſionem, & deinde additum eſt, *& omnia alia etiam ſi mandatum exigant ſpeciale*, tunc alia requirentia ſpecialem commiſſionem etiam non expreſſa cenſentur conceſſa, dummodo non ſint grauiora, vel maiora expreſſis, ita declarat poſt Sbroz. Leon. Vgol. & alios, Garz. *de benef. 5. parte cap. 8. num. 68. & ſeqq.* qui damnat opinionem illorum, qui tenent ſufficere generaliter concedi facultatem in omnibus caſibus, qui ſpeciale mandatum requirunt, *& num. 70.* vlterius addit, quod poſt expreſſum aliquod requirens ſpeciale mandatum, non ſufficit dicere, *& generaliter ad omnia alia* niſi addatur *etiam ſi mandatum exigant ſpeciale.* Multa ad id Meroll. *Theol. moral. 3. part. diſp. 7. cap. 6. dub. 43. num. 410. & ſeqq.*

47 Nota etiam, quod Vicarius Generalis poteſt exercere ea, quæ requirunt ſpeciale mandatum, quando fuit conſtitutus cum clauſula, *cum libera, cum plena poteſtate*, quæ inducit mandatum ſpeciale, etiam ſi non ſit facta expreſſio aliquorum ſpecialium, ita probat latè contra Sbroz. Garz. *cit. cap. 8. num. 72. & ſeqq.* vbi etiam docet, quod clauſula, *quod poſſit omnia; quæ dominus facere poſſet*, importat mandatum *cum libera*, ſequitur Meroll. *cit. loc.* qui alios adducit.

48 Nota quoque grauem eſſe quæſtionem inter DD. ſi Epiſcopus facultatem dederit Vicario Generali omnia exequendi, & exercendi excepto vno, vel duobus negotijs in ſpecie, quæ non veniunt in generali commiſſione, an præter reſeruata, dicantur conceſſa Vicario omnia alia requirentia ſpeciale mandatum; & in hac quæſtione ſunt pugnantes inter ſe opiniones, & pro vtraque ſententia concurrunt graues DD. quos omnes refert Garz. *de benef. part. 5. cap. 8. num. 77. & ſeq. ipſe verò num. 79.* conciliando pugnantes ſententias, ſic diſtinguit: Aut Epiſcopus dedit facultatem omnia faciendi excepta tali re, quæ requirit ſpecialem commiſſionem, & tunc alia requirentia eandem ſpecialitatem non cenſentur conceſſa. Aut Epiſcopus facultatem dedit facienda omnia, quæ ipſe conſtituens facere poteſt excepta tali re, quæ requirit ſpeciale mandatum, & tunc iudicantur conceſſa omnia alia, quæ requirunt ſpecialem commiſſionem; & ratio eſt, quia illa verba, omnia, quæ ipſe conſtituens facere poteſt, important mandatum cum libera, per quod veniunt ea, quæ requirunt ſpeciale mandatum; ita Garz. *cit. loc.* cuius opinio diſtinguens, non differt ab opinione illorum, qui tenent in hoc caſu non cenſeri conceſſa illa, quæ requirunt ſpeciale mandatum præter reſeruata, quia in ſecundo membro diſtinctionis, in quo dicit cenſeri conceſſa, conceſſio non eſt vigore prædictæ reſeruationis, ſed vigore illorum verborum, quæ indicant mandatum cum libera. Sed in hoc caſu probabilior indicatur opinio illorum, qui tenent non venire, quæ requirunt ſpeciale mandatum, refert Meroll. *cit. loc. num. 411. & ſeqq.*

49 Alia eſt quæſtio in hac materia, nempe, iudiceturne Ordinarius, an Delegatus Vicarius in ijs, quæ ei non competunt vigore generalis, ſed ſpecialis commiſſionis, de qua quæſtione vide apud Genuenſ. *in prax. Curiæ Archiepiſcopalis Neapolitan. cap. 67. in fin. ſecundum vltimam impreſſ.* latè Garz. *de benef. parte 5. cap. 8. num. 41. & ſeqq.* Campanil. *diuerſ. iur. Canon. rub. 11. cap. 23. num. 149. verſ. ſed Vicarius;* In qua licet defendi poſſit Vicarium in cauſis requirentibus ſpeciale mandatum, & commiſſionem ſemper dici delegatum per *deciſ. Rot. 7. de off. Vicar. in nou.* nihilominus magis communis opinio videtur, quod ſi Vicario fuerit data in his, quæ requirunt ſpeciale mandatum inſimul iuriſdictio generalis, iudicetur ordinarius, ſi verò fuerit data iuriſdictio ſeparata cenſeatur Delegatus, pro qua diſtinctione vltra DD. cit. facit etiam Rot. apud Creſcent. *de off. Vicar. deciſ. vnica aliàs 178. in fin.* Meroll. *vbi ſupra num. 121.* quicquid ſit in iure, in praxi videmus ſeruari, quod Vicarij in his, quæ ſpeciale requirunt mandatum ſemper procedunt, vt Ordinarij, non vt delegati, nam ſe ſubſcribunt in actis illorum *N. N. Vicarius Generalis.* Teſtor tamen vidiſſe ſeruatum, & optimè in Curia Archiepiſcopali Capuæ, in qua cum magna calliditate in omnibus proceditur, in collatione beneficij facta per D. Nicolam Bonum Vicarium Generalem dictæ Curiæ, virum maximè integritatis, & optimi iudicij in gubernando, ac ſufficientiſſimæ litteraturæ, in Bullis collationis ſe ſic ſubſcripſiſſe *N. B. Vicarius Generalis, de ſpeciali mandato Illuſtriſſimi Archiepiſcopi.*

50 Quæro, an hoc ſpeciale mandatum, ſiue commiſſio ſit probanda, vel potius præſumatur in Vicario Generali. In quo quæſito, præmittendum eſt primò, Vicariatum, & ipſam deputationem in Vicarium eſſe probandam, ex regula illa generali, quod qualem quis ſe facit,

talem

talem se debet ostendere, *l. non ignorat*, vbi Bart. *C. de accusat.* Bald. *consil. 89. num. 3. lib. primo*; immò in hoc, nec creditur assertioni ipsius Vicarij, docet in terminis Paris. *consil. 12. num. 14. & 15.* Declara id procedere, quando Vicariatus negatur, tunc enim fundans se in illo, debet illud probare, vnde si ei non opponatur non est probandus, quia tunc præsumitur, Rot. *decis. prima aliàs 47. de offic. Vicar. in nou. & decis. 499. aliàs 4. de off. del. in antiq.* Mil. *in repert. in verb. Vicarius*, Burs. *consil. 23. n. 2 a. lib. primo*.

51 Probatur Vicariatus in his terminis, etiam per communem reputationem, Rot. *decis. 499. aliàs 4. de off. ord. in antiq.* Felin. *in cap. sicut de re iudic.* Crescent. *decis. prima, aliàs 178. de off. Vicar. in princ.*

52 Præmitto secundò, quod si non opponatur, nec negetur deputatio in Vicarium, & Vicariatum; sed solum negetur potestas Vicarij; & tunc distinguendum est, quod aut negatur potestas, & facultas, quam habet Vicarius ex generali commissione, & iurisdictione ordinaria, & illa non est probanda, sed præsumitur, *cap. cum in iure de off. deleg.* Bald. *in l. ea quidem col. 4. C. qui accus. non poss.* Fel. *in eodem cap. cum in iure col. pen.* & probatur opinione Rot. *decis. 176. in antiq.* vbi deciditur credendum esse legato in his, quæ veniunt ex communi iure, & ex officio legationis.

53 Si verò negetur in Vicario facultas eorum, quæ requirunt speciale mandatum, & hoc est quod quæritur; & tunc subdistinguendum est, quod aut negatur, & opponitur contra hanc facultatem antequam Vicarius illam exerceat, & ad impediendum actum faciendum, & tunc illa est omninò probanda, nec præsumi debet, aliàs actus est ipso iure nullus, exemplo delegati, à quo si petatur, vt doceat de suo mandato, si non doceat, quicquid agit, est ipso iure nullum, iuxta dicta per Innoc. *in cap. venerabilis col. prima de censib.* & Fel. *in cit. cap. cum in iure de off. deleg.* ita Mascard. *de probat. conclus. 1405. num. 16.* Crescent. *cit. decis. prima*, qui tenent etiam in hoc casu probari hanc facultatem per communem reputationem. Si verò negatur prædicta facultas postquam Vicarius illa vsus est, & ad annullandum actum factum, & tunc si Vicarius, vel eius prædecessor communiter expleuit ea, quæ requirunt specialem facultatem, maximè Episcopo præsente, est præsumenda facultas prædicta, ne actus facti inualidentur, cum semper præsumatur pro validitate actus, ita Paris. *de resignat. lib. 7. quæst. 24. num. 13.* Crescent. *cit. decis. prima*, & generaliter, quod mandatum præsumatur post actum factum, concludit idem Paris. *cit. loc. lib. 9. quæst. 2 a. num. final. & num. 21.* dicit, quod præsumitur mandatum delegationis ex temporis diuturnitate, faciunt dicta per Barbos. *de iure Eccles. lib. primo cap. 32. num. 129. vers. sed est in fin.* vbi latè probat hoc speciale mandatum in Vicario præsumi, & probari multis coniecturis, & signanter dicit præsumi Vicarium voluisse id, quod poterat concedere Episcopus per Rot. *decis. 675. n. 4. 3. part. diuers.*

54 Obseruandum est etiam, Episcopum non posse eligere in Vicarium Parochum, quia cura, & Vicariatus sunt incompatibiles, tenet Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. gl. 6. num. 255.* Garz. *de benef. part. 3. cap. 2. num. 40. & seq.* voluit Sacra Congreg. Concil. *in declarat. relata per Meroll. Theol. moral. 3. part. disp. 7. cap. 6. dub. 7. num. 60.* quicquid in contrarium teneat Nauar. *consil. 15. de cler. non resid.* cui benè respondet Merol. *cit. loc. num. 61.* post Gonzal. quòd nec permitti potest ob consuetudinem, vel ob paucitatem ouium, iuxta relata per Emanuel. Sà *verbo residentia num. 1.* Solet quandoque Sacra Congregatio concedere licentiam Parocho, vt valeat abesse à residentia per sex menses causa exercendi officium Vicariatus. Prædicta licet vera sint, tamen videmus in praxi in multis locis in quibus Vicarius paruam habet occupationem, Parochum eiusdem Ciuitatis exercere officium Vicariatus, & toleratur ex quo cura nullum recipit detrimentum.

55 Ex dictis supra hic num. 5. habemus Regularem posse eligi ab Episcopo in Vicarium generalem, de licentia tamen superioris, quod extendit etiam ad mendicantes dummodo non sint Ordinis Minorum, Meroll. *vbi supra dub. 5. num. 36.* contra Sbroz. & alios. Disceptatur in hoc casu cuius superioris licentia requiratur; tenet Rodriq. *qq. Regul. tom. 3. quæst. 76. art. vltim.* requiri necessariò licentiam Generalis, vel Prouincialis. Sed probabilius esse sufficere licentiam immediati Superioris Conuentus, puta Prioris Præpositi, & similium defendit Meroll. *cit. loc. num. 39. qui ibidem in fin.* dicit, quod si Regularis non est exemptus à iurisdictione Episcopi, requiritur licentia Superioris immediati Regularis, & Episcopi, & discordante Superiore Regulari, sufficere licentiam Episcopi.

Non solùm licentia prædicta requiritur si Regularis eligatur Vicarius ab Episcopo, sed etiam est necessaria vtilitas Monasterij per generalem dispositionem *text. in cap. Monachi il 2. 16. quæst. prima, & cap. 2. de postul.* vbi disponitur ad hoc, vt Regularis valeat exercere officium iudiciale requiri duo, licentiam Superioris nempe, & vtilitatem Monasterij, quæ vtilitas largo modo accipitur; vnde dum inseruit Episcopo Regularis, dicitur concurrere hæc vtilitas, cum ex hoc negotia Monasterij facilius promoueantur, Sanch. *in summ. tom. 2. lib. 6. cap. 13. num. 92.* & licet id restringat tantùm in seruitio Episcopi loci, in quo est Monasterium, Meroll. *cit. loc. num. 40.* tamen potest esse verum, etiam si in loco Episcopatus non sit Monasterium, sed sint alia bona, vel iura Religionis, nam cum illis procedit ratio Sanch.

Disceptant DD. si de facto deputetur Regularis in Vicarium sine licentia Superioris sui, an eius gesta sint valida; & negatiuam partem defendit probabiliter Sanch. *in summ. cit. cap. 13. num. 97.* nempe non valere gesta per illum; contrarium nempe gesta prædicta esse valida probabilius defendit Meroll. *cit. loc. num. 45.* opinio verò Sanchez est omninò vera, & secura in Regulari Ordinis Minorum.

Dictum est supra Episcopum, & Vicarium constituere 56
idem Tribunal, per *text. in cap. Romana*, vbi DD. omnes *de appellat. in 6.* ex quo sequitur, quod Vicarius non possit esse Iudex in causa sui Episcopi, tenet Capyc. *decis. 137. in princip. & num. 9.* Sbroz. *lib. 2. quæst. 137.* qui alios refert, qui id ampliant in causa Ecclesiæ Episcopalis. Sed hæc sententia non procedit è conuerso, nam Episcopus potest esse Iudex in causa sui Vicarij, ita Specul. *titul. de compet. Iud. adit. §. sequitur num. 3.* Pauin. *de potest. Cap. Sed. Vacant. 2. part. princep. quæst. 10. num. 22.* Capyc. *decis. 137. num. 7.* Sbroz. *lib. 2. quæst. 38.* quod fallit si negotium concerneret aliquod interesse Episcopi.

Ex eodem principio sequitur etiam, quod gesta per Vicarium adeò obligant Episcopum, vt illis non possit contrauenire, ita Rebuff. *in prax. benef. titul. de Vicar. Episcopi num. 40.* Sbroz. *lib. 3. quæst. 29.* nisi gesta excederent potestatem Vicarij; nam tunc Episcopus non tenetur illis stare, Meroll. *Theol. moral. tom. 3. disp. 7. cap. 6. dub. 50. num. 445.*

Officium Vicarij Episcopi finit, primò reuocatione 57
facta ab ipso Episcopo; potest enim Episcopus ad sui libitum reuocare Vicarium, glos. *in Clem. fin. de procur. & Clem. si principalis verbo per electionem de rescript.* vbi DD. communiter, quod verum est, etiam si Episcopus iurauerit non reuocare Vicarium, Io. Andr. *in cap. tua de offic. Vicar.* Boer. *decis. 347. num. 1.* Rebuff. *in prax. benef. tit. form. Vicar. Archiep. num. 193.* Esset tamen periurus Episcopus reuocando Vicarium sine causa, licet reuocatio valeret, Rebuff. *cit. loc.* Sbroz. *lib. 3. quæst. 32. num. 8.* Non tamen potest Episcopus reuocare Vicarium confirmatum à Papa ad vitam, vel ex certa scientia, prout benè aduertit Meroll. *cit. cap. 6. dub. 51. num. 452.*

Reuocato enim Vicario, gesta per eum non valent, si notitiam habuit de reuocatione, quia caret iurisdictione, nisi communis error esset reuocationis; quia tunc etiam si Vicarius habeat notitiam reuocationis adhuc gesta sustinentur per *text. in l. Barbarius ff. de off. prætor.* docent Rebuff. *cit. loc. num. 210.* Boer. *decis. 347. nu. 12. & 13.* Flam. *de resignat. lib. 7. quæst. 24. num. 41.* Sbroz. *lib. 3. quæst. 36. num. 6. & seqq.* Sanch. *de matrimon. lib. 3. disput. 30. num. 11.*

Controuertunt DD. in his terminis, qualis notitia reuocationis requiratur in Vicario, ad hoc, vt illius gesta sint irrita: Tenent enim multi sufficere, si persona fide digna casu nouerit reuocationem, ac de ea certiorem faciat Vicarium, ita Sbroz. qui alios refert pro hac sententia

lib. 3.

lib. 3. quaest. 33. num. 10. & secundum eam videtur decisum apud Boer. *decis.* 347. *num.* 15. Alij verò tenent requiri, quod Vicarius certioretur de reuocatione ab ipso Episcopo, saltem per Epistolam, vel Nuncium, & hæc sententia videtur magis communis, referunt Garz. *de benef. p. 5. cap. 8. num. 176.* Azor. *inst. moral. tom. 2. lib. 3. cap. 45. quaest. 14. in fin.* Sanch. *de matrim. lib. 3. disp. 30. num. 13.* & alij, quos refert Meroll. *Theol. moral. 3. part. disp. 7. cap. 7. dub. 51. num. 456.*

Secundò expirat officium Vicarij per mortem Episcopi ipso facto, etiam quoad negotia cepta, est indubitatum apud omnes. Item expirat depositione, vel si fuerit captus Episcopus à Paganis, Schismaticis, vel Hæreticis, durante captiuitate, sic etiam renunciatione acceptata à Pontifice, & translatione ad alium Episcopatum, Meroll. *cit. loc. num. 470. vbi num. 473.* id etiam dicit ex permutatione.

Tertiò dicitur suspensa Iurisdictio Vicarij per excommunicationem, suspensionem, vel interdictum Episcopi generaliter, etiam quoad negotia cepta, quod latè discutit Meroll. *cit. cap. 6. dub. 54. per totum, qui dub. 55.* dicit, quod excommunicato Vicario; dicitur etiam suspensa iurisdictio Subuicarij.

Controuersum est inter DD. an per constitutionem secundi Vicarij dicatur reuocatus primus; Pro vtraque sententia refert defendentes Meroll. *cit. loc. dub. 52.* Sed probabilior est sententia illorum, qui tenent, quod nisi ex verbis constitutionis secundi Vicarij constiterit, & colligatur reuocatio primi, secundus censetur constitutus cumulatiuè, & primus non reuocatus.

OBSERVATIONES

D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Pluribus Diœcesibus vnitis an possit Episcopus cogi ad constituendos plures Vicarios? Præsertim si Episcopatus sint disiuncti?*
2 *Quid ratione magnæ distantiæ?*
3 *Declarantur Ancharan.*
4 *Vicarius Generalis præcipuus quis sit, quando plures sunt constituti generales.*
5 *Sede Episcopali, vel Metropolitana vacante, an Capitulo possit deputare Vicarium in Diœcesi vnita?*
6 *Vicarius Generalis Episcopi, quæ nequeat agere, & quæ possit.*

1 Plures Diœceses si fuerint æquè principaliter vnitæ, an Episcopus duos Vicarios constituere cogatur, vel satisfaciat suo muneri vnum retinendo?

Quando enim Cathedrales, & Diœceses æquè principaliter, vniuntur, quælibet tunc retinent suum primæuum statum, suaque iura, ac si essent verè, & realiter distinctæ, ex deductis per Mandos. *cons.* 27. Gratian. *discept.* 823. vbi de Ecclesijs *Sulmonen. & Valuen.* & de alijs vt *Ciuitaten. & Ampurien. Viterbien. & Tuscanen. Acheruntina, & Maturenen.* & alijs, Card. de Luca *de iurisd. discurs. 22. & de pœnitent. discurs. 7.*

Vnioque facta Episcopatuum disiunctorum, vt de Episcopatibus *Campanien. & Sutrianen.* in Regno Neapolitano, quorum vnus ab altero naturaliter est seiunctus cum intermediatione aliarum Diœcesum. Immò cùm diuersitate prouinciarum, quia *Camparuensis* est in Prouincia *Salernitana*, & sub eo Metropolitano Archiepiscopo. Ille verò *Sutrianen.* est in Prouincia *Compsana*, & sub eo diuerso Metropolitano, & de alijs idem de Luca *de iurisd. d. disc. 22. num. 9.*

Resolutiuè cæterum concluditur negatiuè, scilicet quod Episcopus duarum Ecclesiarum æquè principaliter vnitarum non tenentur duos Vicarios, duoque Tribunalia habere, ideòque subditi vnius Diœcesis euocari possunt ad locum residentiæ Episcopi. Nisi obstet centenaria consuetudo, vt admittitur apud Mandos. *cons.* 27. vbi agit de Ecclesijs *Brundusin. & Vritan.* Gratian. *discept.* 655. & 892. Rota *decis. 105. part. 11. recent. num. 8. & decis. 215. part. 13. recent. num. 2.*

An ratione magnæ distantiæ ob incommodum, & 2
asperum iter videtur, quod possint subditi iustè petere iudicandos esse ab Officiali particulari, ex Ancharan. *in cap. finem litibus de dolo, & contumac. & cap. cum te de offic. deleg. num. 1.* Gratian. *discept. 892. num. 8.*

Nihilominus hæc opinio videtur magis communiter reprobata per Abb. & alios collectas per Barbos. *alleg. 54. num. 27.* vbi agit de amplissimo Episcopatu Toletano, & *de iur. Eccles. lib. 1. cap. 15. num. 30.* Rota *decis. 537. nu. 10. part. 4. recent. tom. 3.*

Id enim quod dicunt Ancharan. & sequaces non pro- 3
cedit de iure, sed ex quadam æquitate, ob quam non vrget necessitas deputandi duos Vicarios generales, & erigendi duo diuersa Tribunalia cum prohibitione Episcopi, ne residens in Cathedrali Diœcesanos ad se euocare non valeat, ibique causas cognoscere, sed solum ad effectum deputandi in locis Vicarios foraneos, & particulares pro leuium, & minorum causarum cognitione, ne pro istis subditi magnum, & incongruum incommodum pati cogantur, vt seruat vsus Episcopatuum amplarum Diœcesum.

Vicarius Generalis, qui vnicus pro tota Diœcesi est ille, 4
qui apud Episcopum assistit; Alij enim, qui pro alijs Diœcesis partibus, ac etiam in ipsamet Ciuitate deputantur foranei, vel speciales delegati dicuntur, quamuis generalis titulus, seu nuncupatio cum aliqua etiam delegatione vniuersitatis causarum ei tribuatur, quoniam erit quidem Vicarius foraneus, sed cum aliqua maiori prærogatiua; & iurisdictione, quam regulariter huiusmodi Vicarijs competit Card. de Luca *in annotat. ad Sac. Conc. Trident. discurs. 4. num. 5. & de Benefic. discurs. 10. num. 5.*

Sede vacante Episcopali, vel Metropolitica, an Capitu- 5
lum possit deputare Vicarium Capitularem in altera Diœcesi vnita? Dic ab vtroque faciendam esse electionem, vt Bellamer. & alij *in cap. & temporis 16. quaest. 1.* Grat. *discept. 893. num. 23.*

Vicarius absque speciali mandato Episcopi non potest 6
reseruare iuspatronatus, Rota *decis. 87. num. 9. & 10. part. 7. recent.* vbi nisi adsit obseruantia perpetui temporis.

An Vicarius Generalis Episcopi valeat explorare voluntatem puellę recipiendę ad Religionem? Negant Sbroz. *de Vicar. Episcop. lib. 2. quaest. 207.* Barbos. *de Episcop. alleg. 100. num. 8.* Nisi Episcopus esset impeditus. At contrarium tenent Garz. *de benefic. part. 9. cap. 2. num. 119.* Ciarlin. *contr. 104. num. 19.* Verba Concilij Episcopo impedito congruitatem important, Pac. Iordan. *tom. 2. lib. 10. cap. 8. num. 104.*

Vicarius Generalis Episcopi, an possit remittere denunciationes matrimonij? Gratian. *discept. 83. num. 14. & 15.* affirmat. Sed contrarium tenet Fagnan. *in cap. cum inhibitio de clandestin. desponsat. num. 9.* & dixi in Gratian. *vbi supr. num. 11.* Beneuerùm per transennam ieiunè contrarium tradit Card. de Luca *in annot. ad S. C. Trid. discurs. 26. num. 26.*

Vicarius Generalis Episcopi potest vacante Parochiali Ecclesia indicere conuersum, qui habendus est coram Episcopo, & eo impedito, vel absente coram Vicario Generali, vt ad litteram disponit Concilium Tridentinum *sess. 24. de reform. cap. 18.* Card. de Luca *de paroch. discurs. 37. num. 12.* vbi quod licet alternatorum natura sit, vt vno posito, alterum excludatur, attamen de communi praxi receptum sit, vt præsidente Episcopo cum examinatoribus interueniat etiam Vicarius Generalis, qui etiam interroget absque tamen voto, sed tanquam assessor, siue assistens Episcopo, Pac. Iordan. *vbi supra dict. num. 104.*

(∵)



SVM-

SVMMARIVM.

1 *Vicarius Generalis, quando præcedat omnes Canonicos, & quando non, num.2.*

3 *Vicario Generali debentur candela, & palma ante omnes, præterquam Episcopo, & assistentibus, nisi quoad primum dictum obstet consuetudo, num.8.*

4 *Vicarius Generalis non sumit candelam, & palmam ante dignitatem, quæ proximè Episcopo ministrauit licèt tunc non sit parata.*

5 *Vicarius Generalis adorat Crucem ante dignitates, & Canonicos non paratos, & etiam thurificatur, non sic si parati sint, neque ex vi consuetudinis, num.6.*

7 *Vicarij Generalis locus consuetus mutari non debet, neque absente Episcopo: Sedes eligenda ex voluntate.*

9 *Vicarius Generalis, quando ante alios thurificatur, tunc non nisi duplici ictu, nisi sit Prælatus.*

10 *Vicarius Generalis non potest se immiscere functionibus Ecclesiasticis, nisi tantum mandando, vt fiant cum ordine.*

11 *Vicarius Generalis Canonicus ad hoc, vt præcedentijs gaudeat habitum Vicarialem gestare debet, amittit tamen tunc distributiones, num.12.*

13 *Vicarius Generalis Canonicus, sub prætextu Vicariatus absens, distributiones non lucratur.*

14 *Vicarius Generalis Canonicus, debet in proprio loco canonicali dare votum, & in pertinentibus sibi, vel Episcopo à Capitulo exire.*

15 *Vicarius Generalis non Canonicus Capitulo interuenire non debet, nisi admitteretur ob sedanda scandala.*

16 *Vicarius Generalis, quando præcedat gubernatores, & alios sæculares.*

17 *Vicarius Generalis benedictionem Diacono, vel Prædicatori dare non potest, nec prohibere inchoationem officij ad placitum.*

18 *Vicarius Generalis non potest facere circulum Episcopo cum Dignitatibus, & Canonicis in Missa.*

19 *Vicario Generali præcedit Capitulum in Synodo Diœcesana, & in omnibus, vbi Episcopus cum Capitulo facit vnum, num.20.*

21 *Vicarium Generalem præsente Episcopo non debere honorari, quid significat.*

22 *Vicarium generalem absente Episcopo amplam omnem facultatem habere, quid significet.*

ANNOTATIO XIV.

§. II.

1 NOtanda sunt hic extra text. aliqua de Vicario Episcopi præcedentia, quæ ad vsum frequenter occurrere possunt: Et primò, quòd Vicarius præcedit omnes Canonicos, etiam Dignitates, tam extra, quàm intra Ecclesiam, ita Sbroz. *lib.2. quæst.* 25. *num.* 4. & absente Episcopo debet habere in Ecclesia primum locum super omnes Dignitates, & Canonicos, non obstante quauis consuetudine, vel alio contrario, testatur declarasse Sacr. Congregat. Rit. *in vna Andrien.* 7. *Augusti* 1610. *& in alia Ferrarien.* 20. *Decembris* 1614. *& in Meliten.* 13. *Iulij* 1619. Barbos. *de Canon. & Dignit. cap.* 5. *num.* 36. Et Episcopo præsente, & Choro absente, assignari debet Vicario locus conueniens, Sbroz. *cit. loc. num.* 1. *& seqq.* fuit dictum à Sacra Congregat. Episcop. & Regul. *in vna Bisignanen.* 16. *Maij* 1600. multa Ricc. *in prax.* 4. *part. resol.* 390.

2 Fallit prædicta præcedentia Vicarij, quando Canonici assistunt Episcopo in Choro, vel Processionibus parati Pluuiali, Planetis, aut alijs sacris paramentis, iuxta cuiusque ordinis gradum, tunc enim Vicarius non potest præcedere Canonicos, ita voluit Sacra Congregatio Rit. *in Egitanien.* 3. *Augusti* 1602. *in resp. ad* 3. *dub. & in Ciuitatis Pennæ* 12. *Aprilis* 1603. *& in Lauretana* 6. *Decembris* 1603. *& in Tyburtina* 6. *Martij* 1610. apud Aldan. *compend. Canon. resol. lib.* 1. *titul.*43. *num.* 24.

Vnde licet Vicario Generali prædicto candelæ, cineres, & palmæ ante omnes Dignitates, & Canonicos dari debeant, vt cum dicta *Bisignanen.* firmat Barbos. *de iure Eccles. lib.* 1. *cap.* 15. *num.* 40. id fallit cum illis Dignitatibus, & Canonicis, qui Episcopo assistunt, vel inseruiunt induti pluuiali, planetis, aut alijs sacris paramentis, iuxta sui ordinis gradum, testatur Barbos. *cit. num.* 40. & voluit Sacra Congreg. Rit. *in Lauretana, & Nolana* 23. *Martij* 1602. *&* 6. *Septembris* 1603. *& in Tyburtina* 6. *Martij* 1610. *& in Monopolitana* 7. *Augusti* 1628. quos refert Aldan. *cit. loc. tit.*43. *num.* 28. 3

Immò etiam, quod si Canonici non sint parati vt supra, nec etiam debeat Vicarius Generalis præcedere, & accipere candelam ante illum Canonicum, vel Dignitatem, qui Episcopo ministrauit, voluit eadem Sacr. Congreg. Rit. *in Lucerina* 14. *Maij* 1608. *in resp. ad* 3. *dub.* refert Sell. *in select. Canon. cap.*36. *num.*29. 4

Eodem modo Vicarius Generalis præcedere debet omnes Dignitates, & Canonicos non paratos, vt supra, in adoratione Crucis, & Thurificatione, & generaliter habere debet digniorem locum post Celebrantem immediatè, quando verò Canonici sunt parati, vt supra, est thurificandus post Canonicos, voluit Sacr. Rit. Congreg. *in Placentina* 19. *Maij* 1607. *in resp. ad* 6. *dub. & in Alexandrina* 15. *Martij* 1608. *in resp. ad primum dub.* de quibus Sell. *cit. loc. cap.*36. *num.*47. 5

Vlterius Vicarius Generalis, nec sub prætextu consuetudinis, præcedere potest Canonicos paratos vt supra, voluit eadem Sacra Congregatio Rit. *in Lauretana* 6. *Septembris* 1603. *& in Casalen.* 5. *Iulij* 1614. *& in Castellaten.* 25. *Septembris* 1621. vt testatur Sell. *cit. loc. cap.* 36. *num.*47. 6

Debet quoque Vicarius sedere in Choro, & in Ecclesia in loco, quem illi consuetudo assignauit, nec debet mutari, ita testatur declarasse Sacram Congregationem Rit. *in Alexandrina* 15. *Martij* 1608. Sell. *in resp. ad* 3. *dub. in select. Canon. cit. cap.*36. *num.*29. Vnde non potest arbitrio suo sibi eligere sedem, sed debet in sede solita sedere, vt supra, & voluit eadem Sacr. Congreg. *in Nersinen.* 4. *Maij* 1606. teste eodem Sell. *cit. loc. num.* 40. Manriq. *de præced. quæst.* 52. *num.* 5. Nec Vicario est paranda sedes cum tapetis, & puluinari, vt in eadem *Nersinen. fuit declaratum, & in Brundusina* 16. *Iulij* 1605. quam refert Aldan. *compend. Canon. resol. lib.* 1. *titul.* 43. *num.* 30. vbi etiam fuit dictum, non licere Vicario absente Episcopo occupare locum ipsius Episcopi, sed eundem debere esse locum absente Episcopo, quem illo præsente habere consueuit. 7

Diximus Vicarium debere accipere Candelam, Palmam, Cineres, & adorare Crucem ante Dignitates, & Canonicos non paratos vt supra; Idque intellige, quando contraria consuetudo aliud non disponeret; nam si post illos solitus sit recipere prædicta, non est à consuetudine recedendum, voluit eadem Congreg. Rit. *in Neocastren.* 16. *Ianuarij* 1607. *& in Alexandrina* 15. *Martij* 1608. *in* 1. *dub.* vt testatur Sell. *cit. loc. num.*49. 8

Et licet Vicarius sedeat supra omnes Dignitates, & Canonicos, illosque præcedat, vt supra, nihilominus in thurificatione, licet sit primus, non debet thurificari triplici, sed duplici ductu thuribuli; nisi Vicarius sit Prælatus, quia tunc triplici ductu thurificandus est, ita Aldan. *cit. loc. titul.*43. *num.* 30. vbi refert ita voluisse Sacram Congregationem *in Nepesina* 4. *Ianuarij* 1617. sequitur Barbos. *de Canon. & Dignit. cap.*34. *num.* 29. Nec debet illi tradi osculandus liber Euangeliorum, etiam si sit Vicarius Apostolicus, Barbos. *de iure Eccles. lib.*3. *cap.* 15. *num.*43. 9

Nec potest Vicarius, vt Vicarius præcedere primam Dignitatem, vel alium Canonicum, ad quem spectat, in celebratione Missarum Conuentualium, aut Pontificalium, in delatione Sanctissimi Sacramenti, aut sacrarum Reliquiarum, in processionibus, vel in alijs functionibus Ecclesiasticis, quæ absente Episcopo primæ Dignitati competunt; in his enim non potest se Vicarius Generalis immiscere, nisi tantùm mandando, vt omnia sub ordine fiant, testatur Barbos. *de iure Eccles. lib.* 1. *cap.* 15. 10

voluis-

voluisse Sacram Congreg. Cardinalium negotijs Episcorum, & regul. præpositorum *in cit. Bisignen.* 16. *May* 1600. Idque procedit, etiam si Vicarius sit Canonicus eiusdem Ecclesiæ, vt *eodem loc. num.* 38. refert Barbos. voluisse Sacr. Congregat. Genuens. *in prax. cap.*86. *num.* 13. *vers. circa num.*2. *vlt. impress.*

11 Quando autem Vicarius Generalis Episcopi est Canonicus, licèt vti Vicarius possit præcedere Canonicos omnes, & Dignitate in casibus prædictis; nihilominus ad finem fruendi dicta præcedentia, & ad hoc, vt iustè præcedere possit, debet deponere habitum Canonicalem, & assumere habitum Vicarialem, qui vti Vicarius illi competit, voluit Sacra Congregatio Rit. *in Compostellana* 4. *Februarij* 1600. *& in Vulturarien.* 11. *Aprilis* 1601. de quibus Sell. *cit. cap.*36. *num.*42.

12 Hinc nota, quod Vicarius Canonicus, qui ad finem præcedendi dimittit habitum Canonicalem, si Choro intersit extra suum stallum, & locum Canonicalem in processionibus non lucratur fructus, & distributiones, quas alij Canonici tunc lucrantur, quia ad finem illas lucrandi distributiones, debet in habitu Canonicali interesse, & in suo stallo sedere, ac in loco Canonicali incedere in processionibus, Genuens. *in prax. cap.*86. *in annot. in princip.* Lotter. *de re benef. lib.* 1. *quæst.*16. *num.* 63. voluit Sacra Congregatio Rit. in multis adductis per Barbos. *de Canon. & Dignit. cap.*18. *num.*32. & est indubitatum apud omnes. Vnde si Vicarius Generalis Canonicus assistat funeralibus, & exequijs, debet cum Canonicis in suo loco, & habitu Canonicali incedere, aliàs non lucratur ceram, nec distributiones, testatur Aldan. *compend. Canon. resol. titul.*43. *num.*30. voluisse Sacr. Congreg. Rit. *in Miscien.* 10. *May* 1604.

13 Nec Vicarius Canonicus sub prætextu seruitij Vicariatus potest abesse à Choro, & lucrari distributiones quotidianas; etiam si in aliqua Ecclesia ab immemorabili tempore Vicario absenti datæ essent distributiones; & ratio est, quia Vicarius non inseruit Ecclesiæ, sed Episcopo, & proinde non abest ex iusta causa, ita tenet Garz. *de benef. in addit.* 3. *part. cap.*2. *num.*348. quem sequitur Barbos. *de Canon. & Dignitatibus cap.* 24. *num.* 16. adducens Sacræ Congregationis declarationem, & Rot. *decis. Meroll. Theol. moral. part.*3. *disp.*7. *cap.*6. *dub.*6. *num.*50. qui testatur de communi.

14 Vicarius Generalis, qui Canonicus est, quando interuenit Capitulo, debet quoque sedere, & dare votum in proprio suo loco Canonicali, habito respectu antianitatis, & Dignitatis Canonicorum, tenet Abb. *consil.* 21. *vol.* 1. Gtilenzon. *consil.* 121. *num.* 5. quos refert, & sequitur Barbos. *de Canon. & Dignit. cap.*35. *sub num.*13. & hæc est vera opinio, contra Martam *vot.* 101. *num.*2. & Mastril. Siciliæ *decis.* 130. *num.*34. Et si in Capitulo est tractandum negotium pertinens ad ipsius, vel ad eius Episcopum commodum, debet è Capitulo exire, voluit Sacra Congregatio Cardin. negotijs Episcoporum, & Regul. præpos. 17. Ianuarij 1584.

15 Quando verò Vicarius non est Canonicus, non debet Capitulo interuenire, etiam absente Episcopo, disponit Concil. Trid. *sess.* 25. *cap.* 6. *vers. absente verò Episcopo*; Vnde Canonici non tenentur illum admittere, licet possint, ita declarauit Sacra Congregatio *in Amerien.* 24. *Aprilis* 1632. testatur Barbos. *loc. cit. num.*12. *& seqq.* Verùm si Canonici tumultuarent in Capitulo, tunc ad sedanda scandala legitimè interuenire potest Vicarius, & Canonici tenentur illum admittere, licet non possit dare votum, sed tantum assistere repellendo scandala; est rationi consonum, & vidi seruatum in praxi.

16 Quomodo Vicarius Generalis Episcopi debeat præcedere Potestates, ac Gubernatores Sæculares, ac alios Commissarios, vide declarationes Sacræ Congregationis adductas per Barbos. *in summ. Apostolicarum decis. verbo Vicarius Generalis collect.*714. *num.*24. *& seqq.* per Aldan. & Sell. *per eum adduct.* Et quomodo prætorem Maceraten. *var. resol. lib.*1. *resol. fin. cas.*31. & latius Manriq. *de præced. quæst.*52. *num.* 18.

17 Item non licet Vicario Generali dare benedictionem Diacono, antequam cantet Euangelium, neque prædicatori, antequam pulpitum ascendat, voluit Sacra Congr. Rit. *in Pacen.* 17. *Martij* 1607. allegata per Sell. *in selest. Canon. cap.*36. *num.*54. Nec potest prohibere, ne in Choro inchoetur officium, donec ipse veniat, voluit eadem Sacr. Congreg. Rit. 25. Februarij 1606. apud Aldan. *compend. Canon. resol. titul.*43. *num.* 35.

Nec potest Vicarius interuenire, & facere circulum in 18
Missa solemni ante Episcopum ad Hymnum Angelicum, Credo, Sanctus, &c. cum id solum ad Dignitates, & Canonicos spectet, ita voluit Sacr. Congreg. Rit. *in Maceraten.* 28. *Septembris* 1630. & testatur Barbos. *summ. Apostolicarum decis. verbo Vicarius Generalis collect.* 715. *num.* 18.

Supradicta, quæ notata sunt de præcedentia Vicarij, 19
non procedunt in Synodo Diœcesana; in qua Capitulum præcedit Vicarium præsente Episcopo, cum faciat vnum corpus cum Episcopo; ita probat latè, & varijs rationibus Ricc. *in prax.* 4 *part. resol.*391. *secundum vltimam impress.* per totum ad litteram trascribens Marescot. *lib.* 1. *variar. cap.*69. *num.*8. *& seqq. & resolut.* 393. *sequenti*, probat, nec etiam Vicarium præferri Abbati, quia Abbatia est de maioribus Ecclesiæ Dignitatibus, & debet præferri cæteris Dignitatibus sæcularibus; multa Cassan. *Catal. glor. mund.* 4. *part. consid.*32. *&* 33. *in principio*, qui latè adducit, quibus præferri debeat Abbas Regularis, & quid quando Abbas deposuit Dignitatem Abbatiæ *consid.* 34. multa Manriq. *de præced. quæst.*1. *num.* 10.

Non solum in Synodo Diœcesana Vicarius non præce- 20
dit Capitulum, sed generaliter in omni casu, in quo Episcopus, & Capitulum interueniunt vti Collegium, vt est in processionibus, & similibus actibus; his enim casibus præfertur Capitulum Vicario, quia Episcopus, & Capitulum faciunt vnum corpus, nec Capitulum, & Canonici, qui dicuntur membra debent separari ab Episcopo, qui est caput, quia inconueniens est, & contra naturam, membra separari à corpore, ita tenent, & latissimè probant Gonzal. Mendoz. de Vasconcellis *lib.* 1. *diuers. iur. argument. cap.*1. *per totum*, & Grat. *discept. for. cap.* 111. *etiam per totum*, qui multis argumentis fundat opinionem, & respondet contrarijs; extra verò dictum casum enixè probat Vicarium Generalem Episcopi, præferri Archidiacono, & Canonicis, tam in actu, in quo est Vicarius, quàm in alijs actibus necessariò antecedentibus, & consequentibus actus iurisdictionales, & in promiscuis, & indifferentibus, vt in conuiuijs, & similibus, latè Manriq. *de præced. q.*52. *num.*1. *& seqq.*

Ex dictis intellige dictum aliquorum, videlicet, Vica- 21
rium præsente Episcopo non debere honorari, nec præcedere Capitulum, & Dignitates; id enim intelligitur, quando Episcopus, & Capitulum interueniunt Collegialiter, & Capitulariter, ita vt faciant vnum corpus, & Collegium, exemplificant DD. in Choro, funeralibus, processionibus, & similibus actibus, in quibus actibus absente deinde Episcopo, omnes concludunt, præferendum esse Vicarium Capitulo, & Canonicis etiam Collegialiter sumptis, ita DD. cit. & Grat. *discept. for. cap.*298. *num.*73. Verùm prædicta in Choro non indistinctè seruantur, nam videmus passim interueniente Episcopo in Choro, Vicarium sedere ante omnes Canonicos, & Dignitates: seruatur tamen omnino, quando Canonici cum Episcopo celebrante sunt induti, & parati pluuiali planetis, & alijs Sacris vestibus, ordini correspondentibus, vt notatum est supra.

Vltimò nota ad id, quod dici solet absentiam Episcopi 22
ampliare facultatem Vicarij, id intelligi in actibus, quos Episcopus non potest facere sine causæ cognitione, & extra territorium; tunc enim verisimiliter de mente mandantis potest ampliari mandatum generale ad non comprehensa in illo, ita Ioan. And. Gemin. Franc. & alij *in hoc cap. vltimo*, Ferret. *consil.* 343. *num.* 13. *vers. nec obstat si diceretur lib.*2. sed in actibus voluntariæ iurisdictionis, & qui possunt fieri per Episcopum extra territorium, & sine tela iudiciaria, non procedit regula, nec absentia Episcopi ampliat iurisdictionem Vicarij, Grat. *discept. for. cap.* 303. *num.*18. Cætera ad materiam Vicarij, vide apud Sbroz.

OBSERVATIONES D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius Generalis Epiſcopi, an præcedat Dignitatibus, & alijs.*
2 *Quid ſi Vicarius interueniat in habitu Canonicali?*
3 *Vicarius an poſſit occupare locum primæ dignitatis?*
4 *Vicarius Generalis Archiepiſcopi in cauſa appellationis an poſſit contra Epiſcopum ſuffraganeum procedere per viam ſuſpenſionis?*
5 *Vicarius Epiſcopi ſi delinquat, an poſſit puniri à Metropolitano.*

1 Vicarius Generalis Epiſcopi io Synodo, Proceſſionibus, & alijs actibus, an præcedat Archidiaeono, Dignitatibus, & Canonicis? Negaodum videtur eſt Gratian. *diſc.* 111. & Ludouiſ. *dec.* 284. & ibi Beltram. Quia Capitulum cum Dignitatibus, & Canonicis concurrit vt vnum corpus cum Epiſcopo, cùm Canonici ſint membra, & partes, & tepugnet ordioi natutali, & membra ſepatantur à ſuo corpore, idque contingeret ſi Vicarius præcederet Capitulo, nam ioterſeretut inter Epiſcopum, & Capitulum, idque præſente Epiſcopo, ſecus eo abſente. Et aduerſus Vicatium Generalem ſtant, Menoch. *conſ.* 51. & 257. Mareſcott. *var. lib.* 3. *cap.* 69.

Contrarium pro Vicatio tenent Riccius *in prax. tom.* 2. *reſol.* 390. Fagnan. *in cap. ad hæc de præbend. num.* 8. & pleno calamo Pigoatell. *tom.* 3. *conſult.* 63. & hodie hoc iure vtimur, quoties non conſtat de legitima conſuetudine, in contrarium Barboſ. *in ſumm. Apoſtolic. deciſ. verb. Vicarius Generalis.*

2 Si Canonicus ſit Vicarius Epiſcopi, & interueniat cum habitu Canonicali an præcedat Dignitates, & Canonicos? Pro negatiua ſcripſi in Gratian. *d. diſcept.* 111. *n.* 16. & 17. vbi quod ad hoc vt lucretur diſtributiones quotidianas debeat ſedere in ſtallo ſuo ad effectum prædictum.

3 Vicarius Epiſcopi an poſſit occupare locum primæ Dignitatis? Dixi quod non, ſed debetur ſedere io alia Sede portatili, vt declarauit Sac. Congregatio, vt penes Barboſ. *vbi ſup. num.* 42. & dixi in Gratian. *num.* 18. Quid de Vicario Capirulari vide *in annot. ſeq.*

4 Vicarius Archiepiſcopi in cauſa appellationis à Suffraganeo an poterit etiam per viam interdicti ſuſpenſionis, & alio procedere contra Epiſcopum, vt pareat ſuis reſcriptis, & prouiſionibus, ſi Archiepiſcopus ſit abſens? Dic quod ſit ex Gratian. *diſcept.* 169. *num.* 6. & ibi Ego. Immò ſi Archiepiſcopus ſit abſens, & Vicarius de facto per cenſuras procederet teneret cum gloſ. Merolla, & Ventriglia dixi *vbi ſup. num.* 6.

5 Vicarius Epiſcopi Suffraganei ſi delinquat an poſſit puniri per Archiepiſcopum ſi peccaret in his, quæ ſunt iuriſdictionis per ſordes in iudicando, vel excommunicando ſine ſcriptis? videnda ſuot quæ ſcripſi penes Gratian. *d. diſcept.* 169. *num.* 7. & *ſeq.* Reg. de Marin. *lib.* 1. *reſ.* 18.

ANNOTATIO XV.

De Capitulo Sede vacante.

ARGVMENTVM.

Notatur §. I. Capitulum ſuccedere in Iuriſdictione Epiſcopo vacante, vel in remotis agente, & in qua Iuriſdictione; quid de Iuriſdictione ordinaria, vel Epiſcopo ſpecialiter delegata, vel commiſſa in perpetuum. In qua Iuriſdictione non ſuccedat Capitulum, nec in ea, quæ ſunt ordinis, vel priuilegij; quid de poteſtate abſoluendi à cenſuris, & reſeruatis, vel diſpenſandi; quid in facultate viſitandi, vel exigendi emolumenta, aut pœnas applicandi, bona alienandi, indulgentias impartiendi dimiſſorias concedendi: & qui dicantur arctati in hac materia, quas pœnas incurrat concedens dimiſſorias in caſu prohibito; quid in ius conferendi, vel eligendi ad beneficia, aut admittendi reſignationes, vel inſtituendi, & gratificandi præſentatum, ſupprimendi beneficia, & licentiam dandi Eccleſiæ conſtruendæ, & dotandæ.

§. II. Capitulum Sede vacante infra octo dies teneri eligere Vicarium Capitularem, quando incipiat currere hic terminus, vel finiat, an elapſo poſſit purgari mora; qualem debeat eligere Vicarium, quomodo, Doctorem, & an Theologum, & quando poſſit eligere non doctorem, quid faciendum in tali caſu. An poſſint eligi plures Vicarij Capitulares, electione facta, an Capitulum poſſit ſe intromittere in Iuriſdictione; an ad tempus eligi poſſit, & quid agendum finito tempore. Quot competant Vicario Capitulari ex generali commiſſione, & quæ requirant ſpecialem; ſi eſt de Capitulo quo loco ſedeat in Choro; an poſſit ſubſtituere, quando hæc electio dicatur nulla, & quando Vicario Capitulari debeatur ſalarium, & à quo, quomodo allegetur ſuſpectus, & quid agendum in tali caſu. Plura quæ poſſit facere Vicarius Capitularis ex generali commiſſione, & cum ſpeciali, quando expiret eius Iuriſdictio, & alia multa ad materiam.

SVMMARIVM.

1 *Capituli Sede vacante Iuriſdictio, ad text. cap. cum olim de maior. & obedientia, & qui DD. materiam exagitent.*
2 *Capitulum ſuccedit in Iuriſdictione Epiſcopi eo mortuo, vel aliter vacante Eccleſia.*
3 *Capitulum ſuccedit in Iuriſdictione Epiſcopi, ſi eo in remotis agente Vicarius decedat; & quæ talis remotio.*
4 *Capitulum Sede vacante, in qua iuriſdictione ſuccedat; quadruplex opinio.*
5 *Capitulum ſuccedit Epiſcopo in his, quæ ſunt Iuriſdictionis ordinariæ, non in his, quæ ſpecialiter Epiſcopo competunt, & quæ ſit ſpecialitas, num. 7.*
6 *Capitulum ſuccedit Epiſcopo in Iuriſdictione contentioſa, ſeu neceſſaria.*
8 *Capitulum non ſuccedit Epiſcopo in Iuriſdictione delegata, nec proſequitur inceptam rem ab Epiſcopi Vicario; contra ſi delegatio ſit Vicario loci facta: vide limitationem, num. 9.*
10 *Capitulum ſuccedit Epiſcopo in Iuriſdictione in perpetuum à Papa Epiſcopo commiſſa.*
11 *Capituli ſede vacante Iuriſdictio, ad quæ non ſe extendat, num. ſeqq.*
12 *Capitulum non ſuccedit Epiſcopo in his, quæ ſunt Ordinis; poteſt tamen in Diœceſi habenti ordinem ea committere.*
13 *Capitulum non ſuccedit Epiſcopo quoad priuilegia ratione dignitatis conceſſa.*
14 *Capitulum Sede vacante, an habeat facultatem abſoluendi ab irregularitatibus, & caſibus occultis Papæ reſeruatis, & opinio, quod poſſit, approbatur, num. 15.*

16 *Capitulum, eiusque Vicarius per se, vel alium à censuris, à quibus Episcopus absoluebat, potest absoluere.*
17 *Capitulum, in quibus possit dispensare.*
18 *Capitulum Sede vacante, etiam extra mortis articulum à reseruatis Papæ, impeditos, sicut Episcopus absoluit, absoluere potest.*
19 *Capitulum, an succedat in iure visitandi, & gubernandi monasteria Papæ subiecta.*
20 *Capitulum, an succedat in his, quæ in Tridentino specialiter Episcopo delegantur.*
21 *Capitulum Sede vacante habet ius visitandi post lapsum anni à die vltima visitationis.*
22 *Capitulum in qua iurisdictione Episcopi non succedat.*
23 *Capitulum non succedit in emolumentis ex iurisdictione pendentibus; & quid de illis fiat.*
24 *Capitulum Sede vacante, vnde sumat alimenta pro Vicario.*
25 *Capitulum Sede vacante, eiusque Vicarius pœnas pecuniarias sibi applicare non possunt, quid si Capitulum, vel Vicarius autem pauper, num. 26.*
27 *Capitulum non potest alienare bona Ecclesiæ, ea vacante, licet consentire possit in alienatione bonorum Ecclesiæ inferioris; Et quid si mutuo recipiat, vel bona dilapidet.*
28 *Capitulum Indulgentias Sede vacante concedere an possit.*
29 *Capitulum non procedit in causa hæresis contra exemptos.*
30 *Capitulum dimissorias non concedit ante annum (neque pro tonsura, num. 32.) nisi arctatis ratione beneficij; & quomodo computetur annus.*
31 *Capitulum de iure communi statim dimissorias concedere posset. Sed per Trid. fuit restricta potestas infra annum.*
33 *Capitulum neque Regularibus ante annum dimissorias concedere potest.*
34 *Capitulum dimissorias concedere non potest, neque pro territorio ipsius Capituli Iurisdictioni subdito.*
35 *Capitulum, neque post annum, sed Vicarius Capitularis dimissorias concedit liberè absque restrictione, num. 36.*
37 *Capituli Vicarius dimissorias concedit arctatis ratione beneficij recepti, vel recipiendi, & qui dicantur tales, non alia ratione, num. 44.*
38 *Capituli Vicarius dimissorias alicui cum præsentatione promissa concedere potest.*
39 *Capituralis Vicarius habentibus Breue Apostolicum intra annum, concedit litteras testimoniales.*
40 *Capitulum cum arctatis intra annum, cum alijs post illud, dispensat super interstitijs, quod non potest Vicarius Capitularis facere sine speciali mandato.*
41 *Capitulum, an possit post annum dimissorias concedere promouendis ad titulum patrimonij, vel pensionis.*
42 *Capitularis Vicarius dimissorias, sine speciali mandato concedere non potest.*
43 *Capitularis Vicarij, vel Episcopi mortui dimissoriæ per mortem non expirant.*
45 *Capitulum, vbi non est receptum Tridentinum ante anni lapsum dimissorias concedere potest.*
46 *Capitulum ante annum non arctatis dimissorias concedens, quam pœnam incurrat, & quam ordinati, num. 47.*
48 *Capitulum, eiusque Vicarius possunt ab interdicto, quod ratione concessarum dimissoriarum incurrerunt absolui à successore Episcopo.*
49 *Capituli loco succedens, dimissorias concedens, etiam si effectum non sortiantur, quam pœnam incurrat.*
50 *Capitulum non succedit in iure conferendi beneficia, quorum collatio spectat ad Episcopum, & si eius collatio spectet ad Episcopum cum consensu Capituli, num. 53.*
51 *Capitulum an recipere possit resignationes Beneficiorũ.*
52 *Capitulum non potest præsentare, vel eligere ad beneficium si præsentatio, vel electio ad Episcopum spectat.*
54 *Capitulum non potest conferre beneficia ad Episcopum deuoluta ob negligentiam inferiorum.*
55 *Capitulum Sede vacante, quid agat si vacet beneficium Curatum.*

56 *Capitulum non succedit in iure conferendi beneficia graduatis debita, nec patrimonialia certi generis personarum.*
57 *Capitulum eiusque Vicarius potest instituere præsentatum, & confirmare, item infirmare factas electiones per Episcopum.*
58 *Capitulum non potest vni ex æqualiter præsentatis gratificare.*
59 *Capitulum absque præsentatione potest Iuspatronatus conferre patrono Clerico.*
60 *Capitulum si habeat ius præsentandi, diuerso iure habet ius instituendi.*
61 *Capitulum eiusque Vicarius potest licentiam dotandi, vel construendi Ecclesiam concedere ad finem acquirendi Iuspatronatus.*
62 *Capitulum non succedit in Iurisdictione, quam Episcopus cum alio exercebat.*
63 *Capitulum, quod possit, vel non possit circa deuoluta dependentia à mensa Prælati.*
64 *Capitulum non potest supprimere beneficium, sibique vnire, immo, nec potest consentire Episcopo id volenti absque assensu Apostolico, nec iudicare super iure, vel iurisdictione Episcopo spectanti.*

ANNOTATIO XV.

§. I.

Ad Text. In Cap. cum olim de maior. & obed.

HIc Gregorius Papa Nonus statuit, quod vacante 1
Episcopatu, Capitulum Ecclesiæ Cathedralis vacantis confirmat, & infirmat electiones: Hinc communiter DD. tractant materiam iurisdictionis Capituli Sede vacante *in hoc text. & in cap. illa, & cap. fin. ne Sede vac. in cap. ad abolendam de hæret. & in 6. cap. vnico eod. titul. cap. vnico de instit. cap. si Episcopus, & cap. Ecclesi. de supplen. negl. Prælat. eodem lib. 6. in Clement. statutum de elect.* disponit Conc. Trident. *sess. 7. cap. 10. sess. 23. cap. 10. & sess. 24. cap. 17. de reform.* tractant particulari tractatu Pauin. *de potest. Cap. Sed. vac.* Gig. *quæst. 65. n. 22.* Couar. *in cap. relatum il 2. num. 3. de testam.* Gutier. *Canon. lib. 2. cap. 17. num. 22.* Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 3. cap. 37. quæst. 18. & 19.* Emmanuel Sà *in aphorism. verbo Vicarius,* Sbroz. *de off. Vicarij lib. 1. q. 60. & seqq.* Quarant. *summ. Bull. verbo Capitulum Sed. vac. fol. mihi 155. & in append. eodem verbo fol. 520. & fol. 575.* Leo *in Thesaur. for. Eccl. part. 1. cap. 20.* Genuens. *in prax. Cur. Archiep. Neap. cap. 86. secundum vltim. impress.* Galet. *Margar. cas. conscient. verbo Vicarius Sede vacante,* Cardos. *in prax. iudic. & Aduocat. verbo Capitulum 3.* Molin. *de inst. tom. 6. tract. 5. disput. 11.* Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. gl. 9. §. 2. num. 77. & seqq.* Flamin. Paris. *de resignat. benef. lib. 7. q. 23.* Garz. *de benef. 5. p. cap. 7.* Narbon. *de appell. à Vicar. ad Episcopum num. 102. & seqq.* Raguc. *de voce Canon. quæst. 37.* Cuch. *instit. iur. Canon. lib. 2. titul. 8. de off. Vicar.* Sanch. *de matr. lib. 8. disp. 27.* Quintanad. *Ecclesi. lib. 1. cap. 5.* Tusch. *practic. conclus. tom. 1. lit. C. conclus. 56.* Solorzan. *de iure Indiar. tom. 2. lib. 3. cap. 13.* Redoan. *de reb. Ecclesi. non alien. rub. 30. cas. 2.* Mart. *de iurisdict. part. 2. cap. 23. num. 17. & seqq. & cap. 40. num. 32. & part. 3. cap. 4. nu. 19. & 53.* Lotter. *de re benef. lib. 2. q. 2. num. 26. & seqq. & q. 31. num. 81. & seqq.* Marescott. *lib. 2. variar. cap. 15. num. 14. & seqq.* Ricc. *in prax. resol. 506. & seqq. & collect. 610. 3. part. & collect. 880. part. 4. & decis. 185. 4. part.* Barbos. *de potest. Episcopi part. 3. alleg. 54. num. 165. & seqq. & de Canon. & Dignit. cap. 42. num. 28. & seqq. & de iure Ecclesi. lib. 1. cap. 32. num. 28. & seqq. & in summ. Apostolicarum decis. verbo Capitulum Sede vacant.* Campanil. *diuers. iur. Canon. rub. 11. cap. 23. n. 144. & seq. & rub. 10. cap. 13. nu. 75. & 164.* Marcel. Vulp. *in prax. iudicial. cap. 44.* Bonacin. *tom. 2. de legib. disp. 1. quæst. 1. punct. 3. num. 29. & seqq. & tom. 3. de suspension. in particul. disp. 3. quæst. 1. punct. 11. num. 24. & seqq.* Metoll. *Theol. moral. 3. part. disp. 7. cap. 7.* nouissimè Doctissimus Diana *tom. 8. tract. 4. per totum*, & alij communiter; in quibus terminis principaliora videnda sunt, & proinde

2 Nota primò, Capitulum Cathedralis Ecclesiæ succedere in iurisdictionem Episcopo mortuo, vel ad aliam Ecclesiam translato, aut alio modo vacante Ecclesia, vt notat Barbos. *cit. tract. de Canon. & Dignit. cap.* 42. *num.* 27. *& de iure Eccles. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 27. vbi dicit, id etiam procedere, quando Ecclesia vacat depositione Episcopi: Similiter succedit Capitulum, quando Ecclesia quasi vacat, & est, quando Episcopus fuit ab hostibus, vel Paganis captus, docet Matescott. *variar. resol. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 38. qui testatur, sic fuisse decisum in *Burgen.* 10. *Martij* 1597. *coram D. Orano*, per text. *in cap. si Episcopus de supplen. negl. Prælat.* Meroll. *cit. loc. num.* 7. *vers. quod vero.*

3 Vlterius succedit Capitulum in iurisdictionem Episcopalem, quando Episcopus degit in remotis partibus, & Vicarius illius, in Episcopatu relictus, moritur absque alia Episcopi prouisione; & ratio est, quia longa absentia æquiparatur morti: Episcopus autem dicitur esse in remotis, quando eius præsentia in breui haberi non potest, ita tenet Addit. ad Quarant. *summ. Bull. verbo Capitulum Sede vacante num.* 12. *fol. mihi* 112. & Genuens. *in prax. cap.* 86. *num.* 11. qui testatur, sic fuisse seruatum Neapoli, dum Archiepiscopus eiusdem Ciuitatis reperiebatur Legatum Summi Pontificis in Polonia, Diana *part.* 6. *tract.* 4. *resol.* 3. *vers. sed difficultas*, Meroll. *cit. loc. num.* 6.

4 Quæ sit iurisdictio in quam succedit Capitulum Sede Episcopali vacante, non est explicatum in iure, & DD. in hoc diuersimodè loquuntur. Dicunt primi, Capitulum Sede vacante succedere in his, quæ sunt iustitiæ, & necessitatis, non autem in his, quæ sunt gratiæ, & voluntariæ iurisdictionis, ita Ioan. And. *in cap. vnic. de maior. & obed. in* 6. Fel. *in hoc cap. cum olim num.* 4. *&* 6. Paris. *de resignat. benefic. lib.* 7. *quæst.* 23. *num.* 13. 35. *& seqq.* Addit. ad Quarant. *summ. Bull. verbo Sed. vacant. in princip. vers. tertio intellige*, & alij. Hinc dicit glos. *in Clement.* 1. §. 1. *verbo Capituli de heret.* Capitulum esse necessarium, non voluntarium administratorem Sede Episcopali vacante. Dicunt secundi, Capitulum Sede vacante succedere Episcopo quoad ea, quæ in iure reperiuntur expressa tantum, & non in alijs, ita Abb. *in cap.* 2. *ne sed. vacant. net.* 2. per text. ibi, refert Fel. *in hoc cap. cum olim sub n.* 1. *&* 7. Lambert. *de iur. patron.* 1. *part. lib.* 1. *quæst.* 2. *art.* 9. *&* 1. *part. lib.* 2. *quæst.* 2. Dicunt tertij, Capitulum Sede vacante succedere in omnibus ijs, quæ iurisdictionis sunt, ita Vgol. *de censur. tab.* 1. *cap.* 10. §. 2. *num.* 1. Sbroz. *de Vicar. Episcopi lib.* 1. *quæst.* 15. *&* 16. Zerol. *in prax.* 2. *part. verbo Capitulum* §. 3. Leo *Thes. for. Eccles. cap.* 10. *nu.* 2. 7. *&* 8. Piasec. *in prax. Episc. part.* 2. *cap.* 1. *num.* 16. & alij. Dicunt alij, Capitulum succedere in omnibus, quæ sunt Iurisdictionis ordinariæ, exceptis casibus in iure expressis, ita Pauin. *de eff. & potest. Cap. sed. vacant.* 1. *part. q.* 1. *& q.* 2. Garz. *de benef.* 5. *part. cap.* 7. *num.* 4. & alij, & hæc vltima opinio videtur magis propria, & vera, Diana *cit. loc. resol.* 1. Meroll. *Theol. moral.* 3. *part. cap.* 7. *dub.* 1. *num.* 2. qui multis modis ampliat, limitat, & declarat regulam.

5 Hæc vltima sententia tanquam magis communis, & vera, nempè Capitulum Sede vacante succedere Episcopo in ijs, quæ sunt iurisdictionis ordinariæ, declaratur communiter, procedere in ijs, quæ iure communi ad Episcopum spectabant, tanquam Ordinarium, ita Abb. *in hoc cap. cum olim*, Sbroz. *loc. cit. lib.* 1. *quæst.* 16. *num.* 1. Add. ad Quarant. *cit. loc. vers. subsequenter*, Genuens. *cit. loc. num.* 29. & alij.

6 Declaratur etiam, Capitulum succedere Episcopo Sede Episcopali vacante in iurisdictione contentiosa, vel necessaria, & quoties actus de necessitate expediendus est, ita Add. ad Quarant. *cit. loc. vers. intellige*, vbi dicit post alios, quod in ijs, quæ sunt gratiæ, succedit Capitulum in quantum à iure reperitur concessum.

7 In ijs, quæ Episcopo competunt iure speciali, & non iure ordinatio, non succedit Capitulum Sede vacante, ita Garz. *de benef.* 5. *part. cap.* 8. *num.* 39. Add. ad Quarant. *cit. loc. vers. subsequenter*, qui optimè addit, id intelligi, quod id, quod competit iure speciali, & accidentali, si nouam tribuit iurisdictionem, tunc non succedit Capitulum, quod si nouam non tribuit iurisdictionem, sed est annexio, seu additamentum ad generalem iurisdictionem, tunc succedit Capitulum, Meroll. *cit. loc. num.* 18.

8 Hinc Capitulum non succedit Sede vacante in iurisdictione delegata Episcopo, ita Abb. *in hoc cap. cum olim* 5. *quæst.* Sbroz. *lib.* 1. *quæst.* 16. *num.* 1. Genuens. *loc. supra cit.* Garz. *loc. cit. num.* 42. *vbi num.* 43. post Pauin. 1. *part. quæst.* 10. *num.* 20. tenet, id procedere etiamsi ante Sedem vacantem commissio fuisset præsentata Episcopo; Vnde Delegationes causarum, & dispensationes matrimoniales, ac similes directæ Vicario Episcopi, non possunt exequi per Capitulum, vel eius Vicarium Sede vacante, etiamsi Episcopus ante Sedis vacationem, vel eius Vicarius apposuerit manus, Marches. *de commiss. part.* 1. *cap.* 6. *num.* 32. Campanil. *diuers. iur. Canon. rub.* 11. *cap.* 23. *num.* 147. Ricc. *decis.* 44. *part.* 1. *per totum*, Vulp. *in prax. cap.* 44. *num.* 6. vbi dicit, id non procedere, quando commissiones directæ sunt Vicario talis loci, videlicet Vicario Capuano; tunc Vicarius capitularis exequitur tales commissiones, quia dum Sedes vacat Vicarius est officialis illius loci, sequitur Barbos. *de iure Eccles. lib.* 1. *cap.* 22. *n.* 59. *vers. & sic hodie*, Meroll. *vbi supra num.* 15.

9 Supradicta vera sunt, & habent commune votum DD. Verùm in his, quæ iurisdictionis sunt habent notabilem limitationem; nam refert Barbos. *de iure Eccles. cit. loc. num.* 60. Sacram Congregat. negotijs Episcoporum, & regul. præpositam declarasse *in vna Tranen.* 26. *Ianuarij* 1604. *& in alia Neapolitana* 10. *Februarij eiusdem anni*, Vicarium Capitularem Sede vacante executioni demandare omne illud, quod Episcopo mortuo per Bullam, seu Breue in causis, iurisdictionem importantibus concessum erat; Et eodem modo Capitulum, siue eius Vicarius succedit in iurisdictionem exequendi delegationes factas Episcopo mortuo per litteras Sacræ Congregationis, declarauit eadem Sacr. Congreg. 10. Aprilis 1615. teste Barbos. *cit. loc.*

10 Succedit quoque Capitulum Sede vacante in iurisdictione, quæ in perpetuum committitur, & delegatur per Sedem Apostolicam muneri Episcopali, ita vt successores omnes admittantur ad delegationem prædictam; nisi aliter colligi possit ex mente delegantis, idque ratione comprobat post Molin. *de iust. tom.* 6. *tract.* 5. *disp.* 11. *num.* 8. *&* 9. Barbos. *cit. loc. num.* 107. vel si delegatio fiat Episcopo à Canone iure ordinario speciali: quod tunc est, quando potestas conceditur non personæ, sed dignitati, vel officio perpetuo, probat Sanch. *de matrimon. lib.* 8. *disp.* 2. *num.* 10. aduertit Barbos. *cit. loc. num.* 107. ex quo conclusio colligitur, quod omnis iurisdictio etiam delegata transit ad Capitulum Sede vacante, excepta illa, quæ per peculiarem aliquam delegationem à Summo Pontifice commissa erat Episcopo, iuxta *text. in cap. quoniam*, Abbas *de eff. deleg.* quicquid dicat Garz. *de benef. cit. loc. num.* 44. & Meroll. *vbi supra num.* 17.

11 Posita supradicta conclusione generali quod Capitulum succedat vacante Sede in totali ordinaria iurisdictione, quæ Episcopo competebat, nisi aliter in iure cautum sit: notanda sunt in particulari, vt materia ad praxim reduci possit, ea, ad quæ non se extendat iurisdictio Capituli Sede vacante, & consequenter illius Vicarij, &

12 Primò Capitulum, vel eius Vicarius Sede vacante non succedit Episcopo in ijs, quæ sunt ordinis Episcopalis, prout indubitatum est: quod intelligitur, vt illa non possit Vicarius, qui Episcopus non est per se exercere; non tamen intelligitur quoad potestatem illa committendi, quia potest Capitulum, vel eius Vicarius Sede Episcopali vacante inuitare vicinum, vel alium Episcopum ad ea, quæ sunt ordinis Episcopalis exercenda in Ecclesia vacante, & in Diœcesi Capitulo subiecta ratione vacationis sedis, ita Pauin. *part.* 1. *quæst.* 3. *num.* 4. Add. ad Quarant. *summ. Bull. verbo Capitulum Sede vacante vers. subnectitur*, Meroll. *vbi supra num.* 56. Id quod notandum est hic ex Panino, & alijs DD. qui dicunt, Capitulum debere inuitare vnum ex conuicinis Episcopis, hoc non dici ex necessitate, sed ex conuenientia. Quæ competant Episcopo ratione ordinis, & Dignitatis, vide apud Sbrox. *tract. de Vicar. Episcopi lib.* 2. *q.* 2. *& seqq.*

13 Secundò non succedit Capitulum Sede Episcopali vacante, nec habet priuilegia, & immunitates, concessas

Episco-

Episcopo ratione ordinis, & dignitatis Episcopalis, quas remissiuè refert gl. *in cap. vltimo, verbo indulgemus de priuileg. notant cit. loc.* Pauin. *n. 9.* & Add. ad Quarant. *vers. subnectuntur in fine*.

14 Dubium cadit hic, an Capitulum Sede vacante succedat in potestate dispensandi in irregularitatibus omnibus, & suspensionibus ex delicto occulto prouenientibus, excepta ea, quæ prouenit ex homicidio voluntario, & exceptis alijs deductis ad forum contentiosum, & absoluendi in quibuscunque casibus occultis, etiam Sedi Apostolicæ reseruatis delinquentes quoscunque sibi subditos in foro conscientiæ, iuxta facultatem traditam Episcopo per Concil. Trid. *sess. 24. cap. 6. de refor.* An autem possit absoluere ab hæresi, vide Dian. affirmantem *tom. 8. tract. 4. resol. 8.*

15 In hoc dubio duplex est DD. opinio, & pro vtraque concurrunt etiam rationes: negatiuam sententiam, defendunt Marius Alterius, Filiucc. & alij, quos refert, & sequitur Bonac. *de censur. disp. 7. quæst. 5. punct. 1. num. 6.* quæ licèt probabilis sit, negari tamen non potest, quod affirmatiua, nempè Capitulum, & successiuè eius Vicarium posse dispensare, & absoluere vigore prædictæ facultatis Concil. Trid. etiam in crimine hæresis in eodem foro conscientiæ probabiliorem esse; & ratio est, quia licèt facultas prædicta competat Episcopo iure speciali, tamen ei competit vigore ordinariæ iurisdictionis, & iure communi, ita DD. omnes, & magis communiter quos sequuntur, & referunt Barbos. *de Canon. & Dignit. cap. 42. num. 82.* & Dian. *resol. moral. 7. part. tract. 2. resol. 3. vers. sed his non obstantibus, & part. 8. tract. 4. resol. 7.* & pro hac opinione voluisse Sacram Congregationem Conc. sub die 3. Decembris 1632. testatur idem Barbos. *cit. loc. num. 62. in fin.* probat Meroll. *tom. 2. cap. 6. & tom. 3. cap. 7. num. 51.*

16 Et generaliter non denegatur facultas absoluendi Capitulo a quacunque excommunicatione, à qua poterat absoluere ipse Episcopus, nisi specialiter ei in iure interdicta sit; ita deciditur in *cap. vnico de maior. & obed. lib. 6.* Syluest. *in summ. verbo Capitulum* §. 2. & alij apud Barbos. *cit. loc.* Nec etiam denegatur facultas absoluendi à casibus omnibus Episcopo reseruatis, & non solùm per se id potest Vicarius Capitularis, sed etiam potest eandem facultatem alteri confessori concedere, docet Pauin. *cit. loc. part. 1. quæst. 5.* Molin. *de iust. tract. 5. disp. 11. num. 5. vers. potest etiam, qui num. 6. vers. potest etiam tract. 5.* dicit, facultatem prædictam non denegari Capitulo, siue excommunicationes, vel casus reseruati sint à iure, siue ab homine, sequitur Barbos. *loc. cit. num. 65. in fin.* Diana *cit. part. 8. resol. 17.* Meroll. *cit. loc. cap. 2. num. 29.*

17 Fallit etiam id quod supra dictum est, non transire ad Capitulum ea, quæ Episcopo competunt ratione Episcopalis iurisdictionis, & dignitatis, in dispensationibus votorum, petitionis debiti coniugalis, ascendendi illegitimos ad minores Ordines, & ad beneficia simplicia; in his enim casibus posse quoque dispensare Capitulum Sede vacante, quia nullibi reperitur in iure hæc facultas denegata Capitulo, tenent Molin. *de iust. tract. 5. disp. 11. n. 5.* Nauar. *consil. 28. sub titul. de tempor. ordin.* Quarant. *sum. Bull. verbo Capitulum Sede vacante vers. quæro*, & alij, probat Barbos. *de Canon. & Dignit. cit. cap. vltim. num. 81.* sequitur Diana *cit. loc. resol. 6.* in dispositione illegitimorum quoad ordines minores, contra nonnullos per se citatos, post Meroll. *cit. cap. 7. num. 33.*

18 Fallit quoque in alio casu, & est, quod Capitulum Sede vacante possit absoluere, sicut poterat Episcopus, etiam extra mortis articulum, omnes impedimento detentos à quibuscunque casibus, & censuris Apostolicæ Sedi reseruatis, etiam à crimine hæresis, & à censura ob tale crimen contracta, & alijs censuris in Bulla Cœnæ Domini, & hoc etiam de iure nouo, non obstante decreto Clementis VIII. ea scilicet ratione, quam communiter afferunt DD. ne reseruatio, quæ pro bono charitatis est adinuenta contra charitatem vergat, & in periculum animarum, docet vir satis doctus, ac Religiosus admirabilis perfectionis, & obseruantiæ, Leonardus Duardus, cuius meritorum, & virtutum testis sum ocularis, in sua accurata explicatione ad *Bull. Cœnæ Domini lib. 3. §. 2. concl. 3. n. 45. & seqq.* quem sequitur Tambur. *de iure Abbatissarum disput. 16. quæst. 8. num. 8.* & in tali casu posse etiam dispensare, tenet Dian. *8. part. tract. 4. resol. 9.* cum Meroll. & alijs.

Tertiò non succedit Capitulum Sede vacante in iurisdictione visitandi, & gubernandi Monasteria Monialium Sedi Apostolicæ immediatè subiecta, tenet Abb. *in hoc cap. cum olim num. 3.* & Fel. *eod. num. in fin.* nec vigore Concilij Trid. *sess. 25. cap. 9. de Regul.* Rot. *in Burgen. iuris visitandi 1. Iulij 1596. coram D. Orano*, Barbos. *in collect. ad dictum cap. 9.* Concil. Trid. *num. 1.* quæ opinio posset defendi ea ratione, quia Concil. Trid. *cit. loc.* facultatem prædictam peculiariter delegat Episcopo, tanquam Sedis Apostolicæ delegato, Meroll. *cit. loc. cap. 7. num. 50.* Sed his non obstantibus contraria sententia videtur verior, nempè, Capitulum succedere in facultate prædicta Sede vacante, nec aliter præsumi mentem Concilij, ne Moniales tempore Sedis vacantis careant Gubernatore, & superiore, tenet Garz. *de benef. 5. part. cap. 7. sub num. 47.* licet contrarium referat *num. 45.* Tambur. *de iur. Abbatissar. disp. 23. quæst. 4. num. 4. vers. vltimò*, qui alios citat, faciunt dicta per Pellizzar. *de regim. Monial. cap. 10. num. 6.* licèt in contrarium vrgeat Dian. *cit. loc. resol. 14.* 19

Et licèt in his, quæ specialiter Episcopo à iure, vel per Concilium Tridentinum delegantur, vt procedat tanquam Sedis Apostolicæ delegatus, non succedat Capitulum Sede vacante, iuxtà sensum multorum, id tamen intelligitur, quando delegata est Episcopo iurisdictio à iure, vt procedat tanquam Sedis Apostolicæ delegatus, iuxtà terminos *Clem. 2. de visit. Monast. Monial. exemptor. & cap. irrefragabili §. cæterum de off. ordin. & cap. ad abolendam in fin. de hæret. & cap. 1. §. final. de stat. regul. in 6. & Clem. 1. de supplend. neglig. Prælat. & Clem. quia contingit de regul. domib.* vt in hac iurisdictione non succedat Capitulum Sede vacante; non tamen intelligitur, quando committitur iurisdictio Episcopo à iure, seu Concilio in aliquibus casibus, quam alias non habebat, prorogando, vel extendendo eius iurisdictionem, & potestatem ordinariam, itaut Episcopus iure proprio, & tanquam Ordinarius procedat, & in hac succedit Capitulum Sede vacante; sicut etiam quando solùm tollitur, & remouetur obstaculum exemptionis, quia tunc reducitur ad ius commune, ita Pauin. quem refert, & sequitur Garz. *de benef. cit. part. 5. cap. 7. num. 48. & 49.* 20

Dubium est in his terminis, an Capitulum succedat in iure visitandi, & quod succedat, & possit visitare, tenet Pauin. *1. part. quæst. 7.* Contrariam sententiam, nempè, quod Capitulum Sede vacante non possit visitare, defendit Fusc. *de visit. lib. 1. cap. 2. num. 20. vers. sed contrarium.* Conciliantur in praxi hæ contrariæ opiniones, vt possit Capitulum visitare post lapsum annum à die vltimæ visitationis factæ per Episcopum, tempore triennij non expectato, si Episcopus solitus fuerit visitare singulis triennijs, etiam si immemorabilis consuetudo adesset visitandi singulis triennijs, quia hæc materia est impræscriptibilis, cùm simus in facultatiuis, & hoc dummodo prouisio, & nouus Episcopus de proximo non speretur, voluit Sacra Congregatio *in Pampilonen. 3. Februarij, & 10. Decembris 1629.* prout testatur Barbos. *de Canonic. & Dignit. cap. 42. num. 70. & seqq. & in summ. Apostolicarum decis. verbo Capitulum Sede vacante num. 19.* Add. *ad summ. Bull.* Quarant. *loc. cit. vers. quibus sic*, Dian. *part. 4. resol. 13.* Nouar. *summ. Bull. 1. part. tit. de Cap. Sed. vacant. nu. 6.* qui duas refert decisiones Rotæ, immò posse Capitulum deputare Visitatorem generalem ad visitandam Diœcesim, tenet Meroll. *cit. cap. 7. num. 49.* 21

Quartò Capitulum Sede vacante non succedit, nec habet iurisdictionem illam, quam Episcopus exercebat simul cum alio; nam in hoc casu deuolutio iurisdictionis non ad Capitulum, sed ad collegam superstitem transit, quando iurisdictio ita exercetur per collegas insolidum, vt inter eos sit ius accrescendi, aliàs expectandus est successor, iuxta declarationem, & latè adducta per Add. ad Quarant. *summ. Bull. verbo Capitulum Sede vacante vers. prædicta restringe*, & per alios, per ipsum adductos, sequitur Meroll. *cit. loc. num. 26.* Eodem modo non transit iurisdictio ad Capitulum Sede vacante, si illa aliquo speciali iure ex fundatione, priuilegio, vel consuetudine competeret certæ personæ ratione suæ dignitatis, vel Ecclesiæ, 22

Inau.

Ioan. And. *in cap. pen. de off, leg.* Pauin. *par.* 1. *quæst.* 9. *n.* 5. *per text. in Clem. vltima de elect.* §. *caterum*.

23 Quintò Capitulum Sede vacante, licèt succedat in iurisdictione, non tamen succedit in emolumentis illius, sed illa successori reseruantur, ita deciditur in *cit. Clem. vltima*, vbi omne emolomentum ex iurisdictione, & sigillo successori conseruari mandatur. Hæc de emolumentis intellige de emolumentis illis, quæ proueniunt verè ex iurisdictione, & sigillo directè; secus tamen de illis, quæ proueniunt ex causa personæ iurisdictionem exercentis, notat Add. ad Quarant. *cit. verbo Capitulum Sede vacante vers. prædicta circa medium*; vnde est, quod emolumenta illa, quæ Episcopi Vicario ratione sui officij debebantur, Sede deinde vacante cedunt beneficio Vicarij Capitularis; illa verò, quæ non Vicario Generali, sed Episcopo debebantur ratione iurisdictionis sigilli, vel alterius tituli, Cameræ Apostolicæ sub titulo fructus pendentis in Regno debentur; vbi verò Camera non habet ius, vt est in Ecclesijs de iure patronatus Regis, prædicta emolumenta successori conseruantur, iuxtà disposita in *cit. Clem. vltima*, notat Meroll. *Theol. moral. tom.* 3. *disp.* 7. *cap.* 7. *num.* 21.

24 Cuicunque tamen debeantur emolumenta prædicta, potest ab illis Capitulum Sede vacante deducere expensas rationabiles, & necessarias pro carta, cera, ministris Curiæ, & similibus, & pro salario Vicarij Capitularis, ad quas expensas tenetur etiam Camera Apostolica, vel alius, cuius beneficio cedunt fructus Ecclesiæ vacantis, docent Add. ad Quarant. *cit. loc.* & Marcell. Vulp. *in prax. cap.* 44. *num.* 13. sequitur Meroll. *cit. loc.*

25 Compositiones pœnæ pecuniariæ, & similes mulctæ, nec successori, nec Cameræ debentur, sed applicari debent per Capitulum Sede vacante, & eius Vicarium locis pijs, iuxtà dispositionem Concil. Trid. *sess.* 25. *cap.* 3. §. *in causis vero iudicialib. de reform.* cuius decreti auctoritate id statim exequi potest Vicarius Capitularis, ita notant Addit. ad Quarant. & Vulp. *cit. loc.* Nec potest Vicarius Capitularis sibi aliquam portionem retinere dictarum pœnarum sub prætextu sui salarij, nam illud consequi potest à fructibus Ecclesiæ vacantis, vt per DD. cit. Meroll. *cit. num.* 21.

26 Non posse Capitulum, vel Vicarium Capitularem sibi ipsi applicare pœnas pecuniarias prædictas, indubitatum est; sed si Capitulum, vel eius Vicarius esset pauper, non est deneganda illis facultas sibi ipsis applicandi pœnas huiusmodi; sicut permittitur Episcopo pauperi posse illas pro suis necessitatibus retinere, quod procedit quando necessitas est euidens non dubia, ita Genuens. *in prax. Archiepiscopali cap.* 60. *num.* 5. Ricc. *in prax. tom.* 1. *resol.* 311. *num.* 7. *ver. limita*, & hoc probant communi sententia Summistarum, qui permittunt, quod obligatus, eleemosynam nomine alterius pauperibus erogare, possit illam pro se retinere, si pauper sit.

27 Sextò Capitulum Sede vacante non succedit in iure alienandi bona ipsius Ecclesiæ vacantis, disponit text. in *cap. si qua de rebus*, & *in cap. præcariæ* 12. *quæst.* 1. immò caret omni potestate mutandi statum Ecclesiæ, & exequendi quicquid futuro Episcopo præiudicium generare potest, cùm tunc Ecclesia non habeat legitimum defensorem, iuxta dicta per text. *in cap.* 1. & *vltimo ne Sed. vacant.* Succedit tamen Capitulum Sede vacante in iurisdictione præstandi consensum, & interponendi authoritatem alienationi bonorum Ecclesiæ inferioris, in casu tamen, quo id poterat Episcopus, iuxtà latè tradita per Meroll. *cit. cap.* 7. *num.* 162. & *seqq.* docet etiam Addit. ad Quarant. *summ. Bull. verbo Cap. Sed. vacant. vers. sextò quæro*, qui vlterius addit, posse Capitulum Sede vacante pecunias mutuo recipere pro subueniendis instantibus necessitatibus Ecclesiæ vacantis, etiam sine superioris licentia, quando necessitas dilationem non caperet; ex quo mutuo obligatur ipsa Ecclesia, & successores, voluit etiam Pauin. *de Capitulo Sed. vacant. lib.* 2. *quæst.* 8. *num.* 20. Gutier. *lib.* 2. *Canon. quæst. cap.* 1. *num.* 132. Redoan. *de reb. Eccles. non alien. quæst.* 30. Meroll. *tom.* 3. *cap.* 7. *num.* 161. Regulariter enim Capitulo Sede vacante occupante, vel dilapidante bona ad Ecclesiam, vel successorem spectantia, suspenduntur Canonici ab officio, & beneficio, donec plenariam restitutionem fecerint per *cap. quia de elect.* & notat Bonac. *tom.* 1. *de suspensione disp.* 3. *punct.* 5. §. 2. *num.* 2. Sed in hac materia alienationis, vide omninò Meroll. *cit. loc. dub.* 17. vbi omnes casus discutit.

28 Septimò Capitulum Sede vacante non habet potestatem concedendi indulgentias, quas Episcopus concedere poterat, & in hoc non succedit Episcopo, secundum veriorem, & magis communem opinionem, quam tenet Fusc. *de visit. lib.* 1. *cap.* 2. *sub num.* 20. Quarant. *summ. Bull. verbo Capitulum Sede vacante vers. duodecimò quæro*, Pauin. *cit. loc. part.* 1. *quæst.* 4. *sub num.* 5. Graff. *in appendice lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 9. Henriq. Suar. Reginal. Sanctarell. & alij, quos refert, & sequitur Bonac. *tom.* 1. *titul. de indulg. disp.* 6. *quæst.* 1. *punct.* 3. *num.* 23. Contrariam sententiam, nempè Capitulum posse indulgentias concedere, tenent etiam classici DD. quos refert, & sequitur Meroll. *tom.* 3. *disp.* 7. *cap.* 7. *dub.* 16. *num.* 156. sed prima opinio est magis communis, & seruatur in praxi, & fundatur in ratione; nam licèt concedere indulgentias sit iurisdictionis, & Capitulum succedat in ijs, quæ sunt iurisdictionis, attamen concedere indulgentias, est iurisdictio peculiariter Episcopo commissa, ita Bonac. *cit. loc.*

29 Octauò Capitulum Sede vacante non habet iurisdictionem procedendi contra exemptos in causa hæresis, quia hæc facultas competit Episcopo non iure ordinario, sed ex delegatione, & proinde non succedit Capitulum, tenet Ioan. And. *in cap. ad abolendam de hæret. num.* 15. ibidem Anchar. *num.* 10. & alij, Decian. *tract. criminal. lib.* 5. *cap.* 2. *num.* 14. Corret. *de hæret. num.* 66. Farinac. *de hæres. quæst.* 186. *num.* 182. qui testatur, ab hac opinione communiter recepta non esse recedendum, Dian. *tom.* 4. *tract.* 8. *de offic. & potest. inquis. resol.* 33. *vers. sed an contra*, contrarium refert vidisse practicatum *part.* 8. *tract.* 4. *resol.* 37. *in fin.* Socc. *in cap. ad abolend. cit. num.* 44. & Zabarell. *in Clem.* 1. *de hæret.* §. *duro num.* 60. *in* 8. *quæst.* Verùm quoad alios non exemptos Capitulum Sede vacante succedit Episcopo in iurisdictione in causis hæresum, prout disponitur in *cit. cap. ad abolendam*, probat abundè Farinacc. *cit. loc. num.* 177. & *seqq. vbi num.* 180. dicit, quod Capitulum exercet hanc iurisdictionem per specialem delegationem.

30 Nonò Capitulum Sede vacante non habet potestatem concedendi licentiam ordinandi, siue dimissorias suis subditis infra annum, nec etiam sub prætextu cuiusuis priuilegij, vel consuetudinis, nisi solùm arctatis ratione beneficij recepti, vel recipiendi, ita disponit Concil. Trid. *sess.* 7. *cap.* 10. *de reform.* & *sess.* 23. *cap.* 10. *de reform.* computatur hic annus à die vacationis, vt in eodem text. Concil. *sess.* 7. *cap.* 10. & finit postquam lapsi sunt dies 365. quibus constat annus naturalis, cum appellatione anni in quacunque dispositione semper veniat totus, & completus, vt cum multis notatum est *tom.* 1. *annot.* 2. §. 2. *num.* 3.

31 Ad id notandum est, quod de iure communi Capitulum absque limitatione temporis habebat hanc facultatem concedendi dimissorias, *cap. cum nullus de temporib. ordin. in* 6. cuius dispositio per Trid. *cit. loc.* restricta est infra annum prædictum, Meroll. *Theol. moral. tom.* 3. *disp.* 7. *cap.* 7. *dub.* 2. *num.* 69.

32 Ampliatur primò dispositio huius *text. cap.* 10. *Concil. Trid.* vt procedat etiam in prima tonsura, pro qua suscipienda, nec potest Capitulum Sede vacante concedere litteras dimissorias infra annum, resoluunt Quarant. *cit. loc. vers. decimoquartò*, Maiol. *de irregul. lib.* 4. *cap.* 2. *n.* 3. Garz. *de benef. part.* 5. *cap.* 7. *num.* 95. Monet. *de commut. vltim. volunt. cap.* 10. *num.* 173. Barbos. *de Canon. & Dignit. cap.* 42. *num.* 116. & est magis communis, Diana *part.* 4. *tract.* 4. *resol.* 43. Meroll. *vbi supra num.* 75. qui respondet declarationi Sacr. Congregat. quæ in contrarium facit.

33 Ampliatur secundò, vt Capitulum Sede vacante non possit infra annum prædictum dare licentiam Episcopo commoranti in Ciuitate, vel Diœcesi, vt ordinet Regulares, etiam præuio examine per ipsum Vicarium facto, ita docet Raguc. *de voce Canon. quæst.* 39. *num.* 4. & sequitur Barbos. *de Canon. & Dignit. cit. cap.* 41. *num.* 121. Potest tamen etiam infra annum dare licentiam exercendi Pontificalia, si Episcopus ordinare habet subditos alterius, non Capituli, vt per Quarant. *cit. loc. vers. vndecimò*

quæro,

quaro, & sequitur Dian. *cit. loc. resol.* 41. *vers. porrò*, *qui resol.* 73. refert singularem opinionem, tenentem posse Capitulum concedere licentiam Episcopo ordinandi Regulares infra annum.

34 Ampliatur tertiò, vt non possit Capitulum infra annum dimissorias concedere ad ordines, etiamsi ipsum Capitulum haberet territorium distinctum, & exemptum ob immemorabilem possessionem, & Canonici sint iudices ordinarij, ita testatur, rescripsisse Sacram Congregationem Capitulo Salamantino, Quarant. *cit. loc. vers. decimo quaro*, sequitur Barbos. *vbi supra num.* 119. latè Ricc. *decis.* 185. 4. *part.* sequitur Meroll. *cit. loc. num.* 69.

35 Ampliatur quartò, vt nec etiam post annum possit Capitulum Sede vacante litteras dimissorias ad ordines concedere, sed hanc facultatem habet Vicarius Capitularis, non ipsum Capitulum, ita rescripsisse Vicario Capitulari Neapolitano Sacram Congregationem Episcoporum, & Regular. negotijs præposit. sub die 12. Ianuarij 1604. refert Barbos. *cit. cap.* 42. *num.* 120. post Aldan. *in compend. Canon. resol. titul.* 3. *num.* 5.

36 Limitatur primò prædicta dispositio Conciliaris, vt illa non procedat elapso anno; potest enim Vicarius Capitularis post annum à die vacationis Ecclesiæ liberè concedere dimissorias ad ordines, cùm Concilium solum facultatem hanc restringat durante anno; est indubitatum, & notant communiter DD. Nouar. *summ. Bull. hoc titul. num.* 31. 1. *part.* qui benè aduertit, hunc annum incipere à die mortis Episcopi.

37 Limitatur secundò, vt possit Vicarius Capitularis Sede vacante litteras dimissoriales ad ordines concedere arctatis ratione beneficij recepti, vel recipiendi, ita disponit Concil. Trident. *cit. cap.* 10. etiam infra annum Sedis vacantis, notant communiter DD. Dicuntur arctati ratione beneficij recepti obtinentes beneficia requirentia personale seruitium, cuius ratione tenentur infra annum ad Sacerdotium, vel alium certum ordinem promoueri se facere, vt est in obtinentibus Parochialem, Canonicatum, vel aliud beneficium requirens particularem ordinem, Garz. *de benef. part.* 5. *cap.* 7. *num.* 98. Vgol. *de potest. Episcop. cap.* 26. §. 20. *num.* 5. *vers.* 1. Arctati verò ratione beneficij recipiendi illi dicuntur, qui vocati sunt ad aliquod beneficium, vel Capellaniam, actu vacantem, & requirentem certum ordinem, quo illi carent, ita Garz. *cit. loc.* & Vgol. quos sequitur Barbos. *de Canon. & Dignit. cap.* 41. *num.* 126. *& seqq.* qui exemplificant in præsentato à patronis laicis ad beneficium iuspatronatus, cui potest per Capitulum infra annum concedi dimissoria ad suscipiendam primam tonsuram: Non tamen dicitur arctatus, nec potest Capitulum infra annum concedere dimissorias ei, cui quis vult resignare beneficium, ita DD. cit. & notaui Ego *ipse part.* 1. *annot.* 23. quia hoc est merè voluntarium, Meroll. *tom.* 3. *disp.* 7. *cap.* 7. *num.* 80.

38 Dicitur arctatus non solùm, qui præsentatus est à patronis ad beneficium, sed etiam cui promissa est præsentatio, vnde Sacra Congregatio sub die 13. Ianuarij 1594. sic rescripsit Episcopo Squillacen. Vicarium Sede vacante posse litteras dimissorias ad primam Tonsuram concedere, etiam infra annum laicis, qui expectant præsentari per patronos ad aliqua beneficia, latè Meroll. *cit. loc. num.* 79.

39 Limitatur tertiò, quoad attestationem de idoneitate, quam potest facere Capitulum Sede vacante, etiam infra annum suis subditis, habentibus priuilegium à Sede Apostolica, vt promoueantur à quocunque Antistite, vel à viciniori, quia hæc attestatio de vita, & moribus non est dimissorias concedere, ita Quarant. *summ. Bull. verbo Capitulum Sede vacante vers. decimo quaro in fin.* Barbos. *cit. loc. num.* 122. Bonac. *de Sacramentis disp.* 8. *quæst. vnica punct.* 4. *num.* 24. *& notatum est* 1. *part. cit. loc.* Ricc. *decis.* 185. *num.* 6. 4. *part.* sequitur Diana *part.* 8. *tract.* 4. *resol.* 42. contra Nauar. *consil.* 19. *de tempor. ordin. lib.* 1. *in prima edit. &* 27. *in* 2. An in hoc casu teneatur promouendus necessariò habere hanc attestationem Capituli, vel eius Vicarij, vide Nauar. *summ. Bull.* 1. *part. hoc titul. num.* 37. Meroll. *cit. loc. num.* 84. qui absolutè tenet, necessariam esse attestationem Capituli, & eius Vicarij, & ad id citat Molin. Bonac. & Barbos.

40 Limita quartò, vt Capitulum Sede vacante possit cum arctatis infra annum, & cum alijs post annum vacationis dispensare pro interstitijs, ex causis in Concilio expressis, quæ facultas ad ipsum Capitulum spectat non autem ad Vicarium eius sine speciali mandato, ita refert decisum per Sac. Congregationem 17. Maij 1600. Aldan. *compend. Canon. resol. titul.* 3. *num.* 6. Marcel. Vulp. *in prax. cap.* 44. *num.* 27. Barbos. *summ. Apost. decis. verbo Capitulum Sede vacante num.* 14. quicquid indifferenter dicat, hanc facultatem spectare ad Vicarium Capitularem, Ricc. *in citat. decis.* 185. *sub num.* 5. & refert, tenere Machadum, Diana 8. *part. tract.* 4. *resolut.* 5. *vers. verum*, Meroll. *cit. loc. num.* 48.

41 Obserua, quod dicit Garz. *de benef. part.* 5. *cap.* 7. *n.* 93. *declar.* 4. Capitulum, nec post annum posse concedere dimissorias ad ordines cum dispensatione, vt quis possit promoueri ad titulum pensionis, vel patrimonij, testatur, ita declarasse Sacram Congregationem, & rationem adducit, quia id per Concil. Trident. videtur remissum iudicio Episcopi; hoc tamen non seruatur in praxi, vt testatur Barbos. *in summ. Apostolicarum decis. verbo Capitulum Sede vacante num.* 12. faciunt dicta per Meroll. *citat. cap.* 7. *num.* 34.

42 Aduerte etiam, quod Vicarius Capitularis, nec arctatis, nec post annum potest has litteras dimissorias ad ordines suis subditis concedere sine speciali mandato, ita docent Pauin. *de potest. Cap. Sed. vacant. cap.* 10. *part.* 2. *princip. num.* 17. Mandos. *super. regul.* 24. *Cancell. quæst.* 6. *num.* 9. *& seqq.* Rot. *in Maurianen. pensionis* 25. *Iunij* 1626. *coram D. Pirouano*, Gutier. *Canon. qq. lib.* 2. *cap.* 12. *n.* 22. P. Thesaur. *in prax. Ecclesiast. part.* 2. *verbo ordo cap.* 19. *vers. amplia secundo*, Barbos. *de iure Eccles. lib.* 1. *cap.* 32. *num.* 129. *vers. sed est*; vbi dicit, hoc speciale mandatum coniecturis probari, quarum multas adducit, eamque potissimum, nempè præsumi Vicarium voluisse, quod poterat concedere, Rot. *decis.* 675. *num.* 4. *part.* 3. *diuers.*

43 Concessis litteris dimissorijs ad ordines per Vicarium Capitularem in casibus permissis, illas non expirare per ingressum noui Episcopi, indubitatum est apud omnes, sicut non expirant dimissoriæ concessæ per Episcopum per mortem illius; ea ratione, quia illæ ad gratias reducuntur, & gratiæ, cum sint perpetuæ morte concedentis, vel remotione ab officio non expirant, *cap. si super gratia de off. deleg. in* 6. *cap. cum nulli de præbend. eod. lib.* 6. docent Quarant. *cit. loc. vers. secundo dubitatur*, Gonz. *ad regul.* 8. *Cancell. gl.* 12. *num.* 27. Guttier. *Canon. lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 12. nisi per nouum Episcopum fuerint per edictum reuocatæ, Campanil. *diuers. iur. Canon. rub.* 6. *cap.* 8. *num.* 36.

44 Non est prætermittendum notare, quod Capitulum Sede vacante, & eius Vicarius non potest infra annum litteras dimissorias concedere arctatis alia causa, quàm beneficij, vt si quis haberet necessariò promoueri ad obtinendum gradum Theologiæ, & similia, ita Sanch. *opusc. lib.* 7. *cap.* 1. *dub.* 20. *num.* 38. P. Thes. *in prax. Eccles. cit. loc. vers. amplia.*

45 Adde, quod in locis, in quibus Trid. Concil. non esset receptum, Capitulum, & eius Vicarius Sede vacante posset concedere litteras dimissorias nullo expectato anno vacationis, sed à prima die illius, quia ita disponit ius commune, non immutatum per Trid. ob non acceptationem, in *cap. cum nullus de tempor. ordin. in* 6. tenet Tolet. *lib.* 1. *cap.* 49. *vers.* 2. Sanch. *cit. loc. dub.* 20. *num.* 37. & alij, quos refert, & sequitur P. Thesaur. *cit. loc. vers. vltimo.*

46 Vltimò in his terminis obseruandum est, quod Capitulum, concedens dimissorias ad ordines non arctatis infra annum, & sic contra formam Concil. Trid. *sess.* 7. *cap.* 10. *de reform.* per eundem text. incurrit pœnam interdicti, & ordinatus, si in minoribus fuerit constitutus, nullo gaudet priuilegio Clericali, maximè in criminalibus; si in maioribus, ipso iure incurrit suspensionem ab exequutione ordinum ad arbitrium futuri Episcopi, de his pœnis notatum est *prima part. annot.* 23. & refert multa P. Thesaur. *in prax. Ecclesiast.* 2. *part. verbo ordo cap.* 19. Bonac. *de suspens. in particul. quæst.* 1. *punct.* 11. Ad quam pœnam interdicti incurrit non solùm Capitulum, sed eius Vicarius, vel alius administrator Sede vacante, qui litteras dimissorias concessit per Concil. Trid. *sess.* 23. *cap.* 10.

de re-

de reform. etiamsi ille, cui litteræ huiusmodi concessæ fuerunt, eis vsus non fuerit, quia actus fuit perfectus quoad concedentem, per quem non stetit, tenet Molin. de iust. tom.6. tract.5. disp.11. num.4. Garz. in addit. ad tract. de benef. part.5. cap.7. num.92. Barbos. de iure Eccles. lib. 1. cap.32. num.130. in fin.

47 Prædicta pœna interdicti est latæ sententiæ, ita colligitur ex illo verbo, quo vtitur Concilium, subiaceat, quod est latæ sententiæ, ita post multos aduertit P. Thes. cit. cap.19. vers. amplia quod: Sed pœnam priuationis priuilegij Clericalis non incurrunt ordinati in minoribus ante Iudicis declarationem, iuxta Constitutionem Vrbani VIII. aduersus malè promotos, ita docet Barbos. de iure Eccles. lib.1. cap.32. num.131. in fin. Vnde taliter ordinatus potest habere beneficium, donec per sententiam huiusmodi priuilegio priuetur, prout docent Quarant. cit. loc. vers. hinc contingit, Sanch. de matrim. lib.7. disp.46. num. 18. & sequitur Barbos. cit. loc. num. 132.

48 Hæc pœna interdicti, lata contra Capitulum, vel eius Administratorem Sede vacante, concedentem litteras dimissorias in casu non permisso, per Concilium nulli reseruatur, & proinde illius absolutio potest dari per Episcopum successorem, ita tenet ex cap. nuper de sentent. excommun. P. Thes. cit. loc. vers. limita secundo, qui vlterius addit, quod ab illa non potest absoluere confessarius particularis Canonicus.

49 Item notandum est, quod vltra prædictam pœnam interdicti concedens dimissorias prædictas quicunque sit, qui successit loco Capituli in iurisdictione Episcopali Sede vacante, incurrit pœnam suspensionis ab officio, & beneficio per annum, per Concil. Trid. sess.23. cap.10. quæ pœnam etiam locum habet, si ille, cui concessæ sunt dimissoriæ eis vsus non sit, vt de alia pœna dictum est supra, & notat in hoc text. Concilij, Barbos. in collect. ad Concil. Trid. num.21. Meroll. cit. loc. num.71.

50 Decimò Capitulum Sede vacante non succedit Episcopo in facultate conferendi beneficia, prout communiter notant DD. in beneficijs spectantibus ad solam collationem Episcopi ex Cap. 2. ne Sed. vacant. cap. vnico eodem titul. in 6. cap. quanto, & cap. ea noscitur de his, quæ fiunt à Prel. sine cons. Capitul. & cap.1. de institution. in 6. notant Selu. de benef. part.2. quæst.11. Rebuff. in prax. benefic. titul. de deuolut. num.70. & seqq. Pauin. de potest. Cap. Sed. vacant. part. 2. princip. quæst.1. Flam. Paris. de resignat. benef. lib. 7. cap. 23. num. 19. & seqq. Garz. de benef. 5. part. cap. 7. num. 51. & seqq. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. §. 4. proœm. & gl.9. §. 1. Quarant. summ. Bull. verbo Capitulum Sede vacante vers. nono quæro, & seqq. Zerol. in prax. p. 1. verbo Capitulum §. 5. Molin. de iust. tract. 1. disp. 11. Barbos. de iure Eccles. lib. 1. cap.32. num.109. & seq. & de Canon. & Dignit. cap. vltimo num. 109. & seq. Lotter. de re benef. lib. 2. quæst.2. num.26. & seqq. & alij, probat Dian. 7. part. tract.4. resolut.25. & latius Meroll. tom. 3. disp. 7. cap.7. dub.7. per tot.

51 Ampliant aliqui primò suprapositam conclusionem, vt nec possit Capitulum Sede vacante recipere resignationes beneficiorum spectantium ad collationem Episcopi, ita post Rot. decis. 6. de rer. permut. in nouis, & alios docet Paris. de resignation. benefic. cit. loc. num. 20. & seqq. Quæ opinio licèt habeat sequelam, tamen contraria est probabilior, & seruatur in praxi, nempè posse Capitulum, vel eius Vicarium ex speciali mandato recipere tantùm resignationes beneficiorum cum causa, docet Garz. de benef. part.11. cap.3. num.255. testans sic decisum per Rot. in vna Spoletana beneficiorum coram D. Mantica 31. Ianuarij 1594. sequuntur alij magis communiter, quos refert nouissimè Diana tom.8. tract.4. resol. 28. vers. sed contraria, Nouar. summ. Bull. titul. de Capit. Sede vacant. n. 3. Non potest tamen exequi resignationes factas ex causa permutationis, voluit Rot. in Abul. Parochialis de la Calcada 22. Iunij, & 28. Octobris 1584. coram D. Blanchetto, & docet Garz. de benef. part. 11. cap. 4. num. 75. sequitur Diana loc. cit. resol. 29. vers. sed hac, Quarant. summ. Bul. verbo Capitulum Sede vacante vers. quæ conclusio limit. 4. Quod limitatur in resignatione, vel permutatione beneficiorum, quorum collatio ad Episcopum spectat, & Capitulum simul, vel spectat ad tertium; tunc enim posse Capitulum Sede vacante recipere resignationes, & permutationes, illasque exequi, tenent Quarant. & Garz. cit. loc. Limitatur etiam, vt possit Capitulum resignationes ex causa permutationis recipere, etiam in beneficijs, spectantibus ad solam collationem Episcopi, licet non possit permutationem exequi, & illi auctoritatem præstare, sed sit expectandus Episcopus, refert Garz. cit. loc. num.72. qui num.81. existimat, Capitulum posse exequi, & auctoritatem præstare permutationi, quam recepit Episcopus, qui obijt antequam permutationem perficeret, Meroll. cit. loc. dub.11. num.133.

52 Ampliatur secundò, vt Capitulum Sede vacante, nec possit præsentare, seu eligere ad beneficium, cuius præsentatio, vel electio ad Episcopum spectabat, tenet Garz. part.5. cap.7. num.51. & seqq. Barbos. loc. cit. & alij, & probatur ex Regul. 3. Cancellar. vbi reseruantur dispositionis Sedis Apostolicæ beneficia omnia spectantia ad collationem, prouisionem, præsentationem, electionem, seu quamuis aliam dispositionem Sedis Episcopalis vacantis; quod etiam dispositum erat per Bullam Pij V. quam refert Quarant. cit. loc. Diana cit. loc. resol.29. vers. vltim. Meroll. cit. loc. num.141.

53 Ampliatur tertiò, vt nec possit Capitulum Sede vacante conferre beneficia, quorum collatio ad Episcopum spectabat cum consensu, vel consilio Capituli, quia consilium, vel consensus non facit communem collationem Episcopi, & Capituli, ita ex cap. cum vero ne Sed. vacant. in 6. probant Pauin. de Capit. Sed. vacant. part. 2. quæst.1. in princip. Nouar. consil.20. in fin. de præb. Barbos. de Canon. & Dignit. cap. vltimo num.110. post Quarant. cit. loc. sub vers. nonò quæro, qui idem dicit, si collatio esset facienda ab alio cum consensu Capituli, quia nec in hoc casu potest Capitulum Sede vacante dare consensum, sine quo Papa confert, Meroll. vbi supra num. 94.

54 Ampliatur quartò, vt nec Capitulum Sede vacante possit conferre beneficia, quæ ob negligentiam inferiorum deuoluta sunt ad Episcopum, secundum magis communem, & veriorem opinionem, quam tenent Quarant. loc. cit. vers. nono quæro in princip. fin. Garz. cit. loc. n. 53. & seq. Pauin. part.2. quæst.2. num.10. & alij, quos refert, & sequitur Barbos. de Canon. & Dignit. cap. vltim. n. 110. vers. verum contrarium, & de iure Eccles. lib.1. cap. 37. eodem num.110. & vers. verum contrarium, licèt contraria opinio sit adhuc probabilis, & eam sequantur graues Doctores, relati per Dianam tom. 8. tract. 4. resol. 27. sed non est recedendum à prima, quam latè probat post alios Meroll. tom.3. disp.7. cap.7. dub.9. num.118.

55 Ampliatur quintò, vt Capitulum Sede vacante non possit conferre, nec beneficia curata, prout voluit Rot. in vna Abulen. Parochialis 22. Iunij 1594. coram D. Blanchetto, quam refert Barbos. cit. loc. sub num. 109. & in alia 1. Februarij 1593. coram D. Millino, quam adducit Garz. cit. cap.7. num.81. licèt Capitulum Sede vacante, & eius Vicarius possit in Ecclesia Curata vacante Vicarium constituere, concursum facere, & ex approbatis ab examinatoribus eligere vnum, & Sanctissimo significare, ad præscriptum Concil. Trident. sess.24. cap.18. de reform. declarauit etiam Sacra Congregatio in vna Toletana, vt refert Garz. cit. loc. num.79. & vidi in praxi seruatum; licèt secus sit quoad deputationem Oeconomi ad curam fructuum, & bonorum, quorum administratio ad subcollectores, & ministros Cameræ spectat, vt post alios probat latè Lotter. de re benef. lib.2. quæst.2. num. 36. & seqq. quicquid dicat Meroll. cit. loc. dub.15.

56 Ampliatur sextò, idem dicendum esse de beneficijs, quæ debentur graduatis, vel nominatis, quorum collatio, nec transit ad Capitulum, quia hæc collatio non est omninò necessaria, cùm ex pluribus graduatis, vel nominatis Capitulum possit vni gratificare, & sic esset exercere actum voluntariæ iurisdictionis, vt ex his, & alijs probat Lotter. cit. loc. num.30. & seq. Similiter nec conferre potest Capitulum beneficia patrimonialia, & quæ debentur certo generi personarum, vt fuit dictum in vna Calagurritana beneficij de Archaia 26. Aprilis 1596. coram D. Corduba, de qua testatur Gonzal. ad regul.8. Cancell. gl.9. §.1. n. 77. quicquid dicat Garz. contra quem stat Meroll. cit. loc. dub. 8. num.117.

57 Limitatur primò suprapposita conclusio, vt non procedat in institutione; potest enim Capitulum Sede vacante

insti-

instituere ad beneficium iurispatronatus præsentatum per patronum; hæc enim facultas transit ad Capitulum, vel eius Vicarium, per text. *in cap.* 1. *de institut. lib.* 6. probat post alios Lambert. *de iurepatronat.* 7. *art.* 1. *quæst. princ.* 3. *part.* 2. *lib.* rationem quare Capitulum succedat in iure instituendi, non verò conferendi adducunt DD. ex *d. cap.* 1. quia collatio est species donationis, quæ ad Episcopum spectat, institutio verò continet ius coactum, & est collatio necessaria, Nouar. *summ. Bull titul. de Capit. Sed. vac. num.* 22. referens, sic voluisse Sacram Congregationem, Meroll. *cit. loc. num.* 95. eadem ratione dicunt communiter DD. Capitulum Sede vacante, & eius Vicarium posse confirmare electiones, quas Episcopus viuens confirmabat, quod disponitur in hoc text. *cap. cum olim*, vbi non solùm ius confirmandi, sed infirmandi electionem committitur Capitulo.

58 Quod si plures essent per patronos præsentati, ita vt locum gratificationi daretur, tunc quia gratificatio iudicio Episcopi reseruatur, *cap. cum autem de iurepatron.* & actus voluntarius, & gratiosus iudicatur; meritò Capitulum, vel eius Vicarium Sede vacante non posse gratificare, testatur fuisse decisum in *vna Calaguritana de Zurbano* 29. *Octobris* 1608. & 4. *Nouembris* 1609. *coram D. Penia*, Lotter. *de re benefic. lib.* 2. *quæst.* 2. *num.* 34. & 35.

59 Et licèt Capitulum Sede vacante, vel eius Vicarius non possit conferre beneficia, vt dictum est; potest tamen iuspatronatus liberè, nec prævia præsentatione conferre motu proprio ipsimet patrono, sicut poterat Episcopus: Intellige de iurepatronatus, in quo institutio spectat ad Episcopum, & successiuè ad Capitulum Sede vacante, probat Lambert. *de iure patron.* 4. *art.* 8. *quæst. princ.* 1. *par.* 2. *lib. num.* 5. & sequitur Quarant. *summ. Bull. verbo Capitulum Sede vacante, vers. qua conclusio circa medium*, post Panin. *part.* 2. *quæst.* 5. *in fin.*

60 Hic aduertendum est, quod si vacet Sede Episcopali vacante iuspatronatus, cuius præsentatio aliàs spectat ad Capitulum, tunc Capitulum ipsum duplici iure fungitur, iuxta *text. in l. si consul. ff. de adopt.* scilicet præsentando iure Capitulari, & instituendo iure Episcopali, ita Quarant. *cit. loc. vers. qua conclus. post princip.*

61 Aduertunt etiam in his terminis DD. an possit Capitulum Sede vacante, & eius Vicarius licentiam dare construendi, vel dotandi Ecclesiam ad finem acquirendi iuspatronatus, & licèt aliqui negatiuè teneant, & Lambert. *lib.* 1. *p.* 1. *art.* 9. *quæst.* 2. *principal.* articulum discutiendo, dubitabilem esse testatur; attamen verior sententia est, Capitulum, & eius Vicarium posse facultatem prædictam concedere, prout in ea videtur inclinare ipse Lambert. & sequitur Quarant. *summ. Bull. verbo Capitulum Sede vacante vers. quæ conclusio post medium*, vbi benè aduertit, Capitulum, vel Vicarium in concedenda licentia prædicta non posse iuribus Episcopalibus in nihilo præiudicare, *argum. text. cap.* 1. *ne Sed. vacant.* tenent etiam alij multi, quos refert Diana *tom.* 8. *tract.* 4. *resol.* 54. post Meroll. *tom.* 3. *disput.* 7. *cap.* 7. *num.* 44. & seruatur in praxi.

62 Vndecimò Capitulum Sede vacante non succedit in ea iurisdictione, quam exercebat Episcopus non per se solùm, sed simul, & insolidum cum alio; hæc enim iurisdictio non ad Capitulum, sed ad collegam superstitem deuoluitur, per *cap. fin.* 65. *dist.* quod intellige de illa iurisdictione, in qua locum habet ius accrescendi, vt notat post Zabarel. & alios Quarant. *summ. Bull. verbo Capitulum Sede vacante vers. prædicta restringe in principio*, qui vlterius addit, & dummodo in hoc nullum irrogetur præiudicium Sedi vacanti.

63 Duodecimò Capitulum Sede vacante non potest infeudare, & in emphyteusim dare bona, infeudari, & in emphyteusim dari solita, deuoluta, & dependentia à mensa Prælati, nisi inuestitura esset necessaria, quia ex ea nullum paratur præiudicium successori, & nisi in Ecclesia adesset consuetudo infeudandi bona ad Ecclesiam deuoluta, tenet Amed. à Ponte *in comment. ad titul. qui feud. dar. poss. num.* 157. sequitur Steph. Quarant. *summ. Bull. verbo Capitulum Sede vacante in appendice fol.* 521. *vers. in fol.* 161.

64 Decimotertiò Capitulum Sede vacante non potest supprimere quodcunque beneficium, & sibi vnire, sicut Sede plena non potest consentire vnioni faciendæ ipsi Capitulo directè, & principaliter; sed ad hoc requiritur auctoritas Summi Pontificis, iuxtà text. *in Clem. si vna* §. *final. de reb. Eccles. non alien.* notat Garz. *de benefic. part.* 12. *cap.* 2. *num.* 68. & sequitur Barbos. *in summ. Apostolicarum decis. verbo Capitulum Sede vacante n.* 15.

Decimoquartò non succedit Capitulum Sede vacante
in iurisdictione iudicandi super proprietate alicuius certi 65
iuris, seu iurisdictionis, an ad Episcopum pertineat, vel non; hæc enim quæstio non potest iudicari à Capitulo, quia ex illa potest irrogari præiudicium Episcopo, & Ecclesiæ, quæ caret defensore, idque exemplificari potest, si controuertatur, an aliqua persona, vel locus sit subditus, vel exemptus, vel alterius Diœcesis, an beneficium sit de iurepatronatus, vel liberæ collationis: prædictæ enim, & similes causæ, etiam cœptæ in vita Episcopi non tractantur per Capitulum, sed successori reseruantur, Panin. *de potest. Capit. part.* 2. *quæst.* 9. Meroll. *tom.* 3. *disp.* 7. *cap.* 7. *num.* 27. Cætera quæ non transeunt ad Capitulum Sede vacante, vide apud Panin. *cit. tract.*

OBSERVATIONES

D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Episcopo in captiuitatem redacto non vacet Ecclesia. Et eligendus Vicarius Capitularis?*
2 *Quid si Episcopus degat in remotis partibus? Ventriglia expenditur.*
3 *Distinctio Card. de Luca.*
4 *Vicarius Capitularis in quibus non succedat. Recensentur plura.*
5 *Vicarius Capitularis indicit concursum.*
6 *Vicarius Capitularis an habeat præcedentiam. Et quid de Vicario Apostolico.*

EPiscopo in captiuitatem redacto Ecclesia censetur vacare, & iurisdictio ad Capitulum deuoluitur textus 1
est in *in cap. si Episcopus de supplend. neglig. Prælat. in* 6. Ventrigl. *num.* 2. Ecclesia per Episcopi captiuitatem non dicitur verè viduata, vt de nouo Pastore sit prouidendum, sed solùm adhibetur remedium prouisionale, Card. de Luca *de benef. discurs.* 16. *num.* 4.

Difficultatem excitat Ventrigl. *n.* 3. vtrum succedat Ca-
pitulum in iurisdictionem Episcopalem, quando Episcopus 2
degit in remotis partibus, & Vicarius illius in Episcopatu relictus moritur absque Episcopi prouisione? Pars affirmatiua probatur ex Genuens. *in prax. Archiep. cap.* 86. *num.* 11. qui testatur sic fuisse seruatum Neapoli, dum Archiepiscopus eiusdem Ciuitatis reperiebatur Legatus Summi Pontificis in Polonia.

Relatis Genuensi, & Diana contrarium scribit Marchett. *in prax. Vicar. Capituli part.* 1. *tit.* 1. *n.* 32. his verbis: *Hodie tamen est frustratoria ista declaratio, quia propter solam absentiam Episcopi dummodo non deuenerit captiuus in manus hostium nequit Capitulum deputare Vicarium Capitularem, licet obiret, vel alias deficeret Vicarius Episcopalis, sed recurrendum est ad S. Sedem Apostolicam, vt prouideat de Vicario, iuxta decretum S. Congregationis in Messanen.* 11. *Ianuarij* 1616. *apud Nicol. in Floscul. verb. Vicarius Capitularis, num.* 57. *Qui vers. seq. addit, quod interim administrabit Archidiaconus, qui est Vicarius natus.*

Articulum hunc proponit Card. de Luca *de iurisd. discurs.* 54. *num.* 7. Vbi ita adisserit: *Adeout etiam si Ecclesia habeat Episcopum, vel Prælatum viuentem, & non impeditum, sed absentem, vnde contingat casus mortis, vel alterius impedimenti Vicarij Generalis, quem ipse pro tempore absentiæ deputauit, adhuc interim donec Prælatus certioretur, ac prouideat, certum videtur ob dictum inconueniens, ne Clerus, & populus remaneat acephalus, & sine Superiore, iurisdictionem deuolui ad Capitulum, vt tanquam absolutum supponitur per Rotam in Burgensi iuris visitandi* 10. *Mar-*

ij 1597. coram Orano, & ex Quarant. Ventrigl. Barbos. Iustinian. & alijs Pellegrin. de Vicar. part. 5. sect. 5. n. 1. Ita à pari, & fortius cum solum ageretur de hoc medio tempore prouisionali, donec scilicet consulta Sedes Apostolica prouideat. Et quamuis Berons cons. 23. à num. 4. ad finem lib. 1. firmat, quod Capitulum non potest absente Episcopo à Diœcesi deputare Vicarium, seu alias in iurisdictione, & administratione Ecclesiæ se ingerere, & cum eo more transcriptoris simpliciter pertranseat, Sbroz. de offic. Vicar. lib. 1. quæst. 59. Nihilominus his præmissis non obstat, cum Berons præsupponat quæstionem tractari, cum Episcopo, reluctante, qui velit etiam absens per se ipsum Ecclesiam administrare, cum de iure non teneatur Episcopus deputare Vicarium, ex Canaler. decis. 418.

4 Capitulum Sede vacante, & consequenter Vicarius Capitularis non succedit Episcopo in causis delegatis, Genuens. *in prax. cap. 87. num. 29.* Sperell. *decis. 31. num. 3.*

Nec poterit exequi causas delegatas Vicario Episcopi, neque dispensationes matrimoniales directas Episcopo, vel eius Vicario exequi, nec commissiones Apostolicas in forma dignum expedire, latè Marches. *part. 2. tit. 13. à num. 7.* Card. de Luca *in annot. ad Sac. Concil. Trident. discurs. 31.*

Neque potest Vicarius Capitularis dare licentiam erigendi noua Monasteria, vt Sacr. Congregat. Concilij 19. Februarij 1633. teste Iordan. *tom. 2. lib. 2. tit. 2. num. 27.*

In iurisdictione Episcopo, vel Vicario Generali delegata, an Capitulum, seu eius Vicarius succedat? Affirmatiua est communiter recepta in ea delegatione generali, quæ per Concilium Tridentinum, & Apostolicas Constitutiones locorum Ordinarijs conceditur. Secus in delegationibus specialibus quæ Capitulo, vel eius Vicario dirigi non solent, Card. de Luca *d. discurs. 31. num. 37.* vt diximus de dispensationibus matrimonialibus, & litteris Apostolicis dirigantur Episcopo, vel eius Vicario. Et Sede vacante rescribentur Episcopo viciniori.

Beneficiorum liberæ collationis prouisio, quæ cessantibus Apostolicis reseruationibus, vel affectionibus Episcopo competit, denegatur Capitulo, seu eius Vicario Sede vacante, qua durante pertinet ad collationem Papæ. Benè tamen conceditur institutio in beneficijs de iurepatronatus ad patronorum præsentationem. Sed vbi in istis fit locus collationi Ordinarij ob deuolutionem est defectu præsentationis patronorum infra quadrimestre, intrat idem, quod in beneficijs liberæ collationis.

5 In Parochialibus autem quamuis reseruatis, & affectis Capitulum succedit in iurisdictione Episcopi super iure habendi concursum, ac præeligendi inter approbatos magis dignum, dandique litteris testimoniales Datariæ, vt prouisio Apostolica sequatur, id autem à Vicario Capitulari faciendum est, de Luca *de Paroch. discurs. 5.*

6 Vicarius Capitularis præcedentiam prætendere non valet supra primam Dignitatem. Quia Vicarius est minister Capituli, quod repræsentatur in ipsa prima Dignitate in actibus præeminentialibus, praxis erit effugiendi locum post primam Dignitatem, & Sedem statuit in loco tertio, in quo apud populum maior videatur muneris Dignitas, Card. de Luca *d. discurs. 31. num. 29.* sedere debet in Sede portatili, & non occupare locum primæ Dignitatis, Marchett. *part. 1. tit. 5. num. 12.*

Secus in Vicario Apostolico, qui præcedit omnes, Bordon. *de præcedent. num. 510.* Marchett. *vbi supr. n. 37.*

SVMMARIVM.

1 *Capitulum hodie necessariò intra 8. dies Vicarium constituit, & pro tunc iurisdictio est penes totum Capitulum.*

2 *Capitulum potest ad libitum vti integro termino 8. dierum, & quomodo terminus incipiat recurrere, num. 3.*

4 *Capitulum potest purgare moram, transacto termino eligendi Vicarium, si Metropolitanus, vel antiquior suffraganeus nil innouauit.*

5 *Capitulum qualem Vicarium eligere debeat, & num. 9. vbi de differentia inter Doctorem, & Magistrum.*

6 *Doctoratus habitus à particulari persona prærogatiuam non tribuit.*

7 *Doctoratus quando exigitur à Tridentino, de quo intelligatur.*

8 *Doctorandi facultatem Romæ habet Collegium Aduocatorum consistorialium.*

10 *Capitulum Vicarium debere esse Doctorem, cum ait Tridentinum, quomodo intelligendum, & quomodo cum de Magistro.*

11 *Capitularis Vicarij non Doctoris electio nulla est, si ille haberi possit, & ad quem deputatio deuoluatur, num. 12.*

13 *Capitularis Vicarius quando eligi possit non Doctor illi assignato Consultore, vel per ipsum assumpto.*

14 *Capitularis Vicarius eligi debet de Capitulo, saltem peritus, præferendusque extraneo, licet, & ille eligi possit.*

15 *Capitularis Vicarius eligi non potest parochus; potest tamen eligi Canonicus, qui in eadem Ciuitate gerit curam animarum.*

16 *Capitularis Vicarius vnus eligi debet, licèt possint plures ex consuetudine, vel si sint vniti Episcopatus, num. 17.*

18 *Capitulari Vicario limitata iurisdictio per Capitulum impartiri potest, quæ delegari, & quæ per se ipsum exerceri possit, num. 19.*

20 *Capitulum post constitutionem Vicarij, an possit se intromittere in iurisdictione.*

21 *Capitulari Vicario an competant sine speciali mandato ea, quæ illud requirunt.*

22 *Capitularis Vicarius ad tempus eligi potest, non tamen debet.*

23 *Capitularis Vicarius, absque præfinitione temporis factus, an remoueri possit per Capitulum.*

24 *Capitularis Vicarius electus per alium ob deuolutionem, ad nutum amouibilis est.*

25 *Capitularis Vicarius Canonicus, canonicali habitu, & in proprio loco remanere debet.*

26 *Capitularis Vicarius non de gremio Chori electus, qualiter in Choro sedere debeat.*

27 *Capitularis Vicarius an substituere possit, an in infirmitate, num. 28. & tunc qualificatum, num. 29.*

30 *Capitulo plures eligente Vicarios, quis eorum remaneat, & quomodo electio fieri debeat à maiori parte, quid si nullitas proponenda sit circa electionem, num. 31. & 32.*

33 *Capitularis Vicarij electionis nullitas ob non interuentum Capituli, quomodo sit effugienda.*

34 *Capitularis Vicarij pro electione, an iustè absens procuratorem eligere possit. Quid si in electione interueniat simonia. An possit compromitti, & quomodo. Et quid si Vicarius sit suspectus.*

35 *Capitulari Vicario siue de Capitulo, siue extraneo debetur salarium, circa quod non potest fieri pactum.*

36 *Capitulari Vicario allegato suspecto, quid agendum à Capitulo.*

37 *Capitularis Vicarius si habeat potestatem circa omnia cum speciali mandato, etiam de heresi cognoscit, non tamen contra exemptos.*

38 *Capitularis Vicarius cognoscit etiam de matrimonialibus.*

39 *Capitularis Vicarius potest statutum facere perpetuum, nisi reuocetur ab Episcopo, sicut & ipse aliàs reuocare potest, num. 40.*

41 *Capitulum potest statutum contra mensam Episcopalem facere.*

42 *Capitulum, eiusque Vicarius potest pœnas Episcopi prætoreus remittere.*

43 *Capitulum potest matrimonio celebrando assistere.*

44 *Capitularis Vicarius confessiones audiendi licentias reuocare potest, & iudicare examen; quid cum Regularibus.*

45 *Capitularis Vicarius potest vltimas voluntates permutare casu, quo id Episcopo permittitur.*

46 Ca-

46 *Capitularis Vicarius potest censuras, & pœnas inferre, quas Episcopus, & ab eis absoluere.*

47 *Capitularis Vicarius habet ius visitandi, & si illi non fuerit specialiter demandatum.*

48 *Capitulum, & Vicarius de ius mandato potest charitatiuum subsidium exigere pro necessitate Ecclesiæ vacantis, non tamen illud ex statuto minuere in futurum.*

49 *Capitulum per eius Vicarium Synodum quotannis congregare potest, & exigere manualem obedientiam.*

50 *Capitularis Vicarius quid faciat vacante Parochiali.*

51 *Capitulum, eiusque Vicarius licentiam concedere potest nouitio disponendi de bonis, & Episcopo exercendi Pontificalia.*

52 *Capitulum potest ante Episcopi aduentum ratione exigere à Vicario, quam tamen Capitulum, & Vicarius Episcopo etiam reddet, num. 53.*

54 *Capitulum potest vnire, non tamen sibi, vel in præiudicium Sedis Episcopalis vacantis.*

55 *Capitularis Vicarius si sit Episcopus facere potest omnia, quæ licentia Capituli Episcopus poterat. An dispenset cum illegitimis, num. 56. Et quando deputet pœnitentiarios, num. 57. alia, quæ potest facere, num. 57. 58. & 59. An debeat esse in sacris, num. 61. Vel de gremio Capituli, si eligatur à Metropolitano, num. 62.*

60 *Capitularis Vicarij officium quando expirat.*

ANNOTATIO XV.

§. II.

1 NOta primò, quod de iure communi Capitulum Sede vacaote poterat exercete iurisdictionem, quæ ad illud deuoluebatur per se ipsum, & proinde secundum veriorem, & probabiliorem opinionem non tenebatur constituere Vicarium, prout tenet Abb. *in cap. irrefragabili num. 2. circa principium de off. ordin.* Sbroz. *de off. Vicar. lib. 1. quæst. 16. num. 9.* Ricciul. *de iure person. lib. 1. cap. 13. num. 16. in fine.* Hodie verò post Concilium Tridentinum *sess. 24. de reform. cap. 16.* quia omninò renetur infra octo dies constituere Vicarium, ad latè tradita per Meroll. *tom. 3. disput. 7. cap. 7. dub. 17. num. 185. & seqq.* sequitur, quod per idem tempus, nempè octo dierum possit iurisdictiooem ad se deuolutam exercere, & non amplius; & quod iurisdictio sit exercenda per totum Capitulum in dicto termino octo dierum, & uon per primam Dignitatem, declarauit Sacra Congregatio Concil. sub die 19. Septembris 1620. prout testatur Barbos. *in summ. Apostolicarum decis. verbo Capitulum Sede vacante sub num. 1.* Nec per Archidiaconum, probat Quarant. *summ. Bull. verbo Capitulum Sede vacant. num. 2.* & alij communiter contra Sbroz. *lib. 1. quæst. 61.* sequitur Diana *tom. 8. tract. 4. resolut. 38. vers. at is,* & seruat praxis Meroll. *citat. loc. num. 262.*

2 Nec infra dictum terminum octo dierum arctatur Capitulum ad constituendum Vicarium, & se ipsum priuandum administratione prædicta, sed potest vti toto illo termino per Concilium ei assignato, refert Barbos. *de Canon. & Dignit. cap. 42. num. 31.* Licèt possit Capitulum terminum prædictum octo dierum restringere, & abbreuiare per *text. in cap. Ecclesia vestra,* vbi Abbas *notab. 1. de elect.* quem refert, & sequitur Quarant. *cit. loc. num. 2. in fin.* & alij, quos refert Meroll. *tom. 3. disp. 7. cap. 7. dub. 26. num. 259. licèt ipse num. seq.* minus benè singulariter teneat contrarium.

3 Hic terminus octo dierum datus Capitulo ad electionem Vicarij incipit currere à die scientiæ mortis, vel translationis ad aliam Ecclesiam, quæ scientia debet esse certa, non præsumpta; & dicitur vacare Ecclesia per translationem, ita vt possit Capitulum eligere Vicarium, & ei currit hic terminus, à die, quo innotuerit Capitulo, Episcopum fuisse per Papam in concistorio absolutum à vinculo prioris Ecclesiæ, etiam litteris noo expeditis, & possessiune uon capta, prout latius post alios testatur Barbos. *de Canon. & Dignit. cap. vlt. n. 32.* post Quarant. *sum. Bull. verbo Capitulum Sede vacante in append. vers. terminum octo dierum fol. 520.* Meroll. *cit. loc. num. 186.*

4 Elapsis autem octo diebus, nec facta electione Vicarij Capitularis per Capitulum, & re adhuc integra, idest nulla facta deputatione per Metropolitanum, vel antiquiorem suffraganeum, vel viciniurem Episcopum in Ecclesia exempta, iuxtà formam Coocilij, dubitatur inter DD. an possit Capitulum purgare moram, & Vicarium eligere; pro vtraque parte sunt opiniones, sed verior iudicatur illa, quod possit Capitulum re integra purgare moram, & eligere non obstante lapsu termini, ita probat Garz. *de benef. part. 5. cap. 7. num. 7.* & hæc opinio est conformis verbis Concilij Trident. *cit. cap. 16.* vbi conceditur post octu dies deuolutio ad Metropolitanum, antiquiorem suffraganeum, vel viciniorem, ad supplendam negligentiam Capituli, quæ negligentiam non consideratur, quando Capitulum purgauit moram re integra, Meroll. *late cit. cap. 7. num. 235.* post relatas aliorum opiniones.

5 Nota secundò, Capitulum adstringi infra dictum tempus octo dierum ad eligendum Vicarium, qui saltem in iure Canonico sit Doctor, vel Licentiatus, vel alias quantum fieri poterit idoneus, ita Concilium Trident. *cit. cap. 16. sess. 24. de reform.* notant communiter DD. Nec potest eligi Doctur creatus ex priuilegio ab aliqua priuata persona, sed necessariò debet esse Doctor, ad titulum Doctoratus promotus ab aliqua Vniuersitate, prout declarauit Sacra Congregario Concilij sub die 19. Septembris 1620. testatur Barbos. *de Canon. & Dignit. cap. vltimo num. 51. & in summ. Apostolicarum decis. verbo Capitulum Sede vacante num. 1.* Et hoc fundatur etiam ratione, quia semper, quod Concilium loquitur de Doctoribus, intelligendum est de Doctoribus ab Vniuersitate, nec verisimile est, intellexisse de graduatis extra publicas Vniuersitates generalis studij, cum in his præsumatur doctrinæ defectus, & vocentur Doctores ficti, & bullati, etiam si siot creati à Principe, aut de ipsius mandatu, & vocantur Asini, ita & grauius loquitur contra prædictos, Lotter. *de re benefic. lib. 3. cap. 7. n. 126. & seqq.* post alios per se relatos.

6 Vlterius obseruandum est, alia ratione non posse eligi in Vicarios Capitulares, nec ad alias Digoitates Ecclesiasticas, habeutes priuilegia Doctoratus, quæ ab Vrbe Romana, nullo præuio examine à particulari persona, vel certis officialibus, mitti solent vsque ad domum graduati, sub prætextu priuilegij, vel alterius tituli, & est, quia isti tales non dicuntur graduati, cùm per Extrauagantem Pij V. de anno 1563. Kalen. Iunij, quæ in nouo Bullario est Constitutio 60. dicti Pontificis fuerint expressè reuocata, & annullata omnia priuilegia, & indulta Comitibus Palatinis, ac etiam quibusuis officialibus Romanæ Curiæ, Collegijs, singulisque alijs personis cuiuscunque status, gradus, ordinis, & præeminentiæ existentibus ad Doctoratus, Licentiaturæ, & Magisterij gradum promouendi, per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores suus, & Sedem Apostolicam, ac etiam per ipsum Pium, etiam motu proprio, deque certa scientia, & potestatis plenitudiue, quomodolibet concessa, confirmata, & innouata; ac Decretis Concilij Trident. inhærendo decreuit, & declarauit, eos qui à Comitibus, & alijs Prælatis promoti fuerint, quo ad Dignitates, cæteraque beneficia Ecclesiastica, nulla gradus prærogatiua frui, & gaudere posse, vbi addit rationem dispositionis, quia intellexerat, huiusmodi indultatarios quamplurimos tam laicos, quàm Clericos indoctos, & iohabiles nullo præuio examine Doctores, Liceutiatos, & Magistros creasse vt ad Dignitates, cæteraque beneficia Ecclesiastica faciliùs assumerentur, in animarum suarum iacturam, & quamplurimorum scandalum.

7 Et dum Pius V. in dicta Constitutione testatur, se adhærere Decretis Sacri Concilij, indicat, quod quando Concilium exigit pro obtinendis Dignitatibus Ecclesiasticis Doctoratum, aut Licentiaturam, intellexisse de Doctoratu, & Liceotiatura in publica Vniuersitate Studij generalis, oon autem intra priuatos parietes, aut per litteras, vt explicat Lotter. *cit. loc. num. 124. vers. ex præfata.*

8 Vlterius Sixtus V. alia sua Constitutione, de qua mentionem facit Seraphin. *decis. 1271.* concessit Romæ facultatem doctorandi Vniuersitati Collegij Aduocatorum

conſiſtorialium priuatiuè, quoad alios, etiam quoad Collegium Prothonotariorum, prout latius in dicta Conſtit. & deciſ. Seraph.

9 Itaque adeò eſt eligendus in Vicarium Capitularem Doctor, vel Licentiatus in iure Canonico, vt nec etiam illo prætermiſſo poſſit electio fieri in perſonam Magiſtri Theologi, cùm Concilium Trid. *in cit. cap.* 16. expreſſis verbis requirat, eligi in iure Canonico Doctorem, vel Licentiatum; & quotieſcunque Concilium, vel aliud Decretum loquitur de Doctore, non intelligi de Magiſtro Sacræ Theologiæ, ſed de iure conſulto, accuratè probat Lotter. *de re benef. lib.* 3. *quæſt.* 7. *num.* 194. Et vbicunque Concilium voluit admitti ad Dignitates Eccleſiaſticas Theologos, eos diſtinctè, ſub vocabulo Magiſtrorum, non Doctorum vocauit, ita *cap.* 8. *&* 12. *ſeſſ.* 24. & alibi.

10 Nec contra hanc receptiſſimam ſententiam facit, Concilium *cit. cap.* 16. *ſeſſ.* 24. *de reform.* vſum eſſe dictione, *ſaltem*, vbi dum ſermo fit de electione Vicarij Capitularis legitur: *qui ſaltem in iure Canonico ſit Doctor, vel Licentiatus*; quaſi per illam particulam, *ſaltem*, quæ includit alia ſubiecta, videatur dicendum, Concilium admiſiſſe etiam Theologum; nam illa dictio, *ſaltem*, refertur ad ius Canonicum, *ſaltem in iure Canonico*, & tum Iuriſconſulti ſint in duplici genere, ideſt in vtroque iure, & in iure Canonico, Concilium admitti, quod ſaltem Vicarius Capitularis ſit in iure Canonico Doctor; & quando dicitur, particulam, *ſaltem*, comprehendere alia ſubiecta, quàm expreſſum ſit id intelligitur, dummodo ſint proportionabilia, ita Barboſ. *de diction. vſufrequenti dictione* 355. *num.* 3. Non enim eſt proportionatum dicere, Concilium admittere ad Vicarium Capitularem, etiam Theologum, cùm ſit ignarus profeſſionis Vicarij, & Canonum, & legum neceſſariarum ad Eccleſiæ regimen; & pro Doctore contra Theologum fuit iudicatum in hoc caſu, per Sacram Congreg. Concil. relatam per Barboſ. *de Canon. & Dignit. cap.* 42. *num.* 53. & nouiſſimè *in alia Capuana*, licèt pro Theologo fuerint, qui eandem declarationem conati ſint adulterare, voluit etiam Garz. *part.* 5. *cap.* 8. *num.* 14. qui teſtatur, electionem de Theologo eſſe contra Concilium, Merolla *tom.* 3. *diſp.* 7. *cap.* 7. *dub.* 18. *num.* 186. Vulp. *in praxi cap.* 44. *num.* 15. contra Dian. *tom.* 8. *tract.* 4. *reſol.* 56.

11 Supradicta adeo vera ſunt, vt cùm haberi poſſit in Capitulo Doctor, ſi alius eligatur, qui non ſit Doctor ſaltem in iure Canonico, electio eſt nulla, ita declaraſſe Sacram Congregationem, teſtatur Genuenſ. *in prax. cap.* 86. *ſub num.* 1. Quarant. *ſumm. Bull. verbo Capitulum Sede vacante, ſub num.* 61. Garz. *de benef. cit. loc. num.* 13. *ad finem*, Barboſ. *cit. cap.* 42. *num.* 50. vbi poſt alios tenet, nec poſſe Capitulum conſtituere Vicarium Generalem Epiſcopi demortui, ſi non eſt Doctor ſaltem in iure Canonico, Vulp. *cit. loc.* Meroll. *cit. loc. num.* 186. qui refert ſic declaraſſe Sacram Congregationem *in vna Maceraten.*

12 Vnde cùm electio de Vicario Capitulari facta de non Doctore, ſaltem in iure Canonico ſit nulla, ſequitur quod deputatio illius deuoluatur ad Metropolitanum in Eccleſia ſuffraganea, ad antiquiorem ſuffraganeum in Eccleſia Metropolitana, & in Eccleſia exempta ad viciniorem Epiſcopum, iuxtà diſpoſitionem *cit. cap.* 16. Concil. Trident. prout declarauit Sacra Congregatio 14. Februarij 1594. quam refert Garz. *cit. loc. num.* 12. Barboſ. *cit. loc. num.* 55. *&* 56.

13 Supradicta intellige vera, quando in Capitulo haberi poteſt Doctor ſaltem in iure Canonico, qui ſi haberi non poteſt, validè eligitur non Doctor, Theologus, vel alius magis idoneus, prout colligunt DD. ex illis verbis Concilij, poſitis *in dicto cap.* 16. *vel aliàs quantum fieri poterit idoneus*; voluit Sacra Congregatio in citatis declarationibus adductis per Garz. *vbi ſupra num.* 12. & eſt indubitatum: In hoc enim caſu, quo Doctor haberi non poteſt, & Capitulum validè eligit non Doctorem, vel Theologum in Vicarium Capitularem, tunc dandus eſt Vicario conſultor Doctor, qui ſi in electione Vicarij per Capitulum non deputetur, poteſt Vicarius electus illum ſibi aſſumere, docent DD. communiter, & refert Barboſ. *de Canon. & Dignit. cap. vltimo num.* 52. Marcell. Vulp. *in prax. cap.* 44. *num.* 15. *in fin.* & alij, qui aduertunt, conſultorem electum, ſiue à Capitulo, ſiue ab ipſo Vicario debere eſſe idoneum, & partibus non ſuſpectum, quod voluit etiam Quarant. *ſumm. Bull. cit. loc. num.* 3. *verſ. in caſu vero*, Meroll. *cit. loc. num.* 191.

14 Nota tertio, exiſtentibus Doctoribus, & idoneis in Capitulo, neceſſario debere eligi vnum ex eis in Vicarium Capitularem, aliàs electio, & deputatio ad Metropolitanum, vel alium, vt ſupra deuoluitur, teſtatur Vulp. *vbi ſupra, & alij citati*, qui licèt teneant Capitulum non adſtringi a Concil. ad eligendum Vicarium vnum ex Canonicis, referunt tamen Sacram Congregationem ad eundem text. Concil. *cit. cap.* 16. declaraſſe, quod ſi in Capitulo adeſt idoneus, cæteris paribus eſt præferendus, Genuenſ. *in prax. cit. cap.* 87. *ſub num.* 1. Quarant. *cit. loc. n.* 6. Nouar. *ſumm. Bull.* 1. *part. titul. de Capit. Sed. vac. n.* 18. Meroll. *vbi ſupra num.* 187. Garz. *de benef. part.* 5. *cap.* 7. *num.* 13. qui in fine vlterius addit, quod ſi in Capitulo non adſunt Doctores, vel Licentiati ſaltem in iure Canonico, ſed adeſſet aliquis Canonicus peritus, & idoneus, eligendus eſſet, aliàs electio eſſet nulla. Circumſcripta in hoc caſu declaratione prædicta Sacræ Congregationis, verum eſt nec de iure communi, nec per Concil. Trident. obligari de neceſſitate Capitulum ad eligendum Vicarium Capitularem de gremio ipſius, idque varijs rationibus comprobat etiam Ricc. *deciſ.* 180. *part.* 4. *per totum*, licèt cæteris paribus ſit præferendus Capitularis, Diana *tom.* 8. *tract.* 4. *reſol.* 57. Nouar. *cit. loc. verſ. verum.*

15 Parochus, & qui curam habet animarum nullo modo eligendus eſt in Vicarium Capitularem, ita refert deciſum die 12. Maij 1629. Sell. *in ſelectis cap.* 19. *num.* 48. licèt poſſit eligi Canonicus eiuſdem Eccleſiæ, qui in eadem Eccleſia, & Ciuitate gerit curam animarum, ſic etiam fuiſſe deciſum in vna *Orien.* 19. *Maij* 1619. *&* 19. *Iulij eiuſdem anni*, teſtatur Barboſ. *de Canon. & Dignitat. cap. vltimo num.* 38. qui etiam refert, fuiſſe dictum, contrarias deciſiones intelligi de Parocho rurali, nouiſſimè Diana *tom.* 8. *tract.* 4. *reſol.* 18. poſt Meroll. *cit. loc. num.* 191.

16 Nota quartò, Capitulum Sede vacante vnum tantum Vicarium poſſe eligere, tenent DD. omnes, faciunt verba Concil. Trid. *cit. cap.* 10. & ibidem declarauit Sacra Congregatio in vna *Panormitana* 31. *Iunij* 1592. vbi etiam declaratum eſt, per dictum Decretum Concilij non eſſe ſublatam conſuetudinem, præſertim immemorabilem eligendi duos, vel plures Vicarios; Vnde vbi conſuetudo viget habendi duos Vicarios, vt alternis menſibus Vicariatus munere fungantur, vel æquè principales, vel vnum in Ciuitate, & alterum in Diœceſi, vel vnum Generalem, & alterum pro Monialibus, Capitulum poteſt liberè ſecundum conſuetudinem eligere, ita Garz. *de benefic. in addit. part.* 5. *cap.* 7. *num.* 37. multa Ricc. *deciſ.* 193. 4. *part.* & voluiſſe pluries Sacram Congregationem, teſtatur Barboſ. *de Canon. & Dignitat. cap. vltimo num.* 33. *&* 34. *& in ſumm. Apoſtolicarum deciſ. verbo Capitulum Sede vacante num.* 6. Nouar. *ſumm. Bull. verbo Capit. Sed. vacant. num.* 15. Non tamen valeret electio, nec etiam in vim conſuetudinis, ſi fieret de ipſius gremio Capituli, vt bini, vel ſinguli per ſingulos menſes adminiſtrent, ordinem ſeruando, ſi Canonici non eſſent omnes Doctores, vel Licentiati, ſaltem in iure Canonico, quando Doctores, vel Licentiati poſſunt haberi, ita etiam declarauit eadem Sacra Congregatio, teſte Garz. *cit. cap.* 7. *num.* 10. *in fin.* Prædicta de pluribus Vicarijs, vera ſunt, tamen non deſunt, qui tenent, poſſe Capitulum ſimpliciter, etiam non ſuffultum conſuetudine deputare vnum, vel plures Vicarios, ita Pauin. *de Capitul. Sed. vacant. part.* 2. *quæſt.* 10. quem refert Molin. *de iuſt. tract.* 5. *diſp.* 11. *nu.* 1. *verſ. Pauinus*, & ſequitur Quarant. *ſumm. Bull. verbo Capitulum Sede vacante num.* 9. *qui in appendice ad idem verbum fol.* 523. *verſ. in eodem fol.* admitti hanc pluralitatem, ſi conſuetudo accedat cum prima ſententia, ſecundum quam etiam voluit Sacra Congreg. vt refert Nouar. *ſumm. Bullar. tom.* 1. *titul. de Capit. Sede vacante num.* 15. Sed declara prædicta, quod ſi duo Vicarij fuerint electi, ſi vnus habet maiorem partem ſuffragiorum, is remanere debet, nam is dicitur electus à Capitulo, etiam ſi qui habuit minora vota ſit magis idoneus, niſi electus à maiori parte eſſet indignus, & incapax, non habens requi-

ſita

sita Concil. Trident. Si verò dun electi babent æqualia vota, & suffragia, neuter censetur electus à Capitulo, quod non repræsentatur, nisi à maiori parte, etsi vnus ex electis cum paritate suffragiorum sit Canonicus, potest electus accedere, & consentire electioni de se factæ, & eius consensus augebit numerum, & diceretur electus à maiori parte, ita, & latius loquitur post multos per se adductos, Meroll. *tom. 3. disp. 7. cap. 7. dub. 24. per totum num. 240. & seqq.* Sed si electio facta sit scienter de indigno à maiori parte Capituli, tunc an valeat electio facta à minori parte controuersum est in iure, vt videre est apud Merl. *in suis controuers. forens. cap.* 50. & illa iudicatur verior sententia, quod in tali casu electio Vicarij facta à minori parte sit valida, licèt possit Capitulum iterùm se congregare, & eligere idoneum Vicarium, & reuocare electum à minori parte, probat Meroll. *cit. loc. dub.* 20. *num.* 200. Aduerte, quod electio debet fieri à maiori parte Capituli, non verò à maiori parte respectu minoris partis, *cap. Ecclesia vestra de elect.* Bellam. *decis.* 275. Boer. *decis.* 3. Meroll. *cit. loc. dub.* 19. *num.* 195.

17 Si verò sint duo Episcopatus vniti, & vnusquisque suum habet Capitulum, & Cathedralem, tunc succedente vacatione vnumquodque Capitulum potest suum Vicarium Capitularem deputare, iuxtà formam Concilij pro sua Ciuitate, & Diœcesi, ita testatur obseruari Quarant. *summ. Bull. verbo Capitulum Sede vacante in appendice fol.* 523. *vers. in eodem fol. in fin.*

18 Nota quintò, Capitulum deputando Vicarium Capitularem Sede vacante posse aliqua sibi retinere, & per se ipsum exercere, & dare Vicario limitatam iurisdictionem; & ratio est, quia cùm iurisdictio principaliter resideat penes Capitulum, & Vicarius recipiat illam à Capitulo, non est inconueniens, ipsum Capitulum posse eam ampliare, & limitare, secundum Pauin. *cit. part. 2. quæst.* 10. *num.* 6. tenet Vulp. *in prax. cap. 44. sub num.* 28. Quarant. *summ. Bull. verbo Capitulum Sede vacant. num.* 4. & alij, quos citat Garz. *de benef. part. 5. cap. 7. num. 26. in fin. licèt ipse num.* 25. videatur contrarium sentire, contra quem tenet etiam Dian. *cit. tom. 8. tract. 4. resol. 62.*

19 Verùm, si secundum hanc opinionem Capitulum aliqua sibi reseruauit, si reseruata sunt voluntariæ iurisdictionis, & gratiosa, non repugnat, vt illa per se ipsum exerceat, sed si sunt contentiosæ iurisdictionis, & debent expediri cum causæ cognitione, Capitulum debet illa delegare, ne partes detrimentum patiantur ob difficultatem congregandi Capitulum; & hæc delegatio potest fieri non solùm Vicario, sed alteri; nec contra hoc facit opinio Genuens. *in prax. cap. 86. num.* 3. vbi videtur sentire, Capitulum non posse alteri, quàm Vicario causam delegare; quia opinio Genuens. procedit, quando Capitulum concessit à principio negotium Vicario, tunc sine causa non debet ab eo illud auferre, & alteri delegare, licèt si contra factum sit actus non irritetur; secus tamen est, quando iurisdictio remansit penes Capitulum per reseruationem, vel quia requirebat speciale mandatum, nec fuit concessum.

20 Quæstio est non vulgaris an quando Capitulum absque reseruatione aliqua, vel limitatione deputauit Vicarium Capitularem Sede vacante, possit aliqua ad se auocare, & se intromittere circa administrationem iurisdictionis: Partem negatiuam, videlicèt non posse Capitulum se intromittere in iurisdictione post constitutionem Vicarij, defendit Garz. *cit. cap. 7. num.* 25. & facit sententia Genuens. *cit. loc.* Affirmatiuam verò sententiam, Capitulum posse se intromittere in exercitio iurisdictionis, & iurisdictionem Vicarij non esse priuatiuè quoad Capitulum, defendit Doctissimus P. Merolla *tom. 3. disp. 7. cap. 7. dub. 25. num. 252. & seqq.* & ratio est patens, nam certum est ante Concilium, Capitulum potuisse iurisdictionem Sedis vacantis per se exercere, & Concilium Trident. tantum obligasse Capitulum ad eligendum Vicarium infra octo dies, nulla facta abdicatione iurisdictionis ab illo, si igitur Episcopus viuens adstringeretur constituere Vicarium, non per hoc posset dici, Vicarium habere iurisdictionem priuatiuè quoad Episcopum: ergo nec dici debet de Capitulo, qui succedit in iurisdictione Episcopi, hanc sententiam probat etiam P. Diana 6. *part. tract. 7. Miscell. resol. 41. vers. verum*, qui liberè tenet, posse Capitulum post deputationem Vicarij causas alteri delegare, sicut poterat ante Concilium, quia non est priuatum exercitio iurisdictionis; facit declaratio Sacr. Congregat. adducta per Garz. *cit. loc. num. 23. declar.* 7. vbi habetur, Capitulum non posse Visitatorem deputare pro visitanda Ciuitate, & Diœcesi sine Vicario, ergo cum Vicario habet facultatem visitatorem deputandi; quod est iurisdictionem exercere.

Posita supradicta opinione consequutiuè dicendum est, 21
deputato Vicario per Capitulum simpliciter, non transire ad illum ea, quæ requirunt speciale mandatum, sicut dicitur de Vicario Episcopi, quod est expresè contra Genuens. *in prax. cit. cap. 86. num.* 5. & Garz. *cit. cap. 7. n.* 28. & alios volentes, in Vicarium Capitularem non requiri speciale mandatum, sed sine tali specialitate ad eum omnia, etiam requirentia mandatum speciale transire, quorum opinio licèt probabilis sit, non autem benè firmari voluit Rot. *in Maurianen. pensionis* 25. *Iunij* 1626. *coram D. Pirouano in fin.* adducta per Barbos. *de iure Eccles. lib. 1. cap. 32. num. 103. in fin.* verior enim est contra eos, nam per Tridentinum non conceditur totalis iurisdictio Vicario Capitulari, & non ex eo, quod Capitulum tenetur deputare Vicarium, sequitur necessariò, ergo Vicarius habet totalem iurisdictionem; nec videtur ratio differentiæ, cur Vicario Episcopi non concedantur aliqua sine speciali mandato, & Vicario Capitulari concedantur: pro hac opinione facit formula commissionis Vicarij Capitularis, adducta per Quarant. *summ. Bull. verbo Capitulum Sede vacante in appendice fol.* 524. in qua expresè dantur Vicario Capitulari ea, quæ requirunt speciale mandatum, post quam formulam *vers. circa quam*, idem Auctor tenet, etiam post Concilium Trid. non transire ad Vicarium Capitularem ex generali commissione ea, quæ requirunt speciale mandatum, tenet etiam P. Diana *cit. resol. 41. vers. hinc sequitur, & tom. 8. tract. 4. resol.* 64. & facit declaratio Sacræ Congregationis, de qua fit mentio *hac annot. supra §. 1. vers. limita* 4. per quam disponitur, Vicarium Capitularem non posse dispensare super interstitijs sine speciali mandato, probat post Mandos. Pauin. Sbroz. & alios Meroll. *cit. loc. num. 256. & seqq.* qui respondet contrarijs.

Nota sextò, Capitulum Sede vacante posse deputare 22
Vicarium Capitularem ad certum tempus, puta ad sex menses, per annum &c. quo tempore elapso statim expirat iurisdictio illius, & tenetur Capitulum alium Vicarium eligere, vel prædictum confirmare, seu denuò deputare, refert Vulp. *in prax. cap. 44. & cap.* 28. testatur, fuisse decisum per Sacram Congregationem Concilij, Barbos. *summ. Apostolicarum decis. verbo Capitulum Sede vacante num. 4. & 5. & in tract. de Canon. & Dignit. cap. vltimo num. 44. & 45.* qui etiam refert, declarasse Sacram Congregationem prædictam, melius esse simplicitur absque temporis præfinitione illum deputare. In quibus terminis

Dubitatur, an possit Capitulum remouere ab officio 23
Vicarium, à se simpliciter, & absque præfinitione temporis deputatum, & alium eligere. In qua dubitatione tenent Quarant. *in summ. Bull. verbo Capitulum Sede vacante num. 3. vers. tertio dubitatur*, Zerol. *in prax. p. 1. verbo Vicarius §. 21. vers.* 3. & Nouar. *summ. Bull. 1. part. titul. de Capit. Sed. vacant. num.* 21. Meroll. *cit. loc. n. 266. & seqq.* Capitulum ex iusta, & rationabili causa posse Vicarium à se electum, & confirmatum reuocare. Alij verò tenent, Capitulum posse pro suo libito reuocare Vicarium à se deputatum, dummodo infra octo dies alium eligat, aliàs electio deuoluitur, iuxta dispositionem Concilij, & secundum hanc sententiam fuisse declaratum, ita Garz. *de benef. 5. part. cap. 7. num. 23. declarat.* 5. & latè probat Ricc. *decis. 178. part. 4. per totum*. Sed hodie pro veritate ab vtraque sententia discedendum est, & dicendum, non posse Capitulum reuocare Vicarium à se simpliciter electum, & confirmatum absque iusta causa benè visa, & approbata à Sacra Congregatione super negotijs Episcoporum, & Regul. præposita, prout ipsamet Sacra Congregatio declarauit de anno 1631. & pluries rescripsit, prout testatur Barbos. *de Canon. & Dignit. cap. vltimo num. 47. & in summ. Apostolicarum decis. verbo Capitulum Sede vacante num.* 9. Marcel. Vulp. *in prax. cap. 44. nu.* 14.

eum qua sententia videtur concurrere Diana post discussis latè hinc inde rationibus, & Sacræ Congregationis declarationibus *tom.8. tract.4. resol.63. in fin.*

24 Quæro, si Capitulum non eligat Vicarium infra octo dies, vel habentem qualitates à Concil. requisitas, ita vt fiat deuolutio ad Metropolitanum, vel alium, iuxtà dispositionem Concilij, qui vigore deuolutionis eligit, an possit illum reuocare.

Respondetur Metropolitanum, vel alium vt supra posse Vicarium à se electum, & deputatum vigore deuolutionis prædictæ ad nutum ipsius reuocare prout declarauit eadem Sacra Congregatio *in Limana 29. Septembris* 1625. teste Barbos. *cit. cap. vltimo num.* 48. nec in reuocatione huiusmodi requiritur consensus Sacræ Congregationis vigore declarationum citat. num. præcedenti; nam illæ loquuntur in reuocatione facienda per Capitulum de Vicario per se electo.

25 Nota septimò, Vicarium Capitularem electum de gremio Capituli, choro assistentem, vel processionibus incedentem, debere sedere, & incedere in suo proprio loco Canonicali, indutum vestibus Canonicalibus, nec alios Canonicos supra se antiquiores præcedere potest, testantur communiter DD. nisi consuetudine contrarium in aliqua Ecclesia esset introductum, ita tenet Quarant. *summ. Bull. verbo Capitulum Sede vacante num.* 8. *& in append. fol.* 522. *vers. in fol.* 171. Sbroz. *lib.2. quæst.25. n.17.* multa Ricc. *in prax. 1. part. resol.509. per totum, secundum vltim. impress.* Barbos. *de Canon. & Dignit. cap. vltimo num.40.* Manriq. *de præcedent. quæst. 51. num. 15.* & hæc opinio seruatur in praxi, quidquid dicat Diana, in processionibus illi dandum esse locum honorabiliorem, *tom. 8. tract.4. resol.67. in fin.*

26 Quod si eligatur Vicarius Capitularis non Canonicus, & extra gremium Capituli, in choro non debet occupare stallum dignitatum, ac illas præcedere; Sed debet illi accomodari sedes portatilis, vt declarauit Sacra Congregatio Rit. *in Nucerina* 10. *Aprilis* 1601. teste Barbos. *loc. cit. num.42.* In processionibus verò, nec debet præcedere primam dignitatem, ita Quarant. *cit. loc. in append.* Barbos. *cit. loc. num.41.* Fel. Boer. Sbroz. & Barbos. locis alleg. per Meroll. *vbi supra num.* 318. *licèt ipse num. seq.* contrarium teneat.

27 Nota septimò, quod Vicarius Capitularis non potest alium Vicarium substituere sine facultate ei concessa à Capitulo; immò si facultatem habet substituendi, adhuc non potest substituere, nisi ad modicum tempus, & concurrente magna causa, ac non nimis frequenter, tenent Ricc. *in prax. prima part. resol.511.* Vulp. *in prax. cap.44. nu. 17.* Barbos. *de Canon. & Dignitatib. cap. vltim. num. 56. vers. non potest*, Meroll. *cit. loc. dub. 31. per totum*, licèt indifferenter posse substituere, referat decisum Garz. *part. 5. cap.7. num.23. declar.6.* quæ decisio si vera est, corruit tota machina primæ sententiæ.

28 In casu quo Vicarius Capitularis infirmatur, licèt habeat facultatem substituendi, adhuc Capitulum potest deputare alium Vicarium durante infirmitate, qui si non deputetur, poterit substituere Vicarium iuxtà suam facultatem, ita Ricc. Vulp. & Barbos. *cit. loc.* & si Vicarius substituens moriatur, non expirat potestas substituti, quia illam habuit à Capitulo, qui dedit facultatem substituendi, ita Ricc. *in praxi 1. part. resol.512. vers. verum.*

29 Vicarius substitutus in prædictis casibus debet habere qualitates requisitas in Vicario Capitulari per Conc. Trid. *sess. 24. cap.* 16. nempè quod sit Doctor, vel Licentiatus saltem in iure Canonico, vel aliàs quantum fieri potest idoneus, ita fuisse decisum per Sacram Congregationem die 17. Maij 1600. testatur Sell. *select. Canon. cap. 19. num.45.*

30 Nota octauò, quod si controuersia interuenerit inter Canonicos in electione Vicarij Capitularis, ita vt Canonici discordantes duos, vel plures elegerint Vicarios, tunc ex pluribus deputatis, is remanere debet, & præferendus, qui est magis idoneus, & habet qualitates à Concilio requisitas, cæteris remotis, ita tenent ex declaratione Sacr. Congreg. Quarant. *summ. Bull. verbo Capitulum Sede vacante num.2. vers. secundo dubitatur fol.* 168. Garz. *citat. cap.7. num.23. declar.3.* Barbos. *de Canon. & Dignit. cap. vltim. num.36.* & alij.

Verùm si est proponenda nullitas contra electionem 31
vnius ex electis, vel contra vnicum electum, & deputatum in Vicarium Capitularem, tunc distinguendum est, quod aut proponitur nullitas, quæ non est contra Conc. Trident. *cap. 16. sess.24.* sed alia, puta quia non omnes Canonici fuerunt vocati ad electionem, vel similis; & tunc est adeundus superior Capituli, nec illa potest proponi coram ipso Capitulo; à quo superiore si irrita fuerit declarata electio, potest Capitulum, infra alios octo dies, alium deputare Vicarium, ita Quarant. *loc. cit.* quem refert, & sequitur Vulp. *in prax. cit. cap.44. n.31.*

Si verò est proponenda nullitas contra electionem, vt 32
quia est facta contra formam Concilij Trident. *cit. cap.16. sess.24. de reform.* puta de non Doctore, vel Licentiato saltem in iure Canonico; & tunc quia in tali casu vigore eiusdem Concilij deuolutio fit ad Metropolitanum, vel antiquiorem Episcopum suffraganeum, quando Ecclesia Metropolitana vacans est, vel ad viciniorem, quando est exempta; nullitas potest proponi coram Metropolitano, vel coram antiquiori, vel coram viciniori respectiuè.

Ad effugiendam nullitatem, ob non interuentum 33
omnium Canonicorum in electione Vicarij, vocandi sunt omnes Canonici singulariter, & personaliter, si sciatur vbi degant, & commodè, & sine periculo fieri possit, *cap. cum olim*, vbi glos. *verbo Hibernia de dol. & contum. cap. venerabilis eod. titul.* nisi aliter de consuetudine seruetur, vt si Capitulum conuocari soleat, & Canonici citari per edictum, vel ad sonum Campanæ; nam tunc consuetudo seruanda est, Iul. Lauor. 1. *part. titul. 4. cap. 17. num.26.* vbi ponit formulam vocandi absentes personaliter: quod procedit, quando scitur, vbi Canonici commorantur, quod si nesciatur, tunc illi vocandi sunt per edictum, vel per citationem domi, vbi habitare consueuerint, latè Barbos. *de Canon. & Dignit. cap. 39. num. 5. & seqq.*

Quando verò absens iusto impedimento possit consti- 34
tuere procuratorem ad eligendum, vide citatum Iul. Lauor. *vbi supra num.32. & seqq.*

Aduertendum est in his terminis, quod si committatur simonia in hac electione illa est irrita, etiamsi electus habuit maiorem partem suffragiorum, secluso suffragio simoniaco, Rota *in vna Caurien. Canonicatus* 10. *Maij* 1581. *coram D. Seraphino*, relata per Farinac. *decis.* 102. & probat Meroll. *tom.3. disp.7. cap.7. dub.21. num. 202. & seqq.* vbi conciliat decisiones Rotæ contrarias, & dicit, aliud procedere in patronis, eligentibus, siue præsentantibus, vt singuli.

Aduertendum est etiam, hanc electionem posse compromitti, etiam extrà Canonicos, *cap. cum iure de elect. & cap. causam, quæ eod. titul.* ex quo probatur etiam, vni posse compromitti, dummodo sit persona Ecclesiastica, glos. *in cap. quia propter cit. titul.* probat latè Merol. *cit. loc. dub.22.* An autem compromissarij possint eligere vnum ex se ipsis, sunt DD. pro vtraque sententia, vt videre est apud Meroll. *cit. loc. dub.* 22. qui conciliando contrarias opiniones, tenet partem affirmatiuam, quando ad electionem sufficit maior pars compromissariorum, & sunt ad minus tres, & duo eligunt tertium; Partem verò negatiuam, quando electio est facienda nemine discrepante. Quod si compromissarij eligant indignum, electio reuertit ad compromittentes, nisi compromittentes illam ratam habuerint, quia tunc deuoluit ad superiorem, idem Meroll. *cit. loc. 1. difficult. num.* 222.

Nota nonò, quod Vicario Capituli Sede vacante de- 32
betur salarium competens, cum nemo teneatur suis stipendijs militare, *cap. iam nunc* 28. *quæst. 1. cap. cum ex officijs de præscript.* & hoc salarium habere debet ex bonis ipsius Ecclesiæ vacantis, voluit Sacra Congregatio, prout testatur Vulp. *in prax. cap.44. num.* 14. & Barbos. *de Canon. & Dignit. cap. vltimo num.35.* tenet etiam Genuens. *in prax. cap.86. num.9. secundum vltim. impress.* qui dicit, id esse verum, siue Vicarius sit extraneus, siue de Capitulo, Quarant. *summ. Bull. verbo Capitulum Sede vacante n.3.* vbi in fine subdit cum Nauar. *cons. 2. de off. Vicar. in antiq.* Capitulum non posse pacisci cum Vicario per se eligendo, vt teneatur salarium, vel emolumentum diuidere inter Canonicos, Meroll. 3. *tom. disp.7. cap. 7. dub.* 34.

Nota

36 Nota decimò, quod quando Vicarius Capitularis allegatur ſuſpectus, recurrendum eſt ad ipſum Capitulum, quod vel poteſt eligere arbitros ad cognoſcendum de cauſis ſuſpicionum, quæ proponuntur, eo modo, quo Epiſcopus viuens cognoſcit de cauſis ſuſpicionum ſui Vicarij, prout declarauit Sacr. Congregat. teſtibus infraſcriptis DD. Vel per ſe ipſum abſque electione arbitrum poteſt cognoſcere de cauſis ſuſpicionum, vt ſimiliter poteſt Epiſcopus per ſe ipſum cognoſcere de ſuſpicione ſui Vicarij, *cap. ſi contra de off. deleg. in* 6. Sbroz. *de off. Vicar. lib.* 3. *quæſt.* 16. *num.* 1. Quarant. *ſumm. Bull. verbo Capitulum Sede vacante num.* 5. Vulp. *in prax. cap.* 44. *num.* 29. Quod ſi cauſæ ſuſpicionis militare inueniantur, poteſt Capitulum alteri cauſam, in qua allegatur ſuſpicio delegare, ita DD. communiter Meroll. *cit. loc. num.* 33. Vbi aduerte, quod Vicarius Capitularis poteſt allegari ſuſpectus, non ſolùm ex propria ſuſpicione, ſed etiam ex ſuſpicione Capituli, prout idem dicitur in Vicario Epiſcopi ex ſuſpicione Epiſcopi, tenet Meroll. *eod. ſupracit. loc. dub.* 33. *n.* 322. Et in caſu ſuſpicionis recurrendum eſt ad Capitulum, qui arbitros eligit ad cognoſcendum de ſuſpicione, quæ ſi militat, alteri tenetur cauſam delegare, refert Ricc. *collect.* 1602. declaraſſe Sacr. Congregat.

37 Nota vndecimò, Vicarium Capitularem, cui Capitulum dedit omnimodam auctoritatem, etiam ad quæ requirunt ſpeciale mandatum, iuxtà formulam commiſſionis, quæ communiter adducitur per DD. in hac materia, poteſt ea omnia exercere, & facere, quæ poteſt Capitulum ipſum, ſiue iuriſdictionis ſint, ſiue gratiæ; Vnde cognoſcit de cauſis omnibus etiam arduis, ita Quarant. *ſumm. Bull. verbo Capitulum Sede vacante verſ. quintò quæro*, Barboſ. *de Canon. & Dignit. cap. vltimo num.* 72. In particulari procedit in cauſa hæreſis, prout Epiſcopus ipſe in illa procedere poterat in puniendis, ac iudicandis hæreticis, gloſ. *in cap. ad abolendam de hæret.* in verbo prærogatiua, vbi DD. quod intellige, quando habet ſpeciale mandatum à Capitulo, & tunc ſolum contra ſubditos, non autem exemptos procedere poteſt, vt diximus hac *annot.* §. 1. *verſ.* 8. *Capitulum*, Farinac. *de hæreſ. quæſt.* 186. *num.* 182. & licèt Farinac. *eodem loc. num.* 181. dicat, Vicarium Capitularem nullam habere iuriſdictionem in hæreticos, hoc intelligitur ex generali, ſecus ex ſpeciali mandato Capituli, Meroll. *cit. loc. dub.* 1. *num.* 37.

38 Cognoſcit quoque Vicarius Capitularis, qui habet omnimodam auctoritatem de cauſis matrimonialibus, probatur ex *cap. veniens de eo, qui duxit in matrim.* voluit Pauin. *de poteſt. Cap. Sed. vacant. quæſt.* 5. Quarant. *ſum. Bull. verbo Capitulum Sede vacante fol.* 161. *verſ. quinto quæro*, Barboſ. *de Canon. & Dignit. cit. cap. vltimo n.* 102. qui alios citat, *& de iure Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 32. *num.* 102. probat Dian. *tom.* 8. *tract.* 4. *reſolut.* 22. Meroll. *eodem cit. loc.*

39 Poteſt etiam Vicarius Capitularis habens facultatem à Capitulo ſtatutum condere, & conſtitutionem facere ſuper ſtatum Eccleſiæ, diſtringens totam Diœceſim, & ita, vt ſtatutum, & conſtitutio prædicta ſit perpetua, & duret etiam in tempus futuri Epiſcopi, & quouſque non fuerit reuocata; & ratio eſt, quia ius ſtatuendi dependet à iuriſdictione, *cap.* 2. *de conſtitut. in* 6. ita Quarant. *ſumm. Bull. loc. cit. verſ. quarto quæro*, Vulp. *vbi ſupra num.* 16. & alij, quos refert, & ſequitur Meroll. *cit. loc. num.* 39.

40 Et non ſolùm nouum ſtatutum, vel conſuetudo poteſt fieri per Vicarium Capitularem, vt ſupra; ſed etiam poſſunt reuocari ſtatuta emanata à prædeceſſoribus Prælatis, docet poſt Gemin. Franc. Zabar. Fel. & Pauin. Quarant. *loc. cit. in fin.*

41 Fallit tamen facultas prædicta ſtatuendi in Vicario Capitulari, & Capitulo, quando ſtatutum eſſet contra Eccleſiam, ideſt menſam Epiſcopalem vacantem, contra quam nec Capitulum, nec Vicarius eius poteſt aliquid ſtatuere, cùm non habeat defenſorem, vt notatum eſt ſupra §. 1. obſeruat Quarant. *loc. cit.* ac DD. omnes.

42 Similiter Capitulum, & eius Vicarius ad id facultatem habens poteſt facere gratias, & remittere pœnas, etiam ad quas Epiſcopus præmortuus ſubditos condemnauit, & non ſolùm de pœnis, ſed etiam de delictis, & id de iure, ac conſuetudine procedere, docet Vulp. *loc. cit. num.* 26. contra nonnullos per ipſum adductos, cui adhæret Diana *cit. tract.* 4. *reſol.* 19. Nouar. *ſumm. Bull. hoc titul. num.* 12. Meroll. *vbi ſupra num.* 53. reſpondet contrarijs.

43 Valet quoque Capitulum Sede vacante, & eius Vicarius aſſiſtere matrimonio celebrando, & poteſt etiam licentiam dare alteri Sacerdoti aſſiſtendi matrimonio, quia hæc ad iuriſdictionem ordinariam ſpectant, quæ omninò ad Capitulum tranſit, docet Sanch. *de matrim. lib.* 3. *diſput.* 28. *num.* 5. Guttier. *de matrimon. cap.* 66. *num.* 9. Barboſ. *de iur. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 32. *nu.* 86. & alij, quos refert, & ſequitur Diana *citat. loc. reſolut.* 49. Meroll. *citat. loc. num.* 47.

44 Item Vicarius Capitularis poteſt reuocare facultates omnes audiendi confeſſiones Sacramentales, & confeſſores examinatos, & approbatos per Epiſcopum mortuum, iterùm ad examen vocare, & ſi inhabiles inuenerit reprobare, etiamſi Regulares ſint; quæ facultas, licèt denegetur Epiſcopo, qui ſemel examinauit, & ſimpliciter approbauit confeſſarios maximè regulares, permittitur tamen ſucceſſori, & Vicarius Capitularis dicitur ſucceſſor, ita DD. communiter, tenet Henriq. *in ſumma lib.* 3. *de pœnit. cap.* 6. *in princ.* & alij, quos refert, & ſequitur Barboſ. *lib.* 1. *de iure Eccleſ. cap.* 32. ſaluis tamen priuilegijs in contrarium, quæ habere Mendicantes, aſſerit Dian. *cit. loc. reſol.* 48. poteſt etiam facultatem concedere confeſſarijs abſoluendi ab omnibus caſibus reſeruatis Epiſcopo, & confeſſorem deputare pro abſolutione caſuum reſeruatorum, Barboſ. *cit. loc. num.* 64.

45 Addunt etiam DD. poſſe Capitulum Sede vacante, & eius Vicarium commutare vltimas voluntates in caſu, quo de iure communi Epiſcopo permittitur talis commutatio, probat Monet. *de commut. vltim. volunt. cap.* 5. *num.* 427. *& ſeqq.* Barboſ. *de iure Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 32. *num.* 101. Et non ſolùm commutare, ſed etiam exequi, vt idem Barboſ. *cit. loc. num.* 76. & ſequitur Dian. *vbi ſupra reſol.* 34. Nouar. *ſumm. Bull. titul. de Capit. Sede vacant. num.* 5. *part.* 1. vbi etiam tenet, quod poſſit rationes exigere ab executoribus, & adminiſtratoribus piorum locorum; quicquid de commutatione teneant Balb. & Ricc. à quibus etiam recedit Meroll. *tom.* 3. *diſput.* 7. *cap.* 7. *num.* 277.

46 Excommunicationes omnes, & cenſuras, ac pœnas, quas Epiſcopus inferre poterat, ac corrigere exceſſus omnes, poteſt quoque inferre Capitulum, & ab eis abſoluere, niſi ſpecialiter reperiretur denegata facultas, *cap. ad abolendam*, & ibi gloſ. & DD. *de hæret.* Molin. *de iuſt. tract.* 5. *diſp.* 11. *num.* 6. *in princip.* Barboſ. *cit. loc. num.* 65. ex quo colligit, Capitulum poſſe abſoluere ab excommunicatione emanata, ſiue à iure, vt ob percuſſionem Clerici, ſiue ab homine, quando Epiſcopus ab illis abſoluere poteſt, ad quod citat Molin. *cit. diſp.* 11. *num.* 6. *verſ. poteſt item*, notatum eſt §. *præcedenti verſ. & generaliter*, Nouar. *cit. loc. num.* 24. quod ampliatur in abſolutione à iuramento, Merol. *cit. loc. num.* 31.

47 Dictum eſt ſupra §. *præcedenti verſ. dubium eſt*, poſſe Capitulum Sede vacante viſitare Ciuitatem, & Diœceſim; hic addendum eſt, hoc ius viſitandi tranſire ad Vicarium Capitolarem, etiamſi illi per Capitulum non fuerit ſpecialiter demandatum, tenent ex ſententia Sacræ Congregationis, Garz. *de benef. in addit. part.* 5. *cap.* 7. *num.* 29. & Barboſ. *cit. cap.* 32. *num.* 68. dummodo ſit lapſus annus ab vltima Epiſcopi viſitatione, vt notatum eſt ſupra *cit. loc.*

48 Poteſt quoque Capitulum pro neceſſitate Eccleſiæ vacantis ſubleuanda imponere, & exigere charitatiuum ſubſidium, quod etiam poteſt Vicarius de mandato Capituli, habetur originaliter per gloſ. *in cap. cupientes* §. *ad hæc verbo aliunde de elect. in* 6. notat Bellett. *de charit. ſubſid. quæſt.* 7. Barboſ. *cit. loc. num.* 83. *vbi num.* 84. aduertit, non poſſe Capitulum ſtatuto, vel alia diſpoſitione facere, quod charitatiuum ſubſidium in futurum minuatur, quia Capitulum non poteſt ſtatuta condere, tendentia ad præiudicium Epiſcopi, vel Eccleſiæ Cathedralis vacantis, cùm illa careat legitimo defenſore, *argum. cap. dudum de reb. Eccleſ. non alien.* & notatum eſt pluries ſupra: Quod procedit, etiamſi ſtatutum fuiſſet iuramento firmatum; nam etſi vnus ex Canonicis, qui iurarunt ſeruare ſtatutum, minuens charitatiuum ſubſidium, fuerit electus Epiſcopus, adhuc poteſt non obſtante ſtatuto illud exigere non dimi-

diminotum; immò Canonici, qui iurarunt, noo obstante iuramento possunt illud soluere, docet Bellinc. *cit. tract. quæst.* 45. *num.* 5. *& seqq.* Azor. *instit. moral. tom.* 2. *lib.* 12. *cap.* 14. *quæst.* 5. *vers. item collegium, & quæst.* 7. *vers. item Canonicorum*, Meroll. 3. *tom. disp.* 7. *cap.* 7. *dub.* 1. *num.* 41.

49 Synodum quoque Diœcesanam quotannis potest Capitulum per eius Vicarium Sede vacante celebrare, & congregare, ita asserit decisum Garz. *de benef. part.* 9. *cap.* 2. *num.* 8. quem refert Gauant. *in Enchirid. Episcop. verbo Synodus Diœcesana num.* 2. Immò, & in ipsa Synodo, vel aliàs iuxtà consuetudinem Ecclesiæ potest exigere manualem obedientiam, quam Clerici suo Prælato exhibere solent, prout testatur, fuisse seruatum in Ecclesia Neapolitana, Quarant. *summ. Bull. verbo Capitulum Sede vacante vers. octauò*, Meroll. *cit. loc. num.* 55. quicquid dicat Zabar. *in cap. his, quæ quæst. de maior. & obed.*

50 Obserua, quòd licèt dictum sit supra, Capitulum Sede vacante, & multò minus eius Vicarium non posse beneficia cooferre, maximè curata, nihilominus præter collationem omnia alia, quæ per Trid. *sess.* 24. *cap.* 18. præcedunt collationem Parochialium facere potest Capitulum, siue eius Vicarius, puta statim babita notitia vacationis prouidere Ecclesiam de idoneo Vicario, cum assignatione congruæ portionis, proponere edicta, examinare per concursum, examinatores in Synodo depotare, & alia iuxtà *cit. cap.* 18. Concil. Trident. facere, ita testatur fuisse decisum per Sacram Congregationem Concilij *in vna Tolctana anno* 1577. Garz. *cit. cap.* 2. *num.* 8. notatum est etiam §. *præcedenti num.* 55. posse Capitulum, & eius Vicarium in his procedere vsque ad dignioris electionem, aduertit etiam Barbos. *de iure Eccles. lib.* 1. *cap.* 32. *num.* 94. quicquid dicat Meroll. *cit. loc. num.* 153. nam verè in praxi seruatur, quod Vicarius Capitularis, facto examine per concursum, nominat digniorem Sanctissimo.

51 Licentias omnes, quæ coocedere poterat Episcopus, potest etiam coocedere Capitulum, vel eius Vicarius Sede vacante, puta licentiam dare nouitio disponendi de bonis suis temporalibus, Sanch. *in precept. decal. tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 5. *num.* 68. Barbos. *de potest. Episcop. part.* 3. *alleg.* 99. *num.* 5. Episcopo extero exerceodi Pootificalia in Ecclesia vacante, Quarant. *cit. loc. vers. vndecimò quæro*, Garz. *part.* 5. *cap.* 7. *num.* 93. *vers. quinto*, Meroll. *cit. loc. num.* 56. & de licentia nouitij *num.* 43. dictum est etiam §. *præcedenti*, & in omni alio casu, quo potest Episcopus, Azor. *instit. moral. part.* 2. *lib.* 7. *cap.* 5. *quæst.* 3. Immò licentiam prædictam, datam ab Episcopo mortuo, potest reuocare, Diana *tom.* 8. *tract.* 4. *resol.* 72.

52 Deinum Capitulum Sede vacante, etiam oon expectato Episcopo potest ratiooem exigere à Vicario Capitulari, & alijs officialibus, eosque pro modo culpæ punire potest, Garz. *cit. loc. num.* 23. Quarant. *eod. loc. in append. fol.* 522. *vers. cum Vicarius*, & alij communiter.

53 Et non solùm potest Capitulum finito officio rationem exigere à Vicario Capitulari, sed etiam oon obstaote, quod ratio reddita sit Capitulo, potest successor Episcopus rationem exigere à Capitulo, & eius Vicario, qui tenentur Syndicatum dare moderoo Episcopo ex Concil. Trid. *sess.* 24. *cap.* 16. Immò Capitulum tenetur de delicto Vicarij, oisi quanto citiùs sciuerit, purgaoerit eius delictum, notat Pauio. *de Capitul. Sed. vacant.* 2. *part. quæst.* 10. quem sequitur Genueos. *in prax. cap.* 86. *sub num.* 9. *secundum vltim. impress.* & noo solum potest Episcopus à Vicario Capitulari, & alijs officialibus Sede vacante rationem petere, & Syndicatum exigere, sed si illos culpabiles inueoerit, potest puoire; hoc enim importat Syndicatum dare, & obseruat Ricc. *in prax.* 1. *part. resol.* 514. *secundum vltim. impress.* Vulp. *in prax. for. Eccles. cap.* 44. *n.* 19. Dian. *tom.* 8. *tract.* 4. *resol.* 71. & alij communiter, & voluisse Sacram Congregationem testatur Nouar. *summ. Bull.* 1. *part. titul. de Capit. Sed. vacant. num.* 20. *in fin.* Meroll. *tom.* 3. *num. final.*

54 Nota, quòd licèt Capitulum Sede vacante, & eius Vicarius possit vniones facere beneficiorum ex caosa, dummodo non lædatur iurisdictio Sedis vacantis, Reboff. *in prax. beneficior. titul. de vnionib. num.* 36. Quarant. *summ. Bull. verbo Capitulum Sede vacante quæst.* 9. *vers. quæ conclusio*, Garz. *de benef. part.* 2. *cap.* 2. *num.* 67. & alij; quos refert Meroll. *tom.* 3. *disp.* 7. *cap.* 7. *dub.* 14. *num.* 145. contra alios relatos *num.* 145. Non tamen potest sibi voire Capitulum, & soppriniere quodcunque beneficium, testatur Garz. *cit. loc. num.* 68. sic declarasse Sacram Congregationem Concilij, sequitur Rota *cit. loc. resol.* 31. dictum est §. *præced. num.* 64.

Potest quoque Vicarius Capitularis, si Episcopus est, exercere Pontificalia in Ecclesia vacante de licentia Capituli, & ordines conferre, chrisma conficere, consecrare Basilicas, & similia, Barbos. *de Canon. & Dignit. cap. vlt. num.* 113. Alia quæ possit, vel non possit Capitulum, & eius Vicarius Sede vacante, vide apud Qoarant. *summ. Bull. verbo Capitulum Sede vacante*, Genuens. *in prax. cap.* 86. *& seq. secundum vltim. impress.* Barbos. *de Canon. & Dignit. cit. cap. vltimo, & de iure Eccles. lib.* 1. *cap.* 32. *à num.* 60. 55

Dispensare quoque potest Capitulum Sede vacante cum illegitimis quoad Ordines minores, & beneficia simplicia, prout poterat Episcopus, iuxta *cap.* 1. *de filijs Presbyter. in* 6. tenet Vega *in cap.* 4. *de iudic.* §. *de adulter. n.* 53. Solorzanos *de Indiar. iure tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 13. Vicarium verò Capitularem posse cum dictis dispensare tantum, quando habet speciale mandatum, tenet Merolla *tom.* 3. *disp.* 7. *cap.* 7. *dub.* 1. *num.* 34. quem sequitur Diana *tom.* 8. *tract.* 4. *resol.* 6. 56

Potest etiam Capitulum, vel eius Vicarius Sede vacante deputare Pœnitentiarios cum facultate absoluendi à censuris, & casibus reseruatis, docet Azor. *tom.* 3. *lib.* 3. *cap.* 37. *quæst.* 6. Vgol. *de potest. Episcopi cap.* 36. Barbos. *etiam de potest. Episcopi part.* 3. *alleg.* 52. *num.* 3. quos refert, & sequitur Pater Diana *tom.* 8. *tract.* 4. *resol.* 12. *in fin.* post Meroll. *cit. loc. num.* 30. 57

Potest quoque Capitulum, vel eius Vicarius Sede vacante exercere iurisdictionem, & cogooscere inter personas sæculares, ioter quas Episcopus cognoscebat, & habebat iurisdictiooem temporalem, iuxtà dicta per Merollam *tom.* 3. *disp.* 7. *cap.* 7. *dub.* 1. *n.* 9. qoi alios citat Roderiquez *in summ. tom.* 1. *cap.* 71. *num.* 2. 58

Succedit vlterius Capitulum, & eius Vicarius in potestate compellendi executores piorum legatorum ad executionem illorum; & illis negligentibus, procedendi ad executionem, prout poterat Episcopus, tenet Roderiquez *cit. loc. num.* 10. post Ioan. And. *in cap. Ioannes de testam.* & alios; ac etiam succedit in potestate exigendi rationem à regularibus executoribus piarum dispositionum, & alia facere circa executionem piarum voluntatum, quæ refert Diana *tom.* 8. *tract.* 4. *resol.* 24. vbi alios citat, *& resol.* 34. tenet, posse etiam commutare vltimas voluntates in casibus, in quibus Episcopus iure ordioario commutare poterat. Vlterius succedit Capitolum, & eius Vicarius in potestate concedendi monitoria, ad fioem habendi notitiam bonorum deperditorum, quæ, in forma significauit, solent nuncupari, docet Meroll. *cit. cap.* 7. *num.* 35. 59

Vltimò expirat iurisdictio Vicarij Capitularis Sede vacante, si fuit electus ad tempus determinatum (quod fieri posse dictum est supra) statim elapso tempore, prout refert voluisse Sacram Congregationem, Merolla *tom.* 3. *disp.* 7. *cap.* 7. *dub.* 35. *num.* 325. *& seq.* Si verò facta fuerit electio sine temporis præfinitione, tunc expirat iurisdictio prædicta, quando Sedes cessat esse vacaos, quod oon potest esse, nisi postquam modernus Episcopus adeptus est possessionem Episcopatus, tenent Merolla *cit. loc.* & Vulp. *in praxi for. Eccles. cap.* 44. *num.* 32. Dian. *tom.* 8. *tract.* 4. *resol.* 69. qui respondent omnibus, quæ in contrarium adduci possent, & hæc opinio est vera, & seruat praxis vbique, de qua etiam praxi testatur Pauin. *de potest. Capitul. Sed. vacant. part.* 1. *quæst.* 10. *num.* 10. Barbos. *de potest. Episcopi alleg.* 54. *num.* 161. quos refert, & sequitur Nouar. *summ. Bull.* 1. *part. titul. de Capit. Sede vacant. num.* 40. *vers. vltim.* & ab hac opinione non est recedendum, licèt alij alia dicant, & nonnulli adducentes *decis. Rotæ in vna Burgen. Canonicatus* 28. *Ianuarij* 1583. *coram D. Gipsio*, videantur tenere, cessare iurisdictionem Vicarij Capitularis, & vacationem Sedis, statim post propositionem in Consistorio de Prælato, etiam ante possessionem, oam verum est à prædicta decisione fuisse per eandem Rot. recessum sub die 3. Iunij eiusdem anni, & in eadem causa, prout testatur Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell.*

gl. 15. 60

*gl.15.§.5.num.*88. Barbos. *cit. loc. num.*160. & melius Nouar. *vbi supra*, Meroll. *cit. cap.7. dub. vltimo num.* 355.

61 Non est prætermittendum hic adnotare, Nouarium *summ. Bull. 1. part. titul. de Capit. Sed. vac. num.*19. audacter asserere, Canonicum eligeodum io Vicarium Capitularem necessariò debere esse in sacris, & hoc dicit statuisse Clementem VIII. in litteris per ipsum relatis, quæ litteræ hoc non continent; vnde si nulla lege obligatur Capitulum ad eligendum Vicarium in sacris, dicendum est, posse liberè eligere quemcunque Clericum, etiam primæ tonsuræ, sicut potest Episcopus: & hoc procedere dicendum est etiamsi Clericus in minoribus electus io Vicarium Capitularem obtineat Canonicatum, cui Diacooatus, vel Presbyteratus ordo est annexus, & obligetur infra annum promoueri se facere ad ordinem requisitum, iuxtà dispositionem Concil. Trid. *sess.22. de reform. cap.*4. nam adhuc elapso anno potest prædictus Canonicus eligi in Vicarium Capitularem; & licèt per Conc. Trid. *cit. loc.* ob non promotionem prædictam priuetur voce io Capitulo, id tamen magis communiter intelligunt DD. de voce actiua, quæ simpliciter, & absolutè est vox, oon autem de voce passiua, ita Garz. *de benef. part.3. cap.4. in addit. sub n.* 15. Barbos. *de Canon. & Dignit. cap.* 16. *num.* 18. *& cap.*41. *num.*1. *in fin.* contra Less. *de iust. lib.* 2. *cap.* 34. *num.* 105. tenent principalem sententiam contra Nauar. Merolla *com.3. disp.7. cap.7. dub.*18. *num.* 189. & Diana *part.* 8. *tract.4. resol.*59. qui dicunt etiamsi extarent litteræ, quas refert Nouarius, adhuc ad id non obligari Capitulum, quia illæ morte Clementis expirarunt, tanquam continentes præceptum personale.

65 Diximus supra, negligente Capitulo eligere Vicarium Sede vacante infra octo dies deuolui potestatem eligendi ad Metropolitanum, vel ad antiquiorem Episcopum suffraganeum, si Sedes Metropolitana vacet, vel ad viciniorem Episcopum, si Ecclesia est exempta ex Conc. Trid. *sess.24. de reform. cap.*16. in cuius terminis posset dubitari, an teneatur Metropolitanus, antiquior, vel vicinior Episcopus respectiuè, vt supra, deputare Vicarium de Capitulo, cuius Sedes vacat, si idoneus adest cæteris paribus: Et affirmatiuè videtur respondeodum ea ratiooe, quia Metropolitanus, vel alius, vt supra, succedit Capitulo nagligente, & supplet eius defectum, sed Capitulum cæteris patibus debet præferre Capitularem, vt diximus supra; ergo id etiam seruare tenetur Metropolitanus, probat Diana *tom.8. tract.4. resol.*57. per opiniooem Genuens. *in prax. Cur. Arch. Neapol. cap.*86. *num.* 1. *secundum vltim. impress.* Alia multa de hac materia vide apud Dianam 8. *p. tract.4. per tot.* post Meroll. *cit. cap.*7.

OBSERVATIONES

D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum Sede vacante licet defecto capite viuit.*
2 *Decretum Conciliare super deputatione Vicarij Capitularis explicatur.*
3 *Eligendus an sit Doctor.*
4 *Metropolitanus an debeat eligere de gremio Capituli.*
5 *Praxis Sacra Congregationis.*
6 *Capitulum Ecclesiæ Collegiata* nullius, *an Abbate defuncto deputet Vicarium Capitularem?*
7 *Quid censurato Prælate* nullius?
8 *Votum Vicarij Capitularis deputati an sit computandum ad concludendam electionem?*
9 *Quande quis sibi possit votum dare?*
10 *Vicarius Capitularis electus an ante litteras patec tales possit exercere?*
11 *Excrescentia, vel decrentia schedularum an vitiet electionem?*
12 *Vnus est eligendus Vicarius Capitularis. Quid de Vicario Monialium.*
13 *Quid si in Capitulo non sit Doctor.*
14 *Conuentio prohibita adducitur.*
15 *Vicarij Capitularis electio facienda per secreta suffragia.*
16 *Capitulum an possit limitare potestatem?*
17 *Nullitas Capituli si adsit, vtrum denuo fiet electio?*
18 *Vota quæ non sint libera.*
19 *Infectio simoniaca an vitiet electionem?*

1 DEfecto capite scilicet mortuo Episcopo vniuersa iurisdictio tam in habitu, quàm in exercitio remanet penes Capitulum tanquam reliquum corpus politicum, seu iotellectuale, quod in boc differt à corpore naturali, seu materiali, vt etiam sine capite viuat, omnesque faciat operationes.

2 Decreto Conciliari *sess. 24. de reform. cap.* 16. Capitulo necessitas iniuncta est, vt infra octo dierum spatium à die certæ ootitiæ vacationis coioputandum, Vicariom pro administratione iustitiæ, ac exercitio iurisdictionis deputare teneatur, sin minus hac deputatione nullatenus, vel nulliter facta ius illam faciendi deuoluatur ad Metropolitanum in Ecclesia suffraganea. In Metropolitana ad antiquiorem Episcopum suffraganeum. Si verò id sequatur in Ecclesia exempta ad Episcopum viciniorem.

In spacio hoc octo dierum, quod conceditur ad deputationem Vicarij frequentius antiquiori tempore oriebantur controuersiæ inter Capitulum, & primam Dignitatem super dictæ iurisdictionis exercitio, quod à prima Dignitate prætendi solet vbi præsertim sit Archidiaconus, qui ex antiquorum canone Vicarius in temporalibus natus esset. Verius autem Capitulo praxis assistit, nisi circa boc breue exercinium legitima consuetudo assisteret in ratione primæ Dignitatis, quæ nomioe Capituli actus explicet Card. de Luca *in annot. ad S.C. Trid. discurs.*31. *num.*9.

3 Deputandus est Vicarius, qui ad minus in iure Canonico Doctor sit, seu Licentiatus à publica Vniuersitate, vel Collegio, non de facto, quoties adsint in Capitulo, existeotibus enim verè Doctoribus in Capitulo, oecessariò vnus ex illis est eligendus, alias electio deuoluitur ad Metropolitanum, vt voluit Sac. Congregatio ex testimonio Garz. *in addit. ad part.5. cap.7. num.*12. de Luca *vbi sup. num.*10.

4 Electione deuoluta ad Metropolitanum, an is teneatur eligere Vicarium eo modo, quo Capitulum vti succedens in locum istius? Genueos. *cap.*86. tenet, quod Metropolitanus non teneatur eligere de gremio Capituli. Contrarium vult Dian. *part.8. tract.4. resol.*57.

5 In simili quando Capitulum non elegit Vicarium in tempore, nec Metropolitanus suppleuit negligentiam, deputatur Vicarius à Sacra Coogregatione, quæ aliquando id commisit Episcopo viciniori, sicut solet eadem Sacra Congregatio hanc electionem præfato viciniori Episcopo committere, si Capitulum elegit inquisitum, & eo pacto committit, vt Episcopus eligat idoneum de gremio ipsius Capituli Sacr. Congregat. rescribendo Episcopo Grauin. 21. Maij 1656. vt Nicol. *in floscul. verb. Vicarius Capitularis n.* 63.

Si aduersus electionem non Doctoris spretis Doctoribus recursus habetur Sacra Congregatio non procedit ex abrupto annullationem, sed scribit pro informatione, & partes audit, & quatenus competiat non benè processum fuisse, quodque non potuerint sperni Doctores, & idonei, mandat denuò procedi ad electionem, vel ipsa deputat Vicarium Apostolicum. Ratio istorom est, quia non causant maiorem dignitatem doctrina nobilitas, & aliæ qualitates, sed mores, prudeotia, & bona opinio apud populum magis attenduntur, Luca *discurs.*31. *num.*19.

6 Capitulum Ecclesiæ Collegiatæ *nullius* succedit in iurisdictione Prælati Sede vacante ad instar Capituli Cathedralis ex S. C. Trid. *sess.24. de reform. cap.* 16. vbi innouata iuris communis dispositione præscribitur forma deputationis Vicarij faciendæ per Capitulum Sede vacante, & in Cathedralibus, & Metropolitanis, ac in inferioribus Ecclesijs exemptis, quarum Prælatus babeat iurisdictionem ordinariam in territorio separato, & nullius ex quo eadem est proportio ex verbis Concilij ibi, *Etsi Ecclesia*

ipsa Metropolitana fuerit, aut exempta Capitulumque negligens fuerit, tunc antiquior Episcopus ex Suffraganeis in Metropolitana, & propinquior in exempta Oeconomum, & Vicarium, &c.

Licet eo im de iure communi ex deductis per Fagnan. *in cap. bis quæ de maior. & obed. num.* 48. esset in quæstione. Attamen ista sopita videtur per Conciliare decretum, dum huiusmodi Prælati cum territorio separato, & nullius per veritatem, & de facto, non autem fictè, & intellectualiter habentes territorium separatum exceptis ijs, quæ sunt ordinis Episcopalis in exercitio in omnibus iure Episcopo censeantur, proindeque huiusmodi corporis Caput constituatur ab ipsa Ecclesia Collegiata. Exinde sequitur, quod Prælato defecto, in Capitulo remanet Ecclesiæ administratio, latè Card. de Luca *de iurisd. discurs.* 54. *num.* 2. & 3.

7 Censurato Prælato *nullius* an intret iurisdictio Episcopi? Fagnan. *in cap. quia diuersitatem de concess. præbend. ex num.* 16. disputata quæstione ad partes concludit tanquam in casu omisso non intrare iurisdictionem Capituli, sed potius iurisdictionem deuolui ad Sedem Apostolicam.

Quæstio hæc percutit terminos, in quibus Sedes Apostolica de impedimento consulta Vicarium, aliosque Officiales deputare velit, se opponente Capitulo. An scilicet id citta eius iniuriam, & violationem sui iuris fieri valeat.

Casus autem est de medio tempore, donec scilicet Sedes Apostolica de huiusmodi impedimento consulta prouideret, qui casus videtur indubitatus, ne interim ille Clerus, & populus remaneret acephalus sine Rectore, & Superiore, quod inconueniens cessaret, vbi ageretur simpliciter de Ecclesia exempta intra alieni Ordinarij Diœcesim existente, quodque non agatur de iurisdictione corporis stantis de per se independenter, & habentis territorium separatum, ac *nullius* tanquam species Diœcesis, de Luca *d. discurs.* 54. *num.* 5.

8 Votum electi ad munus Vicarij Capitularis an sit computandum ad concludendam electionem? Videtur negandum ex *cap. quia propter de elect.* loquente de electione Patronis, seu Prælati præficiendi Ecclesiæ vidoatæ.

Contrarium dic verius in electione Vicarij Capitularis, vel aliorum officiorum, aut Canonici, vel Dignitates, vt Garz. *part.* 5. *cap.* 7. *num.* 21. Rota *decis.* 289. *part.* 6. *recent. num.* 38. Add. ad Buratt. *decis.* 809.

Vel dic *text. in d. cap. quia propter*, procedere in primo scrutinio, secus in secundo, Buratt. *decis.* 316. & 481. ex eadifferentiæ ratione, quia in primo actu scrutinij secreti ignorat quis, an alijio ipsam denenturi sint, ideoque videatur ambitiosus dando sibi votum secus in secundo scrutinio, quoniam audiendo, seu videndo ab alijs eligi, ita eis consentire sine ambitione potest.

Quod clarè videtur decidi ex *cap. cum in iure de elect.* vbi ex septem vocalibus, electus à tribus cum adhæsione sui ipsius dicitur electus à quattuor, & conseqoenter à maiori parte quem textum non esse correctum firmant ibi Canonistæ. Et quamuis ijdem scribentes concilient illum cum altero in *d. cap. quia propter*, dicentes eum procedere in electione, quæ fit publicè, & palam per viam compromissi, non autem in ea, quæ fiat secreto per viam scrutinij. Attamen vbi cessat d. ratio ambitionis, vt per publicationem scrutinij, potest fieri adhæsio.

9 De consensu eligentium potest quis sibi votum dare, *cap. cum in iure de elect.* Syluest. *in summa verb. electio il* 2. *num.* 22. de Luca *de Canonic. discurs.* 26. *num.* 9.

10 Vicarius Capitularis electus si ante expeditas litteras patentales exerceat non cadit à iure suo, mandatum oretenus dari potest, & electio, & collatio est simul, Garz. *part.* 1. *cap.* 6. *num.* 23. Sbroz. *de offic. Vicar. lib.* 1. *quæst.* 64. de Luca *vbi sup. num.* 22.

11 Excrescentia, vel decrescentia schedularum, seu fabarum, an vitiet actum electionis, tractant Castellin. *de elect. part.* 5. *num.* 19. & *cap.* 12. *num.* 17. Passerin. *de elect. cap.* 18. *quæst.* 12. *num.* 3. de Luca *de Canon. discurs.* 28. *num.* 10.

12 Vnus tantum eligendus est hodie Vicarius, Otthobon. *decis.* 220. *num.* 8. Imò si Capitulum eligit plures est nulla electio, & deuoluitur ad Metropolitanum. Existente verò maxima causa, veluti amplitudine Diœcesis potest eligere plures æquè principales, vel vnum principalem, & alios foraneos, Otthobon. *vbi sup. num.* 7. vt in casu difficultatis commercij, vt Sac. Congregatio declarauit vnumquemque in suo repartimento habere iurisdictionem independentem ab alio, Nicol. *in floscul. verb. Vicarius Capitularis num.* 64.

Potest quoque Capitulum Sede vacante Vicarium Monialium constituere vbi Episcopus viuens separatum deputabat.

Si in Capitulo non esset Doctor, tunc si deputaretur vnus ex ipsis, posset deputari assessor, & si tum deputauerit, ipsemet deputatus posset sibi eligere Consultorem sibi beneuisum. Cæterùm si deputatus esset Doctor, non posset Capitulum apponere, vt com voto alicuius cognoscat, Marchet. *part.* 1. *tit.* 1. *n.* 83. 13

In Vicarium nequit eligi aliquis præuia conuentione, quod qui fuerit deputatus, teneatur cum alijs Canonicis diuidere salarium, & emolumenta officij, Nicol. *vbi sup. num.* 59. 14

Vicarij Capitularis electio est facienda pro secreta suffragia, alioquin est nulla, vt declarauit Sac. Congregatio, vt penes Nicol. *vbi sup. num.* 55. 15

Capitulum non potest apponere restrictiuam, vt Vicarius Capitularis non possit procedere contra aliquem Capitularem absque consensu Capituli, vel sine adiunctis, oeque reseruare sibi facultatem, sibi signandi supplicationes, distribuendi conciones, vel superintendentiam seminarij, vel faciendi gratiam condemnatis ab ipso Vicario, vel cognoscendi de causis suspicionum ipsius Vicarij, & Iudicem non suspectum partibus depotandi, vel aliam restrictiuam insolitam apponere, sed Vicarius electus potuit liberè vti sua iurisdictione absque vllo respectu dictarum conditionum, vt ex declaratione S. Congregationis Nicol. *vbi sup. num.* 59. 16

Aliqui de Capitulo si dicerent de nullitate electionis eo, quod fuerint vocati, nullitas est proponi poterit coram Superiore Capituli, & si electio fuerit irritata, poterit Capitulum denuò congregari, & ad Vicarij constitutionem deueniri, vt Sacr. Congregatio præscripsit Archiepiscopo Surrentino, vt per Quarant. *in summ. Bullar. verbo Capitulum Sede vacante in fin.* Barbos. *alleg.* 54. *num.* 162. 17

Vota non sunt legitima, si non sint libera ob vim, & metum, seu minas damnorum inferendorum, vel votanti, vel fratribus, aut alijs coniunctis laicis, quod non est nouum, dum antiquis temporibus idem practicari consueuisse nos docent chronicæ, illa præsertim B. Thomæ Episcopi Caotuariensis, Fagnan. *in cap. quisquis de elect.* de abusu laicalis potestatis. 18

Infectio simoniaca sufficit ad inficiendam totam electionem etiam in vnico voto, vt Fagnan. *in cap. nobis de simon. num.* 3. & 16. Card. de Luca *de Canon. & Dignitat. discurs.* 28. *num.* 7. 19

ANNOTATIO XVI.

De Bonis Clericorum.

ARGUMENTUM.

Notatur §. I. Species bonorum, quæ solent Clerici habere, quomodo de illis possint disponere. Licentia testandi de quibus intelligitur. Quomodo liberè disponant de patrimonialibus, de relictis contemplatione personæ, de quæsitis ex licito artificio. Quid si bona propria sint Clerici, sed ordinata ad diuinum cultum, vel sacra sunt: Si in bonis Clerici concurrat spolium, & Ecclesia quis præferatur, & in quibus bonis spolium non cadat.

Cle-

Clericus filiusfamilias an disponere possit, vel eius testamentum possit ex querela inofficiosi lædi. Testamentum Clerici quas solemnitates requirat; an Regularis factus Episcopus possit testari. Quis Clerico succedat, si consanguineos non habeat, si sit Beneficiatus, Capellanus, Canonicus, vel simplex Clericus, & quid de bonis quasi patrimonialibus.

§. II. An Beneficiatus habeat dominium bonorum beneficij, quorum fauore de illis non possit disponere, nec in vita, an possit illa expendere, & patrimonialia conseruare, quid paupcribus debeatur, vel creditoribus Clerici, aut fabricæ Ecclesiæ. Quibus bonis Beneficiati succedat Camera Apostolica, quæ quomodo teneatur soluere debita Clerici, & quomodo diuidendi sint fructus pendentes inter Cameram, & successorem; Quid in beneficijs vacantibus per resignationem, & alia ad materiam.

S V M M A R I V M.

1 *Clerici bonorum materia ad text. cap. 1. de success. ab intestate, & qui DD. materiam exagitent.*
2 *Clericorum bona in quot species diuidantur.*
3 *Clerici de bonis suis dupliciter disponere possunt.*
4 *Clericus qualiter de patrimonialibus disponere possit, & num. 5.*
6 *Clericus si habeat licentiam testandi, de quibus bonis intelligatur.*
7 *Clericus de patrimonialibus tam ante, quàm post Clericatum quæsitis liberè disponit.*
8 *Clericus liberè disponit de relictis contemplatione personæ, non sic contemplatione Ecclesiæ.*
9 *Clerici bona quæsita ex artificio, seu magisterio liberè possunt relinqui, nec cadunt sub spolio.*
10 *Clericus quid disponere possit circa ordinata ad diuinum cultum, si propria sint; quid si tacitè, vel expressè donata fuerint, num. 11.*
12 *Clerico non disponente de rebus sacris ex propria pecunia emptis, veniunt hæredes ab intestato.*
13 *Clerico ante obtensionem beneficij sacras res emente ex propria pecunia, ad ea quis succedat, & quod hæredes à num. 14. vsque ad 18.*
15 *Donatio non præsumitur.*
16 *Spolio concurrente cum Ecclesia, præfertur Ecclesia, non sic si Ecclesia cum hærede concurrat.*
17 *Spolium non habet locum, si Clerici decedentis bona sint empta ex propria pecunia.*
19 *Clericus, etsi sub patria potestate, potest de patrimonialibus, & licitè quæsitis testari.*
20 *Clericus an non solùm de Castrensibus, & quasi, sed & de aduentitijs testari possit, & quod sic si post Clericatum sint quæsita, num. 21.*
22 *Clerici testamentum an querela inofficiosi, vel aliter lædi possit.*
23 *Clerici testamentum de iure Canonico cum paucioribus solemnitatibus valet.*
24 *Regularis Episcopus factus sine licentia Papæ testari non potest, vel Religioni, aut consanguineis donare.*
25 *Clericorum bonis aduentitijs, & patrimonialibus succedit Ecclesia, si non sint consanguinei; vel plures Ecclesiæ, si plures habuerit beneficia, num. 26. & qualiter diuidatur hæreditas, num. 27.*
28 *Clerico ab intestato decedenti succedit Cappella sui beneficij, & Capitulum si sit Canonicus.*
29 *Clerico simplici ab intestato decedenti succedit Fiscus Episcopi, qui bona pijs locis applicare debet non mensæ, nisi pauper sit, veluti applicantur in confiscatione, num. 30.*
31 *Clericum occidens si ex statuto pœnam soluat, soluit fisco, si desint hæredes.*
32 *Clerici decedentis bona, si desint coniuncti, sanctificentur Altari, iuxtà text. qui quomodo sit intelligendus.*
33 *Clericus de quasi patrimonialibus liberè disponit, qua sint talia, non tamen in fauorem spuriorum, num. 34. nec illicitè ex negotiatione quæsitis, num. 35.*

ANNOTATIO XVI.

§. I.

Ad Text. in cap. 1. de success. ab intest.

IN hoc text. statuitur, quod Clericus bona propria dare potest cui vult: quod si decedat intestatus, & non habeat consanguineos, succedat Ecclesia. Cuius occasione notandæ sunt hic aliqua de bonis Clericorum, & eorum dispositione, de qua materia tractant Clarus §. *testamentum quæst.* 27. Mant. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 2. *titul.* 9. *num.* 3. *& seqq. & de tacit. & ambig. conuent. lib.* 5. *titul.* 12. *num.* 2. *& seqq.* latè Bellett. *disquis. Cler. part.* 1. *titul. de bonis Cleric.* §. 1. *& seqq.* de Graff. *de effect. Cleric. effect.* 31. Nauar. *de reddit. Eccles. quæst.* 1. *monit.* 19. Molin. *de iust. tract.* 2. *disp.* 142. Marta *de iurisdict. part.* 4. *cas.* 24. *&* 26. Couar. *cap.* 1. *de testam.* Azor. *instit. moral. part.* 2. *lib.* 8. *cap.* 3. *quæst.* 11. Garz. *de benef. part.* 2. *cap.* 1. Redoan. *tract. de spolijs*, Menoch. *de arbitr. cas.* 195. Leo *Thes. for. Eccles. part.* 3. *cap.* 2. Quarant. *summ. Bull. verbo spolia Clericor.* Nouar. *summ. Bull. titul. de beneficiorum fructib. prohibitis testari*, Ricc. *in prax.* 3. *part. resolut.* 425. *& seqq.* Barbos. *de iure Eccles. lib.* 3. *cap.* 17. *& in sum. Apostolicarum decis. verbo bona*, Reuerendissimus Marani. 3. *part. suarum doctissimarum controuers. resp.* 31. & alij. 1

Verùm quia Clericus potest habere bona diuerso modo quæsita, de illis potest diuerso modo disponere; ideo vt clarius procedatur ad distinctiones recurrendum est. Quinque genera bonorum posse Clericum habere, asserit Barbos. *de iure Eccles. lib.* 3. *cap.* 17. *num.* 1. Sed in his terminis bona Clericorum possunt restringi ad tres species; prima species bonorum est illa, quam acquirit Clericus titulo sæculari, puta donatione, ex testamento, vel ab intestato, vel alio licito exercitio, puta legendo, docendo, & similiter; Alia species bonorum, quam potest habere Clericus est illa, quæ acquiri potest ex aliquo proprio exercitio spirituali, puta confessiones audiendo, Missas celebrando, & similia. Et vltima species bonorum potest dici illa, quam acquirit Clericus ex fructibus beneficiorum. 2

Vlterius bona prædicta sub duplici modo disponendi cadere possunt, vel inter viuos, vel in vltima voluntate, & causa mortis. 3

His positis, de prima specie bonorum, quæ bona patrimonialia nuncupari solent, & hic in text. dicuntur bona propria, & sunt illa, quæ Clericus lucratus est titulo sæculari, puta donatione, successione, vel alio sæculari exercitio, Clericis permissio; de his bonis Clericus disponere liberè potest, non solùm inter viuos, sed etiam causa mortis, & in vltima voluntate, ac illa, cui vult dare potest, vt deciditur in hoc text. *& in cap. fin.* 12. *q.* 5. *cap. quia nos, & cap. relatum* 2. & ibi DD. *de testament.* Bellett. *disq. Cler.* 1. *part. titul. de bonis Cler.* §. 6. *n.* 9. vbi multos refert Ricc. *in prax.* 3. *part. resol.* 427. *n.* 3. & alij. 4

Quod adeo verum est, vt Clericus, prætermissa propria Ecclesia, potest bona sua propria, & patrimonialia relinquere cui vult, etiam extraneis, cùm sit potius ex consilio, quàm ex præcepto, vt non existentibus filijs, vel propinquis Ecclesia instituatur, *gl.* 1. *in cap. Episcopus, qui filios* 12. *q.* 2. Couar. *in cap.* 1. *de testam. num.* 3. *in fin.* 5

Hinc est, quod si alicui Clerico, vel Prælato sit concessa per Sedem Apostolicam facultas testandi, intelligitur de bonis ab Ecclesia acquisitis; nam de patrimonialibus suo iure potest liberè testari, Fel. *in cap.* 1. *num.* 8. *circa princip. de rescript.* Couar. *cit. loc.* Mantic. *de coniect. vltim. volun. lib.* 2. *titul.* 10. 6

Amplia prædicta, vt Clericus possit testari de bonis patrimonialibus suis, non solùm de acquisitis ante Clericatum, vel ante Prælaturam in Prælatis, sed etiam post, dummodo acquisita sint de bonis patrimonialibus, vel alio titulo sæculari, ita Baiard. ad Clar. §. *testamentum sub num.* 2. 7

8 Ampliatur etiam, vt possit Clericus disponere de bonis ei relictis sub nomine Dignitatis, vel officij, sed contemplatione personæ, secus de relictis contemplatione Ecclesiæ, *cap. quia nos, & cap. relatum*, vbi DD. *de testament.* Quando verò dicatur relictum Dignitati contemplatione personæ, & quando contemplatione Dignitatis, recurrendum est ad coniecturas, quando sumus in dubio, vt si relictum sit aliquid ab amico, vel propinquo, dicitur factum contemplatione personæ, etiamsi sit expressum tantùm nomen Dignitatis, *cap. requisisti de testament.* vbi Host. *num.* 1. & Abb. *nu.* 1. 2. 8. & 23. Bart. *in l. 2. ff. de reb. dub.* Mant. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 8. *titul.* 6. *num.* 17. & 20. Si verò relictum fuit per extraneum, præsumitur intuitu Ecclesiæ, *cit. cap. requisisti*, vbi glos. *verbo præsumitur*, & Abb. *per plures numeros*, Mantic. *cit. loc.* Seraph. *decis.* 1149. *num.* 7. etiam si relictum fuerit sub nomine proprio, Abb. *in eodem cap. requisisti num.* 23. Mantic. *cit. loc. num.* 19. *vers. quod vero*; nisi intercesserit longa amicitia; nam tunc præsumitur relictum intuitu personæ, ita *cit. gl. in d. cap. requisisti verbo præsumitur*, & Abb. *ibidem num.* 25. Mantic. *vbi supra num.* 18.

9 Sub prædicta libera dispositione comprehenduntur bona, quæ Clericus, vel Prælatus acquisiuit alios litteras docendo, nam de his potest disponere, sicut & de patrimonialibus, cùm ea dicantur quasi patrimonialia, *l. legatis §. si ex officio*, & ibi glos. *in verbo officium*, & Bart. *num.* 2. *de legat.* 3. Innoc. *in cap. cum in officijs num.* 4. *de testament.* quod idem est de omnibus alijs bonis acquisitis ex legitimo artificio; vnde prædicta non cadere sub spolio, docet Leo *Thes. for. Eccles. part.* 3. *cap.* 3. *n.* 17.

10 Quæritur an possit Clericus disponere de vasis argenteis, vestibus, & ornamentis emptis ex propria pecunia pro suo priuato vsu: Et licèt res semel Deo dicata desinat esse in vsu nostro, *cap. ad hæc*, & ibi glos. *in verbo mundanis de relig. dom. cap. semel de regul. iur. in* 6. & Calix; vel alia res sacra vsibus profanis applicari non possit à Prælato, D. Thom. 2. 2. *quæst.* 88. *art.* 10. *ad primum*, nihilominus ad quæsitum dicendum est, quomodocunque res se habeat, Clericum posse disponere de vasis, vestibus, & ornamentis prædictis, voluit Nauar. *tract. de spol. Eccl.* §. 8. *in* 1. *notab. & num.* 5. *& in cap. non liceat* §. 3. *num.* 3. 12. *quæst.* 2. & sequitur Bellett. *disq. Cler.* 1. *part. titul. de bono Cler.* §. 9. *sub num.* 5. quod probare asserit ex præfatione Bull. Pij V. edita anno 1567. tertio Kalend. Septembris incip. *Romani Pontificis prouidentia*; & licèt prædicta Bulla deneget facultatem disponendi de his bonis, & ornamentis; tamen loquitur quando illa fuerunt empta ex fructibus, & redditibus bonorum Ecclesiæ.

11 Declara, supradicta procedere quando vasa, vestimenta, & ornamenta prædicta non fuerunt dicata Deo, Ecclesiæ, vel Oratorio expressè, vel tacitè, vt si haberent signum Ecclesiæ, Rot. *diuers. part.* 3. *lib.* 3. *decis.* 582. *n.* 7. & 9. quæ dedicatio in dubio non præsumitur, cùm sit donatio, ita Bell. *cit. loc. num.* 6. & 7.

12 Vnde est, quod si de prædictis vasis, vestibus, & ornamentis Clericus non disposuerit, non succedit Ecclesia, vel spolium, sed hæredes ab intestato venientes, vt consultus in facto, breuiter vt amico satisfacerem respondi mensibus elapsis.

13 Reuerendus quondam N.N. dum viueret emit ad suum proprium priuatum vsum, & commoditatem nonnulla vasa, ornamenta, seu vestimenta Ecclesiastica, & Sacerdotalia, & deinde creatus Canonicus Ecclesiæ N. adhuc bona prædicta pro suo vsu retinuit in eadem Ecclesia, successiuè ab hac vita discessit, nulla facta particulari dispositione prædictorum bonorum.

14 Dubitatur cuinam competant; & hæredi competere dicendum est ex text. *in l. final. C. de edict. D. Adrian. tollen.* vbi hæredi tradendam esse possessionem omnium bonorum defuncti, disponitur.

15 Nec bona prædicta donata censeri debent Ecclesiæ; nam donatio in dubio non præsumitur, per text. *in l. cum de indebito ff. de probat.* Immò potius actus præsumitur inualidus, quàm donatio, Aretin. *in l. à Titio num.* 3. *de verbor. oblig.* & cùm donans dicatur perdere, per glos. *in cap.* 1. *de donat.* & nemo præsumatur suum iactare, per *l. Campanus ff. de oper. libert.* meritò damnatur præsumptio donationis, prout fuisse damnatam in simili casu, asserit Ricc. *in decis. Cur. Archiep. Neapol. decis.* 296. vbi quidam priuatus consecerat argentea candelabra cum stigmatibus cuiusdam Monasterij, illaque penes Monasterium reposuit, & adhuc contra Monasterium fuit iudicatum, non fuisse donata.

Nec minus obstat Bulla Pij V. edita anno 1567. tertio 16
Kalend. Septembris, vbi disponitur, ornamenta, & vasa huiusmodi in hæreditate Beneficiati inuenta, non ad spolium, sed ad Ecclesiam spectare, nam Bulla prædicta loquitur concurrente Ecclesia cum spolio, quod cùm ficta persona sit, & odiosa, præsumendum est, defunctum Ecclesiam spolio præferre voluisse; Non enim loquitur Bulla concurrente Ecclesia cum hærede, vt est in casu nostro; vnde cùm simus in diuerso casu non est facienda extensio de vno ad alium casum, *cap. quæ à iure communi de regul. iur. in* 6. maximè cùm non militet eadem ratio, ad latè tradita per Euerardum *in sua topica loco à ratione legis, &c. fol.* 57.

Vlterius Bulla prædicta disponit de rebus spolio subie- 17
ctis, & quando vasa, & ornamenta prædicta fuerunt empta ex fructibus beneficiorum, & in casu nostro bona non cadunt sub spolio, quia fuerunt empta, antequam emens haberet beneficium, ad dicta per Nauar. *tract. de spolijs* §. 5. *& seq.* nec fuerunt empta ex fructibus beneficiorum: Hinc est, quod cùm non simus in casu dictæ Bullæ, nec in casu simili, non procedit illius dispositio, ad dicta per Euerard. *vbi supra loco à simili fol.* 27. *à ter.* Et quod Bulla prædicta non habeat locum in casu nostro, in quo empta fuerunt vasa, & ornamenta prædicta ex pecunia patrimonialia, non ex fructibus prædictis, voluerunt Nauar. *cit. loc.* §. 8. 1. *notab. & num.* 5. ac Bellett. *disq. Cler.* 1. *part. titul. de bonis Clericorum* §. *nonus n.* 5.

Vnde vasa, & ornamenta prædicta, non ad Ecclesiam, 18
sed ad hæredem spectare, censeo, & secundum hoc votum fuit iudicatum in quadam Curia Episcopali.

Ampliatur quoque principalis suprapoſita sententia, 19
quod Clericus possit de bonis suis patrimonialibus, vel ex licito, & permisso exercitio acquisitis disponere inter viuos, & causa mortis, vt conclusio prædicta procedat etiamsi Clericus sit filiusfamilias, & sub patris potestate; nam adhuc potest disponere, & testari de bonis quomodocunque quæsitis, *auth. presbyteros C. de Episc. & Cler. & l. sacrosancta eod. titul.* Genuens. *practicab. Eccles. quæst.* 635. *vbi in fin.* dicit, id procedere etiam in Clerico primæ tonsuræ, & alij, quos plena manu refert, & sequitur Marant. meritissimus Episcopus Iuuenacen. 3. *part. controuers. resp.* 31. *num.* 12. vbi licèt habeat pro communi, Clericum filiumfamilias posse testari, nihilominus multis argumentis probat, hæredem institutum adstringi ad probandum, tanquam fundamentum suæ intentionis, testatorem habuisse in bonis tempore testamenti.

Supradicta, quod Clericus filiusfamilias possit testa- 20
mentum condere, & disponere de bonis suis, indubitatè procedunt in bonis Castrensibus, vel quasi, quæsitis, siue ante, siue post Clericatum, cùm in illis nullus vsusfructus quæratur patri, & per filium possideantur pleno iure, Bald. *in d. l. sacrosancta num.* 4. *in* 3. *notabil. C. de sacros. Eccles.* Verum dubium est, an procedant in bonis aduentitijs: In quo dubio tenent alij contrarium dicendum in bonis aduentitijs; itavt non possit de illis liberè testari Clericus filiusfamilias in præiudicium patris, Surd. *consil.* 259. *per totum lib.* 2. *qui alios citat*; verùm Gualdens. *art. testand. tit.* 1. *caut.* 1. *in fin. tom.* 8. *part.* 1. *fol.* 109. & Cepol. *cautel.* 113. dant cautelam filiofamilias, vt possit de bonis aduentitijs, etiam inuito patre testari, & est, vt efficiatur Clericus.

Sed prædictis non obstantibus, verius dicendum est, & 21
cum magis communi opinione distinguendum, quod de bonis aduentitijs quæsitis per Clericum ante Clericatum non potest disponere Clericus in præiudicium patris; secus de bonis prædictis quæsitis post Clericatum, cùm de illis possit testari Clericus, etiam in præiudicium patris: Ratio primæ partis distinctionis est, quia cùm ante Clericatum sit quæsitum ius patri quoad vsumfructum in bonis aduentitijs, non debet superueniens Clericatus priuare patrem iure suo, ita tenent Dec. *in cap. in præsentia col.* 36. *in princip. num.* 64. *de prob.* Couar. *in cap. quia nos num.* 2. *ad med. vers. in his de testament.* Pinell. *in l.* 1. *part.* 1. *n.* 43.

vers.

vers. decimæ ex eadem conclusione C. de bon. mater. Parif. *in repet. cap. in præsentia num. 156. de prob. tom. 2. fol.* 202. latè Grat. *discept. for. cap. 464. num. 1. & seqq.* vbi respondet contrarijs, & præsertim Abb. *in cit. cap. in præsentia*. Sed contra Grat. mordicus defendit Matt. *de iurisd. part. 4. cent. 1. cas. 26. num. 7. & seqq.* Sed verior est opinio Grat. quam etiam sequitur Bell. *cit. loc. §. 7. nu. 5. & seqq.* & Genuens. *pract. Eccles. quæst. 657.*

22 Ampliantur etiam supradicta, quod adeo permissum sit Clericis disponere, & testari de rebus suis proprijs, vt testamentum Clerici non subiaceat querelæ inofficiosi ex causa exhæredationis, nec sit nullum ex causa præteritionis, ex magis communi opinione, quam tenent DD. *in cap. quia nos de testam.* per illum text. vbi conceditur facultas Clerici, vt possint liberè de suis bonis patrimonialibus testari; liberum autem testamentum dicitur, quod non admittit querelam, *l. filium C. de inoff. testament.* vbi Bald. ita tenent glos. *in auth. presbyteros C. de Episcopis, & Cler.* & ibidem Iacob. Butr. & Bald. idem Bald. *in l. sacrosanctæ cit. titul. de Episcopis, & Cler.* Angel. Paul. de Castro, Iacob. *in l. 1. ff. de inoff. test.* Angel. *in auth. ex causa C. de liber. præter.* & ibi Corn. *num.* 33. qui testatur de communi, Abb. *in cit. cap. quia nos*, Vasq. *de success. creat. lib. 3. §. 22. lim. 17. num.* 37. & hanc opinionem communem dicit tenendam esse Modern. Surd. *consil. 156. vol. 2.* quicquid sentiant Fulgos. Salu. & Barbat. quibus adhæret Couar. *in cit. cap. quia nos*, nec improbat communem opinionem: Et licèt testamentum prædictum non subiaceat querelæ, vel nullitati, possunt tamen filij, vel parentes Clericorum legitimam petere condictione ex lege per glos. *in d. auth. presbyteros*, & DD. supracitat.

23 Similiter ampliantur supradicta, vt adeo possit Clericus liberè disponere, & testari de bonis suis patrimonialibus, quòd nec arctetur ad testandum cum solemnitatibus requisitis de iure ciuili in testamento, sed dumtaxat de iure gentium; Marta *vbi supra num. 4.* Vnde, Clerici testamentum de iure Canonico valet, si sit factum coram duobus testibus, & Parocho, etiamsi non sit ad pias causas per text. *in cap. cum esses*, vbi DD. *omnes de testam.* Et licèt præsentia Parochi sit necessaria, ita vt non valeat testamentum factum coram duobus testibus tantùm sine Parocho, secundùm magis communem, & veram opinionem, quam tenent Imol. Abb. & alij *in d. cap. cum esses*, contra Butr. nihilominus, si loco Parochi interueniant duo alij testes, & sic quatuor testes, valet testamentum, quia validior est vox duorum testium, quàm vnius, quantumcunque auctorizabilis personæ, *cap. cum à nobis*, *cap. licèt ex quadam*, *cap. licèt vniuersis de testibus*, tenet Specul. *de instrum. edition. §. compendiosè vers. item per ius Canonicum*.

24 Limitantur supradicta in Regulari facto Episcopo, qui nec de bonis quæsitis intuitu personæ, & ex patrimonio suorum parentum potest disponere, & testari absque licentia Papæ, quia quod acquirit Episcopus prædictus cedit beneficio suæ Ecclesiæ Cathedralis, cùm retineat votum paupertatis, *cap. vnico 18. quæst. 1.* immò nec suæ Religioni potest aliquid dare, *cap. cum olim il 2. de priuileg.* nec consanguineis, *cap. quisquis 17. quæst. 1.* Vnde apud Capic. *decis.* 200. bona empta per Episcopum Liparensem, qui antea fuerat Regularis, ex fructibus pensionis, quos percipiebat à prædicto Episcopatu, per eum resignato, & donata suis consanguineis, fuerunt sublata à prædictis consanguineis, & restituta Episcopo successori, cum fructibus à tempore motæ litis, tenent Mart. *de iurisdict. part. 4. centur. 1. cas. 24. num. 6.* Genuens. *practicab. Eccles. q. 265. per totam*, vbi per modum eleemosynæ permittit Episcopo prædicto dare etiam consanguineis.

25 Vlterius dicit hic text. *cap. 1.* quod si Clericus nulla facta dispositione suorum bonorum aduentitiorum, & patrimonialium moriatur, illa ad Ecclesiam spectant, quod intelligunt glos. & DD. communiter, non existentibus consanguineis, ac alio proximiori hærede; Vnde est, quod Clerico decedenti ab intestato, in bonis prædictis succedunt proximiores consanguinei. An verò, & quando consuetudo, vel statutum, excludens fœminas propter masculos, habeat locum in hæreditate, & successione Clerici, vide latè adducta per Mart. *de iurisdict. part. 4. centur. 1. cas. 5.*

26 Quod si Clericus ab intestato decedat sine consanguineis, idest sine hærede, tunc succedit Ecclesia, dicit hic text. in bonis patrimonialibus prædictis; quod intelligitur duplici modo, si enim decedat Clericus Beneficiatus, succedit Ecclesia sui beneficij in bonis prædictis, & si plura habuerit beneficia, succedunt omnes Ecclesiæ, *cap. quicumque 12. quæst. 3.* Host. *in cap. inofficiosi num. 7. de testam.* Abb. *in cap. relatum 2. num. 10. eod. cit. titul. & in hoc cap. 1. num. 1. & 3.* Couar. *variar. resol. cap. 9. num. 11.* Bell. *disq. Cler. 1. part. titul. de bon. Cler. §. 14. num. 2. vbi nu. 3.* dicit, idem procedere in Episcopo, cui si moriatur sine hærede, succedere habet in patrimonialibus sua Ecclesia ad instar vxoris, quæ succedit marito deficientibus agnatis, & cognatis, & è contra maritus vxori, *l. vnica C. vnde vir, & vxor.*

27 Difficultas est, quomodo hæreditas Clerici sit diuidenda inter plures Ecclesias, quando Clericus plura habuit beneficia, & decessit ab intestato sine consanguineis, vel alijs, qui de iure ciuili essent legitimè successores: In qua difficultate tenet Barbos. *de iur. Eccles. lib. 3. cap. 17. sub num.* 59. diuidendam esse hæreditatem pro rata fructuum beneficij, per text. *in cap. relatum 2. §. final. de testam.* vbi glos. *in verbo congruam* dicit, id ratione fulciri; nam æquum est, & rationabile, vt Ecclesia, à qua plus acceperit Clericus plus ei detur; Sed hæc ratio militat in successione bonorum quæsitorum ex redditibus Ecclesiarum, sed in bonis patrimonialibus, & aliunde quæsitis, de quibus nos loquimur, non militat ratio prædicta: immò ratio, sub qua hæc successio fundatur est illa, quæ militat in successione vxoris in bonis mariti deficientibus agnatis, & cognatis, quæ procedit æquè, & pariter in omnibus Ecclesijs, quia omnes dicuntur vxores Beneficiati, propterea dicendum est, hæreditatem diuidendam esse æquis portionibus inter omnes Ecclesias, loquendo de bonis patrimonialibus, & ab Ecclesijs non requisitis; Nec obstat dispositio prædicti *cap. relatum*; nam text. prædictus quoad hoc loquitur de bonis ab Ecclesijs quæsitis.

28 Hic obseruandum est, quod Clerico beneficiato defuncto sine agnatis, & cognatis, & ab intestato debet succedere Ecclesia beneficij, idest titulus ipse beneficij, ita vt si beneficium sit in aliqua Capella cuiusdam Ecclesiæ, non succedit Ecclesia, sed Capella, & si beneficium sit positum accessoriè alicui Capellæ non succedit Capella, sed beneficium, *cap. fin. 12. quæst. 5. auth. de Ecclesiast. titul. §. si quis Episcopus*, notat Barbos. *loc. supracit. n. 59. ad fin.* & si defunctus erat Canonicus, non succedit Ecclesia, idest mensa Episcopalis, sed Capitulum ex cit. text. *in cap. relatum*, ex quo etiam habemus, non succedere in hoc casu Beneficiatum, Capellanum, & Canonicos, nisi quoad vsumfructum bonorum hæreditatis, sicut de alijs bonis beneficij, colligitur ex finalibus verbis huius text. ibi, *in vsus Ecclesiæ tradantur*.

29 Si verò Clericus, qui decessit sine agnatis, & cognatis, ac alijs, qui de iure succedere possunt, non habet beneficium, & Ecclesiam, adhuc in bonis patrimonialibus succedit Ecclesia secundùm dispositionem huius text. *cap. 1. de success.* sed non Ecclesia beneficij, cum eam non habeat, sed Ecclesia Cathedralis, idest Curia Episcopalis, siue Fiscus Episcopi; At hæreditatem ipsam non potest Episcopus sibi applicare, sed tenetur illam pijs locis conferre, Abb. *in hoc cap. 1. & cap. seq. de success. ab intest.* Rot. *decis. 7. de testam. in antiq.* Carol. de Grass. *de effect. Cleric. effect. 31. num. 1. & seq.* Bell. *disq. Cleric. 1. part. titul. de bon. Cler. §. 14. num. 2.* nisi Episcopus ipse, vel sua mensa sit pauper, quia tunc potest etiam sibi, vel mensæ applicare, ita Abb. *in cap. presbyteris num. 2. de pœnis*; & licèt Episcopus non possit hæreditatem prædictam applicare sibi, nisi in casu paupertatis, potest tamen illam applicare suæ Ecclesiæ, siue suæ Cameræ, vel mensæ Episcopali, vt benè notat Bellett. *cit. loc.* & de Grassis *vbi supra num. 5.* qui admittunt, posse applicationem prædictam fieri, vel pijs locis, vel Ecclesiæ.

30 Sicut eodem modo dicimus, Episcopum posse confiscare pro Camera sua Episcopali bona patrimonialia Clerici, qui committit aliquod delictum, propter quod eius bona fuerint subiecta publicationi, prout post glos. & DD. pluribus in locis firmat Bellett. *loc. cit. num. 7. in fin.* & hoc etiamsi Clericus commiserit delictum, propter quod

amit-

amitteret priuilegium clericale, de Graff. *cit. effect.* 31. *n.* 8. & si bona sunt in diuersis Episcopatibus, applicabuntur Fisco, seu Cameræ Episcopali illius loci, vbi sita sunt, non autem loci delicti, Caual. *decis.* 15. *num.* 3. *lib.* 2. Peregr. *de iure Fisc. lib.* 1. *titul.* 2. *num.* 104. *& seqq.* quos refert, & sequitur de Graff. *cit. loc. num.* 10.

31 Vlterius successio pœnæ, quam soluere tenetur interfector Clerici ratione consuetudinis, vel statuti, aut alio permisso titulo, defertur hæredi ipsius Clerici, nec ad illam venire potest Ecclesia, nisi deficientibus hæredibus, vt supra, ita Abb. *in tit. cap. presbyteri num. vlt. de pœnis.*

32 Obseruandum est ad text. *in hoc cap.* 1. vbi dicitur, quod bona patrimonialia Clerici, decedentis sine agnatis, & cognatis, ac hærede, sanctificentur Altari, cui seruit, quod id non intelligitur de Altari, cui Clericus seruit tanquam mercenarius, vel alio titulo, quàm beneficiali, nam hæc successio conceditur tantùm Altari, siue Ecclesiæ beneficij, cum quo concurrit ratio, quæ admittit vxorem in successione mariti in temporalibus deficiente alio hærede proximiore, explicant communiter DD. in eodem text. sequitur Leo *Thes. for. Eccles. part.* 3. *cap.* 3. *num.* 13. Barbos. *de iur. Eccles. lib.* 3. *cap.* 17. *num.* 58. & alij.

33 Alia est species bonorum, quæ habere potest Clericus, & dicuntur bona quasi patrimonialia, quæ Clericus lucratus est ratione Clericalis ordinis, vel officij alia ratione, quàm iuris percipiendi fructus beneficiales, vt sunt eleemosynæ dari solitæ pro Missis celebrandis, pro concionibus habendis, confessiionibus audiendis, aut pro alijs similibus spiritualibus actibus, & officijs exercendis, puta Vicariatus, Auditoratus, &c. de prædictis enim bonis potest Clericus disponere in vita, & causa mortis, pro vt supradictum est de bonis patrimonialibus, quarum naturam omninò in his terminis sequuntur, & si de illis non disposuerit, succedunt proximiores ab intestato, quibus non existentibus, succedit Ecclesia beneficij, & si beneficium non habuit, succedit Fiscus Episcopalis Curiæ, vt dictum est de patrimonialibus bonis; nec bona prædicta cadunt sub spolio, prout post Innoc. Abb. Host. Cardin. Franc. & Nouar. tenet Leo *Thes. for. Eccl. part.* 5. *cap.* 3. *num.* 14. Barbos. *cit. loc. num.* 57. *in princ.* & alij multi, quos refert, & sequitur Bellett. *disq. Cler.* 1. *part. titul. de bonis Cleric.* §. *sextus num.* 3. vbi refert de communi, & in specie firmae de acquisitis per Clericum, qui fuit Capellanus alicuius domini, post Alex. de Neuo *consil.* 13. *num.* 1. *&* 2. & alios.

34 Restringitur prædicta facultas Clericis concessa disponendi de bonis suis patrimonialibus, & quasi patrimonialibus inter viuos, & causa mortis, vt illa non procedat in fauorem filiorum spuriorum ipsorum Clericorum; nam in commodum prædictorum non potest Clericus pater disponere, nec in vita, nec in morte, nisi tantùm quoad alimenta, prout disponitur in Bulla Pij V. die 5. Martij 1572. incipien. *ad Romanum in Bull. fol.* 1159. & notatum est 1. *part. annot.* 15. §. 2.

35 Similiter restringitur in bonis quæsitis per illicitam negotiationem, de his enim non potest Clericus liberè disponere, sed spolio cedunt, vt patet ex litteris Apostolicis, de quibus apud Quarant. *in summ. Bull. verbo spolia Clericor. fol.* 473. & notatum est per Me *prima part. annot.* 13.

OBSERVATIONES

D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *De spolio praxis Regni, & Capitulorum.*
2 *Beneficia quorum non subiacent spolio.*
3 *Spolij significatum.*
4 *Episcopi beneficiati, & alij exempti an contribuant in spolio transacto?*
5 *Melioramenta facta in beneficio an debeantur hæredibus beneficiati?*
6 *Frumentum recollectum ex terris beneficialibus repositum in horreo, an spectet ad hæredes beneficiati.*
7 *Camera Apostolica an teneatur soluere debita?*

Pleraque Italiæ Capitula sub diuersis Pontificibus, frequentius verò sub Sixto V. nomine totius respectiuè Diœcesis se composuerunt in Camera Apostolica super spolio beneficiatorum, vt scilicet soluta quadam summa à cuiuslibet respectiuè Diœcesis beneficijs regulata singulis annis Cameræ beneficiorum possessores exempti sint à spolio præterquam ex causa illicitæ negotiationis, vt de hac concordia Nouar. *in summ. Bullar.* Card. de Luca *de benefic. discurs.* 10. *num.* 13. 1

Beneficia, quæ possidentur per Curiales ex Constitutione Pauli V. sub spolio non subiacent quoties eorum obitus in Vrbe sequatur, vel infra eius ambitum decem milliatium, vt Nouar. *in summ. Bullar. tom.* 1. *tit. de fruct. benefic. diuis. num.* 14. 2

Spolium dicitur illa successio Ecclesiæ, & huius nomine illa Cameræ in bonis, & iuribus per beneficiatum Ecclesiæ intuitu quæsitis, & hæc successio dicitur spolium, Card. de Luca *de benefic. discurs.* 100. *num.* 8. 3

Dubitari contigit an Curiales possidentes beneficia in Diœcesi composita exempti à spolio, vel Episcopi possidentes similiter beneficia subiacentes spolio generali, teneantur contribuere in collectis ratione compositionis impositis per Capitulum? 4

Negandum videtur ex firmatis per Rotam *decis.* 148. *part.* 7. *recent.* vbi quod licet Clero alicuius Diœcesis competat facultas imponendi collectas, seu contributiones pro sustinendis litibus, vel alijs faciendia, quæ omnium beneficium concernunt, attamen id intelligatur à spontè contribuere volentibus, non autem ab inuitis, quibus aliud onus non infertur, nisi illud pribationis commodi ex actu resultantis.

Contrarium arguebatur, quod per exemptionem ciuis non desinit debitum Vniuersitatis ex deductis per Bellencin. *de charit. subsid. quæst.* 59. Surd. *decis.* 278. *num.* 6. Card. de Luca *de benefic. discurs.* 87.

Ratione spolij dum cedunt Cameræ bona quæsita ex fructibus beneficij, ideò melioramenta per beneficiatum facta in beneficio præsumentur pacta ex fructibus beneficij. Consequenter non debentur hæredibus beneficiati, Card. de Luca *de benefic. discurs.* 86. *num.* 9. Vbi autem concurrit indultum testandi hæc spectar ad hæredem beneficiati, Rota *decis.* 671. *part.* 1. *diuers.* Idem si beneficiatus esset de Diœcesi transacta pro spolio. 5

Frumentum recollectum ex terris beneficialibus etiam repositum in horreo beneficiati, vti proueniens ea beneficio, & quæsitum ex illo cadere videtur sub spolio vti de bonis prouenientibus occasione Ecclesiæ, Card. de Luca *de benefic. discurs.* 83. *num.* 3. 6

Quamuis enim Vermigliol. *cons.* 491. defendat non posse Ecclesiam, & eius loco Cameram aliquid prætendere in frumento reperto in horreo, vt idem de Luca *discurs.* 81. *num.* 13. Vbi in simili neque in pecunia depositata in Banchis per affictuarium in faciem beneficiati ex causa pensionis maturatæ, & fructibus recollectis.

Verùm enim erit si adsit transactio cum Camera de spolio, vel adsit indultum testandi, quod solum operatur de fructibus exactis, & per repositionem frumenti in horreo fructus dicitur perceptus, & de dominio beneficiati, glos. *in l. si fur ff. de vsufr.* Hodiern. *contr.* 4. *num.* 14. *cum seq.*

Scio Quarantam *in summa Bullar. verb. spolia Clericorum pro R. Camera sentire, quoties fructus non sunt à solo separati*, & sequitur Nouar. *in tit. de fruct. benefic. num.* 9. Et similiter deducenda quoque videntur oneris Missarum stipendia, & alia onera necessaria, vt culturæ, & semen prò recollectione fructuum, de Luca *de benefic. discurs.* 90. *num.* 49. *&* 80.

Possessor beneficij, vel Episcopatus non valens proprio sumptu colere prædia, aliasque expensas facere pro futura recollectione fructuum, si ad hunc effectum contrahat debita, ipso deinde moriente fructibus adhuc pendentibus, vel in tali statu existentibus tenetur Camera, succedens soluere huiusmodi debita ex fructibus, quos percipit, dum isti dicuntur deductis expensis. Præterea tenebitur 7

ad

ad debita contracta pro sustentatione Episcopi, vel beneficiati, quia mutuator videmt sequi fidem ipsorum fructuum percipiendorum, de Luca *vbi supra discurs. 83. num. 7. & 8.*

SVMMARIVM.

1 Clericus in beneficij bonis an habeat dominium.
2 Clericus quosnam alere possit ex fructibus beneficij, & num. 3. coniunctasque dotare, num. 4.
5 Clericus ex fructibus beneficij spurios alere, & dotare potest.
6 Clericus ex fructibus beneficij coniunctos ditare non debet.
7 Clericus patrimonialia conseruare, & beneficialia expendere potest.
8 Clericus detractis necessarijs pro se, & familia, reliqua elargiri debet pauperibus, non tamen necessario eiusdem loci.
9 Clerici redditus beneficiales adiudicari possunt ad tempus pro debito, absque tamen praeiudicio Ecclesiae.
10 Clericus partem reddituum beneficialium tenetur erogare pro reparatione Ecclesiae.
11 Clerici liberè testantur de acquisitis ex beneficio, vbi est transactio cum Camera, non sic alibi, vbi cedunt spolio; vbi vero non adest spolium succedit Ecclesia.
12 Clericus liberè testari potest, si beneficiales fructus paucos habuerit, & multos patrimoniales; quid in dubio, an habuerit, & ad quos spectet probare.
13 Clerico si succedit Ecclesia, tenetur soluere debita contracta pro sua necessitate.
14 Clerico succedit Camera loco Ecclesiae, vbi spolium habet locum.
15 Clerico vbi fit spolium in multis Camera non succedit, & num. seq.
16 Clericus non facit spolium de acquisitis proprio labore, & de alijs.
17 Camera tenetur soluere debita contracta pro Ecclesia, vel pro necessarijs Beneficiati.
18 Fructus beneficij eo anno, quo Beneficiatus moritur, quomodo diuidendi.
19 Fructus beneficij successori, non haeredibus debentur, si in campo iacent, etiam separati à solo in arca.
20 Fructus nondum percepti, nec separati à solo Camerae Apostolicae debentur in Regno.
21 Camera non habet ius ad distributiones quotidianas, nec in Republica in Capitulo Capuano.
22 Fructus beneficiorum per cessum vacantium spolio non subiacent, & cui debeantur, & quid si renunciatio fiat ad fauorem, num. 23.
24 Fructus pendentes per resignantem non exacti spectant ad resignatarium, & casus proponitur, num. 25.
26 Beneficiatus aequiparatur vsufructuario, licèt minus ius habeat illo.
27 Similium idem fit iudicium.
28 Argumentum valet à maiori ad minus.
29 Vsufructuarius facit fructus suos tantùm perceptos, à fortiori in Beneficiato, num. 30.
31 Argumentum valet à toto ad partem, tam affirmatiuè, quàm negatiuè.
Fructus beneficij sunt pars illius.
32 Fructus pendentes esse diuidendos pro rata temporis inter successorem, & haeredes, & resignantem, & resignatarium, aliqui opinantur; verior tamen est alia opinio, & communior.
Resignans renunciando videtur remittere ius percipiendi fructus, nisi expressè reseruet.
33 Fructus pendentes ad successorem, perceptos ad praedecessorem spectare, multoties decisum.
34 Fructus pendentes, immo percepti, & non reconditi spectant ad successorem ex Bulla Iulij III. ibi declarata.
Renunciatio, & mors aequiparantur.
Collectores Camerae non se intromittant in casu cessus, sed accessus.
35 Fructus pendentes resignatario debentur, excluso resignante ab omni rata: quid in pensionibus praediorum, & bonorum venditorum, & affictu.
36 Fructus omnes pendentes resignatario debentur, & respondetur decisioni Canal.
37 Resignans quoad fructus pendentes non iuuatur dispositione text. cap. praesenti §. porrò de off. ordinarij.
Pensiones, & fructus beneficij pari passu ambulant.
38 Resignans quoad fructus pendentes non iuuatur dispositione l. diuortio cum concordantibus ff. sol. matrim.
39 Resignans percipiens fructus pendentes ad restitutionem tenetur, veluti malae fidei possessor.
Resignans amittit possessionem ciuilem, & naturalem.

ANNOTATIO XVI.

§. II.

Alia est species bonorum, quam potest habere Clericus, quae consistit in fructibus beneficialibus, & alias quaesitis intuitu Ecclesiae beneficialis, vel emptis ex ipsis fructibus, & obuentionibus Ecclesiasticis, & beneficialibus. In quibus terminis, notandum est primò, famosam esse quaestionem inter DD. an Clericus Beneficiatus habeat dominium in fructibus, ac bonis quaesitis occasione sui beneficij. In qua quaestione DD. in tres partes diuisi sunt; tenuerunt enim primi, Beneficiatum esse tantùm dispensatorem fructuum beneficij, ita vt retenta parte pro sufficienti sua sustentatione, reliquos teneatur Ecclesiae, ac pauperibus elargiri, & hoc non solùm sub praecepto peccati, sed etiam sub poena restitutionis; hanc sententiam tenuerunt graues Canonistae, quos refert Lael. Zanchin. *de priuil. priuil.* 116. *n.* 13. ac non vulgares Theologi, quos refert Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 7. cap. 8. vers. prima igitur, & vers. quod attinet*, illamque corroborarunt auctoritatibus multorum sanctorum Patrum, quos refert Cened. *ad Decretal. collect. 12. num. 5. & ad sextum collect. 15. in fin.* & alij. Contrariam sententiam tenuerunt secundi, nempè Clericum Beneficiatum posse pro suo libito disponere de fructibus beneficij, sicut potest disponere de fructibus bonorum patrimonialium, & si illos malè expenderit, nec ad restitutionem teneri, nec peccato imputari contra iustitiam, sed solùm contra charitatem, ita originaliter D. Thom. 2. 2. *quaest.* 185. *art. 7. & quodlib. 6. quaest. 8. art. 12. ad* 3. & D. Thom. sequuti sunt multi Theologi, ac Canonistae, quos refert Marsil. de Columna *de reddit. part. 2. cap. 1. 15. & 35.* Garz. *de benefic. 2. part. cap. 1. num. 5. & seqq.* & Bonac. *var. tractat. disp. 4. de obligat. benefic. punct. 1. num. 1. & alij cit.* haec opinio inter duas pugnantes iudicatur magis vera. Tertiam sententiam, & mediam defendunt alij, nempè Beneficiatum in vita aequiparari vsufructuario, & proinde posse in vita disponere de fructibus beneficij; in morte verò aequiparari vsuario, & proinde non posse de illis disponere ad alterius commodum, hanc sententiam probant multi ex glos. *in cap. quia nos 3. de testament. & in cap. vltimo de pecul. Cler. & cap. praesenti de off. ordin. in 6.* videtur approbata per Rot. *decis. 41. de prob. in antiq. & 761. & 809. part. 1. d. vers.* apud Seraph. *decis. 594. num. 7.* & apud Caualer. *decis. 104. num. 7.* Sed quicquid sit de quaestione, quam latius discutit Barbos. *de iur. Ecclesi. lib. 3. cap. 17. num. 9. & seqq.* verius est, Clericum Beneficiatum validè disponere posse inter viuos de fructibus beneficialibus, & quaesitis occasione beneficiorum, licèt quandoque non iustè de illis disponat, illos malè consumando, vel sanguine coniunctos diuites efficiendo, vt distinctius dicendum est. 1

Ex dictis collige primò, Clericum Beneficiatum ex fructibus beneficij posse validè, & licitè semetipsum, & famulos seruientes alere, secundùm qualitatem personae, habito respectu ad loci qualitatem, & personae conditionem; Vnde licitum est Clerico Doctori, vel Nobili ex fructibus beneficij habere plures famulos, aequos, currum, & alia, quae conueniunt suo statui, iuxtà patriae morem; non tamen licitum est Beneficiato infimae sortis, cui satis conuenit famulus vnus, obseruant Nauar. *de orat. Miscell.* 2

stell. 16. num. 7. Azor. instit. moral. part. 2. lib. 6. cap. 10. q. 9. Barbos. cit. loc. num. 20. & alij.

3 Collige secundò, posse Clericum ex redditibus beneficiorum alere parentes, fratres, sorores, filias, & alias coniunctas personas, quæ proprium non habent, DD. in cap. 1. de cohabit. Cler. Abb. in cap. peruenit num. 1. de arbit. Fel. in cap. postulasti num. 6. de rescrip. Paleot. de noth. & spur. cap. 44. num. 5. & alij, idque est rationi conforme, nam debet Beneficiatus iure charitatis fructus beneficiorum, saltem partem, quæ superest suæ congruæ sustentationi, in vsibus pauperum erogare, sed iure charitatis potius domesticis, quàm extraneis subuenire tenemur, immò & cum maiori obligatione, cap. non satis 86. dist. Tiraquel. de pœn. temp. caus. 51. num. 80. ergo &c.

4 Et non solùm alere, sed etiam dotare potest Clericus sororem de fructibus beneficiorum, ita Abb. in cap. peruenit cit. num. 1. Boer. decis. 129. num. 8. Fel. in cap. cum quidam num. 11. in fin. de iureiur. Azor. instit. moral. part. 2. lib. 2. cap. 40. quæst. 6. & non solùm sororem, sed etiam fratris filiam pauperem dotare potest, & consanguineos, vt per eundem Abb. cit. loc. num. 1. Surd. de alim. titul. 8. priuil. 92. num. 5. Ludouis. decis. 401. num. 2.

5 Ampliantur supradicta, vt de redditibus beneficiorum possit Clericus alere filios ex illicito coitu habitos, Abb. in cap. 1. num. 4. de cohab. Cler. & mul. Paleot. cit. loc. Dueo. regul. 367 num. 3. ampl. 3. in fin. & si filiæ sint, potest illas etiam dotare; nam licèt Clericus à principio malè fecerit, post tamen factum filij nati non sunt perdendi, sed subueniendi, cap. cum haberet de eo, qui duxit in matrim. Nauar. de spol. §. 18. num. 9. & seq. Paleot. cit. loc. nu. 5. Azor. instit. moral. lib. 7. cap. 10. quæst. 10. Rot. diuers. part. 1. decis. 487. num. 3. in nou. Et probatur ratione, quia educatio filiorum est de iure naturali, l. 1. §. ius naturale ff. de inst. & iur. cap. ius naturale prima dist. & natura communis est legitimis, & spurijs, l. hoc accusare §. omnib. ff. de accusat. Seraph. decis. 41. num. 6. art. 1.

6 Supradicta intellige vera, vt permittatur Clerico de redditibus beneficiorum subuenire pauperis filijs, & consanguineis, & coniunctis personis, non verò illos ditare, & eis superflua dare, cùm soleant in bis Clerici obcæcari, vt dicit gl. fin. in cap. peruenit 1. quæst. 3. Abb. in cap. 1. nu. 2. de testam. Vnde illis immensas donationes de redditibus prædictis non debet Clericus facere, nec fœminas dotare ad pompæ fastigium, sed pro conditionis necessitate; cùm grauius peccatum sit, quando datur consanguineis, quàm quando datur alijs, non ad subueniendum necessitati, sed ad lusum inducendum, gl. fin. in cap. peruenit prima quæst. 3. Boer. decis. 129. num. 8. multa ad hoc congerit Bell. disq. Cleric. 1. part. de bonis Cler. §. 11. n. 36. & seqq. & probatur etiam ratione, nam certum est apud Canones, Clericos esse procuratores, & administratores fructuum beneficiorum, cap. fin. 12. quæst. 1. cap. sine exceptione, & cap. Episcopus ead. quæst. 2. cap. omnino 31. dist. cap. 2. de donat. Sed talis administrator non potest liberam, & effusam donationem facere, l. contra iuris §. fin. ff. de pactis, l. si is §. fin. ff. de solut. ergo Clericus ex fructibus beneficiorum non potest facere immensas donationes consanguineis, & magnas dotes constituere.

7 Ampliantur quoque supradicta, vt Clericus habens vltra beneficium patrimonium possit redditus patrimoniales conseruare, ac de illis disponere liberè in vita, vel in morte, & fructus beneficiales expendere pro suo, ac familiæ victu, Innoc. in cap. Episcopus de præbend. Menoch. de arbitr. cas. 520. num. 1. & seqq. Surd. de alim. titul. 9. quæst. 12. num. 11. & seqq. Azor. instit. moral. lib. 7. cap. 9. quæst. 11. vers. dicendum, qui testatur de communi.

8 Declara supradicta, Clericum detractis necessarijs ex redditibus Ecclesiasticis pro se, & sua familia secundùm conditionem ipsius, quod superest debere pauperibus erogare, cap. non satis 86. dist. cap. aurum, & cap. gloria 12. quæst. 2. Abb. in cap. his num. 2. de Ecclés. ædif. & inter plures. pauperes, pauperioribus debet primò subuenire, ad latè tradita per Bell. loc. cit. §. 11. num. 32. & 33. Non tamen necessariò tenetur Beneficiatus fructus beneficiales superfluos ad congruam eius substentationem erogare in pauperes, ac pios vsus illius loci, in quo est beneficium, cùm hoc nullo iure sit cautum, sed sufficit, illos elargiri in pauperes cuiuscunque loci, tenet Nauar. de reddit. Eccles. quæst. 1. monitu 27. Mol. de iust. tract. 2. disp. 146. & alij, quos refert, & sequitur Barbos. de iur. Eccles. lib. 3. cap. 17. num. 22. vbi num. 23. dicit, pauperem dici non solùm, qui ostiatim eleemosynam petit, sed etiam omnis alia persona, etiam illustris genere, aut eminentis scientiæ, quæ ex suo patrimonio non potest competenter viuere, secundùm sui status conditionem.

9 Collige tertiò, redditus beneficij posse liberè exequi, & adiudicari pro satisfaciendo debito, ad quod tenetur ipse Beneficiatus, cum hac tamen moderatione, vt non adiudicentur in perpetuum, sed ad tempus, donec debitum satisfiat, & dummodo non irrogetur Ecclesiæ notabile præiudicium, & indueatur alienatio, atque ipsi Beneficiato relinquatur portio necessaria ad sustentationem, ita post Valasc. consult. 176. num. 2. & alij, tenet Barbos. de iure Eccles. lib. 3. cap. 17. num. 42.

10 Collige quartò, Clericum Beneficiatum teneri erogare partem fructuum beneficij pro reparatione Ecclesiæ, cap. si Monachus 16. quæst. 1. cap. 1. & cap. de his de Eccles. ædif. & probatur ex supradictis, vbi diximus, Beneficiatum in vita dici vsufructuarium, & vsufructuarius tenetur ad sarta tecta, l. vsufructu legato resp. 1. & §. hactenus ff. de vsufruct. l. cum ad quem C. eod. De hac materia notandum est inferius latius.

11 Prædicta sunt de dispositione bonorum quæsitorum intuitu Ecclesiæ, & Beneficij inter viuos. Notandum est quomodo Beneficiatus possit de illis disponere causa mortis; & quidem in locis (prout est inter nos) in quibus Beneficiati se concordarunt cum Camera Apostolica super spolijs pro certa transactione, vel alias habent facultatem testandi; & in illis Clerici possunt testari, & disponere causa mortis de fructibus, legitimè perceptis ex Beneficijs, ac quæsitis ex illis, sicut disponere possunt de patrimonialibus, & ad illos in casu intestati succedunt proximiores, quibus non existentibus succedit ipsa Ecclesia, vt dictum est de bonis patrimonialibus. In locis verò, in quibus fiunt spolia, Clerici Beneficiari non possunt testari de quæsitis ab Ecclesia, sed illo spolio cedunt, vt dicemus inferius. Vltimo in locis, in quibus non fiunt spolia, nec adest transactio, siue concordia cum Camera Apostolica, & facultas testandi; & in illis Clerici Beneficiati testari non possunt de quæsitis ab Ecclesia, & redditibus Ecclesiasticis, cap. primo, & toto titul. de peculio Cler. vbi in cap. penult. si Beneficiatus emerit aliquid ex emolumentis Ecclesiæ nomine alieno, adhuc Ecclesiæ debetur; Regulare enim est quod acquisita ex fructibus, & redditibus Ecclesiasticis non sunt Beneficiatorum, sed Ecclesiæ cedunt, Seraph. decis. 594. num. 9. part. prima. Quod intellige, vt ad bona prædicta succedat ipsa Ecclesia ad eius commodum, non verò successor in Beneficio, nisi quoad vsumfructum: de his vide latè adducta per Bell. disq. Cler. prima parte tit. de bon. Cler. §. 2. per tot. qui hanc sententiam limitat multis modis §. 4.

12 Declara, quod tunc dicimus, hæreditatem Beneficiati spectare ad Ecclesiam, nec Beneficiatum posse testari de acquisitis ex redditus Beneficij, quando Beneficiatus non habet alia bona vltra Beneficia; quod si Clericus vltra bona Ecclesiæ habet bona patrimonialia, vel quasi, & fructus Ecclesiastici sunt inferioris redditus, est præsumendum, Beneficiatum expendisse pro victu fructus Beneficij, & conseruasse patrimonialia bona, meritò in hoc casu dicendum est, posse liberè testari, vt post alios multos notat Bellett. cit. loc. §. 6. per totum. Si verò sumus in dubio, vtrum Clericus habuerit alia bona, quàm Ecclesiæ, vel aliquod officium, seu exercitium; & tunc præsumendum est, acquisiuisse intuitu Ecclesiæ, & proinde de acquisitis minimè disponere posse, ad instar vxoris in temporalibus, quæ præsumitur acquisiuisse ex bonis mariti, probat latè post multos relatos idem Bell. cit. loc. §. 10. per totum, vbi in fine concludit, quod in iudicio probatio in hoc casu spectat ad eum, qui non possidet bona huiusmodi, vt si Clericus, vel alius successor possideat, & Ecclesia agat pro illorum recuperatione, ad ipsam Ecclesiam spectat probatio, & sic è contra: hanc eandem distinctionem, in discernendis bonis acquisitis intuitu Ecclesiæ, vel intuitu patrimonij, sequitur Barbos. de iure Eccles. lib. 3. cap. 17. num. 51. & 52. Verùm quoad hoc diligenter est inspicienda quantitas redditiuum beneficij, & patrimonij,

monij, & an verisimile sit, quod paruo beneficio, vel patrimonio potuerit quis multum acquirere.

13 Sed aduertendum est, quod io locis, in quibus Ecclesia succedit Clerico in bonis acquisitis intuitu beneficij, vt supra, tenetur ipsa, & successor soluere tantùm ea onera, & debita, quæ à defuncto fuerunt contracta pro necessitate ipsius Ecclesiæ, vel pro sumptibus necessarijs defuncti, *cap. 1. & 5. de solution. cap. quod quibusdam de fideiussorib. cap. præsenti in fin. de off. ordin. in 6.*

14 In locis, in quibus Camera Apostolica facit spolia in bonis relictis per Beneficiatum, quos locos refert Barbos. *de iure Ecclesiast. cit. loc. num.* 63. præsertim in tota ferè Italiá; dicendum est, ipsam Cameram Apostolicam succedere, ac subintrare in locum Ecclesiæ quoad successionem in bonis per Beneficiatum defunctum relictis, & ea iura babere ad successionem prædictam, quæ habebat Ecclesia de iure communi, prout post Redoan. probat Ricc. *in prax. 3. p. resol.* 431. *per tot. secundum vltimam impress.*

15 Verùm in nonnullis bonis Beneficiati defuncti non succedit Ecclesia, nec Camera Apostolica in locis, in quibus seruantur spolia, quæ subintrat loco Ecclesiæ; Et primò io bonis patrimonialibus, de quibus diximus §. 1. *hac annot.* posse Clericum liberè disponere, etiam causa mortis, & eo non disponente, succedunt proximiores legitimi successores. Secundò non habet locum successio Ecclesiæ, vel spolij in bonis quasi patrimonialibus, vt etiam diximus supra, etiamsi dicta bona acquisiuerit Beneficiatus intuitu Ecclesiæ, puta ex eleemosynis pro Missis clebrandis, & officium Capellani exercendo, prædicando, confessiones audiendo, officia Ecclesiastica, vt est Vicariatus, & similia, aut alios actus spirituales, & officium temporale exercendo, quicquid enim prædictorum, & similium intuitu Clericus lucratus est, potest liberè disponere, etiam causa mortis, vt dictum est supra, & proinde Camera Apostolica ratiooe spolij nihil prætendere potest, nec Ecclesia in locis, in quibus non seruantur spolia, nisi in casu, quo deficiunt agnati, & cognati, Nauar. *de redd. Eccles. quæst. 1. mon. 19. num.* 1. Ricc. *cit. loc. num. 4. vers. quarto, & seq.* vbi id etiam confirmat ratiooe. Tertiò Camera Apostolica titulo spolij noo lucratur quicquid Beneficiatus de suo hooesto victu parcius viuendo seruauit; nam de eo disponere potest secundùm multorum opinionem, qoos refert, & sequitur Ricc. *citat. loc. num.* 6. & Bellett. *disq. Cleric. 1. part. titul. de bonis Cleric. §. sextus num.* 14. & probatur, nam tota ratio spolij fundatur in eo, quod Beneficiatus tenetur superfluum dare pauperibus, vt refert Nauar. *cit. loc. num. 19. in fin.* Sed quod seruauit Beneficiatus de suo honesto victu non dicitur superfluum; ergo hæc opinio, licèt in puncto iuris sit vera, tamen ratiooe difficilis probationis in facto, passim non seruatur in praxi.

16 Vlterius, & qoartò non cadunt sub spolio acquisita per Beneficiatum ex sua industria, & labore, quia de illis liberè disponere potest in vita, & in morte, vt commune est apud omnes; vnde ex boc principio probant DD. non comprehendi sub spolio distributiones quotidianas, sed de illis posse Canonicum in vita, & in morte liberè disponere, sicut rusticus de denario diurno, Redoan. *de spol. Eccles. quæst. 1. num. 27. & quæst. 3. num. 23. & seqq.* Bellett. *loc. cit. num.* 18. qui innumeros adducit DD. Seraphin. *decis. 594. num.* 6. Rot. *diuers. p. 1. decis. 402. num.* 4. Cæsar. de Graff. *decis. 5. num. 4. de præb.* multa elegantissimè Marant. *tom. 3. suarum controuersiarum resp. 24. num.* 15. Eadem ratiooe spolium non comprehendit acquisitum per Parochum ratione quartæ fuoeralium, vt notat idem Bellett. *citat. loc. num.* 19. Quiotò non veniunt in spolio acquisita per Clericum, cuius beneficium, vel beneficia, aut pensio non excedebat annuum valorem triginta ducatorum de Camera secundùm communem extimationem, ex Bull. Pij V. sub datum Romæ anno 1567. refert Ricc. *citat. loc. num.* 9. Sextò Camera non apprehendit nomine spolij, quod Beneficiatus, dum viuebat, emerat pro sua Ecclesia, vel pro alio loco pio, & illi tradiderat tamen sine fraude; nam bæc est dispositio secundùm iura, quæ permittunt, imò mandant, superflua elargiri pauperibus, docet Nauar. *de spol. Cler. §. 1. num. 4. & §. 6. num.* 2. quem refert, & sequitur Ricc. *cit. loc. num.* 11. Cætera, quæ non cadunt sub spolio, vide io cit. Bull. Pij V. & apud Ricc. *cit. loc. & resol.* 425. Nouat. *summ. Bull. titul. de spol. Cler.* post Redoan. Nauar. & alios, ex quibus collige; in praxi seruari, quod Camera oon apprehendit nomine spolij ornamenta, & paramenta, vasa, libros, aliasque diuino cultui dedicata, etiamsi noo sint consecrata, item cathedras, arcas, lignea, vel lapidea, mensas, tabulas, dolia, ac alia vasa vinaria vacua, & similia supellectilia domestica, prout ex Bulla prædicta.

Nota, quod Camera Apostolica faciens spolium tenetur soluere debita contracta per Beneficiatum, vel Prælatum occasione Ecclesiæ, vel pro sumptibus necessatijs, vt dictum est supra de Ecclesia, & tenet Ricc. *citat. loc. resol.* 429. Barbos. *de iure Ecclesiast. lib. 1. cap. 17. n. 63. in fine*; Hinc tenetur soluere Ecclesia, & camera, quæ subintrat io locum illius, ex spolio salaria seruitorum Episcopi, & alterius Beneficiati defuncti, probat idem Ricc. post alios *loc. cit. resol.* 431. Item tenetur soluere expensas funerum, ac vestium lugubrum factarum pro famulis, Capyc. *decis.* 84. refert Iul. Lauor. *Elucubr. var. titul. 2. cap. 16. num.* 36. Ricc. *cit. loc. resol.* 428. & sicut mortuo marito, vxori viduæ debentur per hæredes vestes lugubres, & alia pro celebrandis exequijs defuncti, quasi pars, & sequela sint ipsius luctus, glos. *in l. si ex re domini §. final. vers. funesta ff. de stipul. seruor.* Bald. *in repertor. ad Innoc. verbo maritus*, Præs. de Franch. *decis.* 413. & optimè probat nouissimè vir variæ lectionis, & vtriusque iuris benemeritissimus Flauius Ventriglia *in suis Epistolis forensibus Epistola ad V. I. D. Thomam Odoardum in fin.* ita Ecclesiæ vxori Prælati, & Beneficiati debentur per Cameram, spolium facieotem, quæ succedit loco hæredis, expensæ funerum pro celebraodis exequijs Prælati, Iul. Lauor. *citat. loc. num.* 36. 17

Hic quæri potest, cui competant, & quomodo fiat diuidendi fructus beneficij illius aoni, quo Beneficiatus moritur. Io quo quæsito. Dicendum est primò, fructus perceptos, collectos, & à solo separatos transire ad hæredes Beneficiati, nec deberi successori in beneficio, probatur ex glos. *in cap. si propter verbo primi*, vbi DD. *de rescript. in 6. & in cap. præsenti verbo reseruari de off. ordin. eodem lib.* 6. Couar. *lib. 1. var. resol. cap. 15. num.* 12. Guttier. *Canon. quæst. lib. 1. cap. 33. num.* 1. Rot. *diuers. part. 1. decis. 761. num. 4. & 6.* & ratione suprapoſita, nempè, Beneficiatum æquiparari vsufructuario, qui facit suos fructus collectos, & à solo separatos, eosque ad hæredes transmittit, *l. arboribus §. Iulianus ff. de vsufruct.* vnde communiter dicunt DD. hos fructus venire in generali dispositione testamentaria, Seraph. *decis. 124. num.* 2. Rot. *diuers. p. 1. decis. 154. num. 2. & decis. 772. num.* 4. 38

Dicendum est secundò, fructus pendentes non ad defuncti hæredes, sed ad successorem spectare, etiamsi separati à solo, adhuc in area in campo iacent, ita de iure probat Bellett. *disq. Cler. 1. part. titul. de bonis Cler. §. 15. n. 4. & seqq.* quod idem intelligit *num.* 10. de pensionibus, seu affictibus per conductorem non solutis, qui adhuc successori debentur, etiamsi fructus, pro quibus soluitur pensio, iam percepti fuissent, Seraph. *decis. 594. num.* 18. Thesaur. *decis.* 143. imò quousque fructus non fuerint commisti, & incorporati cum alijs fructibus Beneficiati defuncti, semper ad successorem in beneficio pertinent, prout fuit dictum per Rot. *in vna nullius, seu Romana pecuniaria 4. Iunij 1593. coram D. Blanchetto*, quam refert Bellett. *citat. loc.* 19

In locis verò, in quibus Camera Apostolica deputat collectores, vt est in Regoo Neapolis, & tota Italia, fructus pendentes, ac maturatos, & à solo minimè separatos, seu nondum exactos, vsque ad diem apprehensionis possessionis per beneficiatum successorem, ad Cameram spectare, habetur ex Constitut. Sixti V. 1. Ianuarij 1589. quam adducit Quarant. *summ. Bull. verbo spolia Cleric. fol.* 471. & Constitut. Pij V. 18. Septembris 1567. apud eundem Quarant. *loc. citat. fol. 474. & seqq.* ac alijs etiam Consti- 20

Constitutionib. Redoan. *de spol. quæst.5. num. 5. vers. quid dicendum, & num.6. seqq.*

Idque ampliatur, etiamsi Beneficiarus adhibuisset omnem diligentiam etiam in iudicio pro exactione illorum, Seraph. *decis. 594. num.* 20. Rota *diuers. decis.* 809. *num.* 1. *part.* 1. Francisc. Marc. *decis.* 446. *num.* 1. & 2.

Item ampliatur, etiamsi fuisset facta solutio anticipata Beneficiato in eius vita; nam licet aliàs debitor possit anticipatè soluere, & liberatur, tamen in hoc casu, quia solutio anticipara præiudicat Cameræ non liberat soluentem, probat Nouar. *summ. Bull. 1. part. titul. de benef. fructib. num.4.*

Posset hic dubitari, an solutio facta Beneficiato moribundo de fructibus maturatis præiudicet Cameræ; & partem negatiuam, defendit Nouarius *cit. loc. num.* 3. cuius opinio vera est, quando intercedit collusio inter hæredes Beneficiati, & debitorem, sed quando solutio vera, & effectiua est facta Beneficiato recipienti, nulla lege habetur, fuisse malè factam, etiamsi beneficiatus post breue tempus moriatur.

21 Hìc aduertendum est, quod in Canonicatibus Camera Apostolica non potest prætendere distributiones quotidianas, quæ loco demortui Canonici accrescunt, vel non decrescunt ab alijs interessentibus Canonicis, & inseruientibus; nam Camera prædicta ex citatis constitutionibus succedit in omnibus fructibus beneficiorum pendentibus, maturatis, & non exactis, sed distributiones quotidianæ non veniunt sub nomine fructuum, vt post multos probat Barbos. *de Canon. & Dignit. cap.* 21. *num.6.* ergo in illis non succedit Camera, ita probat Marant. *loc. supra cit. num.* 13. & 14. vbi doctè scribit pro antiquissima consuetudine Reuerendissimi mei Capituli Capuani, vbi certa pars fructuum, replicat nuncupata, quam lucrantur Canonici seruientes singulis mensibus, in fine anni distribuitur, quæ pars solita est ab antiquo diuidi inter Canonicos superstites in fine anni, ac seruientes, nulla facta portione ad beneficium mortuorum, & successiuè exclusa Camera Apostolica, ad instar quotidianarum distributionum, quæ cùm non sint verè quotidianæ distributiones, sunt tamen mensales, cùm eas lucretur, qui inseruit maiore mensis parte, & amittat, qui absens est maiore mensis parte, & proinde eandem habent naturam distributionum, & portio absentium auget portionem præsentium, & successiuè Camera, quæ succedit loco absentis ab humanis, nec potest prætendere partem, ita Couar. *lib. 3. var. cap.* 13. *num.7. post med. vers. & sanè*, Nauar. *consil.20. num.1. & 2.* Guttier. *Canon. quæst. lib. 1. cap. 1, num.107. & seq.* Cassad. *decis. 6. num.6. vers. aut inspiciamus de prabend.* Rot. *in Elboren. fructuum 20. Martij 1615. coram D. Andrea, apud recent.* Farinac. *decis. 665. part. 2. tom. 2.* Et ita semper fuit practicatum in dicto Capitulo Capuano; & licèt quandoque Camera Apostolica ob mutationem officialium, & Collectorum, non habentium cognitionem prædictæ antiquissimæ consuetudinis, & naturæ prædictorum fructuum, aliquid contra dictum Capitulum, & eius nobilissimam mensam Sacerdotalem, Canonicorum Altaris maioris nuncupatam, prætenderit; cognita tamen veritate, statim se abstinuit à molestando Canonicos prædictos pro huiusmodi replicis, prout ego ipse vidi, & testatur etiam veritatis ipse Episcopus Marant. *cit. respons.24. in fin.*

22 Fructus beneficiorum vacantium per cessum non subiacent spolio, vt apparet ex Constitutione Pij 32. incipient. *Cupientes 25. Aprilis* 1561. apud Laert. Cherub. *tom. 2. pag.* 46. de qua Scort. *in select. Summ. Pontif. constit. epit.* 78. quo in casu notandum est, cui cedant fructus beneficij cessi: Et quidem si cessio, siue renunciatio beneficij est simpliciter facta, vel per assecutionem alterius incompatibilis, dicendum est, fructus etiam collectos, non autem perceptos, & reconditos ante dimissionem ad successorem spectare, non ad dimittentem, ad quem tantùm spectant fructus percepti vsque ad diem dimissionis, latè Paris. *de resignat. benefic. lib. 1. quæst. 6. num. 1. & seqq.* multa Bellett. *disq. Cleric. 1. par. titul. de bonis Cleric. §. 16. num. 1. & seq.* Lotter. *de re benefic. lib. 1. quæst. 44. num. 31. & seqq.* & rationem adducunt, quia simpliciter renuncians videtur omne ius à se abdicare, & consequenter fructus percipere non potest.

23 Si verò cessio, siue renunciatio beneficij est facta ad fauorem, & cum conditione, & tunc fructus à solo separati ante diem resignationis, debentur resignanti, cæteri verò debentur resignatario secundùm decisionem Caualer. 104. quem sequitur post alios adductos Bellett. *cit. loc. num. 1. ad med.* licèt referat alios contrarium tenentes: Dicitur dies resignationis, idest dies in quo procurator ad resignandum præstitit consensum resignationi, vsque ad quem diem potest liberè resignans percipere fructus, vt aduertit Paris. *cit. loc. num. 58. & seqq.* Alia de beneficiorum fructibus prohibitis testari, vide apud Nouar. *summ. Bull. 1. part. in eod. titul. super Bulla Pij IV.*

24 In his terminis non desinam adnotare, me elapsis mensibus consuluisse in facto, omnes fructus pendentes, & per resignantem non exactos spectare ad resignatarium, nec aliquam partem illorum posse prætendere resignantem.

25 Circa annum 1637. R. D. N. suum resignauit beneficium ad fauorem N. N. qua resignatione admissa per Sanctissimum, ac in possessionem misso resignatario, & post paucos menses adueniente tempore recollectionis fructuum, resignans prætendit ratam fructuum tangentem tempus, quo ipse beneficium possidebat ante resignationem, & consultus quid faciendum respondi, omnes fructus ad resignatarium spectare, & resignantem nihil posse de fructibus pendentibus prædicti anni prætendere.

26 Præmittendum est Beneficiatum in vita æquiparari vsufructuario, glos. *in cap. præsenti verbo reseruari circa med. de off. ord. in 6. & in cap. si propter verbo primi anni vers. comparo enim de rescript. eodem lib. 6.* Ceuall. *commun. contra commun. quæst.* 388. *num.* 8. Paris. *de resignat. benefic. lib.3. quæst. 15. num.2.* Bellett. *disq. Cler. 1. part. titul. de Cler. debit. §. 14. num.2. & 3.* qui id etiam probat ex definitione vsusfructus, est enim ius vtendi, & fruendi rebus alienis salua rerum substantia, *l. 1. §. hactenus ff. de vsufr.* quod ius competit Beneficiato in rebus Ecclesiæ, sequitur Marant. *controuers. part. 3. respons. 29. num. 19. & part. 4. respons. 99. num.* 64. Cauaier. *decis. 104. num. 7.* Seraph. *decis. 594. num. 7.* Lotter. *de re benefic. lib. 2. q. 37. sub num. 45.* contra seipsum *lib. 1. quæst. 3. num.* 13. Ricc. *in prax. 3. part. resol. 477. num. 4. & decis. Cur. Archiep. Neap. 222. num.6. part.3.* & licèt hæc opinio vera sit, tamen, non potest negari, quod Beneficiatus minus ius habeat in beneficio, quàm vsufructuarius in vsufructu, probatur apertè ex dictis per gl. & DD. *in cit. cap. præsenti*, plura Couar. *in cap. cum in officijs de testam.* post D. Th. 2. 2. *quæst. 85. art. 7.* Nauar. *de reddit. Eccles. quæst. 1. monit. 21. num. 4. & monit. 40. num.* 12.

27 Præmittendum secundò est, quod de similibus idem est iudicium, *l. non possunt, & l. sequenti ff. de leg. §. rectè instit, de mandato*, Barbos. *de loc. commun. argument. iur. loc.* 101. *num.* 2. post alios per ipsum adductos, Marant. *controuers. 4. part. resp. 4. nu.* 13. Grat. *discept. for. cap.* 572. *num.* 9. Maceraten. *var. resol. lib. 1. resol. fin. cap.* 92. & valere proinde argumentum à simili, docent post Euerard. *in topic. legal. loc.* 10. DD. communiter, quos citat Barbos. *cit. loc. num.* 1.

28 Præmittendum tertiò est, quod valet in iure argumentum à maiore ad minus, *l. in suis in fin. ff. de lib. & posth. l. nec in ea ff. de adul. Auth. multò magis C. de sacros. Eccles. cap. si ergo 8. quæst.* 1. Euerard. *in topic. legal. lib. 2. loc.66.* & hoc maximè, quando argumentum negatiuè concipitur, Barbos. post alios *vbi sup. loc.67. num. 1. & 2.*

29 His præmissis. Dico primò, fructuarium facere suos fructus tantùm perceptos, & consumptos, sed pendentes omninò ad proprietarium transmittere, *l. si vsufructuarius messem ff. quib. mod. vsusfr. amitt. l. si fur. ff. de vsufruct. l. in singulos ff. de ann. leg. §. is verò instit. de rer. diuis.* ergo & idem iudicandum est in Beneficiato per argumentum à simili, vt supra.

30 Dico secundò, quod si vsufructuarius, qui maius ius habet in vsufructu, quàm Beneficiatus in beneficio nil de fructibus pendentibus ad hæredem transmittit, sed omnes ad proprietarium debentur: ergo & multò

fortius

fortius (argumentando à maiori ad minus negatiuè) Idem dicendum est in Beneficiato, per argumentum, de quo in 3. præmiss.

31 Item probatur sententia contra resignantem alio etiam potentissimo argumento: certum est in iure, valere argumentum à toto ad partem, l. quæ de tota ff. de rei vend. Euerard. in topic. legal. loc. 80. Rebuff. ad l. appellatione rei vers. negatiuè cum seqq. ff. de verb. signif. qui testatur, idem argumentum procedere, tam affirmatiuè, quàm negatiuè, Barbos. de loc. commun. argum. iur. loc. 114. num. 1. qui alios refert, & testatur argumentum approbatum, etiam per Rot. decis. 74. num. 9. impress. per Pacif. post suum tract. de Saluiano interd. & decis. 223. num. 5. part. 1. in posth. Farinac. aliàs part. 2. recent. & decis. 222. num. 9. eadem part. 1. Sed fructus pendentes dicuntur pars rei, l. Iulianus §. si fructus ff. de act. empt. l. fin. §. si fructus ff. quæ in fraud. cred. Afflict. decis. 188. num. 2. & seqq. Ludou. decis. 430. num. 3. multa Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gl. 7. num. 37. ergo renunciando Beneficiatus beneficium liberè, quod est totum, dicendum est etiam renunciasse fructus pendens, tanquam partem.

32 Dico secundò, quod licèt sint, qui teneant, fructus pendentes esse diuidendos pro rata temporis inter successorem, & hæredes prædecessoris, vel inter resignantem, & resignatarium, quos omnes refert, & sequitur Garz. de benef. 2. part. cap. 1. num. 96. tamen negari non potest, quin opinio contraria, quod fructus omnes pendentes debeantur successori, vel resignatario sit magis frequentior, & recepta; eam enim tuentur gl. in cap. præsenti est. verbo seruari in fin. & in cap. si propter vers. primi anni de rescript. in 6. vbi Dom. num. 9. Franch. num. 5. & alij, Ioan. And. in dict. cap. præsenti sub num. 7. Gemin. circa fin. & alij communiter DD. omnes in cap. fin. de pecul. Cleric. præsertim Host. num. 5. & ibi Zabar. Imol. & Barbat. Ioan. Nicol. Gimonte. in enchirid. benef. titul. 4. de grat. expect. num. 24. qui testatur, hanc esse magis communem, & veritati consonam opinionem, Corset. in suis singul. in verbo Clericus, Gig. de pension. quæst. 53. per tot. & qu. 58. num. 5. Ias. consil. 75. vol. 3. Nouat. de reddit. Eccles. quæst. 2. num. 13. & consil. 9. de donat. & consil. 7. de success. ab intest. & consil. 3. de pecul. Cleric. Nicol. de Vbald. de success. ab intest. Cler. §. fin. num. 11. part. 1. tract. tom. 7. Pauin. de potest. Capit. Sed. vac. part. 2. quæst. 8. num. 2. & 29. Gabriel. consil. 191. num. 2. & seq. lib. 1. Surd. qui alios refert consil. 333. num. 2. & seq. & num. 14. testatur de communi lib. 1. Io. de Plat. in l. C. de annon. ciuil. lib. 11. Alber. in l. diuortio, vbi etiam Barbos. part, 2. num. 44. & 56. & seqq. ff. solut. matrim. Anchar. consil. 158. num. 1. vers. primò namque, latè Cald. consil. 2. de pecul. Cler. Boer. consil. 138. num. 9. vol. 1. Bald. consil. 313. num. 3. vol. 2. Burs. consil. 238. num. 12. & seq. vol. 3. Redoan. de spol. Eccles. quæst. 3. §. verum num. 7. & 22. & num. 2. Cardin. consil. 110. per tot. Honded. consil. 85. num. 1. cum seqq. vol. 2. Monet. de distrib. quotid. part. 3. quæst. 4. à num. 21. Bellett. disq. Cleric. 1. part. titul. de bon. Cler. §. 16. num. 1. & seqq. Rend. in prompt. recept. sent. titul. 50. num. 6. tom. 1. Bonac. var. tract. disp. 4. de oblig. benef. punct. 3. num. 7. vers. ego tamen, Tiraq. de contract. conuent. §. 5. gl. 4. in princip. Barbos. qui testatur de magis communi de iur. Eccles. lib. 3. cap. 17. num. 77. Lotter. de re benef. lib. 1. quæst. 44. num. 24. & seqq. qui licèt indubitatam teneat sententiam in casu mortis, quia ius illud percipiendi fructus est finitum antequam cessit dies solutionis, illam tamen fortius dicit procedere in casu renunciationis, vt in nostris terminis, quia resignans, renunciando fecit actum positiuum, per quem videtur remisisse ius, vel actionem percipiendi fructus, nisi hoc ius expressè sibi reseruet, ita Lotter. post Pui. decis. 14. lib. 3. & Rot. decis. 278. num. 5. part. 2. in recent.

33 Dico tertiò, propositam conclusionem, nempè fructus pendentes omnes ad successorem integrè spectare, perceptos tantum ad prædecessorem, probari, sic pluries fuisse decisum in diuersis supremis tribunalibus, apud Franc. Marc. decis. 197. num. 3. Anton. Fab. in suo Cod. lib. 1. titul. 4. de Episcopis, & Cler. diff. 37. asserentem, neminem de hoc dubitare, Thesaur. decis. 143. Gam. decis. 128. Ioseph. Ludou. decis. 33. num. 1. & seq. qui post alios per eum adductos testatur de communi, Macerat. var. resol. 46. 1. lib. de Pont. decis. 12. num. 13. & seqq. apud Rot. Roman. decis. 278. part. 2. in recent. & in antiq. decis. 3. de test. & decis. vnic. de transl. Episc. in nou. decis. 28. num. 4. de procur. decis. 809. num. 3. part. 1. diuers. de anno 1585. in vna Burgen. pensionis 28. Nouembris, & 1610. 18. Martij in vna Cremonensi fructuum, apud Farinac. decis. 278. lib. 3. in vna Baren. fructuum 2. Iulij 1610. apud Caual. decis. 104. in vna Romana pecuniaria 4. Iulij 1593. coram D. Blanchette, in Palentina fructuum 26. Februarij 1580. coram D. Cardinali Lancellotto, in Papien. fructuum 21. Februarij 1622. coram D. Rembolde, de quibus Barbos. de iure Eccles. lib. 1. cap. 17. num. 76. in Mediolanen. fructuum 9. Martij 1592. coram D. Orano, Spetell. decis. for. Eccles. decis. 82. num. 13. ex quibus decisionibus, & alijs, quæ possent adduci, habetur clarè, fructus omnes pendentes deberi ad successorem in beneficio, & perceptos ad prædecessorem.

34 Confirmatur omninò proposita conclusio per Bullam Iulij III. 9. incip. cum sicut nobis in Bull. fol. 594. de qua Nouar. summ. Bull. 2. part. titul. de fruct. benef. diuis. num. 10. & seqq. & Redoan. de spol. Eccles. quæst. 5. sub num. 18. & alij, qua Bulla, fructus omnes pendentes, imò & percepti, & in horreis non reconditi, & pensiones pro fructibus perceptis non solutæ, quamuis pro his percipiendis prædecessor summoperè insudasset, & omnem diligentiam, etiam iudicialem pro exactione illorum peregisset, spectant ad successorem. Quæ Bulla licèt loquatur in casu mortis beneficiatorum, extenditur etiam ad renunciationem, & translationem, cùm mors, & renunciatio æquiparentur ad effectum vacationis, vt post Card. consil. 110. num. 2. & Caual. decis. 44. num. 4. part. 1. tenet Bellett. disq. Cler. part. 1. titul. de bon. Cler. §. 16. num. 2. Et licèt etiam Bulla prædicta fuerit per aliam eiusdem Iulij III. declarata, vt illa super fructibus beneficiorum inexactis non habeat locum in illis locis, in quibus Collectores Cameræ Apostolicæ esse consueuerunt, de qua declaratione Nouar. cit. loc. num. 11. attamen prædicta declaratio non habet locum in casu nostro, in quo non se intromittunt Collectores prædicti, cùm sit in casu cessus, non decessus. Igitur vigore dictæ Bullæ dicendum est omninò, excludendum esse resignantem à fructibus pendentibus, prout notant Bellett. cit. loc. n. 2. Redoan. vbi supra num. 18. Caual. decis. 44. num. 4. Ioseph. Ludouic. decis. 33. num. 4. & 5. Rot. in cit. Mediolanen. & Papien. fructuum, Spetell. vbi supra num. 13. Barbos. de iure Eccles. etiam cit. loc. num. 78. & alij communiter.

35 Ex dictis ergo, & alijs optimè fundatur æquissima sententia, fructus omnes pendentes resignatario deberi, excluso prorsus ab omni rata resignante, idemque dicimus de pensionibus pro locatione prædiorum, vel pro fructibus bonorum venditorum; illas enim, etiamsi cessit dies solutionis, sed fructus adhuc pendens, successori, & resignatario deberi, probatur à simili, nam in fundo vendito pensiones prædictæ emptori debentur, non venditori, Salyc. in l. fructus n. 3. & ibi etiam Bald. num. 7. ff. de rei vend. Bal. in l. fin. §. fin. de iur. Fisc. Rom. consil. 10. Honded. consil. 85. num. 11. vol. 2. multa Bellett. disq. Cler. part. 1. titul. de bon. Cler. §. 16. num. 6. vbi secus dicit, quando fructus sunt à solo separati tempore venditionis, tunc etiamsi non cessit dies solutionis pensionis, siue affictus illorum, adhuc venditori debetur pensio. In casu verò nostro vlterius, etiam dicendum est, quod siue cesserit, siue non dies solutionis pensionis, siue fructus fuerint collecti, siue non, semper quod per prædecessorem non fuit exacta, successori debetur vigore dispositionis dictæ Bullæ Iulij III. ibi enim Summus Pontifex non solùm disposuit, vt fructus omnes extantes, seu pecuniæ, quæ pro fructibus, debentur, id quod vulgo affictus nuncupamus, successori deberentur; verùm & affictus ij tempore prædecessoris maturati iam facti, & pro quibus summam diligentiam, etiam iudicialiter agendo, prædecessor expenderit, successori eidem deberi sanciuit. Multò igitur fortius pensiones prædictæ, seu affictus in casu nostro resignatario debentur, cùm illæ non prædecessoris tempore, sed successoris diebus maturarint, vt in terminis eiusdem Bullæ eidem successori deberi pensiones prædictas, voluit Caual. decis. 44.

sub num.4. allegans Matt. Nauar. *in tract. de spol. Cler.* §. 6. *fol.*36. & fuisse Papiæ seruatum, testatur Ludouic. *cit. decis.*33. *num.* 3. 4. *&* 16. & Thes. *decis.*143. Lotter. *de re benef. lib.* 1. *quæst.*44. *num.*30. qui dicit post Couar. Tiraq. Honded. Rot. & alios per ipsum adductos, quod omnes fructus ciuiles, quorum solutionis dies non aduenerat tempore mortis, ad successorem spectant, id ampliando etiam ad fructus naturales, vel industriales, qui quotidie colliguntur, veluti herbagia hortorum, vecturæ nauium, opera seruorum, & similes, Caccialup. *de pens. quæst.* 25. *sub num.* 2. *vers. vel quid si pro his, & num.*3.

36 Nec obstat doctrina Cauaier. *decis.* 104. *num.* 5. vbi inquit, affictus secundùm fructuum naturam regulari, sicque dies solutionis affictus minimè considerari, sed potius tempus perceptionis fructuum præponderari? Nam omisso, quod illa opinio nullo iure tuta dici valet, vt clarè liquet ex supra positis; tamen vlterius respondetur, in *dicta decis.* non fuisse consideratam dispositionem dictæ Bullæ Iulij III. vt ex eadem *decis.* patet, & clarius ex *decis. eiusdem Rota coram Blanchetto*, apud Marchesi. *cap.* 2. *in fin.* Ex his enim remanet clarè probatum secundùm ius, ac rationem, fructus omnes pendentes reseruandos esse resignatario.

37 Nec huic veritati potest opponi pro parte resignantis dispositio *text. in cap. præsenti §. porro de off. ord. in* 6. vbi deciditur, quod fructibus alicuius beneficij vacantis concessis, non est credendum, fuisse concessam ratam illam, quæ debetur pro supportandis oneribus, quasi fructus beneficij sint reseruati pro oneribus illius: Quia huic obiectioni facilis est responsio: Prima, non esse recurrendum ad argumenta, quando sumus in claris, clarè enim *text. prædictus* in casu principali disponit, quod fructus beneficij vacantis sint reseruandi successori, igitur contra resignantem facit text. non pro illo: nec illa ratio, quod fructus beneficij debeant deseruire ad onera illius, stringit in casu nostro, sicut stringit in casu dicti §. *porrò*; rationi enim consonum est in concessione fructuum reseruare ratam pro oneribus supportandis, quia aliàs Ecclesia remaneret seruitio destituta; quæ ratio non militat in hoc casu, nam onera iam sunt satisfacta, & Ecclesia nullum passa est detrimentum, & resignans iam renunciauit liberè nulla reseruata rata fructuum, sed solùm pensione; igitur renunciando beneficium, dicendum est, renunciasse fructus pendentes, tanquam pars rei, vt dictum est supra; nec illi concedendum est regressum ad fructus, quos cum beneficio renunciauit voluntariè, & liberè, prout dicimus de pensionibus Ecclesiasticis, quæ pari passu ambulant cum fructibus beneficij; transferenti enim pensionem nulla debetur rata semestris, in quo translationem fecit, sed integrum debeti translatario, ea ratione, quia sumus in actu voluntario, idest libera translatione voluisse Rotam *in vna Granatensi*, testatur Flam. Paris. *de resignat. benefic. lib.*6. *quæst.*4. *num.*48. post Gabriel. *consil.*791. *num.*3. *vol.*2. & apud Put. *decis.*14. *lib.*2. & enixè ponderauit Rota apud Farinacc. *decis.*278. *num.*7. *lib.*3.

38 Multò minus potest aduersarius ratam prædictorum fructuum pendentium petere, *arg. l. diuortio, l. de diuisione, l. si ante nuptias, l. fructus, & l. si alienum ff. sol. matrim. l. cum in fundo §. diuortio ff. de iur. dot. l. vnica §. sed & nouissimè C. de rei vxor.* cum alijs in proprijs terminis adductis per Couar. *lib.* 1. *var. resol. cap.* 15. *num.* 12. Sarmient. *de reddit. Eccles. part.* 4. *cap.* 16. *num.* 13. Mol. *de Hisp. primog. lib.*3. *cap.* 11. *num.* 4. Guttier. *Canon. qq. cap.*33. *num.*9. *& seqq.* Contraria enim, quæ ex dictis colliguntur procedunt in fructibus perceptis, secus verò in pendentibus, qui cùm sint pars rei non possunt à resignante peti cùm à toto discesserit; idem enim de toto quoad totum, quod de parte quoad partem iudicandum est, *l. qua de tota cum similibus ff. de rei vend.* & in specie, quod idem de fructibus pendentibus iudicandum sit, atque de ipso fundo, docet clarè Bart. *in l. filiusfamilias §. cum fundum in fin. ff. de verb. oblig.* post Bald. & alios Tiraq. *de retract. lignag.* §. 1. *gl.* 7. *num.*37. Thesaur. *decis.*82. *num.*2. igitur, si fundum petere Beneficiatus non potest, nec etiam potest petere fundi partem, quales existimantur fructus pendentes.

39 Vltimò dico, quod cùm iam resignans per resignationem, non solùm dominium, & titulum, verùm etiam, & possessionem amiserit, *cap. super hoc*, vbi Innoc. & alij *de renunciat.* Abb. *in cap. solicita num.* 10. *&* 15. *de restit. spoliat.* Alex. *in l. si quis vi §. differentia num.*5. *de acq. poss.* Sarnen. *in regul. de public. resignat. quæst.* 14. *num.* 2. Vnde Beneficiatus post resignationem amplius fructus percipere non potest, & si de facto percipiat ad restitutionem compellitur, nec suos facere potest, ad notata per Bald. *in l. si traditio col. fin. C. de action. empt.* Alex. *consil.*120. *num.* 5. *vol.*4. Cassador. *decis.*4. *num.*6. *de rest. spoliat.* Rota *decis.* 158. *in nouiss.* & apud Farinac. *cit. decis.*278. *in fin.* & apud Caualer. *decis.* 104. ex quo enim resignans amisit possessionem ciuilem, & naturalem, si fructus percipiat, tanquam malè fidei possessor tenetur ad restitutionem, Put. *decis.*158. *num.*4. *lib.*3. fuit dictum in *vna Seguntina beneficiorum* 1. *Iunij* 1592. *coram D. Orano*, Prob. ad Monach. *in cap. fine num.* 30. *de renunciat.* ex qua optima ratione fuit apud Put. *decis.* 14. *cit. lib.* 3. per Rotam datus translatario integer terminus pensionis maturatæ post translationem, etiam pro rata temporis decursi ante translationem, excluso transferente ab omni rata, vt dictum est supra.

Quare &c.

OBSERVATIONES

D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *QVæ cadant, vel non sub spolio?*
2 *Constitutio B. Pij V. refertur de spolio Episcoporum.*
3 *Fructus beneficiorum si non excedat ducatos 30. auri de Camera non intrat spolium.*
4 *Episcopo defuncto relicta in Banchis magna pecuniarum summa, ad quem hæc spectet?*
5 *Quid Camerales, & quæ cautela.*

QVæsita ex illicita negotiatione cadunt sub spolio, & succedit Camera Apostolica, vt statuit B. Pius V. 1
in Constit. XIX. Et in compositione, & transactione Camera excipit.

Bona Regularium decedentium extra claustra quocunque titulo, aut industria quæsita etiam ex successione ab intestato non pertinent ad Monasterium, sed ad R. Cameram, vt statuit Gregor. XIII. in Bulla 43. incip. *Officij* a 1. Ianuarij 1577. & seruatum vidi annis elapsis defuncto Regulari in Dignitate Ecclesiastica sæculari ingenti spolio relicto.

Omnes res ad cultum diuinum per Episcopum destina- 2
tæ non comprehenduntur sub spolio, sed spectant ad Ecclesias, vbi præfuerunt, vt habetur in alia Constitutione B. Pij V. incip. *Hac nostra*, ibi:

Hac nostra perpetua valitura Constitutione statuimus, ordinamus, decernimus, & declaramus, quod de cætero omnia, & singula ornamenta, & paramenta, ac vasa, necnon Missalia, & Gradualia, ac cantus firmi, & musica, aliique quomodolibet nuncupati libri, & aliæ res sacræ, auri, & argenti, & quoscunque Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, Abbates, seu Commendatarios, &c. ad vsum, & cultum Diuinum etiam in eorum priuatis ædibus, & Capellis, vel Oratorijs distincta tempore eorum obitus ex testamento, vel ab intestato relicta sub quibusuis facultatibus testandi, & alijs disponendi minimè comprehendantur, nec sub appellatione spoliorum veniant, sed ad singulas Ecclesias, Monasteria etiam Conuentu carentia, & beneficia huiusmodi, in quibus resederint, aut quibus præfuerint, sine quæ alias obtinuerint omnino spectent, & pertineant. Et per Apostolicas Constitutiones bona destinata diuino cultui, vel vsibus Ecclesiasticis penes Ecclesias remanere debent, & non ad Cameram, nec ad hæredes pertinent, de Luca *in annot. ad Sacr. Concil. Trident. discurs.* 42. *num.*8.

Declara, vt vasa aurea, & argentea, quibus vtitur Episcopus assiduo ad vsum domus, cæterum quandoque etiam sacris operantur debeantur Cameræ Apostolicæ,

non

non autem cedunt Ecclesiæ, vel hæredibus si haberet facultatem testandi, Marant. *respons.15.lib.2.*

3 Quando fructus beneficij, vel beneficiorum non excedant ducatos triginta auri de Camera subcollectores nequeunt procedere pro spolio, ex Bulla B. Pij V. vt Nouar. *in summ. Bullar. tit. de subcollector. num.4.*

4 Nouissima obijt Episcopus diues bonorum patrimonialium relictis vigintimille circiter ducatis in Banchis huius Ciuitatis cum Episcopatu tenui, & R. Nunciatura manus apposuit ratione spolij. E contrario se opposuit frater negans spolium; Quia dum fructus Prælaturæ fuerunt tenues.

Consequenter acquisitio præfata pecuniarum extantium in Banchis præsumptio sit, vt potius Prælatus pro sua sustentatione ipsos fructus erogauerit, & cumulatio pecuniarum patrimonialibus bonis referenda sit. Et in hoc magis benigna plurium sententia est, quam Rota pluries probauit fauore hæredis prophani, vt scilicet ex propositione, quod qui Altari seruit, de Altari viuere debeat, censeatur vixisse ex redditibus Ecclesiæ, quodque propterea cumulus fuerit ex patrimonialibus, Rota apud Roias *decis.780.* & Cels. *decis.65.* Card. de Luca *in annot. ad S.C.Trid. discurs.42.num.5.*

5 Beneuerùm Camerales non de facili hanc propositionem admittere solere in praxi, ait de Luca *vbi sup. num.6.* Ideoque cautelam tradit, vt Clericus, vel Episcopus viuens in dies, & tempora declaret, ac initio suscepti Episcopatus, vel alterius beneficij inuentatium faciat redditúum, & bonorum, quæ tunc possideat, ac successiuè libros retinendæ distinctos vtriusque patrimonij cum erogatione fructuum, & redditaum respectiuè. Nisi fortè negotiati sint Episcopi, vel rigidi fuerint in compositionibus.

ANNOTATIO XVII.

De Ædificatione, Dotatione, & Consecratione Ecclesiæ.

ARGVMENTVM.

Notatur §. I. Ecclesiam non ædificari sine licentia Episcopi, quæ quomodo interuenire debeat, cui sit concedenda, vel deneganda. An posſit construi noua Parochia populo aucto. Ædificationi nouæ Ecclesiæ quis consentire, vel se opponere posſit. Quo loco ædificari debeat Ecclesia, & an posſit venditor loci id prohibere. A quo præsumenda sit ædificata Ecclesia. Non est concedenda licentia construendi nouam Ecclesiam sine asſignatione dotis, quæ ante ædificatione constitui debet, & pòst potest compelli fundator ad dotandum; quanta debeat esse hæc dos in Ecclesia Cathedrali, collegiata, simplici, vel Regulalari, quomodo debeat constitui; In re stabili, quæ transit cum onere suo, quid si sequatur euictio, vel bona sint subiecta fideicommisso, vel aliter alienari prohibita: an posſit dos constitui cum pacto, vt Ecclesia corruente redeat ad dotantem, aut ad aliam Ecclesiam, vel cum onere, quid si sit excesſiuum: Valet asſignatio huius dotis, etiam facta à muliere, vel minore, etsi sit insufficiens.

§. II. Origo consecrationis Ecclesiæ, an sit necessaria, de eius forma, & Reliquijs in ea necessarijs, à quo facienda, quo tempore, an iterum post execrationem, vel post immutationem paulatim factam, vel si non potest probari consecratio, vel si dubitetur de potestate Episcopi consecrantis, vel sit hæreticus, vel schismaticus. Quomodo, & quando dicatur pollui Ecclesia, an si in ea infidelis sepultus sit, vel excommunicatus, vel per voluntariam seminis, aut iniuriosam sanguinis effusionem, quæ quomodo, & à quo reconcilietur, quid si solùm sit benedicta, & alia ad materiam.

SVMMARIVM.

1 *ÆDificandi nouas Ecclesias materia ad text. cap. nemo de consecratione dist. prima, & qui DD. materiam exagitent.*
2 *Ædificare Ecclesiam nemini permittitur sine Episcopi authoritate, & qualiter ea interueniat.*
3 *Ædificandi Ecclesiam licentiam Episcopus cuilibet concedere debet, aliàs est locus appellationi.*
4 *Ædificare Ecclesiam quando per Episcopum non est permittendum ob præiudicium antiquæ.*
5 *Ædificare nouas Parochias ex Tridentino non licet ob incrementum populi, sed adiungendi Sacerdotes: licet tamen ob difficultatem percipiendi sacramenta, & diuina audiendi.*
6 *Ædificandæ Ecclesiæ potest se opponere Rector Parochiæ, & lite pendente nullo modo admittenda est consecratio.*
7 *Ædificandæ Ecclesiæ ex iusta ratione Rector antiquæ non potest se opponere, neque eius consensus requiritur.*
8 *Ædificandæ Ecclesiæ Rector Parochiæ consentire debet, si probet saltem, quod aliquod præiudicium irroget suæ.*
9 *Ædificandæ Ecclesiæ qualiter Episcopus consentiat, & qualiter ea construenda.*
10 *Ædificandi Ecclesiam licentiam concedit Episcopus loci, quid si locus sit exemptus?*
11 *Ædificare Ecclesiam in loco, qui venditur, an venditor prohibere posſit.*
12 *Ædificata præsumitur Ecclesia per hæredes grauatos, si de constructore non constet.*
13 *Ædificandæ Ecclesiæ Episcopus curare debet constitui dotem, licet post constructionem etiam fieri posſit.*
14 *Dos legata ædificandæ Ecclesiæ ante constructionem solui debet.*
15 *Dos prærequiritur ad constructionem Ecclesiæ, quid post factum, & in casu supplementi illius.*
16 *Ædificari potest Capella sine dote, non sic si onus ei insit.*
17 *Dos nouæ Ecclesiæ an debeat esse mansus.*
18 *Dos Ecclesiæ Cathedralis est mille, Parochialis centum ducatorum, valoris pro consuetudine loci, num.19.*
20 *Dos Ecclesiæ collegiatæ quanta esse debeat.*
21 *Dos Ecclesiæ simplicis quanta debeat esse si Rector obligetur ad residentiam, & quanta, si non obligetur, num.22.*
23 *Dos pro Ecclesia Regularium ædificanda quanta esse debeat.*
24 *Dos Ecclesiæ non ad splendorem, sed ad substentationem Clericorum constituenda est.*
25 *Dos Ecclesiæ constituenda est in re stabili.*
26 *Dote Ecclesiæ asſignata in aliquo fundo, statim fundus fit immunis à gabellis.*
27 *Dotis Ecclesiæ fundus, si sit domino directo subiectus, cum eodem onere transit.*
28 *Dotis euictioni tenetur dotans, quid in Parochiali, vel simplici, & quid si dotans est persona priuata.*
29 *Dotem si constituere Ecclesiæ ædificatæ nolit constructor, an contradicente Episcopo eam demoliri posſit.*
30 *Dos constitui non potest cum pacto, quod redeat ad dotantem, si Ecclesia corruerit.*
31 *Dotis constitutio valet, si fiat à muliere, vel minore, etiam sine iudicis decreto.*
32 *Dotem constituere cogi potest, qui legauit aliquid Ecclesiæ pro dote.*

33 *Dote legata super aliquo fundo, legatum non extinguitur per alienationem illius, etsi super alia re constituatur.*

34 *Dote Ecclesia constituat, si apponantur onera excessiua, sunt moderanda, non sic si moderata, num. seq.*

35 *Dotans si in defectum Ecclesia substituat aliam, est locus substitutioni, vbi distinguc.*

36 *Dos Ecclesia an constitui possit ex bonis fideicommisso subiectis.*

37 *Dos Ecclesia constitui potest in bonis perpetuò alienari prohibitis, vbi an perpetuitas extendatur vltra quartum gradum.*

38 *Dotis ad supplementum tenetur dotans, si sit insufficiens assignata dos; præsumitur tamen sufficiens interueniente Episcopi consensu.*

39 *Dotans in actu dotationis, non post, potest onera Ecclesia imponere, nec alia, quam possibilia, & rationabilia, num. 40.*

ANNOTATIO XVII.

Ad Text. in Cap. nemo Ecclesiam de Consecrat. dist. 1.

§. I.

1 IN hoc text. ex Concilio Aurelianensi deciditur, neminem posse Ecclesiam ædificare sine designatione loci per Episcopum facienda, & ante designationem huiusmodi ædificare intendens, debet præfinire, quæ sufficiunt ad luminaria, & ad custodiam, & ad stipendia custodum, qua donatione ostensa domum ædificet, & postquam ædificata fuerit, aqua aspergatur. Cuius text. dispositio communiter adducitur in materia ædificationis, dotationis, & consecrationis Ecclesiæ, de quibus hic notanda duxi frequentiora in praxi; & de his tractant multæ decretales *in titul. de Eccles. ædific.* vbi DD. *Auth. de Eccles. tit. §. si quis autem col. 9. & Auth. de Monach. vers. illud igitur collat.* 1. Fusc. *de visit. lib. 1. cap.* 10. Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 9. cap. 3. quæst. 4.* Tusch. *tom. 3. lit. P. conclus. 98.* Zerol. *in prax. Episcop. part. 1. verbo Ecclesia*, Durant. *de ritib. Eccles. lib. 1. cap. 2. cap. 24. & cap. 25.* Piasec. *in prax. part. 1. cap. 5.* Barbos. *de potest. Episcopi part. 2. alleg. 26. & part. 3. alleg. 64. de iure Eccles. lib. 2. cap. 2.* Lambert. *de iurepatron. part. 1. lib. 1. quæst. 5. art. 21.* Lezana *in summa tom. 3. verbo Ecclesia*, Durand. *ration. diuin. off. lib. 1. cap. 6.* Tambur. *de iure Abbatum tom. 1. disp. 23. quæst. 7.* Ricciull. *lucubrat. Ecclesiast. lib. 1. cap. 4.* Leo *Thes. for. Eccles. part. 1. cap. 5.* Gauant. *in rubric. Missal. part. 1. titul. 20. vers. ab Episcopo consecratur*, Bellet. *disquis. Cler. part. 1. titul. de Cler. debit. §. 15.* Vgol. *de offic. Episcopi cap. 28.* Mirand. *manual. Prælat. tom. 2. quæst. 39. art. 1.* Mascard. *de prob. conclus. 415.* S. Antonin. *part. 3. titul. 12. cap. 2. §. 2.* & alij communiter.

2 Nota primò, nullum posse Ecclesiam ædificare, antequam Episcopus cognoscat, Crucem figat, atrium designet, vt cæmeterium, dosque sufficiens assignetur; ita disponit propositus text. ex quo communem deducunt sententiam Doctores, nemini permissum esse Ecclesiam ædificare sine Episcopi licentia, & auctoritate, *cap. placuit de consecrat. hac eadem dist. 1. cap. ad hæc de relig. domib.* Hæc autem licentia, & auctoritas Episcopi necessaria in ædificatione Ecclesiæ, sufficit si tacita concurrat, puta si Episcopus sciuerit, Ecclesiam ædificari, & non impedierit, cùm facile potuisset, tenet Selu. *de benefic. part. 1. quæst. 6. num. 2.* Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 9. cap. 3. quæst. 6.* Barbos. *de potest. Episcopi part. 2. alleg. 26. num. 2. & de iure Eccles. lib. 2. cap. 2. num. 5. circa med.* Et licentia ipsa præsumitur accessisse, si constructio Ecclesiæ facta est sciente Episcopo, nec contradicente, Steph. Vveyms *ad constitutiones 24. ex antiquo iure desumptas*, & per Concil. Trident. *innouatas constit. 19. num. 9.* & etiam sufficit, si ipsa licentia subsequatur ædificationem, prout post Steph. Vveyms *cit. loc.* tenet Barbos. *suprad. loc.* Bellett. *disq. Cler. 1. part. titul. de discipl. Cler. §. 1. nu. 12.* Ricc. *in prax. 2. part. resol. 11.*

3 Hæc autem licentia, & consensus construendi nouam Ecclesiam regulariter ab Episcopo nemini denegari debet si petatur, nisi in casu, quo noua Ecclesia construenda alteri antiquæ irrogaret præiudicium, per hunc text. & per *cap. placuit ead. dist. 1. cap. ad hæc de relig. domib.* cuilibet enim est permissum nouam ædificare Ecclesiam sine præiudicio alterius, & cum licentia Episcopi, Fusc. *citat. cap. 10. num. 2.* Zerol. *in prax. 1. part. verbo Ecclesia in princip.* Piasec. *etiam in prax. part. 1. cap. 5. num. 1. & seq.* Ric. *cit. resol. 11.* Imò si Episcopus sine iusta causa hanc licentiam ædificandi nouam Ecclesiam petenti, etiam priuato denegaret, posset petens iustè appellare ad superiorem, & ab illo obtinere licentiam prædictam, vel vt compellat Episcopum ad concedendam licentiam, docet Barbos. *de iure Eccles. lib. 2. cap. 2. num. 5. in fin.*

4 Diximus, teneri Episcopum licentiam, & consensum præstare nouæ constructioni Ecclesiæ, quando alteri non irroget præiudicium, quod tunc dicitur, quando noua Ecclesia peteret ab antiqua sumptus pro constructione, vel expensas pro substentatione Rectoris, *cap. ad audientiam de Eccles. ædif.* Concil. Trid. *sess. 21. cap. 4. de reform.* vel participare vellet de oblationibus, vel alijs iurisdictionibus, *cap. Ecclesia cum seq. 16. quæst. 1.* Vel quando pro constructione Ecclesiæ esset demolienda altera Ecclesia, vel Capella contigua alterius Rectoris, vel Collegij, *arg. text. cap. 1. de noui operis nunciat.* in terminis vidi satis elegans, ac doctum manuscriptum V. I. D. Ianuarj Grossi Neapolitani, viri magnæ expectationis, ob eius non solùm in legali disciplina, sed in alijs scientijs singularem doctrinam, nimis enim doctè, & accuratè ex vtriusque iuris conclusionibus fundauerat, non posse pro construenda, vel amplianda noua Ecclesia alteram contiguam demoliri, illamque ad vendendum cogi.

5 Obseruandum est adduci nonnullos casus de iure communi, in quibus licitum est nouas construere Ecclesias, etiam parochiales in præiudicium alterius, illosque ad tres reducit Goffred. *in summ. titul. de Eccles. ædif. num. 4.* scilicet ad temporis qualitatem, incrementum populi, & Ecclesiæ distantiam cum difficultate accessus; Verùm in praxi hodie maximè post Concil. Trid. *sess. 21. cap. 4. de reform.* incrementum populi non est sufficiens causa pro constructione nouæ Parochiæ, sed solùm potest cogi Rector, vel alius, ad quem spectat, tot sibi Sacerdotes adiungere, quot sufficiant ad Sacramenta exhibenda, & cultum diuinum celebrandum; solùm enim Ecclesiæ distantia, & difficilis accessus est sufficiens causa ad erectionem nouæ Ecclesiæ etiam Parochialis, & cum præiudicio antiquæ; quod tunc verum est, quando ob loci distantiam, siue difficultatem Parochiani sine magno incommodo ad percipienda sacramenta, & diuina officia audienda accedere non possunt, ita Concil. Trid. *cit. cap. 4.* cuius dispositio non procedit in qualibet distantia, sed in ea solùm, quæ magnum incommodum affert ad audienda diuina officia, & percipienda Sacramenta, ita Rot. *decis. 204. num. 2. part. 2. & decis. 745. num. 2. part. 1. in recent.* optimè declarat Barbos. *de iure Eccles. lib. 2. cap. 2. num. 8. & 9.* qui hanc facultatem limitat, si in loco distanti adesset Capella, Oratorium, vel Ecclesia cum fonte baptismali, & alijs necessarijs ad Parochiam, ibique Rector Sacerdotem poneret. Alia prima causa ædificandi nouam Ecclesiam, etiam cum præiudicio antiquæ, quam ponit Goffred. *vt supra*, est temporis qualitas, quæ est generalis, & procedit quotiescunque temporis qualitas nouam Ecclesiam permittit, declarat Barbos. *cit. loc. num. 12. ex cap. temporis 7. quæst. 1.*

6 Aduerte in casu, quo noua Ecclesia construenda irrogat præiudicium Parochiæ, tunc potest Rector Parochialis comparere aduersus nouam constructionem, & est audiendus, imò si ædificans admittitur ad prosequendum nouum opus cum cautione de demoliendo, in decreto debet addi clausula, quod durante lite Ecclesia non consecretur, ne rei sacræ demolitio, quæ difficilius permittitur, videatur permitti, ita Crescent. *decis. 1. aliàs 20. de noui oper. nunciat.*

7 Non potest tamen impedire constructionem nouæ Ecclesiæ, etiam Parochialis, Rector antiquæ Parochiæ, quando noua constructio est facienda ex necessaria causa, vt in cit. Concil. Trident. *sess. 21. cap. 4. de reform. vt supra*, quia (vt firmatum est) in tali casu noua ædificatio permittitur, etiam cum præiudicio antiquæ Ecclesiæ; & proinde

proinde uon est necessarius consensus Rectoris, dum Concil. Trid. & ius commune expresse, & simpliciter consentit dictæ nouæ constructinni: Nec obstat opinio Lap. *decis.* 360. quam refert, & sequitur Ricc. *in prax. 3. part. resol. 484. in principio*, nempè in ædificatione nouæ Ecclesiæ esse requirendum consensum Prælati inferioris, quia npinin prædicta procedit, & ita loquitur Lapus, quando Ecclesia noua præiudicat Parochiæ, nec cnncurtit causa necessaria pro noua constructione à iure approbata; tunc enim est requirendus consensus prædictus, prout expresse colligitur ex dictis per DD. *in cap. ad audientiam de Eccles. ædif.* præsertim Abb. *num.* 1. *&* 2. à contrario sensu.

8 Dubium est in his terminis, si Ecclesia nouiter construenda nnn irroget præiudicium Parochiæ, saltem notabile, nec concurrit necessaria causa in constructione, & erectione, sed tantum deuotio populi, vel alicuius priuati, qui ob eius deuotinnem intendit nouam fundare Ecclesiam, an in hoc casu sit requirendus consensus Rectoris Parochiæ, & sit audiendus contra fundationem.

Respnndeo, esse audiendum Rectorem, verùm si nnn faciat constare, nouam ædificationem irrogare damnum, & præiudicium Parochiæ, non impedit nouum opus; nam cuilibet priuato, masculo, seu fœminæ permittitur sibi construere Ecclesiam, siue Orarorium, *cap. Clericos, & cap. si quis de consecrat. dist.* 1. Goffred. *citat. loc. num.* 5.

9 Vlterius in concedenda licentia cousensus constructionis nouæ Ecclesiæ debet antea Episcopus locum cognoscere, crucem figere, atrium, & cæmeterium designare, cum impositione primi lapidis, quæ omnia facit Episcopus per accessum super faciem loci, in quod est ædificanda Ecclesia, vt per gl. *in hoc text. verbo veniat*, habentur supradicta etiam ex *Auth. vt nullus fabricet Oratorys domos præter voluntatem Episcopi*, notat Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 9. cap. 3. quæst.* 4. qui refert prædicta posse Episcopum per se facere, & per alium, sequitur Barbos. *de iure Eccles. lib. 2. cap. 2. num. 17. & seqq.* In designatione huius loci seruet Episcopus, vt pars posterior Ecclesiæ respiciat Orientem, & pars anterior, siue ostium respiciat Occidentem, illaque ædificetur in modum nauis, & hoc ex rationibus positis per Ricc. *in prax. 2. part. resol. 11. num. 2. & 3. secundum vltimam impress.* post Duran. Turrecrem. & alios per ipsum adductos; prædicta verò in praxi necessariò non seruantur, licèt laudabilia sint, quando seruari possunt.

10 Hæc licentia, seu consensus in ædificatione nouæ Ecclesiæ debet præstari per Episcopum illius loci, vbi Ecclesia situanda est, etiamsi ædificantes sint alterius Diœcesis, prout indubitatum est in iure; quod non procedit, quando locus est exemptus, nam pro ædificatione nouæ Ecclesiæ in loco exempto est requirenda auctoritas Summi Pontificis, *cap. de locorum cum seqq. de consecrat. hac dist. 1. cap. auctoritate de priuil. in 6.* alias totum acquiritur Episcopo cum fructibus, Erasm. à Cochier. *de iurisd. ordin. in exempt. part. 2. quæst. 45. num.* 36. sequitur Barbos. *cit. cap. 2. num.* 15.

11 Quæro hic, an validum sit pactum appositum in venditione cuiusdam territorij per venditorem, quod emptor non possit in illo Ecclesiam ædificare.

Respondent aliqui, hoc pactum esse contra libertatem Ecclesiasticam, cùm priuatus, etiamsi insignis persona sit, & vir sanctus non possit legem imponere rei Ecclesiasticæ, *Auth. Cassa C. de sacros. Eccles.* sed pactum prædictum est contra libertatem Ecclesiasticam; ergo est omninò reijciendum, *l. si quis sepulchrum ff. de relig. & sumptibus funer.* faciunt dicta per Bald. *in l. 2. C. de comm. ser. manumiss.* Sed licèt hæc ratio apparenter videatur valida; tamen in contrarium est veritas, pactum prædictum validum esse, quia in re sua vnusquisque est moderator, & arbiter, *l. in re mandata C. mandati*, ita tenent Bald. *in l. si quis ita C. de pact. inter empter. & vend.* Andr. Barbat. *consil. 23. in 2. col. num.* 1. Rocc. *de iurepatron. vers. construxit fol. 64. col. 2. & 17. quæst.* Nec faciunt rationes in contrarinm; nam pactum prædictum apponitur in re priuata non Ecclesiastica, & lex apponitur tempore, quo Ecclesia non erat ædificanda, proinde si de facto ædificaretur in tali loco Ecclesia, pactum non annullaret ædificationem fauore Religionis, nec ædificans esset cogendus ad pœnam appositam in pacto, Lambert. *de iurepatron. lib. 1. part. 1. quæst. 3. art.* 23. Sebast. Medic. *tract. de sepult. tom. 2. quæst. 16. num.* 9. sequitur Lauor. *var. elucubr. titul. 11. cap.* 9.

12 Quæro secundò, si iussit testator, Ecclesiam per hæredes ædificari, quæ pnst longum tempus repetitur ædificata, sed non apparet à quo, quid præsumendum erit.

Respondeo præsumi debet. fuisse per hæredes granatos ædificatam, tenet Fel. *in cap. sicut num. 44. vers. quibus soleo de re iud.* Inan. Crot. *in l. sciendum num. 8. vers. & hoc infero de verb. oblig.* Mant. *de tacit. & ambig. convent. lib. 12. titul. 16. num.* 3. vbi testatur, id deseruire pro iudicandis quæstionibus iurispatronatus, quod idem procedit in dntatione.

13 Nota secundò, quod dicit *text. in hoc cap. nemo*, quod ante designationem loci, & sic ante autbnritatem Episcopi in ædificatione nouæ Ecclesiæ, qui ædificare intendit, debet præfinire, quæ sufficiunt ad luminaria, & ad custodiam, & stipendium custodum: ex quibus deducunt communiter DD. Episcopum debere requirere dotem pro Ecclesia ab eo, qui illam ædificare intendit: hæc autem assignatio dotis est facienda, antequam Episcopus authoritatem præstet nouæ ædificationi, per hunc text. & in his terminis loquuntur DD. In praxi vidi etiam seruatum, fuisse datam licentiam ædificationi nouæ Ecclesiæ, sine constitutione dotis; verùm deinde, antequam concederetur facultas illam benedicendi, & inibi celebrandi, petitum fuit, assignari dotem; sed primus modus assignationis, nempè ante constructionem est magis iuridicus.

14 Hinc collige dntem legatam Ecclesiæ construendæ deberi statim ante coustructionem, nec debet expectari, quod Ecclesia construatur; cùm speciale sit in Ecclesia, vt illi assignetur dos, quando mittitur primus lapis, nec est per Episcopum concedenda licentia ædificandi, non assignata dote, vt optimè probat Genuens. *practicab. Eccles. quæst. 267. in fin.* quicquid sit de dote in matrimnnio carnali, quæ relicta puellæ non debetur ante matrimonium contractum, *l. filium*, vbi Bart. & alij *ff. de option. legat.*

15 Hæc constitutio dotis pro noua Ecclesia est necessaria simpliciter, adeovt Episcopus suum consensum præstare non debeat fundationi sine illa, deducunt communiter DD. *ex hoc cap. nemo*; quod si per errorem sit prætermissa assignatio huius dotis, poterit etiam post factum cogi constructor Ecclesiæ, vel eius hæres, dotem prædictam assignare, probat Lotter. *de re benef. lib. 1. quæst. 41. num. 4. vbi num. seqq.* dicit, posse etiam compelli prædictos ad assignandam congruam dotem, quando fuit à principio assignata minus sufficiens, Lambert. *de iurepatronat. lib. 1. part. 1. quæst. 5. art. 13. num.* 2. Et probatur à simili; nam idem disponitur in dote mulieri assignata minus sufficienter, Decian. *consil. 70. sub num. 12. lib. 2. & consil. 111. n. 16. lib.* 3. Grat. *discept. for. cap. 120. num.* 2.

16 Assignatio huiusmodi dntis necessariò facienda militat in Ecclesia, secus in Capella; potest enim erigi Capella sine dnte; nam sufficit, Ecclesiam esse dotatam, Lambert. *de iurepatronat. lib. 1. part. 1. quæst. 3. princip. art.* 5. Anan. *consil.* 24. quos refert, & sequitur Bellett. *disq. Cler. 1. part. titul. de Cler. debitore §. 15. num.* 12. vbi dicit, id maximè procedere, quando Capella esset erecta ad ornatum Ecclesiæ. Hoc tamen intellige verum, quando erigitur Capella sine onere, aliàs esset assignanda dos, iuxta onus secundùm dicta per eundem Bellett. *loc. cit.*

17 Quanta debeat esse dos assignanda nouæ Ecclesiæ, non benè distinguunt DD. nec iura determinarunt apertè; solùm enim *text. in cap. 1. de censibus* statuit, vt vnicuique Ecclesiæ vnus mansus integer, & liber saltem assignetur: Dicitur mansus, quasi mensus, idest ager certæ dimensæ quantitatis, vt explicat post Io. Kal. *in eius Lexic. Iuridico*, Lotter. *de re benef. lib. 1. quæst. 31. num.* 35. & est tanta pars agri fertilis, quæ sufficit duobus bobus in annn ad laborandum, ita glos. *in cit. cap. 1. verbo mansus*, & notant DD. relati per Barbos. *de iure Eccles. lib. 2. cap. 2. num.* 22. Sed si hoc, quod de iure communi dispositum est hodie seruaretur, omnes Ecclesiæ erectæ essent longè diuites, & in po-

in posterum aliæ non erigerentur; nam pauci reperirentur, qui tantam dotem darent; ideò distinctius dicendum est.

18 Primò, non posse erigi Ecclesiam Cathedralem, si non habeat dotem ducatorum mille, nec Ecclesiam Parochialem sine dote ducatorum centum, quia talis dos in his casibus videtur per taxata per Concil. Trid. *sess. 24. cap. 13. de reform.* & obseruat Lotter. *cit. loc. num.* 13. quæ quantitates debent esse liberæ, quod demonstrat ipsa conciliaris dispositio, prohibens illas grauari aliquo onere; vnde in erectione nouæ Parochiæ Episcopus deberet exigere à fundatore vltra annuos ducatos centum, alios introitus pro reparatione Ecclesiæ, pro soluendis iuribus Episcopalibus, & alijs oneribus debitis per Ecclesiam certis, & ordinatijs, ita Bellett. *cit.* §. 15. *num.* 7. faciunt dicta per Gigant. *de pension. quæst.* 96. *num.* 2. & per Rot. *in vna Romana pensionis 6. Nouembris* 1619. *coram D. Buratto*, Beltram. ad Ludouis. *decis.* 245. *num.* 12.

19 Cuius valoris debeant esse huiusmodi ducati, non est taxatum, sed debet attendi consuetudo loci, in quo erigitur Ecclesia, prout ita declarasse Sacram Congregationem *super cit. cap.* 13. Concil. Trident. testatur Bellett. *cit. loc. num.* 8. vnde in Regno sufficit, quod quilibet ducatus constet ex decem carolenis.

20 Secundò dos Ecclesiæ collegiatæ non est certò taxata in iure, vel apud DD. nec pro ea assignanda potest tradi certa doctrina, vt inquit Lambert. *de iurepatr. lib.* 1. *p.* 1. *quæst.* 5. *art.* 21. *num.* 16. quem sequitur Lotter. *citat. loc. num.* 30. qui dicit, quod cùm hæc erectio fiat Papæ auctoritate, id totum remittitur prudenti iudicio illius. Quod certius dici potest in hac materia est, quod dos Ecclesiæ collegiatæ tanta debeat esse, quod sufficiat Canonicis in illa deseruientibus, habito respectu ad numerum illorum, & quod possint hospitalitatem seruare, iura Episcopalia, & procurationes soluere, ita post alios notat Bellett. *citat.* §. 15. *num.* 14. Fulc. *de visit. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 12.

21 Tertiò dos Ecclesiæ simplicis, si in erectione talis Ecclesiæ obligatur eius Rector ad residentiam præcisam, & continuam, debet esse sufficiens pro sustentanda vita Rectoris in loco beneficij, habita ratione ad qualitatem loci, & si ibidem res vilius, vel carius valeant, notat Ioan. de Anan. *in cap. de Monachis sub num.* 4. *de præb.* & sequitur Lotter. *de re benef. loc. cit. num.* 14.

22 Pro Ecclesia verò simplici, in qua non obligatur Rector ad præcisam, & continuam residentiam, dicunt aliqui, quod dos debeat esse congrua ad sustentationem solius Rectoris, & Clerici, & pro satisfaciendis oneribus visitationis, & iurium Episcopalium, ita ex *cap. conquerente de off. ordin. & tot. titul. de censib.* notat Bellett. *cit. loc. num.* 11. Alij verò tenent, in assignanda hac dote habendam esse rationem onerum appositorum in fundatione, itavt ipsa dos non sit minus viginti aureorum quolibet anno, & infra hanc qualitatem dotem esse omninò insufficientem, & incongruam, ita Abb. *in cap. conquerente ex eo text. in primo notab. de Cler. non resid.* quem sequitur Lotter. *cit. quæst.* 31. *num.* 15.

23 Dos assignanda nouæ Ecclesiæ Regularium ædificandæ, debet esse tanta, quod ministri sustentati possint arbitrio Episcopi, *Auth. vt nullus fabr. orat. Dom.* §. 1. *cap. vlt. cum ibi notatis de Eccles. ædif.* Sed hodie ex Decreto Sacræ Congregat. Concil. iussu Vrbani VIII. edito, de quo apud Nouar. *summa Bull. titul. de celebrat. Missar.* & Vulp. *in prax. cap.* 42. *num.* 20. & alterum Nouar. *Lucer. Regul. verbo Monasteria num.* 10. congrua non est dos pro noua Ecclesia, & monasterio erigendo, nisi inibi ali, & sustentari possint ex redditibus, & consuetis eleemosynis, saltem duodecim Fratres, aut Monachi, seu Religiosi.

24 Obseruandum est in hac materia dotis Ecclesiæ, illam peti pro sustentatione pauperum Clericorum, vnde in ea quærenda non est conseruatio splendoris alicuius, vel dignitatis, sicut solet esse in dote sæculari; sed tantum simplex sustentatio paupertatis; sicut dicimus de dote danda puellæ monasterio ingressuræ, vt in paupertate pauperi Christo famuletur, iuxtà dicta per text. *in cap. nimis parua de excess. Prælat.* quæ non debet esse tanta, sicut fuit illa data sorori, quæ matrimonio carnali tradita est, Ludou. *decis.* 63. *num.* 21. *per tot.* Lotter. *cit. cap.* 31. *nu.* 11. *& seqq.*

Dotem autem constituendam in manso, vt dictum est 25
supra ex *cap.* 1. *de censib.* explica, idest ex certo corpore rei stabilis fructifere, vt notant DD. *in eod. text.* ex quibus obseruare debent Ordinarij, non esse recipiendam dotem, si fundator se obligat correspondere Ecclesiæ, & eius ministro tot annuos ducatos, vel alio modo, sine certo corpore fructifero, & libero, vt in *cit. cap.* 1. nam hoc esset dotem assignare per modum stipendij, quod Episcopus permittere non debet, prout docet Lotter. *cit. quæst.* 31. *num.* 60. *qui num.* 36. explicat libertatem prædictam, idest quod dotans non possit in dote constituere tributum soluendum, nec etiam ipsi dotanti.

Adeo leges fouent libertati huius dotis, vt statim ac 26
fundus assignetur pro dote Ecclesiæ, fiat liber ab omnibus vectigalibus, & similibus oneribus, quæ imponuntur à Principe laico ratione iurisdictionis, cùm hæc onera ad Ecclesiam non transeant, probatur per text. *in cap. secundum Canonicam, & seq.* 23. *quæst.* 8. latè tradunt Io: Guttier. *tract. de gabell. quæst.* 92. *num.* 62. *& seqq.* Suar. *de defend. fid. Cathol. lib.* 4. *cap.* 20. *num.* 5. *& seqq.* & hæc immunitas ab exactionibus sæcularium, non solùm iure humano, sed etiam diuino est, vt habetur in *cap. quamquam de censib.* & habet effectum ipso iure; nam mutata persona, mutatur conditio rei, Bartol. *consil.* 180. *part.* 1. Bald. *in l. placet C. de sacros. Eccles. & consil.* 280. *vol.* 2. Matt. *de iurisd. part.* 4. *centur.* 1. *cas.* 11. *num.* 28. *& seqq.* An verò possit dotans legem, & conditionem imponere quod Ecclesia de dote ei data teneatur soluere prædicta onera sæcularia, vide Anchar. *consil.* 217. *n.* 3. Sigismund. Loffr. *consil.* 3. *num.* 23.

Onera verò, & subiectio, quæ procedit à dominio, vt 27
quia fundus est emphyteuticus, & domino directo canon debetur, transit ad Ecclesiam cum fundo assignato in dotem, nec ius domini directi in aliquo præiudicari potest, & ad assignationem requiritur consensus domini, Suarez *cit. loc. num.* 5. *& seqq.* Lambert. *de iurepatron. lib.* 1. *part.* 1. *quæst.* 5. *art.* 4. *sub num.* 3. *vers. si verò.*

Quod si dos Ecclesiæ assignata fuerit euicta, certum 28
est, dotantem teneri de euictione, probant Paul. de Citadin. *in tract. de iurepatr.* 3. *part.* 17. *quæst. secunda causa*, Lambert. *eod. tract. in* 8. *art.* 5. *quæst. princip.* 1. *part.* 1. *lib. num.* 9. & Genuens. *practicab. Eccles. quæst.* 343. *per totam*, vbi docet, quod bona dotantis sunt tacitè hypothecata pro euictione, & an Ecclesia exigat pœnam dupli pro euictione, quod omninò procedit in Ecclesia Parochiali dotata ab Vniuersitate, quæ potest omninò compelli ad redotandum, quocunque modo Ecclesia fuerit depauperata, vt probat Lotter. *de re benef. lib.* 1. *quæst.* 31. *num.* 16. *& seq. vbi num.* 19. dicit, si fuerit dotata per priuatum, teneri eundem quidem redotare, sed liberari cedendo iuri suo; hæc enim procedunt in Ecclesia Parochiali, & in qua dotans reseruauit sibi iuspatronatus, sed in simplici Ecclesia, & in qua dotans nullum sibi reseruauit iuspatronatus, si dos casu pereat, periculum dotis amissæ non pertinet ad dotantem, sed ad beneficium dotatum, vt post Rot. *decis.* 230. *sub num.* 5. *part.* 1. *diuers. & decis.* 56. *num.* 6. *part.* 2. tenet Bellett. *disq. Cler. part.* 1. *tit. de Cler. debit.* §. 15. *num. vltimo.*

Diximus supra, si de facto fuerit constructa Ecclesia 29
sine dote, posse Episcopum constructorem compellere ad dotandum; Hìc quæro, si constructor sit renitens Ecclesiam prædictam dotare, sed illam eligit demoliri, an id possit, vel an illa possit dirui ab ipso Episcopo.

Respondetur, non solùm in hoc casu, sed in omni alio, & etiam si Ecclesia esset ædificata sine Episcopi licentia, & consensu; non posse à construente dirui contradicente Episcopo, quia quod semel Deo dicatum est, ad humanos vsus amplius reuerti non debet, *cap. semel de regul. iur. in* 6. & in simili dicitur, quod si ædificata sit Ecclesia in fundo alieno inuito domino fundi, ipse dominus non potest propria auctoritate illam destruere, glos. *in cap. Apost.* 12. *quæst.* 2. probat etiam Genuens. *practicab. Eccles. quæst.* 344. *num.* 2. *& sequentib.* qui dicit, id notandum, quia solet occurrere, vt quis ædificet Ecclesiam, vel domum pro Religiosis, & postea decedit, quia non potest per hæredem

occupari, vel diminui; Episcopum verò talem Ecclesiam ad libitum reuocare posse, probatur per *text. in cap. cum olim §. insuper de priuil. cap. placuit 1. quæst. 2. §. si quis autem il 2. in Auth. de Eccles. tit.* Et tenet Paul. de Cittadin. *tract. de iurepatron. 3. part. col. 1. vers. 1. quæro*, & sequitur Genuens. *loc. cit. num. 1.*

30 Ex suprapoſita regula, nempè quod semel Deo dicatum non debeat amplius ad humanos vsus conuerti, deciditur alius casus, dotem semel Ecclesiæ datam non posse amplius ad dotantem reuerti; Imò si dotans in dotatione apponeret pactum, quod corruente Ecclesia dos ad ipsum reuertatur, pactum non valeret, etiamsi Episcopi consensus accederet, Anchar. *consil. 107. num. 2.* Rot. *diuers. p. 1. decis. 695. num. 1. & per totam*, Lambert. *de iurepatron. p. 1. lib. 1. quæst. 5. art. 8. & quæst. 6. art. 4. num. 11. & 12. & art. 9. quæst. 1. num. 103.* Bellett. *disq. Cler. 1. part. titul. de Cler. debitore §. 15. num. 16.*

31 Valet dotis constitutio facta Ecclesiæ à minore, vel muliere, etiam sine decreto iudicis, quia minor in spiritualibus, & dependentibus ab eis habetur pro maiore, *cap. si annum de iud. in 6.* probat hanc opinionem post Lambert. & alios Genuens. *practic. Eccles. quæst. 335. per totam.*

32 Obserua, quod si testator legauerit, Ecclesiam esse construendam, vel dotandam constructam, licèt possit testamentum reuocare, cùm ambulatoria sit voluntas testatoris, *l. 4. ff. de admend. leg.* tamen non potest reuocare legatum prædictum fauore dotis, imò sicut pater tenetur filiam dotare in vita, *l. qui liberos ff. de rit. nuptiar.* ita testator prædictus potest cogi, etiam io vita dotare Ecclesiam prædictam, ita Lambert. *de iurepatr. art. 8. 5. quæst. princip. 1. part. 1. lib. num. 45.* & sequitur Genuens. *practicab. Eccles. quæst. 336. per totam.*

33 Vlterius, si testator legauerit certum fundum pro dote Ecclesiæ, si deinde fundum alienauerit, etiamsi testator in eadem ratione posuerit legatum, & rem, ex qua voluerit solui legatum, nunquam legatum extinguitur per alienationem rei illius, quod procedit in omni legato facto Ecclesiæ; Et ratio est, quia non censetur voluisse, quod præcisè extra illam rem legatum non soluatur, sed tantùm, quod sit pro legato obligata, glos. *in l. Gaius ff. de annuis legat. & in l. Lucius ff. de admend. leg. & in l. fin. ff. de contrahen. empt.* quas glossas tanquam singulares notat Ludou. Rom. *in singul. 430.* sequitur Euerard. *in loco de alimentis ad piam causam.*

34 Quæro, ao si dotans Ecclesiam apposuerit in dotando onera excessiua missarum, & similium, possint prædicta onera moderari, non obstante, quod fuerint acceptata per Ecclesiam, & eius Rectorem, vt quia non ausus est contradicere ob timorem alicuius potentis, vel ne dotans retraheretur à dotando.

Respondetur affirmatiuè, posse onere excessiua moderari, nam pactum in dotatione Ecclesiæ appositum, propter quod conditio Ecclesiæ fit deterior oon valet, probat ex *cap. præterea el 2. de iurepatron. & auth. sicut alienatio C. de sacros. Eccl.* Genuens. *practicab. Eccles. q. 341. per totam*, pro moderatione autem, seu reductione missarum adeunda est Sedes Apostolica, refert Barbos. *Apostolicarum decis. verbo missar. reductio n. 5.* decisum in Sac. Congreg. Conc. 21. Iulij 1625. & probatur à simili, quia mulier paciscendo de dote restituenda, non potest conditionem suam facere deteriorem, & sibi præiudicare, *l. de die, & l. Attilia ff. de pactis dotal.* vbi Bar.

35 Supradicta procedunt, quando onera sunt excessiua, sed si moderata sint habito respectu ad quantitatem dotis, noo debent minorari; imò si dotans conditionem apposuerit, quod Ecclesia singulis annis anniuersarium pro anima dotantis, celebret, & si semel defecerit transeat ad aliam Ecclesiam, deficiente Ecclesia à celebratione prædicta, locum habet conditio, itavt nec ipsa Ecclesia deficiens à celebratione possit restitui in iotegrum aduersus voluntatem dotantis in præiudicium Ecclesiæ substitutæ, cùm permissum sit apud Canones, posse quem donare, vel legare cum pacto resolutiuo, qnod conditione, vel modo non seruato, res redeat ad dotantem, vel in alium transferatur, *cap. verum de cond. apposit.* vbi DD. omnes, quod si concederetur restitutio, non resoloeretur donatio; probat ex multis Genuens. *practicab. Eccles. quæst. 345. n. 3. & seqq.* Sed supradicta admitterem, quando quis dotaret Ecclesiam ab alio constructam, sed si dotaret Ecclesiam à seipso constructam, non posset apponere pactum prædictum, nisi in eo quod excedit dotem; quia facto casu, in quo Ecclesia dotata ob non seruatum pactum amittit dotem, remanet indotata, & consequenter fundator tenetur illam redotare, & ad id potest cogi, vt dictum est supra, quando dos data fuit euicta, vel alias deperdita, nec potest dici Ecclesiam in hoc casu culpa sua cadere à iure suo, quia in hoc non culpat ipsa Ecclesia, sed ministri; ideò ad tollendam quæstionem non debet Ordinarius admittere dotationem cum hoc pacto.

Dubium est, an bona subiecta fideicommisso, & restitu- 36
tioni possint assignari in dotem Ecclesiæ, sicut possunt alienari ex causa dotis, vel in supplementum dotis sæcularis, iuxtà *text. in auth. res quæ C. communia de legat.* & dubium desumitur ex opinione Bart. *in l. si locus ff. de relig. & sumptib. fun.* qui tenet non posse construi Ecclesiam, vel alium Religiosum locum super fundo subiecto restitutioni, & ex opinione Paul. de Cittadin. *tract. de iurepatron. in 3. p. in 12. q. secunda causa*, vbi dicit, quod dotans Ecclesiam insufficienter possit supplere dotem prædictam cum bonis subiectis fideicommisso. Hæ duo opiniones habent apparentiam contradictionis, sed attentè considetatæ vtraque est vera, nec pugnant; imò dubium resoluunt; Prima enim opinio Bart. procedit in fundatione Ecclesiæ, idest in assignatione fundi, quo tempore cum Ecclesia non sit in esse deducta, nec sit eius fundatio necessaria, meritò non debet fundari super fundo subiecto fideicommisso; Secunda verò opinio Paul. de Cittadin. procedit in dote Ecclesiæ constructæ, & sic in esse deductæ, quæ dos, vel eius supplementum ex necessitate datur, cùm possit compelli constructor Ecclesiæ ad dotandum, vt diximus supra, ex qna necessitate, ne Ecclesia remaneat indotata, dicendum est, posse dari in dotem, vel supplementum dotis Ecclesiæ bona prædicta, cùm id permittatur fieri pro dotanda muliere, cuius dotis priuilegia non sunt fauorabiliora, quàm priuilegia dotis Ecclesiæ; valet enim augumentum à dote mulieris ad dotem Ecclesiæ, vt per Bart. *loc. inf. cit.* hanc conciliationem maximè extollunt Lambert. *de iurepatr. 8. art. 5. quæst. princip. 1. p. 2. lib. num. 23.* & Genuens. *practicab. Eccles. q. 334.* qui vlterius dicunt contra Bart. posse etiam fuodari Ecclesiam in fundo subiecto fideicommisso, ea ratione, quia hæres super fundo subiecto fideicommisso habet partem, ei debitam ex causa quartæ trebellianicæ, & sic fundus est communis hæredis, & fideicommissarij, & ædificando quis Ecclesiam in fundo communi, tenetur socius recipere pretium, non fundum fauore Ecclesiæ per opinionem Bald. *in l. 2. §. fin. ad illum text. C. de commun. ser. manumiss.*

Solemnis est quæstio inter DD. & difficillima, an bona 37
prohibita alienari perpetuò, possint post quartum gradum alienari, in qua videndi sunt insudantes, Couar. *lib. 3. variar. resol. cap. 5. num. 4.* Mantic. *de coniect. lib. 8. titul. 2. num. 21.* & alij; sed quidquid sit de hac quæstione inter Iuristas, inter quos illa videtur magis communis opinio, quod prohibitio alienationis, vt bona perpetuò remaneant in familia non extenditur vltra quartum gradum, nisi testator dixerit, quod velit bona ad suos desceneentes perpetuò pertenire, quia tunc descendentes vltra quartum gradum, & in infioitum censentur grauati, ita Iacob. de Beluis. Bart. & Angel. *in Auth. de restit. fideicommiss. §. nos igitur*, Grat. *consil. 133. lib. 2.* Paris. *consil. 37. & 88. vol. 2.* In casu nostro dicendum est absque dubio, bona prædicta posse dari in dotem Ecclesiæ, vel alio titulo ad illius fauorem disponere post quartum gradum, ex regula illa, quod in dubijs semper tenenda est ea opinio, quæ est Ecclesiæ fauorabilis, iuxtà *l. sunt personæ ff. de relig. & sumpt. fun.* Anchar. *consil. 46.* Imol. *in cap. in præsentia de probat.* Tiraq. *de priuil. piæ caus. priuil. 148.*

Notatum est, assignandam esse congruam dotem Eccle- 38
siæ, itavt si dos minus sufficiens sit possit compelli dotans, ad supplementum. Hic aduerte, quod in dubio quando dos fuit assigoata cum expresso consensu Episcopi præsumitur congrua, & sufficiens, ita Lambert. *de iurepatronat. lib. 1. p. 1. q. 5. art. 11.* Lotter. *de re benef. lib. 1. q. 32. n. 7. & 8.* Rot. *decis. 521. num. 1. part. 2. in recent.*

Item notatum est, posse dotantem Ecclesiam impone- 39
re eidem Ecclesiæ in dotando onera moderata, secus ex-

cessiua, idque intelligendum est, posse id dotantem in ipso actu constitutionis dotis, & fundationis Ecclesiæ, nam postquam fundata est Ecclesia, & assignata dos non possunt onera, & leges apponi, nec etiam de consensu Episcopi; sicut non possunt onera, & leges appositæ in fundatione alterari post fundationem, & dotationem, gl. *in cap. cum dilectus verbo constitutum in fin.* & ibi Abb. *n.5.* & Imol. *num.22. de consuet.* Rot. *decis.561. num. 2. part.2. in recent.* Quod idem dicimus de dote mulieris, quæ non potest qualificari, eius actu perfecto, & absoluto, *l. ex morte §. vltimo*, & ibi glos. *in verbo oblationis C. de pact. conuent.* probatur communi axiomate Canonistarum, Ecclesiam semel constitutam in libertate non posse in seruitutem redigi; imò si in seruitute sit, fore in libertatem quantum ius patitur reducendam, Bald. *in cap. significauit n. 1. de testib.* Fel. *in tract. quando lit. Apost. noceant Patron. col.2. vers. corrobari*.

40 Vlterius nec in ipsa dotatione, vel fundatione potest dotans, vel fundans Ecclesiam, quamlibet legem apponere, & proinde non potest apponere leges, quæ vel naturæ impossibiles sunt, vel turpes, vel contra iuris prohibitionem, vel quæ adeo difficiles sunt, vt impossibilibus æquiparentur, de quibus latè Lotter. *de re benef. lib.1. q.32. per totam*.

OBSERVATIONES
D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia nequeunt construi sine licentia Episcopi.*
2 *Incipiens construere Ecclesiam cogitur perficere, & dotare.*
3 *Solus actus facti, scilicet initiationis sine consensu Episcopi an sufficiat.*
4 *Distinctiones diuersa.*
5 *Parochi quando impedire valeant nouam constructionem. Et quid de seminario, vel ampliatione Ecclesiæ.*
6 *Conuentus quando benedicatur completus.*
7 *Donat si quis Cappella à se viuente construenda, an euanescat donatio non ædificata Cappella?*
8 *Vniri an possint beneficia seminario erigendo?*
9 *Ob inopiam donatoris an reuocetur donatio?*
10 *Locus in quo fundanda est Ecclesia an debeat esse liber.*

1 NEdum per ius Ciuile *in §. si quis autem voluerit Auth. de Eccles. tit.* quam de iure Canonico *toto tit. de Eccles. ædific.* prohibitum est Ecclesias sine licentia, & auctoritate Episcopi construi, vel alterius Ecclesiastici superioris, ad quem eo in loco pertinet. Et consequenter ille, qui Ecclesiam construit absque hac licentia malè agit. Vnde propterea iustum, ac rationabile est, quod subiaceat constructor obligationi dotandi.

2 Incipiens enim construere Ecclesiam, vel aliud pium opus cogi poterit etiam inuitus illud perficere tam in materiali perfectione fabricæ, quàm etiam in formali consistentiæ in dotatione, & prouisione suppellectibus, iuxtà Abb. *cons.89. part.2.* Lambert. *de iurepatron. part. 1. lib. 2. q.4. art.2. & 3.* Viuian. *eod. tract. lib. 2. part. 1. cap. 3. n. 3.*

Ponderando præsertim auctoritatem Abb. vbi firmat, vt id procedat quamuis opus construi cœptum sit sine licentia Episcopi, vel alterius Superioris, ad quem pertinet, quoniam id inductum est fauore Ecclesiæ, & Episcopi, si enim Episcopus huic iuri cedit, se habet pro consentiente, non potest hic defectus consensus per constructorem allegari, ex regula quod ratihabitio habetur pro mandato.

Verius dic doctrinam Abb. *cons.89.* percutere casum iam sequutæ perfectæ constructionis Ecclesiæ, quæ ad suum esse iam redacta sit. Vnde propterea Abbas concludit, quod constructor ad eius dotationem quoque tenetur, & cogi potest, & sequuntur alij, vt Genuens. *in prax. cap.19. num.13.* Ventrigl. quem refert, & sequitur de Luca *in Miscell. Eccles. discurs.30. num.14.*

Rationem assignat Abb. quod scilicet Ecclesia per aliquem constructa loco filiæ habenda veniat, ideoque sicut pater filiam carnalem dotare teneatur, ita ad dotandam hanc filiam spiritualem compellendus sit fundator, qui loco patris habendus est.

Retento enim præsupposito, quod ædificium iam redactum sit ad esse Ecclesiæ cum diuino cultu ibi introducto, intrat interesse eiusdem cultus, ac religionis, vt remaneat congruè prouisa, ne idem cultus deseratur, vel ille malè agatur, ideòque adest interesse Ecclesiæ, & religionis in vniuersum.

Constructio simplicis Ecclesiæ est actus merè lucratiuus Ecclesiæ vniuersalis, ac Episcopi illius Diœcesis ob augmentum cultus diuini, ideòque ad instar donationis factæ absenti ex simplici scientia resultat præsumptio acceptationis, & consensus Episcopi, & ex visitatione Diœcesis, & deputatione Vicariorum foraneorum præsumitur scientia, præsertim cùm huiusmodi constructiones præsupponant publicitatem.

Solus actus facti scilicet initiando fabricam sine consensu Episcopi an inducat obligationem perficiendi constructionem? Paulus de Cittadin. *de iurepatr. part. 3. num. 6.* asserit neminem inuenisse descendentem ad hanc quæstionem *Text. in §. si quis autem voluerit Auth. de Ecclesiastic. tit.* ad litteram loquitur de illo constructionis initio, qui sequatur cum consensu Episcopi, retento enim hoc præsupposito iustè, & rationabiliter hæc obligatio perficiendi resultat, quoniam ita inter Episcopum consentientem, & alterum obtinentem consensum, resultat quidam implicitus contractus hinc inde obligatorius. Propterea sicut Episcopus non posset impedire perfectionem operis cœpti, ita è conuersa ille, qui incœpit cogi potest ad perficiendum, siue ad patiendum caducitatem, vt ille locus alteri concedi valeat, qui perficiat, & ornet, vt praxis docet, vt priuetur iure suo qui incœpit, & situs concedatur alteri absque refectione expensarum. 3

Si fabrica initiata sit in loco sacro, vt contingit in constructionibus Cappellarum in Ecclesijs, quod ædificium inchoari non solet absque aliquibus Ecclesiasticis cæremonijs, & tunc intrare videtur obligatio perficiendi. 4

Aut agatur de fabrica merè indifferenti in loco merè prophano ad libitum applicabili cuiuscumque prophano vsui, & videtur cessare obligatio, vt Marant. *respons. 88. p. 3. n.58. & seq.* agendo de initiatione fabricæ materialis pro puellis sæcularibus ad formam Conseruatorij, & firmat id esse reuocabile, & intrare pœnitentiam, Card. de Luca *in Miscell. Eccles. discurs.30. num.26.*

Vbi agitur de Monasterio Monialium, dum solus consensus Episcopi non sufficit, sed requiritur consensus Apostolicus cum alijs requisitis, si quis initiauerit opus ad finem Monasterij, actus videtur imperfectus, & pœnitentiam admittere, & videndus de Luca *vbi sup. num.25.*

Parochi eiusdem Terræ, & Ciuitatis consensus requiritur in constructione noui Conuentus intra fines alicuius Parochiæ ob timorem futuri præiudicij ratione oblationum, aliarumque obuentionum sibi debitarum ad notata *in cap. dilectus il 2. de cappell. Monach. & in cap. pastoralis de his quæ fiunt à prælat. sine consens. Capit.* & hoc solus defectus sufficit pro inualiditate fundationis, Rota *decis. 309. part. 12. recent.* 5

Parochus habet ius se opponendi quando sibi resultaret præiudicium ex nouorum Conuentuum, seu domorum Regularium fundationibus. Aliter si agatur de refectione, seu de ampliatione, iuxta Mantic. *decis. 131.*

Neque præiudicium resultaret respectu domorum materialium, alias per sæculares inhabitari solitarum, quas religiosi occuparent, dum populus non imminuitur in ordine ad electionem sepulturæ, & administrationem sacramentorum, seu diminutionem concursus populi ad Ecclesiam Parochialem, Dunozet. *decis.942.*

Si fiat erectio domus absque Ecclesia habente ianuam ad publicum, adeout non daretur aditus populi ad sacramenta, aliaque diuina recipienda, sed ad eligendam sepulturam, hæc erectio non venit sub prohibitione, Dunozet. *vbi sup.* in Neapolitana seminarij in casu deciso per Rotam super seminario puerorum nobilium de mandato per Marchionem Villæ, Ioannem Baptistam Mantium sub educatione, & doctrina PP. Societatis Iesu. Cùm aliquibus ex causis in dictis domibus id sequi non potuisset. Vnde propterea sequutum fuit in quadam alia domo, quam

Guber-

Gubernatores ab eodem fundatore deputati emerunt pro perpetua permanentia, & huiusmodi emptione sequuta ad aliquam structuram diuersam seminario magis adaptatam, ea reduceretur. Hinc cùm se opposuissent plures Religiosi præsertim ibi magis adiacentes Conuentus S. Dominici, & Domus S. Pauli, quibus etiam adhærebat Archiepiscopus, à cuius prouisione introducta per appellationem causa in Rota coram Dunozetto dato dubio super attentatis, cum rescriptum fuisset, vt videretur de bono iure idcircò sub die 12. Maij 1656. ad fauorem seminarij prodijt resolutio. Dum non agebatur de fundatione Ecclesiæ, in qua regulares concionari, vel Sacramenta ministrare, siue diuina celebrare deberent, sed agebatur de domo pro scholaribus sæcularibus ad solam educationem, & doctrinam ad quem effectum ibi viuebant aliqui religiosi tanquam educatores, & magistri, & non tanquam religiosi in propria domo regulari, cùm domus illa non habitura esset Ecclesiam cum publica ianua in via pro inuitando populo ad diuina recipiendas, & introducendas æmulationes spirituales. Et deducebatur practicum exemplum Vrbis insignis seminarij, sub educatione, & doctrina eorumdem PP. Societatis Iesu, prope Conuentum Prædicatorum, supra Mineruam. Card. de Luca *de regular. discurs.* 33. *per tot.*

Quia Presbyteri Oratorij S. Philippi Nerij, ac etiam alia Domus Theatinorum sub inuocatione SS. Apostolorum sub Vrbano VIII. habuerunt speciale indultum, vt intra certum spatium, neque puerorum sæcularium seminaria sub regularium educatione fundari possent ipsis inuitis. Hinc occasione horum indultorum specialem actum fuit, an exinde inferri posset ad Pontificiam declarationem? Arguebatur per negatiua, vt quod concessum fuerat per gratiam specialem, non esse trahendum ad legem generalem *l. 2. C. de legib.*

6 Conuentus est benè completus dici possit, debent esse constructæ cellæ pro habitatione religiosorum in numero necessario ad formam Apostolicarum Constitutionum, requiruntur Ecclesia, sacristia, earumdemque congrua prouisio, quæ religioni, ac loci qualitati proportionato sit de sacra supellettili, alijsque ornamentis, nec non Conuentus perfectio tam circa clausuram, & claustrorum symetricam perfectionem, quàm circa constructionem alicuius maioris numeri cellarum pro hospitatione religiosorum, ac superiorum maiorum religionis occasione visitationis. Quinimo Prælatorum sæcularium occasione transitus, cum his religionibus ex mendicitate viuentibus expediat cùm his officiosis hospitationibus deuotorum captare beneuolentiam, ac conseruare, ac etiam circa congruam prouisionem adiacentis viridarij cum recinctu murorum pro custodienda clausura, & cum alijs officinis pro loci qualitate necessarij, Card. de Luca *de regular. discurs.* 34. *num.* 12.

7 Contigit mihi nuper controuerti in contingentia donationis ducatorum tercentum capellæ construendæ pro eundem donatorem ante mortem iuxta suam domum, an valeret, dum ob superuenientem impotentiam non fuit constructa.

Super articulo, an valeat dotatio facta Monasterio construendo? Quamuis Abb. *in cap.* 3. *de testam. num.* 2. affirmet motus ex dispositione *text. in cap. Abbate sanè de prabend. in* 6. eumque aliqui sequantur. Attamen contrarium volunt Berous *cons.* 21. *num.* 8. *&* 9. *lib.* 2. Gonzal. *ad reg.* 8. §. 7. *glos.* 5. *num.* 100. *& seqq.* Gratian. *discept.* 359. *num.* 34. *cum seqq.* Garz. *de benefic. part.* 5. *cap.* 9. *num.* 49. *&* 50. & hanc opinionem veriorem, & magis communem appellat Card. de Luca *de regular. discurs.* 35. *num.* 10.

8 Comprobatur à simili de vnionibus beneficiorum, quæ ad præscriptum Concilij Tridentini per ordinarios fieri possunt ad fauorem seminarij, & non valeant factæ seminario adhuc non erecto, Caualer. *decis.* 372. Rota *decis.* 373. *part.* 4. *recent. tom.* 2. vbi latè Addent. Card. de Luca *in annot. ad S. C. Trid. discurs.* 25. *num.* 15.

9 Ob superuenientem inopiam videtur deobligatus donator, dum ob magnum æs alienum contractum ex necessitate æris alieni domum vendidit, vix remanente congrua pro alimentis, & donans nequit cogi nisi deductis alimentis, glos. *in l. fin. C. de reuoc. donat.* & de vtroque articulo scripsi *in obseru.* 698. *& seq.* ad Præs. de Franch. & in Grat. *num.* 358. *vbi fusius*.

Clerus Cathedralis Ecclesiæ præcedere debet omnibus Rectoribus, & Clero Parochialium Ecclesiarum etiam in proprijs Ecclesijs Curatorum. Nam post Canonicos sedere debet Rector Parochialis in sua propria Ecclesia. Exinde post Cathedralem debet præcedere Ecclesia Collegiata omnibus alijs Ecclesijs simplicibus, vel quæ tantum Parochiales sunt, etiamsi antequam erigeretur in Collegiatam illis cederet. Imò Ecclesia Collegiata insignis præcedit alijs non insignibus, quamuis fuerint prius erectæ, & etiamsi erectio fuisset facta sine præiudicio alterius, vt pluries declarasse S. Congregationem Rituum refert Nouar. *in summ. Bull. tit. de praced. in process. à n.* 22.

Locus, in quo Ecclesia fundatur, siue mansus debet esse 10
liber, vt est text. *in cap.* 1. *de censib.* Intelligendus, vt debeat esse liber ab omni tributo, quod soluitur laicis in recognitionem iurisdictionis temporalis. Secus de oneribus certis, & rebus ipsis infixis, quia illa transeunt cum bonis, Rota *decis.* 339. *num.* 13. *part.* 6. *recent.* & maximè quod soluitur alij Ecclesiæ, vt glos. *in d. cap.* 1. Rota *decis.* 294. *num.* 1. *part.* 4. *recent.* vbi quod locus super quo Ecclesia ædificatur potest esse emphyteuticus, & canones debentur, sed quod solummodo non intrat deuolutio Rotæ decisio transcripta penes Reg. de Marin. *lib.* 1. *resol.* 235. & penes Nouar. *in summ. Bull. tit. de quindenn. solut. n.* 14.

S V M M A R I V M.

1 *Consecratio Ecclesia habuit originem à S. Siluestre.*
2 *Consecratio Ecclesia non est necessaria, vnde Basilica S. Petri, & Cathedralis Neapolitana post multa sacula sunt consecrata.*
3 *Consecratio perficienda iuxta formam Pontificalis quantum fieri potest.*
4 *Consecratio Ecclesia an de necessitate reliquias exigat.*
5 *Consecranda non est Ecclesia indotata, vnde dos exigi potest ab eo, qui consecrationem petit.*
6 *Consecratio Ecclesia pertinet ad Episcopum loci Ordinarium.*
7 *Consecratio Ecclesia per simplicem Sacerdotem perfici nequit sine Papal. licentia.*
8 *Consecratio de conuenientia fit in die festiuo, & anniuersarium proprie die est celebrandum.*
9 *Consecrationis tempore, & non alio potest anniuersarij festum in alium diem transferri.*
10 *Consecranda iterum non est Ecclesia semel consecrata, etsi Ritu graco prius fuerit consecrata, dummodo fidem Trinitatis habuerit, qui illam consecrauit.*
11 *Consecranda iterum est Ecclesia, si execretur exustis parietibus, vel diruptis pro maiori parte, non sic si tectum solum.*
12 *Consecranda an iterum sit Ecclesia paulatim immutata in totum à priori forma.*
13 *Consecratio Ecclesia si nullo modo probari possit non excludit aliam consecrationem.*
14 *Consecratio qualiter probetur.*
15 *Consecranda iterum est Ecclesia, si dubitatur, an Episcopus fuerit consecratus.*
16 *Consecratione non finita per mortem Episcopi consecrantis, quando in totam reconsecranda sit, & quando non Ecclesia.*
17 *Consecrationis causa nihil recipere potest Episcopus, extra Ciuitatē tamen aliquid pro prandio, & equitatura.*
18 *Consecrata an sit Ecclesia, & non polluta, si per Episcopum excommunicatum consecretur.*
19 *Consecranda an iterum sit Ecclesia, & reconciliada, si consecrata sit ab haretico, vel schismatico.*
20 *Consecranda non est Ecclesia, vbi corpora mortuorum sunt sub Altari maiori, vel in loco confessionis.*
21 *Consecrata Ecclesia dicitur polluta in sex casibus.*
22 *Consecrata Ecclesia polluta dicitur per voluntariam seminis, & iniuriosam sanguinis effusionem, quod explica num. 23.*
24 *Consecrata Ecclesia polluta dicitur, si in ea sepeliatur excommunicatus.*

25 *Confecrata Ecclefia fi polluatur, non nifi ab Epifcopo ordinario loci reconcilianda eft, vel alio de eius licentia.*

26 *Confecrata Ecclefia reconciliari poteft per Abbates, vel fuperiores regulares, fed requiritur aqua benedicta ab Epifcopo, nifi ille per duas dietas abfit.*

27 *Confecrata Ecclefia in cafu execrationis reconciliatur fimplici verbo à Papa, ab Epifcopo fecundum formam Pontificalis.*

28 *Confecrata in Ecclefia fi celebretur bona fide ante publicationem pollutionis, an reconciliata cenfeatur.*

29 *Polluto in cæmeterio non funt fepelienda corpora, non tamen exhumanda poft factum, nifi fint excommunicati, vel interdicti.*

30 *Ecclefia benedictio Sacerdoti in dignitate Ecclefiaftica conftituto committi poteft, & reconciliatio eiufdem num. 31.*

32 *Benedicere Ecclefiam Abbates, & Prælati Regulares poffunt.*

33 *Confecrata Ecclefia diu fpurcata, & aperta reconcilianda eft.*

ANNOTATIO XVII.

§. II.

1 DIcit hìc *text. cap. nemo*, quod poftquam Epifcopus defignauit locum, & recepit dotem, ædificetur Ecclefia, qua ædificata, confecretur, & poftea atrium aqua benedicta afpergatur, ita explicat glof. *in figuratione cafus in fin.* & cùm dictum fit §. *præcedenti* de conftructione, & dotatione Ecclefiæ, notanda funt aliqua hìc in vltima parte text. de confectatione illius; Confecratio enim folemnis originem habuit à Syluestro Papa primo, vt fancta Mater Ecclefia teftatur in officio Dedicationis Ecclefiæ Saluatoris 9. Nouembris lect. 4.

2 Hæc autem confecratio Ecclefiæ non eft fimpliciter neceffaria, prout probat de iure Barbof. *de iure Ecclef. lib. 2. cap. 2. num. 28.* & teftatur experientia; nam Romæ Bafilica Principis Apoftolorum, quæ dignitate, & mole omnes alias fuperat Ecclefias non fuit confecrata, nifi in anno 1626. 14. Kalend. Decembris ab Vrbano VIII. & Ecclefia Cathedralis Neapolitana poft tot fæcula ab Eminentiffimo, & Reuerendiffimo D. Afcanio Philamarino Cardinali, & Archiepifcopo digniffimo, Nobilitatis Neapolitanæ decore, & ornamento, fupplente, quod tot prædeceffores prætermiferant folemni Ritu, & toto exultante populo confecrata fuit; & hoc vt fatisfaceret præcepto, *cap. folemnitates de confecrat. eiufdem dift. 1.* vbi difponitur, Ecclefias Cathedrales omninò confectandas effe per folemnem illam vnctionem chrifmatis, quæ fit in muris ipfius ædificij, adhibitis crucibus in locis perunctis, de qua poft alios latè agit Abb. *in cap. propofuifti nu. 7. de confecrat. Ecclef. vel Altar.*

3 Forma huius folemnis confecrationis habetur in Pontificali Romano, quam confecrans omninò feruare tenetur; Verùm fi propter fitum Ecclefiæ non poffunt feruari omnes folemnitates, & cæremoniæ poffunt omitti, quæ feruari non poffunt, dummodo quantum fieri poteft fe conformet rubricis, & regulis cæremonialis, referunt Aldan. *in compend. Canon. refol. lib. 3. titul. 9. num. 16.* & Lezan. *in fumm. quæft. Regul. tom. 3. verbo Ecclefia num. 5.* fuiffe decifum per Sacram Congregat. Rit. *in Cortonen. 17. Iulij 1604. & in Aften. 24. Septembris 1605. & 27. Septembris* 1608.

4 Inter cæteras folemnitates, quæ interueniunt in confecratione Ecclefiæ, prima eft miffa prout habetur in Pontificali, & probatur ex *cap. omnis Bafilica de confecrat. dift. 1.* & licèt fit communiter feruetur, tamen fi de facto extra Miffam confecraretur Ecclefia, valeret confecratio, fed confecrans non careret graui culpa, docet Azor. *inftit. moral. part. 2. lib. 9. cap. 4. quæft. 2.* Barbof. *de poteft. Epifcopi part. 2. alleg. 27. num. 19.* Item in confecratione apponuntur in parietibus Ecclefiæ reliquiæ, iuxtà regulas Pontificalis, & probatur ex *cap. placuit, & cap. de fabrica de confecrat. dift. 1.* in quibus terminis dicunt magis communiter DD. reliquias effe de fubftantia huius confecrationis, Leo *Thef. for. Ecclef. part. 1. cap. 5. num. 11.* Gauant. *in rubr. Miffal. part. 1. titul. 20. verf. ab Epifcopo*, & alij, contra quos infurgit Ricciul. *Lucubrat. Ecclef. lib. 1. cap. 4. vbi per plures numeros*, & in particulari *num. 11.* probat, confecrantem fine reliquijs peccare mortaliter, verum validam effe confecrationem, hanc fententiam videtur etiam fequi Barbof. *de iure Ecclef. lib. 2. cap. 2. n. 37. ad fin.*

5 Aduertat confecrans, non poffe Ecclefiam confecrare fine dotis affignatione facienda ab eo, qui eam ædificauit, vt notatum eft §. *præcedenti*, vel ab eo, qui illam confecrari petit, Lambert. *de iurepatronat. lib. 1. part. 5. quæft. 5. art. 18.* Piafec. *in prax. cap. 5. num. 2.* aliàs confecrans Ecclefiam fine dote tenetur illam dotare de proprio, Barbof. *cit. loc. lib. 2. cap. 2. fub num.* 34.

6 Hæc autem confecratio Ecclefiæ ad Epifcopum fpectat, vt *in hoc cap. nemo, vbi gl. penult.* tenet DD. communiter & Rot. *decif. 141. num. 5. part. 2. diuerf.* Lezan. *in fumm. tom. 3. verbo Ecclefia num. 2.* fed non ad omnem Epifcopum, cùm id folùm fpectet ad Epifcopum Ordinarium loci, in quo ædificata eft Ecclefia, licèt ædificans fit alterius Ordinarij fubditus, *cap. tua fraternitas de confecrat. Ecclef. vel Altar.* Barbof. *de poteft. Epifcopi 2. part. alleg. 27. num. 1.* Vnde fi Epifcopus proprijs expenfis ædificaret Ecclefiam in aliena Diœcefi, non poffet illam confecrare fine licentia Ordinarij loci, probatur ex *cap. pia mentis, & cap. feq. 16. quæft. 7. cap. 1. 16. quæft. 6.* refert Barbof. *de iure Ecclef. cit. cap. 2. num. 31. & 32. vbi num. 33.* refert priuilegium Mendicantium conceffum per Honorium IV. & Leonem X. nempè fi Epifcopus Diœcefanus requifitus diftulerit Ecclefiam illorum confecrare, poffe id quemlibet alium Epifcopum, nec hoc priuilegium videtur per Trid. reuocari, Tambur. *de iure Abbat. tom. 1. difp. 23. quæft. 8. num. 3.* Nouat. *fumm. Bull. 2. part. titul. de confecr. Ecclef. regul. num. 6. & 7.*

7 Hinc communiter dicunt DD. fimplicem Sacerdotem non poffe Ecclefiam confecrare fine Papæ licentia, & commiffione, vt in *cap. aqua de confecrat. Ecclef. vel Altar.* Vgolin. *de off. & poteft. Epifcopi cap. 28. num. 1. & feqq.* Piafec. *in prax. Epifcop. part. 1. cap. 5. num. 2.* Tambur. *de iure Abbat. 1. part. difp. 23. quæfit. 7. num. 2. vbi num. feq.* dicit, nec Abbatem poffe Ecclefiam confecrare, nec Vicarium Generalem Epifcopi, teftatur Rebuff. *in praxi benefic. titul. forma Vicariat. Epifcop. & aliorum collat. num.* 170.

8 Confecratio Ecclefiæ fieri poteft quolibet die, etiam feriato, *cap. 2.* & ibi glof. *de confecrat. Ecclef. vel Altar.* Leo *Thef. for. Ecclef. part. 1. cap. 5. num. 4. verf. confecratur*, Barbof. *de iure Ecclef. lib. 2. cap. 2. num. 39.* qui alios citat, & tenet, decentius effe fieri confecrationem in die fefto. Dies verò confecrationis fingulis annis deinde eft folemniter celebrandus, qui vocatur dies dedicationis Ecclefiæ, *cap. folemnitates Ecclefiarum de confecrat. dift. 1.* & feftiuitas hæc eft celebranda eo die, quo venerit, nec ob deuotionem alteranda eft confuetudo, voluit Sacr. Congregat. Rit. *in Ariminen. 16. Octobris 1604.* penes Sell. *felect. Canon. cap. 34. num.* 100. Verùm fi hoc feftum venerit in Dominica Quadragefimæ poteft transferri in fecundam Dominicam poft Pafcha, declarauit eadem Sac. Congreg. Rit. *in Placenten. 10. Ianuarij* 1609. prout teftatur idem Sell. *cit. loc. num.* 102.

9 Feftum huiufmodi dedicationis licèt regulariter fit celebrandum fingulis annis eodem die; tamen ex iufta caufa poteft confecrator in actu confecrationis feftum prædictum transferre ad alium diem, & tempus, Sacr. Congregat. Rit. 19. Februarij 1585. ita voluiffe, teftantur Piafec. *in prax. Epifc. part. 1. cap. 5. num. 8. verf. idem*, Gauant. *in rubr. Breuiar. fect. 8. cap. 5. num. 4.* & ita feruatum fuit in dedicatione Ecclefiæ Cathedralis Neapolitanæ, facta de menfe Aprilis, & tranflatum feftum ad menfem Iulij; extra verò actum confecrationis non poteft amplius mutari feftum inconfulta Sede Apoftolica, prout tenuit eadem Sacr. Congreg. 18. Octobris 1604. ita Gauant. *cit. loc.* vbi multa inuenies ad hanc materiam.

10 Ecclefia femel confecrata non eft iterum confecranda, *cap. Ecclefijs de confecr. dift. 1. cap. propofuifti, & cap. ligneis de confecr. Ecclef. vel Altar.* Durand. *ration. diuin. officior. lib. 1. cap. 6. num. 31. & 36.* & alij communiter.

Quod

Quod ampliatur Ecclesiam consecratam Ritu Græco, quæ, si ad Romanam Ecclesiam redierit, non est iterum consecranda, si fidem S. Trinitatis tenuerit, qui prius consecrauit, ita refert Aldan. *in compend. Canon. resol. lib.3. titul.9. num.19.* determinasse Sacram Congreg. Concil. sub die 19. Decembris 1602.

11 Suprapofita regula, quod Ecclesia consecrata non sit iterum consecranda, fallit primò, quando Ecclesia est execrata; quod tunc dicitur, quando Ecclesia igne exusta est, itavt parietes deuastati sunt interius, & exterius in totum, vel in maiori parte, ita Leo *in Thes. for. Eccles. lib.1. cap.5. num.4. vers. tertiò si Ecclesia:* Item si Ecclesia tota corruit, vel diruta est, & ex toto reparata, ita Barbos. & Leo *loc. cit.* voluit Sacr. Rit. Congreg. *in Castren. 9. Octobris* 1610. apud Aldan. *compend. Canon. resol. lib. 3. titul.9. num.*18. Vnde est, quod si Ecclesiæ tectum solummodo corruat, remanentibus integris parietibus in totum, vel in maiori parte, Ecclesia non diceretur execrata, *cit. cap. ligneis*, Azor. *inst. moral. part. 1. lib. 10. cap. 26. quæsit.12.* Gambarupt. *de casib. reser. cas.6. num. 16.*

12 Dubium est in hac materia, an Ecclesia paulatim refecta, & successiuè in totum mutata, non tamen simul, sed tantum partim, dicatur execrata, & indigeat noua consecratione? Dicunt nonnulli, esse execratam, & rationem afferunt, quia cùm hæc consecratio fiat per vnctionem chrismatis in parietibus, quibus sublatis, vt fit in hoc casu, vnctiones tolluntur, & proinde Ecclesia non dicitur amplius consecrata: Alij verò defendunt, non esse execratam, nec indigere noua consecratione, quia cùm refectio sit facta paulatim, & successiuè pars addita, censetur per modum accessionis consecrata; sicut dicitur de oleo non consecrato, quod additum consecrato, fit consecratum. Nonnulli denique reconciliantes opiniones dixerunt, quod si consuetudine introductum sit, vt in hoc casu Ecclesia non consecretur denuò, militat opinio tenentium, Ecclesiam non esse execratam; secus verò, si consuetudo aliter seruauerit, ita distinguunt Vgol. *de off. & potest. Episcop. cap. 28. num. 4. vers. 3.* Barbos. *de iure Eccles. lib. 2. cap.2. num. 50. in fin.* vbi rationem affert, quia in his, quæ sunt iuris positiui, plurimum valet consuetudo.

13 Ad hoc, vt Ecclesia consecrata non possit iterum consecrari, requiritur quod consecratio possit probari, aliàs quando nullatenus constat de consecratione, potest liberè consecrari, *cap. solemnitates il 2. & cap. Ecclesiæ, vel Altaria de consecrat. dist. 1.* aduertit Barbos. *de iure Eccles. cit. cap.2. num.42.* & semper, quod consecratio non probatur, non præsumitur, prout firmat Mascard. *de prob. vol.1. conclus.415. num.1.*

14 Probatur verò Ecclesiæ consecratio per litteras in marmore descriptas secundùm opinionem Innoc. *in rubr. de consecr. Eccles. num. 1.* Mascard. *cit. loc. num. 2. & 3.* qui alios citat. Item probatur per vnicum testem idoneum, quia cùm tractetur de nullius præiudicio, & alicuius iuuamine, sufficit vnicus testis, tenet Afflict. *in constit. Regni de Apostata lib.1. rub.3. num.12.* & alij, quos refert, & sequitur Mascard. *cit. loc. num. 4. & 5.* etiamsi talis testis sit de auditu, Barbos. *cit. cap. 2. num. 44.* post Mascard. Azor. Vgolin. & alios, adductos per Farinac. *tract. de testib. quæst.63. num.26.* contra quos insurgit Mantiq. *qq. moral. 1. part. quæst.112. num.6.* afferens, in hoc casu non adhiberi fidem vnico testi, quia interuenit præiudicium Rectoris, cuius expensis consecratio facienda est. Vlterius probatur per libros antiquos, quando huiusmodi libris à maioribus nostris præstita sit fides, ita tenet per doctrinam Bartol. *in l. 1. ff. si certum petatur*, & aliorum Mascard. *cit. loc. num.6. & 7. qui num.*8. limitat, quando tales libri attestantur de aliquo auditu, quia tunc non probant.

15 Similiter est iterum consecranda Ecclesia, quando dubitatur, an Episcopus consecrans fuerit consecratus, licèt constet de solemnitatibus adhibitis in consecratione, *cap. presbyteri 68. dist.* Graff. Benedictinæ familiæ, ac meæ fidelissimæ Ciuitatis Capuæ scientiæ, ac bonitatis lumen *decis. aur. part. 1. lib. 2. cap. 15. num. 14. in fin.* Leo *Thes. for. Eccles. cit. cap.5. num.4. vers. quintò quando.*

16 Vlterius est iterum consecranda Ecclesia, & à principio incohanda consecratio ab alio Episcopo, quando Episcopus consecrans repentina morte in actu consecrationis, illa non absoluta, mortuus est, ita declarauit Sacra Congreg. Rit. die 12. Aprilis 1614. in casu relato per Barbos. *de iure Eccles. lib.2. cap.2. in fin.* vbi ita iudicauit Sacra Congregatio, quia in illa consecratione, adhuc Episcopus deficiens non peruenerat ad vnctionem duodecim Crucium per Ecclesiam, quæ fit sacro chrismate, adhibitis illis verbis Pontificalis, sanctificetur, & consecretur hoc templum in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, &c. in quo actu maximè consistit consecratio Ecclesiæ, qui si esset expletus, licèt deficeret Episcopus non absolutis subsequentibus cæremonijs, non esset iterum reconsecranda Ecclesia, saltem à principio, sed posset tantùm suppleri defectus, prout à contrario sensu Sac. Congregationis colligitur.

Nota, quod Episcopus consecrans non potest aliquid recipere pro Ecclesiæ consecratione, aliàs simoniam non effugeret, *cap. cum sit Romana de simonia, cap. statuimus el 1. quæst.1.* Potest tamen recipere prandium, & equitatus, quando Ecclesia consecranda est posita in Diœcesi, & extra Ciuitatem, Abb. *in cit. cap. cum sit Romana nu. 2.* Leo *Thes. for. Eccles. part. 1. cap.5. num.16. & seq.* Barbos. *de iure Eccles. lib.2. cap. 2. num. 38.* Quod non procedit, quando Ecclesia consecranda est pauper, quia tunc Episcopus tenetur illam consecrare proprijs sumptibus, vt tenet glos. & Abb. *in eodem cap. cum sit Romana*, & sequitur Leo *cit. loc. num.17.* 17

Quæstio est inter DD. an Ecclesia consecrata ab Episcopo excommunicato vitando, idest, vel nominatim denunciato, vel notorio Clerici percussore, secundum ritum Ecclesiæ Catholicæ in essentialibus, sit validè consecrata, itavt non dicatur polluta, nec indigeat reconciliatione. Tenent multi, esse verè consecratam, nec aliquam pollutionem incurrisse, ita Suarez *de Sacram. disp. 81. sect.4. §. quartò violatur*, quem sequitur Layman. *lib.5. tit. de Sacr. Missa cap. 5. num. 9.* Aliter tenent alij, nempè, Ecclesiam esse consecratam, sed eo ipso incurrisse pollutionem, & indigere reconciliatione, ita Ioan. And. *in cap. consuluisti de consecrat. Eccles.* & ibi Host. & Abb. *num. 5.* Nouar. *cap.27. num.258.* & hæc secunda opinio videtur magis communis, prout testatur Suarez *cit. loc.* 18

Valida est etiam consecratio Ecclesiæ facta ab Episcopo hæretico, vel schismatico, cùm non defecerunt essentialia consecrationis, scilicet si fidem Trinitatis tenuerint, & consecrauerunt chrismatis vnctione, & sanctarum Reliquiarum appositione; nec indiget reconciliatione, ita glos. *in cap. Ecclesias 21. de consecrat. dist. 1. verbo precibus, & verbo consecrare*, Suar. & Layman. *loc. cit.* Est tamen de nouo in forma Ecclesiæ Catholicæ consecranda Ecclesia, quando non fuit consecrata in forma prædicta, vt in eodem *cap. Ecclesias, & cap. Arianarum de consecrat. dist.1.* Verùm supradicta intellige vera, quando Episcopus consecrans non fuerat nominatim declaratus hæreticus, vel schismaticus, quia tunc Ecclesia consecrata eo ipso dicitur polluta; prout conciliando contrarias opiniones, testatur P. Thes. *in prax. Eccles. 2. part. verbo consecratio cap.1. in fin.* 19

Obserua, quod licèt possit consecrari Ecclesia, in qua sepulta sunt corpora mortuorum, nihilominus si prædicta corpora sepulta sunt sub Altari maiori, vel sub loco confessionis, vbi reliquiæ, & sanctorum corpora collocanda sunt, Ecclesia non debet consecrari, voluit Sacr. Congreg. Rit. *in Bertinoren. 7. Octobris* 1606. prout refert Aldan. *cit. loc. num.19.* 20

Notandum est hìc, quod Ecclesia consecrata in sex casibus dicitur polluta, & consequenter indiget reconciliatione; in duobus casibus supradictis, nempè primò, quando omnes parietes, vel maior pars deijciuntur, & renouantur. Secundò, quando Ecclesia consecratur per Episcopum publicè excommunicatum. Tertiò Ecclesia consecrata dicitur polluta, & indigere reconciliatione, quando in illa sepultus est aliquis infidelis, vel paganus, *cap. Ecclesiam 1. & 2. de consecrat. dist.1.* & in hoc casu non sufficit ordinaria reconciliatio, quæ fit in alijs casibus pollutionis, sed vltra reconciliationem parietes præfatæ Ecclesiæ erunt abradendi; & eodem modo dicitur polluta, quando in ea sepultus est filius fidelis ante Baptismum, Suarez *3. part. de Eucharistia disp. 81. sect. 4. vers. quintò violatur,* 21

violatur, Bonac. *tom. 1. tract. de Sacram. quæst. 4. punct. vltim. num.* 23. Tambur. *de iure Abbatum tom. 1. disp.* 23. *quæsit.* 11. *num.* 4. Quod procedit etiam, quando filius prædictus sepultus fuit cum matre in pariendo defunctà; quando tamen in lucem prodijt, & est pars distincta à matre, ita Bonac. *cit. loc. num.* 24.

22 Similiter, & quarto modo dicitur Ecclesia polluta, & requirit reconciliationem per voluntariam humani seminis effusionem in ea, *cap. vnico de consecr. Eccles. lib.* 6. quod procedit etiam, si semen sit emissum per coniugalem copulam, & etiam quod in terram non effundatur, fallit tamen, si semen humanum non sit, vel non voluntarium, vel in somnijs, etiamsi sic volontarium in causâ, vel parua distillatio, Bonac. *cit. loc. num.* 19. Tambur. *vbi supra num.* 2. & alij, qui explicant semen humanum, idest tam viri, quàm mulieris.

23 Item, & quinto modo dicitur Ecclesia polluta, & indiget reconciliatione per iniuriosam effusionem sanguinis humani, vel homicidium, *cap. proposuisti de consecrat. Eccles. & in cap. si motu, & cap. Ecclesijs de consecrat. dist.* 1. quod non procedit, quando homicidium, vel effusio sanguinis extra Ecclesiam contingunt, etiam si in gradibus, ante ianuam, supra tectum, & similia, Barbos. *de potest. Episcopi part.* 2. *alleg.* 27. *num.* 20. *& seqq.* vel si intra Ecclesiam, sed vulnus fuit illatum extra Ecclesiam; nec si intra Ecclesiam ossa conterantur, sine sanguinis effusione, vel morte sequuta; nec si non sit effusio sanguinis, sed parua distillatio, ità Bonacin. & Tambur. *cit. loc.* qui alios citat post glos. & DD. *in cap. vnico de consecrat. Eccles. in* 6. qui omnes dicunt pollutam Ecclesiam, quando sanguinis intra Ecclesiam effunditur, sed non in terra, sed in aliquo vase, & quando grauiter vulneratus ante effusionem statim exeat de Ecclesia: non tamen dicitur polluta Ecclesia effusione sanguinis è naribus pugno causata, Dian. 6. *part. tract.* 6. *resol.* 24.

24 Vltimo modo dicitur polluta Ecclesia, & indiget reconciliatione, quando in ea sepultus est aliquis excommunicatus, *cap. consuluisti de consecrat. Eccles.* vbi licèt loquatur de cæmeterio, in quo sepultus est excommunicatus, id tamen à maioritate rationis extenduot DD. ad Ecclesiam, Barbos. *cit. part.* 2. *alleg.* 28. *num.* 52. Tambur. *de iure Abbat. tom.* 1. *disp.* 23. *quæsit.* 11. *num.* 3. post Azor. Henriq. Suar. & alios, quos refert; prædicta intelligit tantùm de excommunicato vitando Bonac. *cit. punct. vltim. sub num.* 22.

25 Ecclesia enim consecrata prædictis modis polluta non potest reconciliari, nisi ab Episcopo, voluit Sacra Congr. Rit. *in Cameracen.* 9. *Februarij* 1608. refert Lean. *in summ. quæst. regul. verbo Ecclesia num.* 14. *in fin.* nec à quouis Episcopo, sed tantùm ab Ordinario Episcopo, vel alio de Ordinarij licentia, ita determinauit ead. Sacr. Congr. Rit. *in Aretina* 9. *Aprilis* 1633. & testatur Bonfadin. *in Thesaur. Ecclesiast. decision. resol.* 10. *num.* 42. deciditur in *cap. proposuisti, & cap. aqua de consecrat. Eccles. vel Altar.*

26 Possunt quoque Abbates, & Prælati Regulares suas Ecclesias quomodocunque violatas, siue pollutas reconciliare, aqua prius per Episcopum sacrata, & si Episcopus distauerit per duas dietas, poterunt etiam ipsi Abbates, & Prælati aquam benedicere, & hoc ex priuilegijs concessis per Leonem X. & Iulium II. de quibus testatur Tambur. *de iure Abbatum tom.* 1. *disp.* 23. *quæst.* 10. *num.* 2. 3. *&* 4. post Barbos. *de potest. Episcopi part.* 2. *alleg.* 28. *num.* 65. simplex verò Sacerdos, nec ex commissione Episcopi potest Ecclesiam consecratam pollutam reconciliare, Tambur. *loc. cit. num.* 1.

27 Episcopus in reconciliatione Ecclesiæ consecratæ debet seruare cæremonias, & formam traditam in Pontificali, seu Rituali Romano, & secundum Ritum S. Romanæ Ecclesiæ, Barbos. *de potest. Episcopi* 2. *part. alleg.* 28. *num.* 55. *cum seqq.* Papa verò potest reconciliare Ecclesias sine cæremonijs consuetis, sed solo verbo, tollendo maculam illam moralem, ex decreto Ecclesiæ perseuerantem per retractationem talis decreti, est *text. in cap. aqua de consecrat. Eccles.*

28 Dubium est inter Casistas, si ante publicationem pollutionis Ecclesiæ, Sacerdos in illa celebret bona fide, dicatur Ecclesia reconciliata; Affirmatiuam partem tuentur, Eman. Sà *verbo Ecclesia num.* 19. Castro *de lege pœnali lib.* 2. *cap. vltim. post conclus.* 5. Auil. *part.* 5. *disp.* 7. *dub.* 3. *conclus.* 1. *vers. sed quid*, Dian. *resol.* 69. *tract.* 14. *tom.* 1. Bonac. *de Sacram. matrimon. quæst. vltim. in fin. num.* 27. Alij verò negatiuam sententiam, nempè Ecclesiam non esse reconciliatam, defendunt, ita Portel. *in addit. ad dub. Regul. vers. Eccles. num.* 5. Layman. *lib.* 5. *tract. de sacrif. Missæ cap.* 5. *num.* 13. Fagund. *in primum precept. lib.* 3. *cap.* 31. *num.* 15. & probatur communi opinione DD. qui tenent, quod si Ecclesiæ pollutio publicetur longè post, adhuc est reconcilianda; Et ratio est, quia reconciliatio Ecclesiæ pendet à certa verborum, & cæremoniarum forma, & solemnitate ab Ecclesia instituta.

Dubitatur an in Ecclesia, vel cæmeterio polluto possint ante reconciliationem sepeliri fideles. Respondetur minimè sepeliri deberi; verùm si de facto fuerint sepulti exhumari non debent, nisi sint excommunicati, vel interdicti non tolerati, ita Abb. *in cap. fin. de consecrat. Eccles. per illum text.* Suar. *de censur. disp.* 35. *sect.* 1. *nu.* 20. Nauar. *cap.* 27. *num.* 176. Bonif. & Cardin. *in Clem.* 1. *de sepult.* 29

Supradicta notata sunt de consecratione Ecclesiæ; sed quia vt plurimum Ecclesiæ non consecrantur, sed tantùm benedicuntur: Dicendum est, benedictionem Ecclesiæ committendam esse Sacerdoti io dignitate Ecclesiasticâ constituto, voluisse Sacram Congregationem Rit. *in Cameracen.* refert Barbos. *de potest. Episcopi part.* 2. *alleg.* 28. *num.* 57. *& in summa Apostolicarum decis. verbo Ecclesia num.* 16. An possit hæc benedictio delegari simplici Sacerdoti per Episcopum, Barbos. *cit. loc. verbo Ecclesia num.* 12. *&* 13. refert declarationes Sacræ Congreg. Rit. pro vtraq; opinione; sed verius est posse committi. 30

Eodem modo dicendum est, posse delegari, & committi simplici Sacerdoti reconciliationem Ecclesiæ tantùm benedictæ, & pollutæ, prout post multos tenet Tambur. *de iure Abbat. tom.* 1. *disp.* 23. *quæsit.* 10. *in princip.* Imò simplicem Sacerdotem posse talem Ecclesiam reconciliare non expectata licentia, & commissione Episcopi, defendit Dian. *tom.* 6. *tract.* 4. *Miscell. resol.* 91. 31

Abbates, & Prælati Regulares, licèt non possint solemniter consecrare suas Ecclesias, possunt tamen illas benedicere etiam solemniter, ex priuilegijs eis specialiter concessis per Sedem Apostolicam, prout testatur Tambur. *de iure Abbatum cit. loc. quæsit.* 9. *num.* 3. tale priuilegium solemniter benedicendi suas Ecclesias fuisse concessum Generalibus, Prouincialibus, Custodibus, ac alijs Fratribus deputatis ad hoc in Capitulis Generalibus Ordinis Minorum per Leonem X. refert Nouar. *summ. Bull.* 2. *part. titul. de consecrat. Eccles. Regul. num.* 9. 32

Vltimò nota in his terminis, quod si Ecclesia diù absque tecto, & ianuis plena foret stramine, alijsque spurcitijs, animalibus, & naturali hominum vsui, quasi diuersotij locus, patuerit, malum non esset eam in tali casu solemniter ab Episcopo reconciliari, tenet ex Conc. Nicæno relato à Gratian. *de consecrat. dist.* 1. Stephanus Baunius *in Theolog. moral. part.* 1. *tract.* 6. *quæst.* 18. relatus à Diana 8. *part. tract.* 7. *resol.* 93. 33

OBSERVATIONES

D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Consecrandæ sunt Ecclesiæ per Episcopum.*
2 *Abbates an possint consecrare Calices, vel benedicere Corporalia, & res sacras, aut reconciliare Ecclesias.*
3 *Priuilegia Regularium cumulantur de benedictione paramentorum.*
4 *Benedictionum species.*
5 *Primus lapides Ecclesiæ an possit benedicere Vicarius Capitularis.*

SOlus Episcopus Ecclesias consecrare potest, *cap. nemo distinct. 1. de consecrat.* Et debet esse Episcopus proprius, vel alteri Episcopi de licentia Ordinarij, & nequit mandare sacerdoti simplici. Nec Regulares possunt proprias Ecclesias ab alijs consecrari facere nisi requisito, & nolente loci Episcopo intra quattuor menses, Nonar. *in summ. Ballar. tit. de consecrat. Eccles. regular. num.* 6.

2 Abbas in suis Ecclesijs exemptis ex consuetudine potest corporalia, vestimenta, cæteraque omnia ornamenta Ecclesiastica ad cultum diuinum pertinentia benedicere, Tambur. *de Abb. tom. 1. disp. 22. quæst.* 1. Non tamen calices consecrare, patenas, pyxides, aliaque similia vasa Ecclesiastica, nisi id ex speciali Sedis Apostolicæ priuilegio obtineant, & idem de altari portatili, & Ecclesiarum consecratione, vt ex Tambur. Reg. de Marin. *resol. 1. lib. 1. num. 17. & 18.* Potest etiam Ecclesiam pollutam reconciliare, quando illa solum fuerit benedicta. Secus si consecrata, quia tunc reconcilianda est per Episcopum proprium, vel alienum cum consensu proprij Episcopi, & per aquam ab Episcopo benedictam vino, & cinere admixtam, & cum verbis de quibus in Pontificali Romano, Tambur. *d. disp. 22. quæst. 10. num.* 2. Idemque putat dicendum Riccius *resol.* 461. de campanarum consecratione nimirum vt ius eas benedicendi nulli præter Episcopos competat, inferendo per hoc ad Abbatem regularem Montis Virginum haud ei licere campanas, calices, corporalia, & sacras vestes ad vsum alterius loci, quam proprij Monasterij benedicere, quamuis Tamburin. *quæst. 13. num.* 3. Riccij dictum de iure procedere posse dicat, aliter tamen hodie ex priuilegio Innocentij VIII. cuius verba transcripsit de Marin. *vbi sup. num.* 22.

3 Ex priuilegijs aliquibus Religionibus concessis per Summos Pontifices Prælati regulares vtuntur potestate benedicendi paramenta, & vestes, quibus Sacerdotes induuntur in celebratione Missarum, vt ornamenta adhærentia calici, puta corporale, purificatorium, pallam, Crucem, & tobaleas. Nam Bonifacius IX. priuilegium concessit Dominicanis. Iulius II. concessit Generali, & Prouincialibus Minimorum, & eorum Vicarijs, benedicendi corporalia, & alia ornamenta Ecclesiastica suorum locorum præter calicem, & patenas. Sixtus IV. concessit Generalibus, & Prouincialibus, Vicarijs, & Custodibus de Obseruantia, excepto Vicario Guardiano concessit facultatem benedicendi omnia, in quibus non interuenit chrisma. Ex priuilegio Leonis X. Regulares possunt reconciliare Ecclesiam consecratam pollutam, & Cæmiterium dummodo aqua sit prius benedicta ab Episcopo, qui non distet per duas dietas, qua distantia posita possunt easdem reconciliare aqua à se benedicta, Nouar. *tit. de consecrat. & benedict. à num. 1. per tot.*

4 Benedictionum duæ sunt species, vna quæ fit de aqua tantùm, quæ adhibetur ad reconciliandam Ecclesiam, vel Cæmiterium benedicta tantùm, *cap. si Ecclesia de consecr. Eccles.* Altera fit de vino, & cinere necessarijs ad reconciliandam Ecclesiam consecratam, & Cæmiterium consecratum, *cap. penult. eod.*

Quando Ecclesia polluta non est consecrata sine dubio reconciliari potest per ipsos Prælatos simplici aqua à se benedicta non solum iure priuilegij, verùm etiam quia hæc reconciliatio non prohibetur simplici Sacerdoti de iure, *cap. fin. de consecrat.* Nihilominus simplex Sacerdos Ecclesiam non consecratam reconciliare nunc non potest, quia in nouo Rituali Romano dicitur, quod Ecclesiæ violatæ reconciliatio per Sacerdotem ab Episcopo delegatum fiat.

5 Nouas Cruces, primos lapides fundamentales nouæ Ecclesiæ ædificandæ, easque nouas Ecclesias, & noua Cæmiteria benedicere potest Vicarius Capitularis, quia Sacerdos quilibet id ab Episcopo delegatus explere valet, Marchett. *in prax. Vicar. Capitul. p. 2. cap. 24. num.* 15.



ANNOTATIO XVIII.

De Reparatione Ecclesiæ.

ARGVMENTVM.

Notatur, quæ veniant nomine reparationis; quis teneatur reparare, quando ad hoc non sunt assignati certi redditus; quando teneantur Canonici, & beneficia possidentes; quid si sunt plures Beneficiati; quid si Ecclesia est patronata, quando teneatur patronus, quando teneantur Parochiani, & laici reparare Ecclesiam Parochialem; quid si Ecclesia indigeat ampliatione, quando non potest reparari, an transferenda ad Matricem, & diruenda, & profanata, in quem vsum conuertenda; an possint vendi ligna, lapides, & locus Ecclesiæ dirutæ, & profanatæ. Beneficiatus est compellendus ad reparationem, & an excusari possit ex quo ruina fuit tempore prædecessoris. Translatio Cathedralis minimè facienda sine assensu Apostolico, & alia ad materiam.

SVMMARIVM.

1 *REparationis Ecclesiæ materia ad text. cap. 1. de Ecclesijs ædificandis, vel reparandis, & qui DD. materiam exagitent.*

2 *Reparationis Ecclesiæ nomine veniunt etiam ornamenta, & oleum pro Sanctissimo Sacramento.*

3 *Reparare Ecclesiam tenetur ille, qui consueuit, & qualiter consuetudo inducatur, num. 4. eamque non nisi sciente maiori parte populi, num. 5.*

6 *Reparatio est facienda ex certis redditibus, si tales sint assignati.*

7 *Reparationi Ecclesiæ tenetur, qui percipit fructus, nisi alia adsit consuetudo, quare Episcopus prò ea reseruat quartam partem fructuum, & in casu paupertatis Canonici, vsque itidem Clerus, num. 8.*

9 *Reparationi tunc Episcopus coget Canonicos, si ea sit necessaria.*

10 *Reparare tenetur Ecclesias reliquas Beneficiatus illarum.*

11 *Reparare qui tenetur, tenetur etiam dilatare, vbi quando.*

12 *Reparationis sumptus ex fructibus beneficij, & superfluis pro victu sunt accipiendi.*

13 *Reparationi Ecclesiæ tenentur pro rata, si plures sint Beneficiati, imo & pensionarius, nisi pensio sit libera.*

14 *Reparationis factæ ex redditibus proprijs sumptus recuperare potest hæres Beneficiati à successore.*

15 *Reparationi patronatæ Ecclesiæ tenentur in defectum Rectoris Patroni.*

16 *Reparare Ecclesiam Parochialem in defectum Rectoris pauperis, & patronorum cogi possunt Parochiani, et si ex consuetudine non obligentur, num. 17.*

18 *Reparare non solùm, sed & dilatare Ecclesiam tenentur Parochiani, si paupertas Rectoris id facere non subsisteat.*

19 *Reparare in defectum Rectoris pauperis tenentur etiam Parochiani; imo illi alimenta præstare, & coadiutori, si dandus sit num. 20.*

21 *Reparare Ecclesiam, quando tenentur Parochiani, tenentur ad solidum, & liberam, nemine excepto num. 22.*

23 *Reparationi Ecclesiæ exteri prædia habentes in Parochia contribuere debent, nec potest quis renunciare beneficio, vel Parochiæ ad euitandum onus, num. 24.*

25 *Reparationi tenentur laici in subsidium, neque in hoc clerici sunt melioris conditionis.*

26 *Reparare Ecclesiam an Laici possint compelli per Iudicem Ecclesiasticum remissiuè.*

27 *Reparari quando non potest Ecclesiam ob inopiam etiam Parochianorum, transferenda est in matricem, illa in profanum, non sordidum vsum conuersa, & qui talis sit, num.29.*

30 *Reparari si non potest Ecclesia ob paupertatem, facta translatione est diruenda.*

30 *Reparari si non possit Ecclesia, & diruatur, ligna, & lapides, an conuerti possint in vsus profanos, & opinio Nauar. affirmatiua, num.31.*

32 *Profanata Ecclesia locus non est alienandus, nisi cum assensu Apostolice.*

33 *Profanari tunc demum debet Ecclesia, si aliter reparari nequit, etiam omissione sacrificiorum.*

34 *Profanari, & transferri debet Ecclesia, imposito onere Beneficiato, vt in matrice celebret, ibi erecto Altari cum eadem inuocatione.*

35 *Cathedralis translatio fieri nequit absque assensu Apostolice.*

36 *Reparationi facienda primùm compellendus est Beneficiatus per subtractionem tertia partis fructuum, neque excusatur, quod ruina fuerit tempore prædecessoris, num.37.*

38 *Beneficiatus an criminaliter sit puniendus, si culposè non reparauit, & Ecclesia ruinam est passa.*

ANNOTATIO XVIII.

§. VNIC.

Ad Text. in Cap. 1. de Eccles. ædif. vel repar.

1 IN hoc text. ex Concilio Maguntino statuitur, quod quicunque Ecclesiasticum beneficium habent, omninò adiuuent ad tecta Ecclesiæ restauranda: De eadem materia restaurationis, siue reparationis Ecclesiæ habetur in *cap. de his eod. titul.* & in Concil. Trid. *sess. 21. cap. 7.* tractant Lambert. *de iurepatron. art. 2. 7. quæst. princip, lib.3.* Fusc. *de visit. lib.1. cap.10. in fin.* Salgad. *de protect. Regia tom.1. part. 3. cap. 5.* Bobadill. *in sua politic. lib. 3. cap.5. num.34.* Cened. *ad Decretal. collect.153.* Campanil. *diuers. iur. Canon. rub.12. cap.13. num.19. & seq.* Bell. *disq. Cler. titul. de Cler. debit. §. 13. & 14.* Sperell. *decis. 67.* Surd. *consil. 62.* Ricc. *decis. Cur. Arch. Neap. decis. 15. & 293. 4. part.* Barbos. *de potest. Episcopi part. 3. alleg. 64.* Lotter. *de re benef. lib. 1. quæst. 11. num. 77. & seqq.* Petrus Peckius *lib. de sacros. Eccles. reparand.* & alij; in quibus terminis notanda sunt aliqua ad vsum frequentiora; & proinde

2 Præmittendum est, appellatione restaurationis, siue reparationis Ecclesiæ, in hac materia non solùm intelligi ipsam fabricam Ecclesiæ, & muros resarcire; sed etiam ornamenta, quæ fabricæ æquiparantur, per *text. in cap. final. de testam.* Vnde quando inferius dicimus, aliquem obligari ad reparationem Ecclesiæ, ille etiam obligatur ad prouidendum Ecclesiam de ornamentis, & paramentis, calicibus, & omnibus alijs, sine quibus diuina celebrari non possunt, & necessaria sunt ad diuinum cultum secundum temporis varietatem, & solemnitates, quæ requirunt ornamenta pulchriora, ita tenent Barbat. *consil. 26. lib.3.* Surd. *cit. consil.62. num.5.* Caualcan. *decis. Fisic. 22. sub num.24. part.2.* Campanil. *cit. cap.13. num.19.* Bellett. *loc. cit. num. 4.* Item sub hac appellatione reparationis venit etiam obligatio præstandi oleum ad finem conseruandi accensam lampadem ante Sanctissimum Sacramentum Altaris, *cap. sane de celebr. Missar.* Bellett. *cit. loc. num. 5.* His præmissis.

3 Nota primò in hac materia reparationis Ecclesiæ, & quis ad ea teneatur; primitus, & ante omnia attendendam esse, ac seruandam consuetudinem, obseruantiam, & quod hactenus fieri consueuerit, idque in futurum seruandum esse, ita vt Episcopus teneatur illum compellere ad reparationem Ecclesiæ, qui consueuerit illam reparare, est doctrina inuiolata apud omnes, docent Paul. de Cittad. *de iurepatron. art.5. princip. art.2.* post Abb. *in hoc cap.1. num.3.* Berou. *consil.3. num.1. lib.1.* Ioseph. Ludou. *concl. 38. illat. 135.* Campanil. *cit. loc. num. 19. ad med.* Barbos. *de iure Eccles. lib.2. cap.4. num.4.* Vnde si populus consueuerit Ecclesiam reparare, ipse omninò tenetur, etiam exclusiuè quoad alios, quia cùm hæc consuetudo pia sit est omninò seruanda, illamque liberare Rectorem ab ornanda Cappella, voluit Rota *in vna Ægiptanen. Fabrica 15. Decembris 1589. coram D. Orano*, Mantic. *decis.284. num.1. & seqq.* probat post multos Bellett. *cit. cap. 14. num.2. & seqq.* vbi etiam in particulari tenet, quod si populus sit solitus facere sumptum pro lampade collucente ante Sanctissimum, & præstare alimenta Prædicatori, ipse est cogendus, non autem Rector, Dian. *tom.8. tract.7. resol.16. vers. quando autem consuetudo.*

Ad hoc autem, vt hæc consuetudo inducatur ex vsu populi, requiritur, quod populus fuerit vsus actibus, ex quibus causatur consuetudo varijs vicibus, Rip. *resp. 1. num.5. de consuetud.* & quod populus fuerit in tali vsu animo inducendi consuetudinem, quia consuetudo inducitur tacito populi consensu, & ibi animus non est, vbi non est consensus, à quo dependet, *l. consensu ff. de act. & ob. l. si quis per errorem ff. de iurisd. omn. iud.* Rip. *cit. resp. num. 2. & 3.* quem refert, & sequitur Bellett. *citat. loc. num.10.* 4

Requiritur etiam, quod tales impensæ fuerint factæ sciente, & consentiente vniuerso populo, vel maiori parte eiusdem; Vnde si aliqui particulares de populo ob eius deuotionem illos fecerunt, non dici inductam consuetudinem, probat Rip. *cit. titul. de consuetud. resp. 2. num.5. & seqq.* 5

Nota secundò, quod si Ecclesia habet certos redditus, & portionem assignatam pro reparatione, & fabrica, tunc est omninò reparanda ex illis redditibus, & portione, *cap. decernimus 10. quæst.1. cap. concesse, cap. quatuor, & cap. de redditib. 12. quæst.2.* glos. *in cap. 1. de Eccles. ædif.* vbi etiam Abb. *num. 3.* Lambert. *de iurepatronat. lib. 3. quæst.7. art. 2. num. 2. vers. & primus*, Bellett. *loc. cit. num.11.* 6

Nota tertiò, quod si nulla extat consuetudo obligans alium ad reparationem Ecclesiæ, nec certi redditus assignati pro tali causa tenetur ad reparationem, & fabricam Ecclesiæ is, qui illius percipit fructus, & vt distinctius procedatur; Dicendum est in Ecclesia Cathedrali teneri ad reparationem Episcopum; ipse enim adstringitur ad fabricam, & omnia alia ornamenta, & necessaria ad diuinum cultum; imò Episcopus tenetur expendere pro fabrica Ecclesiæ Cathedralis quartam partem omnium fructuum, & redditi uum præsentium, & futurorum, & dictas quartas pro tam pio vsu conseruare tenetur, *cap. decernimus 10. quæst. cap. vnico ead. quæst.1.* Surd. *cons. 62. num.23.* Mantic. *decis.284. num.4. & 5.* & alij multi, quos citat, & sequitur Bellett. *loc. cit. num. 12. & seqq.* Rot. *decis.627. num.2. part.1. recent.* Barbos. qui alios refert *cit. cap.4. num. 9. & seqq. qui num. 10. in fin.* vlterius addit, quod si Episcopus est diues, etiam vltra quartam partem compelli potest per opinionem Abb. per eum adducti, & Bellett. *eod. loc. num.14.* 7

Quod si Episcopus diues non sit, & quarta prædicta non sufficiat pro reparatione, & fabrica Ecclesiæ, tunc tenetur Canonici contribuere de superabundantibus redditibus suarum præbendarum, & aliorum bonorum Capituli, ita deciditur in *in cap. fin. de his, quæ fiunt à maiori parte*, vbi etiam dissentientem maiorem partem Canonicorum obligat text. ad contributionem prædictam; ratio est, quia cùm Canonici faciant vnum corpus cum Episcopo, per quod repræsentatur Ecclesia, & ab ipsa Ecclesia Canonici percipiant emolumentum suarum præbendarum, æquum est, vt sentiant etiam onus, tenent DD. *in dict. cap. fin.* vbi Abb. *num. 7.* testatur de communi, & in hoc *cap.1. num.3.* Lambert. *cit. loc. art. 2. num. 3. & 4. vers. tertius est casus*, Fusc. *de visit. lib. 1. cap. 10. num.15. & 16.* Lotter. *de re benef. lib. 1. quæst. 11. num. 79.* & in tali casu Episcopus potest etiam assignare fabricæ distributiones Canonicorum deficientium, Barbos. *de iure Eccles. lib.2. cap.4. num.13.* adducunt multos *cit. loc.* Bell. *num.16.* & Barbos. *num. 11.* qui vlterius addunt *numeris seqq.* quod si Episcopus, & Canonicorum redditus non sufficiunt ad reparationem prædictam, potest Episcopus, & Capitulum compellere Clericos inferiores ad contribuendum de superabundantibus suis fructibus, deductis 8

necessa-

necessarijs secundum communem opinionem, de qua testatur Bero. consil. 3. num. 22. & seq. tenet Lambert. citat. loc. num. 4. vers. si autem, & alij.

Sed aduertenduin est, Episcopum non posse cogere Canooicos, & deinde Clericos inferiores, vt supra, pro reparatione Ecclesiæ Cathedralis, nisi pro reparatione necessaria, & in subsidium, & mediante dispositione Episcopi, & Capituli simul, vel maioris partis, Abb. q. 3. incipient. Sempronius in fin. Berou. cit. consil. 3. num. 23. & seqq. Gemin. in cap. quatuor 12. quæst. 2. & alij, quos refert, & sequitur Bellett. cit. §. 13. n. 18.

10 Aliæ verò Ecclesiæ inferiores sunt reparandæ, & prouidendæ de omnibus necessarijs, quod ad diuinum cultum per beneficiatos illorum; congruum enim est beneficiarus, qui commodum Ecclesiæ sentit, sentiat onus, hoc enim intelligimus, vt supra dictum est, quando coosuetudo aliud non disponit, nec adest certa portio reddituum assignata pro reparatione, probatur apertè in hoc text. vbi DD. omnes cap. si Monachus 16. quæst. 1. Concil. Trid. sess. 21. cap. 7. de reform. est commune, & indubitatum, ac probatur ratione; nam Beneficiatus æquiparatur in vita vsufructuario, cap. præsenti de off. ordin. in 6. cap. requisisti de testamentis, cap. final. de pecul. Cler. sed vsusfructuarius tenetur ex fructibus res conseruare in bono statu, & ad sarta tecta, l. vsufructu legato 1. respon. in fin. & §. hactenus ff. de vsufruct. l. cum, ad quem C. eodem, ergo &c. Non solùm tenetur beneficiatus muros, & tecta restaurare, sed etiam ad ornamenta necessaria, sine quibus diuina celebrari oequeunt, vt notatum est supra.

11 Item si Ecclesia est Parochialis, & Curata, vel aliàs est obligata recipere populum ad diuina, non solùm tenetur ad reparationem, & ornamenta, vt supra, sed etiam nouam Ecclesiam ædificare, vel antiquam ampliare, quando populus ita excreuerit, vt non possit capi in ea, nam id necessarium est ad hoc, vt possit populus satisfacere suæ obligationi conueniendi ad diuina, cap. præcipimus 16. quæst. 1. Rip. resp. 1. num. 10. aduertit Bellett. disq. Cler. titul. de Cler. debit. 1. 14. num. 1. in fin.

12 Sed aduertendum est, quod beneficiatus etiamsi Parochus sit non tenetur ad reparationem prædictam de redditibus proprijs, sed solùm de fructibus eiusdem Ecclesiæ, faciunt aperta verba Concil. Trident. cit. cap. 7. ibi: Parochiales verò Ecclesias, etiam si iurispatronatus sint, ita collapsas refici, & instaurari procurent ex fructibus, & prouentibus quibuscunque, ad easdem Ecclesias quomodocunque pertinentibus: Nec etiam de omnibus fructibus beneficij, sed tantùm de ijs, qui supersunt detractis alimentis, & victu ipsius Beneficiati, est text. in cap. de his hoc titul. de Eccles. ædif. notat in hoc text. Abb. num. 2. & consil. 70. num. 2. part. 1. Rip. cit. resp. 1. num. 7. Bellett. cit. §. 14. sub num. 1. Barbos. vbi supra cap. 4. num. 5. Hinc Sacra Congregatio ad eundem text. Concil. Trid. declarauit, non esse pro reparatione sequestrandos fructus necessarios pro victu Parochi, refert Barbos. in eod. cap. 7. Concil. num. 5. aliàs non posset cogi Curatus ad deseruiendum sine alimentis, Sarmien. de reddit. Eccles. part. 1. monit. 82. num. 3. Cened. ad Decret. collect. 153. num. 1. circa med. Guttier. alleg. 10. num. 7. Salgado de Regia potestate 3. part. cap. 5. Caualcan. part. 2. decis. 22. num. 23. qui intelligunt deductis necessarijs pro eo, qui resider, secus si non resideret, quia necessaria non essent deducenda, cùm de Altari viuere non debeat, qui Altari non seruit, Ricc. decis. 293. num. 8. 4. part.

13 Quod si plures sint eiusdem Ecclesiæ beneficiati, omnes pro rata fructuum tenentur ad reparationem illius, faciunt generalis dispositio huius text. obligans ad reparationem Ecclesiæ omnes beneficiatos, & verba Concilij Trident. cit. cap. 7. quæ mandant, Ecclesias esse restaurandas ex fructibus, quomodocunque ad Ecclesiam pertinentibus: Imò etiam pensionarius tenetur pro rata pensionis ad reparationem Ecclesiæ, nisi pensio esset imposita libera ab omni onere, tenent Nauar. consil. vnico de Eccles. ædif. in nou. Sayr. in flor. decis. sub eodem tit. decis. 1. Barbos. de potest. Episcopi part. 3. alleg. 64. num. 18. Ricc. decis. 15. n. 2. part. 4. & quod tenentur Capellani, ait Marta de iurisd. part. 2. cap. 48. num. 8.

14 Obserua, quod si beneficiatus Ecclesiam reparauit, non de redditibus ipsius Ecclesiæ, sed de bonis patrimonialibus, si facta reparatione ab hac vita discesserit, possunt hæredes, quod erogatum est in reparatione recuperare à successore, nisi constet aliunde habuisse animum donandi, latè Lambert. 1. part. 1. lib. in 6. quæst. princip. 5. art. vers. minimè etiam obstat.

15 Quod si Ecclesia sit ita pauper, vt detractis necessarijs pro victu beneficiati, non remaneat de fructibus illius pro eius reparatione, tunc si Ecclesia Parochialis sit, teoentur ad illam restaurandam, & reparandam patroni, & alij, qui fructus aliqoos ex dicta Ecclesia prouenientes percipiunt, ita loquitur Coocil. Trid. cit. cap. 7. sess. 21. de reform. & ratio quare patroni tenentur ad restaurationem Ecclesiæ patronatæ in defectum rectoris est, quia percipiunt emolumentum à dicta Ecclesia, nempè fructus iurispatronatus, qui in præsentatione consistunt, cap. 1. & cap. consultationibus de iurepatronat. & percipiunt alimenta in necessitate, & habent honorificentias primi loci in processionibus, & sessionibus, prout post Lambert. & alios aduertit Bellett. cit. §. 14. num. 11. Nec huic opinioni aduersatur sententia Lambert. 2. art. 7. quæst. princip. 3. lib. num. 5. vbi tenet, rectorem non patronum teneri ad reparatiooem Ecclesiæ patronatæ; nam iotelligitur, quando fructus beneficij sufficiunt pro reparatiooe; nos verò cùm Concil. Trid. in subsidium, & quando non sufficiunt dicimus teneri patrooos, prout etiam intelligit Bellett. loc. cit. sub num. 11. & fructus beneficij dicuntur non sufficere, quando non remanent ceotum pro rectore detracta reparatione secundùm opinionem Ricc. in prax. 1. part. resol. 528.

16 In subsidium verò, quando nec rector, nec patroni possunt Ecclesiam reparare, & restaurare, vel quando Ecclesia est libera, tunc compelli possunt ad reparandam, & restaurandam Ecclesiam parochiani, ita disponit Concil. Trid. cit. cap. 7. ibi: Parochianos omnibus remedijs opportunis ad prædicta cogant; Et ratio huius obligationis est, quia parochiani percipiunt à prædicta Ecclesia Sacramenta, & diuina, & hoc est opus publicum, & commune, & conceroens omnium vtilitatem, & necessitatem, deciditur in cap. quatuor 12. quæst. 2. cap. si Monachus, vbi glos. final. 16. quæst. 1. notant DD. communiter in hoc text. præsertim Abb. num. 3. Rip. resp. 1. 2. & 3. sub titul. de Eccles. ædif. Lambert. cit. loc. num. 4. vers. tertius est casus, Bald. consil. 132. in fin. lib. 1. Auendanus in tractatu de exequendis mandatis Regum lib. 1. cap. 10. num. 29. & lib. 2. cap. 14. num. 19. Io. Guttier. alleg. 10. Dec. consil. 118. n. 3. Sarmien. de redditib. Eccles. part. 1. monit. 41. num. 5. Marta de iurisdict. part. 2. cap. 48. num. 9. & seqq. Valasc. consult. 179. tom. 2. Fusc. de visit. lib. 1. cap. 10. num. 16. Bobadil. in sua polit. lib. 2. cap. 18. num. 135. & lib. 3. cap. 5. Caualcan. decis. 22. num. 24. part. 2. Azot. instit. moral. part. 2. lib. 9. cap. 4. quæst. 10. Bellett. disq. Cler. cit. §. 14. num. 6. Ricc. decis. 203. part. 4. Barbos. de iure Eccles. lib. 2. cap. 4. num. 7. & alij communiter, nouissimè Diana 8. p. tract. 7. resol. 16.

17 Ampliatur primò hæc obligatio parochianorum reparandi Ecclesiam parochialem in subsidium, quando fructus Ecclesiæ non sufficiunt, vt procedat, etiamsi parochiani prædicti non tenerentur ad reparationem ex consuetudine, nam Concilium Trid. & DD. prædicti loquuntur extra casum consuetudinis, vt aduertit Mart. cit. loc. num. 10. & 11. Bellett. vbi supra sub num. 6.

18 Ampliatur secundò, vt Parochiani in casu indigentiæ, vt supra, teneantur, & possint compelli, vt supra, non solùm ad reparationem Ecclesiæ, sed etiam si populus ita excreuerit, vt antiqua Ecclesia illum capere non possit, Ecclesiam ampliare, vel nouam in ampliorem formam construere; quia hoc redundat ad subleuandam necessitatem ipsoruminer parochiaoorum, notat Lambert. cit. loc. Imò si ob populi incrementum, & distantiam ab Ecclesia parochiali vna Parochia non est sufficiens pro administratione Sacramentorum, & Diuinis audiendis, itavt sit erigenda noua Parochia, quæ oon habet, vnde possit dotari, tenentur parochiani prouidere rectori de victu, tenet idem Lambert. lib. 1. part. 1. quæst. 5. art. 18. in fin. vers. aduertendum, Guttier. pract. qq. lib. 1. quæst. 17. num. 15.

19 Ampliatur tertiò, vt in eodem casu paupertatis Ecclesiæ parochialis parochiani teneantur reparare, & restaurare etiam domum sacerdotalem, quia domus rectoris

venit accessoriè ad ipsam Ecclesiam, aduertit post Lambert. Bellett. cit. §. 14. num. 9. & testatur, sic declarasse Sacram Congregationem super eundem text. cap. 7. Conc. Trid. cuius Bellett. rationes probant, teneri parochianos prouidere rectori de domo, quando propriam, vel aliam in parochia inuenire non potest rector, & hoc vidi seruatum in praxi, & quando redditus Ecclesiæ non sufficiunt ad victum rectoris, tenentur etiam parochiani supplere vsque ad congruam sustentationem, quia à parocho cum illis impartiantur spiritualia, debent parochiani ei præbere temporalia, D. Paul. 1. Cor. 9. cap. si Episcopus de off. ord. in 6. notat Bellett. cit. loc. num. 8. Campanil. diuers. iur. Canon. rub. 12. cap. 13. num. 19. in fin.

20 Ampliatur quartò, vt non solùm teneantur præstare parochiani alimenta ipsi rectori, cui redditus Ecclesiæ non sufficiunt, sed si rectori sit dandus coadiutor ob eius imperitiam, vel infirmitatem, & redditus Ecclesiæ non sufficiunt pro rectore, & coadiutore, teneantur præstare alimenta coadiutori, Abb. in cap. de rectoribus num. 6. de Cler. ægrot. Anchar. consil. 279. in fin. primò enim ex redditibus Ecclesiæ est prouidendus rector, deinde si non sufficiant, in subsidium tenentur parochiani ad alimenta coadiutoris, Ricc. in prax. 1. part. resol. 504. num. 11. secundum vltimam impress. Bellett. cit. §. 14. n. 9. in fin.

21 Declara supradicta, parochianos teneri ad restaurationem, & reparationem Ecclesiæ parochialis in subsidium, non per capita hominum, nec per capita domorum, sed quod ad solidum, & libram; Et ratio est, quia ædificationes, & restaurationes Ecclesiarum parochialium fiunt ad publicum vsum, & omnium vtilitatem, Bar in l. sacrilegi num. 2. ff. ad l. Iuliam pecul. & ad constructionem publici operis ciues pro rata sui æstimi conferre debent, l. omnes Prouinciarum C. de oper. publ. facien. l. propter, vbi Bald. num. 12. C. qui bon. ced. poss. Vlterius onera extraordinaria, quæ imponuntur pro necessitate, & vtilitate publica, æquiparantur oneribus extraordinariis, & realibus, l. omnes omninò C. de annon. & tribut. lib. 10. l. munera C. de muner. patr. eod. lib. Sed onera ordinaria, & realia pauperes, & diuites incolæ secundùm quantitatem patrimonij, non secundùm numerum personarum pati debent, l. 1. vbi glos. verbo inopes, vbi Bart. num. 8. C. de apoc. publ. lib. 10. Afflict. in Constitut. Regni de consum. vniuersis. num. 9. ergo omninò tenendum est, ad hanc restaurationem, & reparationem teneri ciues per æs, & libram, & iuxtà facultates, hanc sententiam docent Leo Thes. for. Eccles. lib. 2. cap. 16. num. 37. & seq. Bellett. disq. Cler. 1. part. tit. de Cler. debit. §. 14. sub n. 11. Barbos. de iure Eccles. lib. 2. cap. 4. num. 7. in fin.

22 Hoc onus reparandi Ecclesiam parochialem pauperem, parochianis est adeò publicum, & commune, vt nemo ab eo excusari possit, prout post multos docet Ricc. cit. decis. 293. num. 6. Bellett. cit. §. 14. sub num. 6. & probatur argumento text. in l. ad refectionem C. de sacros. Eccles. vnde ad illud contribuere teneri etiam nobiles, & magnates, imò magnificentius teneri contribuere, dicit Leo cit. loc. num. 79. aduertit Barbos. cit. cap. 4. num. 8. similiter milites, vel alios quantumuis exemptos, vt aduertit idem Barbos. & alij, imò & Clericos omnes, etiam ex bonis patrimonialibus, Bellett. vbi supra sub num. 7. Ricc. cit. decis. 293. num. 9. Mart. alleg. cap. 48. sub num. 15.

23 Item teneotur contribuere ad hanc reparationem exteri ratione bonorum stabilium, quæ possident in territorio Ecclesiæ reparandæ, Pacian. consil. 7. num. 99. 106. & 120. Bellett. cit. loc. sub num. 6. Ricc. cit. decis. 293. num. 5.

24 Nec parochianus aliquis, vel Clericus beneficiatus valet cedere vsui Ecclesiæ, & recedere à parochia, seu renunciare beneficio, vt euitet onera, & talem refectionem, ita dicit Lambert. cit. quæst. 7. art. 2. num. 7. vers. & si isti, & art. 5. num. 2. Gregor. Lop. lib. 11. tit. 10. part. 1. Bellett. d. §. 14. num. 7. vers. & in tantum.

25 Ex dictis colligitur regula generalis, laicos non teneri ad Ecclesiæ Parochialis reparationem, nisi in subsidium, prout notant communiter DD. Marta cit. loc. num. 6. Aluar. Valasc. 2. tom. consult. 179. quod intellige, non obligari laicos existentibus redditibus quomodocumque pertinentibus ad ipsam Ecclesiam deductis alimentis ipsius rectoris, iuxtà verba Concil. Trident. cit. cap. 7. Sed si Clerici haberent in bonis patrimonialibus non Ecclesiasticis, cum quibus possent restaurare Ecclesim, non essent præferendi laicis in hoc onere, nisi de fructibus Ecclesiæ; nam illa ratio, quæ obligat laicos ad reparationem prædictam de bonis patrimonialibus, nempè quia in Ecclesia conueniunt ad diuina, & ibidem percipiunt Sacramenta, militat æquè principaliter in Clericis; hinc Concil. Trident. nulla facta differentia laicorum, & Clericorum voluit, non extantibus redditibus Ecclesiæ teneri parochianos.

26 Hic dubitari solet quis sit Iudex competens ad cogendum parochianos prædictos ad contribuendum restaurationi Ecclesiæ parochialis, quando bona Ecclesiæ non sufficiunt; & dubium militat tantum quoad laicos, nam quoad Clericos cum omni lege subdantur tantùm iudici Ecclesiastico, ab illo solùm cognosci, & constringi possunt; quo in casu non est sequendus Ricc. decis. 293. num. 9. part. 4. asserens Clericos diuites cogi posse per Iudices sæculares ad hanc contributionem; nam hæc opinio non solùm est contra Canones, sed etiam contra sacrosanctas leges ciuiles, mandantes, Clericos conueniendos esse coram Episcopo, l. cum Clericis, Auth. Clericus, & Auth. statuimus de Episcopis, & Cleric. & alibi. Dubium potest esse de laicis, an possint constringi per Episcopum ad hanc reparationem; de quo dubio pro nunc remitto me ad Concil. Trid. cit. cap. 7. & ad Mart. de iurisd. par. 2. cap. 48. num. 14. & seqq. & ad Boer. decis. 136. per totum, Valasc. consil. 91. §. vltim.

27 Quod si Ecclesia ipsa patroni, & parochiani, omnes egestate laborent, itavt ab illis non possint haberi expensæ pro reparatione, & restauratione prædicta, tunc Episcopus potest prædictas Ecclesias restauratione indigentes transferre ad Ecclesias matrices, seu viciniores, cum facultate, tam dictas parochiales, quàm alias Ecclesias dirutas, in profanos vsus non sordidos, erecta tamen ibi cruce, conuertendi, ita Concil. cit. cap. 7. in final. verbis, ex cuius dispositione constituunt regulam DD. Ecclesias quæ nimia inopia laborant, & reparari non valent, ad matrices, seu viciniores Ecclesias esse transferendas, Ricc. in prax. 2. part. resol. 208. per totam, vbi probat, translationem Ecclesiarum vetustate collapsarum factam ad alias Ecclesias, non dici vnionem, & proinde non posse per Episcopum illam reuideri seruata forma Concil. Trid. sess. 7. cap. 6. de reform. nam Concilium permittit reuideri vniones, non translationes.

28 Collige ex Concil. Trid. cit. cap. 7. Ecclesiam, quæ reparari non potest ob eius nimiam paupertatem esse omnino, & penitùs diruendam facta translatione prædicta, & hoc si populus, vel alius nolit eam restaurare, referunt decisum Fusc. de visit. lib. 1. cap. 10. num. 16. Zerol. in prax. part. 2. verbo Parochia §. 6. Ricc. in prax. 2. part. resol. 201. num. 3. Barbos. de potest. Episcopi 3. part. alleg. 64. num. 13. Hic aduertant Ordinarij, non debere permittere, vt remaneant maximè extra habitatum, & per arua veteres Ecclesiæ, & ob vetustatem derelictæ; nam sæpè solent esse receptaculum scelestarum actionum, ad quod forsan respiciens Trident. statuit, illas esse prosanandas erecta ibidem cruce.

29 Prædictam Ecclesiam profanatam posse conuerti ad profanos vsus, non tamen sordidos, voluit idem Concil. qui dicantur vsus sordidi, remittitur arbitrio Ordinarij, prout refert, declarasse Sacram Congregat. in eod. cap. Concil. Barbos. ibidem num. 8. & alij communiter adducuntur tamen nonnulla exempla per DD. primò dicitur sordidus vsus histrionum, secundò vsus coquinæ, & stabuli, ita Genuens. in prax. Cur. Archiep. Neap. cap. 54. n. 1. & seqq. secundum vltimam impress. vbi non dicitur sordidus vsus magazenorum vini, & proinde quod permissus sit in Ecclesia profanata.

30 Materia Ecclesiæ dirutæ, & quæ restaurari non potest, vt supra, puta ligna, lapides, & similia ante Concil. Trid. non poterat ad profanos vsus conuerti, nec etiam non sordidos, cap. ligna de Consecrat. dist. 1. cap. quæ semel 19. quæst. 1. sed necessariò erat conuertenda in ædificationem alterius Ecclesiæ, vel Capellæ, post verò Concil. Trid. declarauit Sacra Congregatio, posse vendi ad vsus profanos non sordidos, ita Genuens. cit. loc. num. 4. vbi testatur Neapol. seruari, quod lapides, & ligna prædicta con-

conuertantur in fabricam Altaris, quod in alia Ecclesia, in quam beneficium transfertur, construi debet, & quod superest venditur, & ex redditibus augentur onera Missarum: Verùm si posset de facili vendi materia prædicta ad vsum alterius Ecclesiæ, esset præferenda laicis, quod est iuxtà disposita per eandem Congregationem in declaratione, quam refert idem Genuens. *cit. loc. num. 4. vers. item alias*, vbi testatur, quod si profanatur Capella, cæmenta potius tribuenda sunt Ecclesiæ, quæ est caput Capellarum profanatarum, Barbos. *de iure Eccles. lib. 2. cap. 4.* qui nimis rigorosè tenet, ligna esse potius comburenda, quàm vsui alterius, quàm Ecclesiæ, & Monasterij conuertenda, contra quam opinionem testatur Bellett. *disq. Cler. §. 9. titul. de Cler. debit. 1. part. num. 4.* declarasse Sacram Congregat. posse materiam prædictam vendi ad vsus profanos, etiam sordidos arbitrio Ordinarij.

31 Aduerte secundùm opinionem Nauar. *de spol. Cleric. §. 18. propè fin. vers. secundo*, materiam Ecclesiæ profanatæ puta lapides, & ligna posse vendi ad vsum construendi domum profanam, sine licentia Ordinarij, qui vlterius dicit, quod si ligna, & materia prædicta haberet aliquam picturam, vel signum spirituale Ecclesiæ profanatæ, non debet vendi pro structura domus profanæ; quod intellige, quando signum, vel pictura de facili deleri non potest.

32 Locus verò Ecclesiæ profanatæ, tanquam res Ecclesiæ non potest vendi sine assensu Apostolico, & cæteris solemnitatibus requisitis in alienatione rerum Ecclesiæ, *vt in cap. sine exceptione 12. quæst. 2. & Extrauag. ambitiosæ de reb. Eccles.* & refert Genuens. *cit. cap. 54. num. 6.* contrarium tenet Barbos. *loc. cit. sub num. 14.* sed opinio Genuens. est securior; potest etiam admitti opinio Barbos. quando non est spes reædificationis, & locus est paruæ quantitatis vigore *d. cap. terrulas*.

33 Notandum est, quod ad hanc profanationem non debet deueniri, nisi in subsidium, & quando nullo modo Ecclesia potest reparari, ita vt si ex redditibus illius potest reparari, potius cessare debent Missæ, vt Ecclesia reparetur, Genuens. *cit. loc. num. 5.* vbi ad hunc finem denegat alimenta, etiam ipsi rectori, quod non est permittendum, quando posset compelli populus, vel patronus, vt notatum est supra.

34 In translationibus, & profanationibus prædictis, debet in Ecclesia matrice, vel viciniori, ad quam fit translatio iuxtà terminos Concilij, erigi Altare sub eadem inuocatione Ecclesiæ dirutæ, imposito onere beneficiato, vt curet ibi celebrare ad præscriptum suæ obligationis; & si in eadem Ecclesia diruta erat cæmeterium, vel sepultura, sunt quoque transferenda ossa defunctorum, quibus beneficiatus tenetur prouidere de sepultura in Ecclesia, ad quam fit translatio, habetur ex Salgado *de protect. Regia com. 1. part. 1. cap. 5. num. 27.* & Barbos. *in collect. ad Conc. Trid. cit. cap. 7. num. 26. in fin.*

35 Obseruandum est in his terminis translationis, Episcopum quauis auctoritate non posse Ecclesiam matricem, idest Cathedralem in alium locum transferre sine licentia Sedis Apostolicæ; declarauit Sacra Congregatio, docet Menoch. *consil. 75. num. 46.* & refert Barbos. *de potest. Episcopi part. 3. alleg. 50. num. 5.* deciditur in *cap. 1. de translat. Episcopi, & cap. vnico de excess. Prælat. in 6.* vbi deciditur, commutationes sedium esse faciendas per Sedem Apostolicam, quod intelligitur tam de Sede Episcopali, quàm Cathedrali, Lotter. *de re benef. lib. 1. quæst. 12. num. 38.*

36 Vltimò scias in hac materia reparationis Ecclesiæ, illam practicari, vt primò cogatur Beneficiatus per subtractionem tertiæ partis fructuum, *cap. decernimus 10. quæst. 1.* quæ pars si non sufficiat, compellendus est adhuc contribuere de residuo, *text. in cap. 1.* & ibi *glos. vltim. ad fin. vers. & hoc intellige de Eccles. ædif.* aduertit Lotter. *de re benef. lib. 1. quæst. 13. num. 50. & seqq.*

37 Nec excusari potest Beneficiatus à reparatione, allegando, corruptionem, & ruinam ædificij fuisse tempore sui prædecessoris, quia cùm reparatio Ecclesiæ sit debitum reale, simpliciter afficit successorem, Beto, *decis. 204. num. 48.* & iudicauit Senatus Parisiensis apud Papon. *lib. 1. titul. 1. arrest. 14. vbi arrest. 15.* habetur, posse etiam constringi hæredes defuncti, quod sequitur Lotter. *citat. loc. num. 54. & seqq.*

38 Hic posset de facili dubitari, an parochus, vel alius rector, qui ad reparationem Ecclesiæ tenetur, si non curauit illam reparare, ex quo Ecclesia cecidit, an possit, nedum ad reædificationem compelli, verùm criminaliter de delicto puniri. Affirmatiuam sententiam defendit Genuens. *practicab. Ecclesiast. quæst. 746.* Contrarium verò, & benignius negatiuam sententiam, nempè rectorem in proposito casu esse tantùm condemnandum ad interesse, & reædificationem fabricæ, non ad aliam criminalem punitionem, defendit pluribus rationibus Manriq. *qq. moral. part. 1. quæst. 72. per totam.*

OBSERVATIONES

D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Restauratio Ecclesiarum ad quem spectet?*
2 *Opiniones diuersæ recensentur.*
3 *Episcopus de quarta Canonica an contribuat?*
4 *Regulares si ad meliorem structuram Ecclesiam, & Capellas ibi existentes redegerunt, an possint petere à dominis Cappellarum meliorationes?*
5 *Benefactores an dicantur regulares?*
6 *Ecclesia renouata quando sit iterum consecranda?*
7 *Constructio publica Ecclesiarum quando inceperit.*

1 Restauratio Ecclesiæ Parochialis pertinet ad Parochum, & Ecclesiæ Cathedralis ad Episcopum, Surd. *cons. 62. nu. 1. & seqq.* Barbos. *de Paroch. p. 1. cap. 13.* Mantic. *decis. 284.* Rota *decis. 454. part. 3. recent.*

2 Primum tamen locum in hac re habet consuetudo Barbos. & Rot. *vbi sup.* Card. de Luca *in Miscell. Eccles. discurs. 29. num. 3.*

Praxis tamen in Hispania est, quod fabrica Ecclesiæ habet aliquos particulares redditus sub eius administratoribus, & in aliquibus locis habet participationem decimarum, & in Ecclesijs regularium mendicantium similis est praxis, de Luca *vbi sup.*

Si adsit habens curam habitualem, & exerceat per Vicarium cum congrua, tunc onus restaurandi incumbit, habent curam habitualem, & fructus, & emolumenta sine onere, de Luca *vbi supra*.

3 Episcopus de quarta parte ad se spectante à Parochis quorum onus est præstare Episcopis, de Luca *num. 7. & in annot. ad S. C. Trid. discurs. 17. num. 8.* vbi quod mos sit fabricam Ecclesiæ habendi dotem suam, & mensam distinctam, & in plerisque partibus ex consuetudine soleat esse onus populi, & Communitatis, & consuetudine cessante sint inspiciendæ vires Ecclesiæ, vel mensæ Episcopalis, aut Rectoris, quoniam si redditus non exuberant post necessariam ipsius Rectoris, vel Prælati substentationem tunc Populi, vel Parochianorum onus esse ait, & decisionem pendere ex facti qualitate, & circumstantijs particularibus.

4 Nudiustertius fuit mihi propositus casus. Quidam regulares ad meliorem structuram eorum Ecclesiam redegerunt, & ad symmetriam Capellas ibi existentes, petunt nunc à dominis Capellarum meliorationes, & magnam quantitatem sumptuum.

Aduersus Monasterium adducebam, quod si muri non erant ruinosi melioramenta non fuerint necessaria, ideòq; non veniant reficienda, vt Paul. de Castr. *in l. ex duobus n. 1. & 2. ff. de negot. gest.* vbi per illum textum notat, quod si fratres habebant domum paternam sufficientem, & tamen alter ex eis voluit ampliare, licet domus fuerit effecta melior, non tamen debent refici melioramenta, cùm domum venalem non haberent, & pro eorum habitatione satis fuisset in statu antiquo, sequuntur Curt. iun. *cons. 165. n. 14.* Peregr. *cons. 42. n. 16. lib. 1. & de fideicom. art. 50. n. 54.* & Rot. *decis. 116. post princ. & n. 40. part. 6. recent.*

Eo minus si sunt valde excedentia, & domini Capellarum non sunt diuites, *l. in fundo §. finge pauperem ff. de rei vendic.* pulchrè Menoch. *de arbit. in add. ad cas. 258. n. 74.*

Præterea dicti Patres renouarunt Ecclesiam particularium deuotione, oblationibus, & eleemosynis quo casu benefactores illi de populo, & non ipsi patres exornarunt Ecclesiam, & Capellas, Lotter. *de re benefic. lib. 2. quæst. 8. num. 33.* Rota post Viuian. *de iurepatron. decis. 137.* Eleemosynæ enim faciunt benefactorem, & non patronum, vt in materia iurispatronatus Beneficianistę tradunt Seraph. *decis. 1103. num. 3.*

Prorsus improbabile, & inconueniens est, quod ob maiorem ampliationem, & meliorem structuram ijdem Patres Capellas liberas, quæ erant sub dominio, effecissent.

Ecclesia antiqua prorsus demolita habens speciem nouæ constructionis ex integro noua indiget consecratione iuxta distinctionem, de qua Buratt. *decis. 931. num. 7.* vbi Add. *lit. C.* cum concordantibus ibi adductis Card. de Luca *de praemin. discurs. 11. num. 12.*

Constructio publica Ecclesiarum, quando initium habuerit pleno calamo, Card. de Luca *de praemin. discurs. 3. num. 14. & seqq.*

ANNOTATIO XIX.

De Oratorijs, & Capellis.

ARGVMENTVM.

Notatur Oratorium quid sit, & quotuplex; priuatum qualiter construi posit, quomodo cum licentia Papæ in priuato Oratorio, & quo possit sacrum fieri, & an posit cum licentia Episcopi in necessitate: Celebratur etiam Missa in Oratorio priuato domus Episcopi, & Cardinalis, an illis absentibus, an gaudeat immunitate. Oratorium publicum, quod habet ostium ad viam publicam erigitur Episcopi auctoritate, gaudet priuilegijs omnibus Ecclesiæ concessis, licentia prædicta quomodo præsumatur, vel probetur; non possunt in eo celebrari functiones Parochiales, nec continuò asseruati Sanctissimum; visitatur ab Episcopo, etiamsi aliter cautum sit in fundatione. Capella quoque erigitur Episcopi auctoritate, quotuplex sit, vnde dicatur, an sine dote construi possit: Capellæ locus vendi potest, & in ea potest hæres apponere sua insigna, etiamsi alia testatoris sint, quæ probant ius, si antiqua sunt; eam ædificans tenetur reparare, & prouidere de necessarijs; cui cedant eleemosynæ in ea factæ; quando in ea dicatur beneficium Ecclesiasticum; onera Missarum illius quis satisfaciat, & quid si adest Capellanus, an possit cogi per se satisfacere; an veniat appellatione Ecclesiæ, & dicatur illi accessoria, ex relictis Capellæ quando debeatur portio Episcopo; adhærens domui quando præsumitur sub iurisdictione Episcopi, & alia ad materiam.

SVMMARIVM.

1 *ORatorium materia ad text. cap. auctoritate el 4. de priuileg. in 6. & qui DD. materiam exagitent.*
2 *Oratorium quodnam sit.*
3 *Oratorium aliud publicum, aliud priuatum, & hoc sine dote, consecratione campana, & ostio ad publicum construi potest.*
4 *Oratorium priuatum pro celebratione Missæ Breue Apostolicum habere debet, quod solet cum exceptione aliquorum dierum concedi: executio committitur Ordinario, qui visitet locum, num. 5.*
6 *Oratorij priuati in Altari an Episcopus sine Pontificis licentia celebrare possit, vel celebrari facere, & quod solum in itinere, vel infirmitate.*
7 *Oratorij priuati in Altari propriæ domus possunt Cardinales celebrare, & celebrari facere.*
8 *Oratorij priuati in Altari an ex necessitate celebrari permittere possit Episcopus.*
9 *Oratorij priuati in Altari FF. Predicatores, & Minores, & PP. Iesuitæ celebrare possunt.*
10 *Oratorij priuati in Altari an absente domino celebrari possit.*
11 *Oratorium priuatum non gaudet immunitate, nec pollutione, aut copula polluitur.*
12 *Oratorij priuati in Altari propriæ domus, si licentiam celebrandi quis habeat, an vbicunque proficiscatur id facere possit.*
13 *Oratorij priuati in Altari qui Missam audientes in die festo præcepto satisfaciant.*
14 *Oratorium publicum est, quod habet ostium patens in via, erigique debet de Episcopi auctoritate.*
15 *Oratorium publicum gaudet priuilegijs omnibus, Ecclesiæ concessis.*
16 *Oratorium publicum esse fundatum auctoritate Episcopi qualiter probetur.*
17 *Oratorium non habet ius, vt in eo peragantur parochiales functiones.*
18 *Oratorij in Altari non potest dare licentiam Episcopus continuo asseruandi Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum.*
19 *Oratorium publicum visitat Episcopus, etsi in fundatione id prohibitum esset, non sic si sub Regum sit immediata potestate, num. 20.*
21 *Oratorij in erectione interuenisse auctoritatem Episcopi præsumitur ex multis.*
22 *Capella etiam in sui constructione auctoritatem Episcopi exigit.*
23 *Capella pluribus modis sumitur.*
24 *Capella vnde dicta sit, & qualiter seruandum, quod dicitur, sine dote fundari posse.*
25 *Capellam si Clericus ædificet sine Episcopi licentia degradatur, & laicus excommunicatur.*
26 *Capellæ in ædificatione adeo Episcopi consensus est necessarius, vt non valeat testatoris dispositio aliter statuentis.*
27 *Capellam construi si mandet Testator sub pœna caducitatis, etsi promittat in codicillis nominare Capellanum, & ibi non nominet, est tamen construenda.*
28 *Capellæ locus liberè venditur, etiam sine assensu, nec censetur venditum ius sepulchri, nisi de eo sit facta mentio:*
29 *Capellæ sua insignia apponere an possit hæres, si adsint alia fundatoris.*
30 *Capellæ fundatoris insignia, nec rector, neque regularis amouere potest, & imponere alia.*
31 *Capellæ ius probant antiqua insignia.*
32 *Capellæ imponere debent arma fundatores ad excitandam deuotionem, & quæ, & quod non cum imagine alterius Capellæ.*
33 *Capellam ædificans, illam reparare, & prouidere debet, nisi dotem etiam pro reparatione assignauerit.*
34 *Capella vendi potest etiam ad instantiam creditorum, non ius patronatus.*
35 *Capellæ si fiant legata, & eleemosynæ, quando in beneficium rectoris, vel capellani cedant.*
36 *Capella erecta, & dotata cum Episcopi consensu, in titulum diuisum ab Ecclesia, dicitur beneficium Ecclesiasticum.*
37 *Capellæ in parochiali Ecclesia Missarum onus satisfacit rector, nisi adsit capellanus.*
38 *Capellæ oneri Missarum non potest Episcopus capellanum cogere, quod per se satisfaciat, & potest capella conferri Clerico, nisi in fundatione statuatur, quod per se celebret.*
39 *Capella non venit appellatione Ecclesiæ, nisi in fauorabilibus.*

40 Capel-

40 *Capellæ fabricæ si quid relinquatur non debetur quarta Episcopo, vel parocho, nisi casu quo fabrica inueniretur finita.*

41 *Capella se habet, vt accessorium ad Ecclesiam, vnde illa interdicta hæc interdicta censetur.*

42 *Capella adhærens alicui domui, habens aditum ad viam, præsumitur sub iurisdictione Episcopi.*

43 *Capellam ædificare cupiens propè parochiam, Abbatis illius, vel Pontificis licentiam obtinere debet, sufficeret tamen Abbatis pro acquirendo iurepatronatus.*

ANNOTATIO XIX.

§. VNIC.

Ad Text. in cap. auctoritate el 4. de priuil. in 6.

1 IN hoc text. Alexander Papa IV. prohibet, construi Oratoria, vel Capellas sine auctoritate Ordinarij; cuius occasione dicemus nonnulla practicabiliora de Oratorijs, & Capellis, de qua materia tractant Lambert. *in 6. art. 11. quæst. princip. primæ partis 1. lib. & in 15. art. 2. quæst. princip. primæ partis, & in 1. art. 6. quæst. princip. 3. lib.* Fusc. *de visit. lib. 2. cap. 11. & 12.* Quintil. Mandos. *in regul. 23. de annali quæsit. 17.* Rebuff. *in concordata in forma mandati Apost. verbo Capella*, Gulielm. Durand. *in ration. diuin. lib. 2. cap. 10.* Alph. de Leon. *de offic. Capell. part. 1. quæst. 3. sect. 1. & seqq.* Nouar. *summ. Bull. titul. de Orat.* Gonzal. *ad 8. regul. Cancell. gl. 5.* Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 3. cap. 8. quæst. 2.* Petr. Greg. *Syntag. iuris part. 2. lib. 13. cap. 29.* Barbos. *de potest. Episcopi part. 2. alleg. 23. de iure Eccl. lib. 2. cap. 8. & in summ. Apostolicarum decis. verbo Capella, & verbo Oratorium*, Marescott. *variar. resol. lib. 1. cap. 55. num. 8.* Lotter. *de re benef. lib. 1. quæst. 13. num. 40. & seqq.* Ricc. *in prax. 4. part. resol. 425. & sequentib.*

2 Nota primò, per hunc text. prohiberi constructionem Oratorij sine Ordinarij licentia; pro cuius intelligentia præmittendum est, Oratorium dici locum ad orandum, atque Deo preces fundendas constitutum, id enim sonat vox ipsa, habemus ex *cap. fin. de Eccles. ædif. & cap. penul. & vltimo 42. dist.* Hinc quia omnis Ecclesia locus orationis est, ore diuino attestatum Ioan. *cap. 2.* ibi: *Domus mea, domus orationis vocatur*, potest etiam dici Oratorium, ita explicant Mandos. *ad regul. Cancell. 33. quæsit. 17. num. 8.* Fusc. *de visit. lib. 2. cap. 12. num. 1.* Ricc. *4. part. suæ prax. resol. 425.* Barbos. *de iur. Eccles. lib. 2. cap. 8. n. 1.* Inter nos vulgariter dicimus Oratorium, Capellam, siue paruam Ecclesiam, quam Confraternitates, & societates sibi ædificant, quod etiam confirmat Mandos. *cit. num. 8. post med.* vel communiter accipitur pro parua Ecclesia, Barbos. *cit. loc. num. 17.*

3 Diuidunt communiter DD. Oratorium in priuatum, & publicum, priuatum Oratorium est locus quilibet, quem quis sibi in domo, vel alio loco priuato constituit ad orandum, & preces Deo fundendas, etiam sine auctoritate Episcopi, *cap. vnicuique de consecrat. dist. 1.* & in eo non procedit dispositio *huius text. cap. auctoritate*, aduertunt DD. omnes, præsertim citati *num. præcedenti*: Hoc autem priuatum Oratorium non debet habere formam Ecclesiæ, nec Campanam, nec debet consecrari, & absque dote construi potest, Barbos. *cit. cap. 8. num. 3.* qui alios citat, *& num. 16.* dicit, quod non debet habere ostium ad viam publicam.

4 In huiusmodi priuatis Oratorijs non potest Missa celebrari, nec etiam de licentia Episcopi; concedi tamen solet per Summum Pontificem licentia celebrandi Missam in prædictis Oratorijs priuatis in domibus Principum, & Nobilium, præterquam in solemnioribus festis, puta in Natiuitate Domini, Epiphania, Paschate, Pentecoste, Annunciatione, Assumptione B. Mariæ Virginis, festo SS. Apostolorum Petri, & Pauli, & omnium Sanctorum, ita declarauit Sacr. Rit. Congreg. 17. Nouembris 1617. Gauant. *in rubr. Missal. part. 1. titul. 20. propè finem vers. sciendum*, Lezan. *in summ. qq. regul. tom. 1. cap. 21. num. 31.*

Executio licentiæ celebrandi Missam in Oratorijs domorum priuatarum committitur Ordinario, qui visitare tenetur locum Oratorij prædicti, antequam pro executione Breuis Apostolici licentiam det celebrandi; & proinde inspicere habet, si Oratorium sit decenter exstructum, & ornatum, & an liberum sit ab omnibus domesticis actibus, & an in aliquo præiudicet iuribus Parochialibus, nam cum tali præiudicio non est concedenda licentia prædicta, aduertit Quarant. *summ. Bull. 2. part. verbo Missa in princip. fol. mihi 585.* Inspicere etiam debet principaliter Ordinarius pro executione huiusmodi Breuis Apostolici, si Oratorium sit decenter ornatum, cùm hoc exigatur in Breui, quod tunc dicitur, quando in eo adsunt necessaria pro celebratione Missarum, puta lapis consecratus, Altare decenter extructum coopertum tribus mappis mundis, pallia coloris festiuitatibus, & officio conuenientibus, vel saltem vnum, quod quatuor vsitatos Ecclesiæ colores contineat, crux, candelabra ad minus duo, tabella secretorum, puluinar, missalis, parua campanula, ampullæ vitreæ cum manutergio, Calix cum purificatorio, palla, corporale cum velis, & bursis sericis coloris paramentorum, alba cum amicto, & cordula, Planeta cum stola, & manipulo, & alia necessaria munda, decentia, & benedicta ab habente potestatem; non tamen exigendi sunt flores, & ornamenta murorum, cùm non sint necessaria ad celebrandum, vt optimè aduertit Nauar. *summ. Bull. 1. part. titul. de orat. priuat. num. 3. & 4.* 5

Quod diximus, in Oratorijs priuatis non posse Missam celebrari, fallit cum Episcopis, qui possunt in priuatis Oratorijs extra Ecclesiam celebrare, & celebrari facere coram se Missam cum Altari portatili, ex priuilegio eis concesso per *cap. vltimum hoc titul. de priuil. lib. 6.* cui priuilegio non est derogatum per Concil. Trident. *sess. 22. Decreto de obseruan. & euitan. in celebrat. Missæ*, vbi Episcopis iniungitur, ne celebrari permittant in priuatis domibus, Azor. *instit. moral. part. 1. lib. 1. cap. 26. quæst. 4.* Beia *resp. casuum conscient. part. 4. cas. 33.* Vgol. *de off. Episcopi cap. 2. §. 2. num. 4.* Barbos. *de potest. Episcopi part. 2. alleg. 23. num. 5.* licèt de hac opinione dubitet Nauar. *consil. 16. in antiq. aliàs 5. in nou. sub titul. de priuil.* quia contra Nauar. vltra prædictos declarauit etiam Sacra Congregatio Concil. Trident. vt testatur Valer. *different. vtriusque for. verbo Missa differ. 2. vers. hoc tamen, & seq.* cum Episcopis infirmis, vel itinerantibus; ex quo infert, Episcopum non posse in priuato Oratorio, nec etiam sui palatij Missam celebrare, vel celebrari facere sine licentia Summi Pontificis, voluit etiam Rodriq. *in summ. part. 1. cap. 242. num. 14.* sed quod possit in Oratorio priuato, sui palatij extra casum itineris, & necessitatis Episcopus celebrare, & celebrari coram se facere, etiam extra propriam Diœcesim, defendit post multos Dian. *4. part. tract. 4. Miscell. resol. 15.* vbi in fine dicit, absente Episcopo non posse celebrari in tali Oratorio, multa Barbos. *de iure Eccles. lib. 2. cap. 9. num. 16. vers. Episcopi.* 6

Sed quicquid sit de Episcopis, certum est, priuilegium prædictum Missam celebrandi in priuatis Oratorijs proprij palatij quoad Cardinales non esse derogatum, & in suo robore inconcussum remanere, prout per auctoritates, & iura concussa probat Eminentissimus, & Reuerendissimus Ioan. Maria Cardinalis Brancatius Nobilitatis Neapolitanæ decor, & ornamentum in sua doctissima, & accuratissima dissertatione, quam refert Diana *tom. 6. tract. 8. Miscell. resol. 40.* 7

Vlterius fallit proposita sententia in casu necessitatis, vnde posse Episcopum licentiam concedere celebrandi Missam in priuatis Oratorijs, quando scilicet esset aliquis infirmus qualificatus, probat ex mente Concil. Trident. & verbis declarationis Sacræ Congregationis Valer. *loc. cit. vers. vno tamen*, hæc opinio in praxi nunquam practicatur, sed semper Episcopi se reportant ad Summum Pontificem; imò facultatem prædictam omninò Episcopis adeptam esse, & Sanctissimo reseruatam, testatur Nouar. quem refert, & sequitur Barbos. *summ. Apostolicar. decis. verbo Oratorium num. 4.* ex declaratione Sacr. Congreg. 8

Nonnulli Regulares potiuntur hoc priuilegio celebrandi Missam in priuatis Oratorijs locorum, vbi degunt cum Altari portatili, ita de Fratribus Prædicatoribus, & 9

Mino-

Minoribus, testatur Valer. *cit. diff.* 2. *in princip.* ea priuilegio concesso per *cap. in his de priuil.* confirmato in foro conscientiæ per Pium V. nec esse reuocatum per Concil. tenent Portel. *in dub. Regul. verbo Altare num.* 1. Rodriq. *in compend. qq. reg. res.* 9. *num.* 4. licèt alij contrarium defendant; de dignissimis Patribus Societatis Iesu, qui celebrare possunt Missam in Capellis, & Oratorijs, quæ Prouinciales eiusdem Societatis per se in Domibus, Collegijs, & alijs locis, vbi dicti Patres resident approbauerint, & ad diuinum dumtaxat cultum deputauerint, testatur Barbos. *in summ. Apostolicar. decis. verbo Oratorium num.* 1. post Lezan. *in summ. qq. Regul. tom.* 1. *cap.* 21. *num.* 14. ex indulto Greg. XIII. in sua constitut. incip. *decet Romanum Pontif. anno* 1575. *emanata*.

10 Dubitat Diana *tom.* 4. *tract.* 4. *Miscell. resol.* 13. an in Oratorijs priuatis, in quibus ex licentia Summi Pontificis celebratur Missa, possit illa celebrari coram familiaribus absente Domino, refert DD. pro vtraque opinione; ipse verò tenet partem affirmatiuam; in quo casu aduertendum est, quod licèt dictum sit supra cum eodem Diana, non posse in Oratorio palatij Episcopi non præsente Episcopo celebrari, id procedit, quia priuilegium illud est personale concessum ipsi Episcopo; secus in hoc casu, in quo priuilegium est concessum loco pro domino, & familia.

11 Hoc Oratorium priuatum, quantumuis in eo celebretur de licentia Summi Pontificis, non gaudet immunitate Ecclesiastica, declarauit Sacra Congregatio immunitatis *in Perusina* 9. *Decembris* 1631. refert Sell. *select. Canon. cap.* 5. *num.* 57. & Barbos. *Summ. Apostolicarum decis. verbo Oratorium in fin.* & ad effectum copulæ, aut pollutionis Oratorium priuatum non venit appellatione Ecclesiæ, vnde copula in eo habita non est circumstantia necessariò in confessione aperienda, quia illud non gaudet immunitate, & priuilegijs Ecclesiæ, Syluest. *in summ. verbo loca religiosa quæst.* 2. *& verbo interdictum* 6. *quæst.* 5. Mantic. *decis.* 38. Nouar. *summ. Bull. titul. de immunit. Eccles. num.* 84. Barbos. *de iure Eccles. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 19. *in princip.*

12 In his terminis dubitari solet, an licentia Pontificis celebrandi Missam in Oratorio priuato domus Titij Neapoli, suffragetur, si Titius Capuam pergat ad habitandum, possitque vti eadem facultate in ciuitate Capuæ. In quo dubio affirmatiuam partem tuentur Nouar. *summ. Bull. tit. de Oratorijs priuat. num.* 6. 1. *part.* Megal. *variar. resol. tom.* 2. *resol.* 67. Diana 4. *part. tract.* 4. *Miscell. resol.* 208. *vers. verum*, quos etiam sequitur nouissimè Barbos. *de iure Eccles. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 16. *vers. qualiter*, contra alios, quorum opinio est minus communis; nec huiusmodi sententia aduersatur suprapositis, nempè hoc priuilegium esse concessum loco, non simpliciter personæ, nam hoc intelligitur non de loco particulari, sed de loco domus habitationis ipsius Titij.

13 Obseruandum est, quod hæc licentia celebrandi in Oratorio priuato concedi solet pro domino, & familia, cuius familiæ appellatione venit in hoc casu maritus, & vxor, filij, & filiæ, nurus habitans in eadem domo, ac commensalis; item veniunt famuli, & famulæ commensales, qui in ministerio eiusdem familiæ sunt; prædicti enim satisfaciunt præcepto, si audiant Missam in die festo in dictis Oratorijs, cæteri verò quantumuis coniunctæ personæ, ac solitæ domum frequentare non satisfaciunt, aduertit Dian. *cit. resol.* 208. *vers. notandum*.

14 Aliud est Oratorium publicum, & est illud, quod ostium habet patens ad viam publicam, constructum in publico loco ad instar Ecclesiæ, vel Capellæ, in illius erectione debent concurrere requisita omnia, quæ requiruntur in erectione Ecclesiæ, & in particulari in eo militat dispositio huius *cap. auctoritate*, nempè quod non possit erigi sine Episcopi auctoritate, aduertunt Mandos. *ad regul.* 33. *Cancell. quæst.* 17. *num.* 8. *in fin.* Fusc. *de visit. lib.* 2. *cap.* 12. *in princip.* Barbos. *de iure Eccles. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 11. *& seqq.* & in concedenda hac licentia Episcopus cognoscere debet causam, & deuotionem fundationis, illudque benedicere, & alia facere, prout in constructione Ecclesiæ, Fusc. *cit. loc. num.* 4.

15 Hinc priuilegia omnia Ecclesiæ concessa, censentur etiam concessa Oratorio publico, prout de restitutione in integrum, de beneficio *l. vnica C. quando Imperator inter pupill. & viduam*, & priuilegio immunitatis, testatur Ricc. post alios *in prax.* 4. *part. resol.* 428. *per totam*, Barbos. *de iure Eccles. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 13. *&* 14. vbi in specie, quod gaudet solemnitate requisita circa alienationem rerum Ecclesiæ, Rebuff. *in compend. alienat. num.* 57.

16 Probatur Oratorium publicum esse fundatum auctoritate Episcopi, quando habet dotem vel campanile, vel decimarum perceptionem, aut primitiarum, vel Altare lapideum stabile, & non portatile, vel est fundatum cum ianua ad publicum patente, vt notat Barbos. *cit. loc.* vel si in eo publicè celebretur, vel Sacerdos deputetur, Genuens. *in prax. Cur. Archiepiscopal. Neapol. cap. mihi* 17. *num.* 4. vel si sit consecratum, Lotter. *de re benef. lib.* 1. *q.* 5. *num.* 66. In quibus differat ab Oratorio priuato, vide Maria. Ital. *de immun. Eccles. cap.* 4. §. 4.

17 In huiusmodi Oratorijs maximè Confraternitatum, & in alijs similibus Ecclesijs, quæ non sunt curatæ, nec regulares, non possunt Sacerdotes, & Capellani illorum peragere functiones parochiales, quæ populi, & animarum curam quoquomodo concernere videntur, vt sunt candelarum, cinerum, palmarum, fontis baptismalis benedictiones, Sanctissimi Sacramenti delationes, celebrationes Missarum feria quinta in Cœna Domini, & Sabbati, aspersiones domorum, voluit Sacr. Congreg. Rit. 18. Maij 1602. refert Marchin. *de Sacram. Ordinis part.* 3. *cap.* 8. *num.* 6. & Barbos. *de off. Paroch. cap.* 11. *num.* 50. *prop. fin.* vbi dicit, quod prædicta agi debent in Oratorijs prædictis de licentia Episcopi, in qua concedenda aduertat Episcopus non debere concurrere præiudicium parochiæ.

18 In eisdem Oratorijs non curatis, maximè quæ sub regimine laicorum sunt, non potest Episcopus licentiam concedere asseruandi continuò, & permanenter Sanctissimum Sacramentum pro adoratione fidelium, sed requiritur licentia Papæ, ita testatur declarasse Sacr. Congreg. Genuens. *in prax. Cur. Arch. Neap. cap.* 110. *num.* 2. *secundum vltimam impress.* Piasec. *in prax. part.* 1. *cap.* 3. *num.* 34. *vers. huc pertinet*, Barbos. *de potest. Paroch. cap.* 11. *num.* 50. *in fin.*

19 Huiusmodi Oratoria publica per Episcopum visitari debent, prout notat Fusc. *de visit. cap.* 11. 2. *lib. per totum*, vbi in particulari *num.* 4. tenet, quod si hoc Oratorium fundatur pacto speciali adiecto, quod non subeat visitationi Episcopi, nec Episcopus se intromittat in illo, pactum reijcitur, & Episcopus potest illud visitare, quia fundator non potest prouisionem Episcopi impedire, etiamsi dixisset, quod alias esset cassa, & irrita dispositio per doctrinam Fel. *in cap. cum venerabilis num.* 32. *& seqq. de except.* Rip. *in l. nemo potest num.* 127. *ff. de leg.* 1. tenet etiam Genuens. *cit. cap.* 17. *num.* 4. Quidquid sit de Oratorijs priuatis, quæ Episcopus visitare non potest, vt per *cap. fin. de censibus*, notat idem Genuens. *sub cit. num.* 4. vbi etiam aduertit, quod licèt non possit Episcopus prædicta priuata Oratoria visitare, potest nihilominus ea videre, si constructa sint præter formam iuris, & an honestè tractentur, aliàs posset mandare illa destrui, etiam sub censuris, sequitur Barbos. *de iure Eccles. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 15.

20 Fallit hæc potestas Episcopi in Oratorijs etiam publicis, quæ sub immediata Regum protectione sunt, illa enim non potest Episcopus visitare sine Regis licentia, ita deciditur per Concil. Trident. *sess.* 22. *cap.* 8. *de reform.* quæ autem dicantur Oratoria sub immediata Regum protectione, vide Leo *Thes. for. Eccles. part.* 4. *cap.* 2. *nu.* 97. Mart. *de iurisd. part.* 2. *cap.* 18. *num.* 2. *& seqq.* sed de hoc alibi dicendum est.

21 Notatum est ex text. in constructione Oratorij requiri auctoritatem Episcopi, sed si Oratorium reperiatur constructum, in dubio præsumitur talis auctoritas, si Oratorium habeat campanam, & publicè in eo celebretur, & ex alijs signis, ex quibus supra *vers. probatur* diximus probari auctoritatem prædictam, aduertit Bonac. *de matrim. punct. vltimo num.* 9. *& in* 1. *præcept. Decalog. disp.* 3. *q.* 7. *punct.* 4. *num.* 15. sentit Rot. *in vna Auersana funeralium* 23. *Iunij* 1634. *coram D. Coccino num.* 1. relata per Marant. *part.* 4. *resp.* 21. *post num.* 73.

22 Nota secundò, hunc *text. cap. auctoritate*, docere

non

non solùm Oratorium, sed nec etiam capellam esse construendam sine auctoritate Ordinarij; Ad quod notandum est, capellam dici locum priuatum in Ecclesia, vel extra Ecclesiam positum, contiguè tamen, Deo sacratum, ita Lambert. *de iurepatron. in 6. art. 11. quæst. princip. 1. p. 1. lib. num.* 1. Fusc. *de visit. lib. 2. cap.* 11. *num.* 6. Alph. de Leon. *de off. capell. part.* 1. *quæst.* 3. *sect.* 1. *num.* 1. & alij post Mandos. *in regul. cancell.* 33. *num.* 3. nouissimè Barbos. *de iure Eccles. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 17.

23 Accipiunt DD. communiter capellam pluribus modis: primò dicunt capellam esse paruam Ecclesiam etiam curatam, ex *cap.* 1. *& tot. titul. de capell. Monach.* dummodo non sit collegiata, *cap. nobis de iurepatron.* dummodo ibidem adsit Altare cum imagine alicuius Sancti, & hæc nihil differt ab Ecclesia, vndè in eius constructione militant leges omnes, quas ootauimus *annot.* 16. secundò accipitur pro capellis Monachorum, prout in *cit. titul. de capell. Monach.* & notat Fusc. *de visit. lib.* 2. *cap.* 16. *per totum*, Mandos. *in regul. cancell. cit. num.* 5. vbi in materia beneficiali distinguit inter capellas fundatas in Ecclesijs Monachorum, & Mendicantium: tertiò dicitur capella Oratorium ædificatum in domo priuata, de quo hic supra notatum est, & loquitur Mandos. *loc. cit. num.* 6. vltimò accipitur capella pro Altari, non tamen maiori, in Ecclesia constructo, Mandos. *cit. loc. num.* 4. Fusc. *vbi supra num.* 6. Barbos. *cit. cap.* 8. *num.* 18. qui testatur ita accipi capellam secundùm communem modernum vsum loquendi, & de capella hoc communi modo accepta loquitur hic, quæ sine dubio construi non potest in Ecclesia sine auctoritate Ordinarij, licèt *text. in hoc cap. auctoritate*, loquatur de omni capella non tamen priuata, dicens non posse illam construi sine licentia Ordinarij; Vnde in visitatione huiusmodi capellæ maximè nouiter erectæ debet Episcopus inquirere, si in erectione adfuit consensus prædictus, Fusc. *de visit. cit. cap.* 11. *num.* 7. vbi vlterius tenet, quod si ædificatam inueniet sine consensu prædicto, potest illam demoliri facere, licèt non possit illam demoliri ipse fundator, cùm iam sit effectum quid spirituale, Lambert. *de iur. patron.* 1. *lib.* 1. *part.* 2. *quæst. princip. art.* 18.

24 Capella vnde sic dicta, vide post Durand. *in ration. diuin. lib.* 2. *cap.* 10. Azor. *instit. moral. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 8. *quæst.* 2. *& alias*, Barbos. *de iure Eccles. lib.* 2. *cap.* 8. *n.* 19. Capellas huiusmodi posse in Ecclesia ædificari sine dote firmauimus cum communi *annot.* 16. si ad ornatum Ecclesiæ ædificantur sine onere missarum, Genuens. *in prax. cap.* 109. sufficit enim, quod Ecclesia principalis sit dotata; verùm hodie experientia attestante, quia vt plurimum videmus, defuncto fundatore, & deficiente feruore deuotionis illius, illas remanere sine dote, & sine ornamentis, & quod inuentum est pro ornanda Ecclesia, contrarium produci effectum; ideò in casu particulari mihi commisso à Religiosissimo Antistite, cùm non potuerim inducere fundatorem ad dotandum, saltem exegi ab illo obligationem, qua se, & hæredes obligauit ad reparandam Capellam à se constructam, & signanter ad illam prouidendam de paramentis in futurum; & tractu temporis, reperta Capella per Ordinarium sine dote, & spoliata ornamentis, & deficiente eo, qui illam restauraret, & prouideret, adstringatur, vel illam alteri concedere, vel demoliri facere, prout ego ipse seruaui in visitatione nonnullarum Ecclesiarum.

25 Vlterius notandum est, quod si quis sine Ordinarij licentia Capellam ædificaret, non solùm posset ipsa Capella de mandato Ordinarij demoliri, vt supra, sed etiam si Clericus est, qui construxit, degradatur, & laicus anathematizatur, *cap. nullus de consecrat. dist.* 1. Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *quæst.* 13. *num.* 41.

26 Hic consensus, siue licentia Episcopi in constructione Capellæ est adeo necessarius, vt non valeat dispositio testatoris, mandatis erigi Capellam sine consensu Ordinarij, nec quod Ordinarius non possit illam visitare; nam conditiones prædictæ non subsistunt, imò pro non appositis censentur, quia nemo facere potest, quin in suo testamento leges locum non habeant, prout docent Guttier. *in interpretat. L. nemo potest num.* 449. *ff. de leg.* 1. Sarmient. *lib.* 1. *selectar. cap.* 11. *num.* 10. *& seqq.* Cæuall. *commun. contra commun. lib.* 2. *quæst.* 282. *num.* 16. quod maximè procedit in dispositione Ecclesiastica secundum opinionem eiusdem Cæuall. *in tract. de cognit. per viam violent.* 2. *part. quæst.* 70. *num.* 17. & idem dictum est de Oratorijs supra.

27 Hic obiter inserendus est casus, de quo diebus elapsis consultus fui N. in suo testamento mandauit, construi Capellam intra menses sex à die aperturæ testamenti sub pœna caducitatis cum assignatione dotis per eum constitutæ, in qua mandauit, celebrari per Capellanum, per eum nominandum in suo codicillo; post certum tempus condidit codicillum, in quo nullam fecit nominationem Capellani, & sic absque nominatione obijt, prætendebat hæres excusari ab erectione prædictæ Capellæ, quasi videretur per non nominationem prædictam, testatorem mutasse suam voluntatem; nihilominus respondi, teneri hæredem omninò ad dictam constructionem, nec præsumendum esse, testatorem mutasse suam voluntatem ob non nominationem Capellani, cùm iam dispositio quoad erectionem Capellæ sit perfecta, & hæres est certus de voluntate testatoris, *arg. text. in l. si testamentum C. de institut. & substitut.* & in tali casu inueni, ita voluisse Rotam *in Viterbien. bonorum* 20. *Februarij* 1595. *coram D. Litta*, quam refert, & sequitur Grat. *discept. for. cap.* 220. *num.* 12. *& seqq.*

28 Obserua primò, quod locus in Ecclesia, in qua est construenda Capella potest vendi per rectorem, & aliquid pretij pro illo accipi, pro illo iure, quod acquirit laicus emptor in Ecclesia eminentioris loci, & ponendi arma, & insigna, notant Grat. *loc. cit. num.* 32. *& seqq.* Iul. Lauor. *var. elucubr. titul.* 2. *cap.* 10. *num.* 17. *& seqq.* & ego ipse 1. *part. annot. vltima*, in terminis sepulturæ, & in his terminis capellæ *annot.* 1. §. 2. *num.* 25. vbi notatum est cum Ricc. Grat. & alijs, hodie de consuetudine capellæ liberè venduntur sine assensu Apostolico, & quod vendita capella non censetur venditum ius fodiendi sepulchrum, nisi de eo fiat expressa mentio.

29 Obserua secundò, quod hæres non potest apponere arma in capella, in qua sunt arma fundatoris; nam arma primi fundatoris semper debent in eius memoriam permanere, Anch. *consil.* 113. Lauor. *var. elucubr. titul.* 2. *cap.* 18. *num.* 19. vbi in fine dicit, quod nouus hæres alterius familiæ, neque potest sua arma, & insignia in capella affigere, etiam quod antiqua remaneant, quod tanquam rigorosum non seruatur in praxi, maximè si hic hæres esset benefactor, & opponeret scripturam, qua denotaretur, arma antiqua fuisse primi fundatoris, Genuens. *in prax. cap.* 109. *num.* 4.

30 Et quod omninò prohibeatur rectori Ecclesiæ, regularibus, vel alijs administratoribus mutare arma, & insignia fundatoris capellæ, & ponere alterius insignia, refert Genuens. *in prax. Cur. Archiep. Neap. cap.* 109. *num.* 3. *secundum vltimam impress.*

31 Hæc arma, & insignia in antiquis probant ius capellæ, *l. signata C. de fabric. lib.* 11. Cagnol. *in l.* 1. *num.* 177. *ff. si certum petatur*, Ricc. *decis. Cur. Archiep. Neap. part.* 2. *decis.* 230. & alij, quos refert, & sequitur Lauor. *cit. cap.* 18. *num.* 18. vbi dicit, secus esse in descriptionibus nouiter appositis, Seraph. *decis.* 652. *num.* 2.

32 Ex dictis colligitur, posse fundatores, & benefactores apponere, & habere arma, insigna, & nomen familiæ in capellis, & Ecclesijs; id tamen facere minimè debent ad inanem gloriam, sed ad excitandam aliorum deuotionem, & iusto fine, nec in armis, & insignis permittendum est aliquod inhonestum, & quod sapiat gentilitatem, Fel. *in cap. tertio loco de præsumpt. l. facta §. si sub conditione ff. ad Trebell.* Genuens. *cit. cap.* 109. *num.* 6. *& seqq.* vbi multa practicabilia in hac materia, & signanter *num.* 8. defendit validis rationibus, non posse quem in eadem Ecclesia erigere nouam capellam cum eadem Imagine alterius capellæ, vbi frequenter populus ob deuotionem eleemosynas, & oblationes affert, quia hoc esset potius in diminutionem, quàm augumentum diuini cultus.

33 Ædificans capellam tenetur illam reparare, ac prouidere de omnibus necessarijs ad diuinum cultum, & pro celebratione Missarum, ad instar patris naturalis, qui tenetur prouidere filiam de necessarijs, tenet Abbas *consil.* 89. Verùm si ipse fundator assignauit competentem dotem pro capellano, & reparatione, tunc tenetur capellanus capellam reparare, illamque prouidere de necessarijs

sarijs paramentis, probat Genuens. *in prax. tit. cap.* 109. *num.* 13. notatum est annot. præcedenti.

34 Notatum est, posse capellam vendi secundum hodiernam consuetudinem, saltem ratione dignioris loci; & non solùm illam vendere potest ipse patronus, vt notatum est, sed etiam vendi potest ad instantiam creditorum fundatoris, & ad finem illis satisfaciendi, quod procedit etiam, si fundator pacto promisisset rectori Ecclesiæ, vel regularibus, illam capellam nunquam alienare, tenet Alph. de Leon. *de off. capell. part.* 1. *quæst.* 3. *num.* 93. quem refert, & sequitur Barbos. *de iure Eccles. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 21. quæ venditio locum non habet in iure patronatus capellæ, quod cùm sit inæstimabile non potest vendi, nec per ipsum debitorem cedi in solutum creditoribus, *cap. de iure*, vbi DD. *de iure patron.* & ita intelligitur Ricc. *part.* 3. *collect.* 649. vbi tenet, capellam non posse vendi ad instantiam creditorum, vel intelligitur non existente consuetudine, vt ex *final. verb. eiusdem collect.* sed quicquid sit de particulari venditione, certum est non venire in generali, Ricc. *cit. loc.*

35 Dubitatur cuinam cedant eleemosynæ, & legata facta capellæ intra Ecclesiam; & dicendum est, quod cùm capella, vel Altare in Ecclesia existens, etiamsi proprios habeat redditus, non reputetur beneficium, ab Ecclesia separatum, eleemosynas, & legata cedere beneficio rectoris Ecclesiæ; nisi capella habeat proprium, & distinctum capellanum cum suis bonis separatis; tunc enim cedunt beneficio capellani, ita tenet Barbos. *de iure Eccles. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 24. & notandum est alibi latius: & hoc adeo verum est, vt nec possit ipse rector, vel alius procurare, vt eleemosynæ, quæ fiunt capellæ, fiant eius Ecclesiæ, ad *text. in Clem.* 1. *de priuil.* & notat latè Genuens. *in prax. Cur. Archiep. Neap. cap.* 109. *num.* 9. *& seqq. secundum vltimam impress.*

36 Ex dictis collige primò, quod capella erecta in Ecclesia, & dotata cum Episcopi consensu in titulum diuisum ab Ecclesia, dicitur beneficium Ecclesiasticum, Gonzal. *ad regul.* 8. *cancell. gl.* 5. *num.* 68. & ad cognoscendum, an capella sit beneficium Ecclesiasticum conferibile, vel potius simplex Oratorium, attendendus est vltimus illius status, præsertim si sit antiquus, Dec. *consil.* 126. *num.* 1. Rot. *in vna Volaterrana capellæ* 16. *Nouembris* 1594. *coram D. Seraphino, vbi num.* 4. habetur ex quibus arguatur, capellam esse simplex Oratorium, non autem beneficium, Cassad. *decis.* 4. *num.* 7. *de preb. & decis.* 6. *de iurepatron. num.* 7.

37 Collige secundò, si in capella sita intra Ecclesiam parochialem, vel aliam adest onus satisfaciendi nonnullas Missas, si capella non habet suum distinctum capellanum titularem, sunt satisfaciendæ per rectorem Ecclesiæ; quæ si per Rectorem satisfieri non possint, tunc ipse rector prouidet de capellano, non autem Episcopus, Archid. *in cap. quando* 24. *dist.* Fel. *in cap. cum venerabilem num.* 37. *de exception.* nisi id Episcopus consuetudine præscripsisset, Fusc. *de visit. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 11.

38 Capellam obtinentem compellere non potest Episcopus, vt ipsemet celebret, licèt in eius fundatione disponatur, quod capellanus celebret; nam istis oneribus Missarum ritè per substitutum satisfit, ita voluisse Sacram Congregat. refert Piasec. *in prax. Episcop. part.* 2. *cap.* 3. *num.* 33. & Barbos. *summ. Apostolicarum decis. verbo Capellanum.* 2. *vbi num.* 3. refert, eandem Sacram Congregationem decidisse, talem capellam posse conferri simplici Clerico, nisi in fundatione cautum sit, vt per se ipsum celebret, Alph. de Leon. *de off. capell. part.* 1. *quæst.* 4. *prax.* 6. *num.* 211.

39 Obserua, quod Ecclesiæ appellatione non venit capella in dispositione contra regulas iuris, ita Ioan. de Anan. *consil.* 24. *primo videtur per totum*, Card. Tusch. *pract. conclus. tom.* 3. *lit. E. conclus.* 18. *num.* 1. quicquid sit in fauorabilibus, in quibus appellatione Ecclesiæ non solùm includitur capella, sed omnis pius locus, *cap. requisisti*, ibi: *aut alijs pijs locis, de testam.* Barbos. *de appell. verb. iur. signif. appell.* 85. *num.* 16. vbi plures citat.

40 Nota, quod de relictis pro fabrica capellæ non debetur quarta canonica Episcopo, vel parocho ex communi regula *cap. fin. de testam.* vbi DD. omnes; verùm si relictum est factum capellæ dotatæ, & constructæ, & nulla indigenti refectione, debetur quarta prædicta, quia non dicitur pro fabrica capellæ, quæ iam est in esse deducta, & reparatione non indiget, tenet ex opinione Bened. Capræ *consil.* 155. Genuens. *practicab. Eccles. quæst.* 444. *sub nu.* 3. quam ad litteram adducit Ricc. *in prax.* 3. *part. resol.* 340. *num.* 4.

Aduertendum est in his terminis, quod capella tanquam accessoria ad Ecclesiam ab illa dependet, & cum ea transit; vnde est, quod tempore interdicti sicut non celebratur in Ecclesia, ita nec etiam in capella, prout post alios probat Ricc. *in prax.* 3. *part. resol.* 530. *per totam secundum vltim. impress.* & sicut potest consecrari Ecclesia, ita potest consecrari capella; imò etiam separatim ab Ecclesia potest consecrari, Lotter. *de re benef. lib.* 1. *quæst.* 13. *num.* 40. *cap. cum sis de consecrat. Eccles. vel Altar.* 41

Nota etiam, capellam sitam in aliqua domo, ad quam capellam patet ingressus à via publica præsumendam esse sub iurisdictione Episcopi loci, non verò domini domus, etiamsi in ea non adsit titulus beneficij, prout rationibus comprobat Ricc. *in prax.* 1. *part. resol.* 599. *num.* 2. *& seqq. secundum vltim. impress.* 42

Non est prætermittendum, quod si quis desiderat ædificare capellam, vel Ecclesiam intra parochiam Abbatis, obtinere habet licentiam Pontificis, vel ipsius Abbatis, ita statutum est in Bulla Innocentij IV. incipiente, *Quanta volnit*, & refert Nauar. *summ. Bull.* 2. *part. titul. de Capellis*, vbi vlterius addit, sufficere hanc licentiam Abbatis ad finem acquirendi iuspatronatus, per *decis. Rot. in vna Imolen. Iurispatronatus Veneris* 18. *Nouembris* 1578. *coram D. Contuccio, quæ est decis.* 85. *diuers.* 2. *part.* quæ decisio loquitur de Abbate habente iura Ordinarij. 43

OBSERVATIONES

D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *ORatoria diuiduntur in duas species priuatum, & publicum. Describitur priuatum.*
2 *In priuato Oratorio dos nulla requiritur, & quæ sit ratio.*
3 *De licentia Episcopi an possit celebrari in priuato Oratorio?*
4 *In festis de præcepto an satisfaciant præcepto assistentes Missæ, qui non sunt familiares?*
5 *Opinio conciliatiua controuersiæ.*
6 *Oratorium publicum describitur.*
7 *In Ecclesiis Regularibus differunt Cappella ab Ecclesia.*

ORatoria diuiduntur in duas species. Aliud priuatum. Alterum publicum. Oratorium priuatum est, quod existit in propria domo, nec est à domo distinctum, sed potius pars domus, & illius est, cuius est domus, ipseque dominus domus poterit ad liberum destruere, neque pro beneficio habetur, sed tantum ad orandum, & cum licentia Superioris ad ibi celebrandum pro maiori commoditate constituitur, Viuiano *de iurepatron. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 40. 1

In priuato Oratorio dos nulla requiritur, quia pendet ex libera voluntate construentis, & hodie Oratorium, cras aula priuata, Abb. *in cap. fin. de censib.* vt apud Pac. Iordan. *tom.* 2. *lib.* 7. *tit.* 8. *verb. visit. Orator. num.* 8. 2

Difficultas est, an ibi possit celebrari Missa de licentia Episcopi, vel exigatur licentia Papæ? Viuian. *vbi supra num.* 42. tradit, quod ex Constitutione Pauli V. licentia celebrandi Missam in Oratorijs priuatis existentibus in domibus solùm à Summo Pontifice concedatur per Breue, quod dirigitur Episcopo loci, seu eius Vicario. 3

Quamplures, & graues Authores iuxta Pac. Iordan. *tom.* 1. *lib.* 4. *tit.* 1. *num.* 117. contrarium tenent. Nihilominus regulariter licentiam Papæ requiri firmat. Sed non totaliter sublatam facultatem Episcopi, & ex necessitate, vt grassante peste, vel ob infirmitatem domini domus, & palatij posse concedi licentiam per Episcopum,

& in

& in Dominio Veneto in publicis prætorijs de licentia Papæ constructa Oratoria.

4 Difficultas est, vtrum satisfaciant præcepto audiendi Missam Dominus domus, & eius familia, vel etiam alij fideles? Ex verbis enim Breuis Pontificij excluduntur, qui non sunt familiares. Beneuerùm Homobon. & nonnulli alij oppositum volunt aientes illa verba Breuis apponi de stylo antiquo iuxta opinionem antiquorum firmantium præceptum auscultandi Missam adimplendi esse in Parochia, quæ opinio nunc est communiter reiecta. Sed ego non puto recedendum à litterali dispositione Breuis. Excusari quem posse à peccato ob ignorantiam rusticos adcuntes Palatium Principis, vel Marchionis sui.

5 Quoties tamen Oratorium fuisset communem de licentia Episcopi vt supra, tunc esto excluderet licentia alios, qui non essent domestici, tunc non posset Episcopus restringere licentiam ad familiares contra ius commune, vt ex Castropal. *oper. moral. tom.* 4.

6 Oratorium publicum est, si ianua exit in viam publicam, & censetur Ecclesia, & eius appellatione venit, Dec. *consil.* 148. adeovt gaudeat immunitate Ecclesiæ, Barbos. *de iur. Eccles. lib.* 2. *cap.* 3. *num.*68. & *cap.*8. *num.*14. vbi tradit differentias inter publica, & priuata Oratoria.

7 In Ecclesijs Regularibus aliud est Ecclesia. Aliud capellæ in ea existentes. In Ecclesijs enim non acquiritur iuspatronatus ad effectum præsentationis, & electionis nisi ex priuilegio in limine licet quoad alios effectus honorificos, ex deductis per Caualer. *decis.* 265. & 336. Buratt. & Add. *decis.* 1. Aliter quoad capellas priuatorum in quibus pro laicis datur dominium, & veniunt in concursu creditorum quoad cœmenta, situm, ornamenta, & materialia, vt apud Reg. Rouit. *cons.* 75. *lib.* 2. & dixi in *decis.*26. Gratian. Card. de Luca *in Miscell. Eccles. discurs.*28.

ANNOTATIO XX.

De Altaribus.

ARGVMENTVM.

Notatur Altare quid sit, vndè dicatur, illius consecratio, origo, & quotuplex; Consecratum ex qua materia debeat esse, portatile quantum debeat esse, à quo consecrandum, sub qua forma, & cum quibus reliquijs. An plures in eadem Ecclesia consecrari possint, vel an in Ecclesia non consecrata; quando execratur; an demoliri possit, vel illius lapis vendi; quando præsumatur consecratum. Altare cuius expensis præsumatur constructum relictum illi factum, cuius cedat vtilitati. Sub Altare, vel nimis propè sepulturæ non sunt permittendæ. De reuerentia Altari debita, quibus linteaminibus cooperi debeat. Altaria omnia visitat Episcopus; de Altaris priuilegiati indulgentijs, & quomodo lucrentur: Altare an vesti possit lugubri apparatu, vel in vno adesse plura beneficia, & alia ad materiam.

SVMMARIVM.

1 *Altarium materia ad tex. cap. nullus Presbyter el 2. de consecratione dist. 1. & qui DD. materiam exagitent.*
2 *Altare est mensa, vbi sacrificium conficitur.*
3 *Altare vnde dicatur.*
4 *Altaris consecratio ortum habuit à S. Siluestri temporibus.*
5 *Altare aliud firmum, aliud portatile.*
6 *Altare consecratum debet esse lapideum, saltem quantum ad paruam aram.*
7 *Altare ligneum in primitiua Ecclesia tantum licebat.*
8 *Altare lapideum portatile debet esse saltem capax calicis, & patens sine cadendi periculo.*
9 *Altare constrius potest ex ligno, adhibita ara lapidea sacrata in sacrificio.*
10 *Altare siuè fixum, siuè portatile ab Episcopo consecrandum est, cum id sit ordinis, non iurisdictionis.*
11 *Altare consecrari potest ab Abbate pro vsu suarum Ecclesiarum; apud Indos possunt absque limitatione PP. Societatis Iesu, & Prouinciales Minorum possunt, sed non extra necessitatem, num.*12.
13 *Altaris consecrationis forma habetur in Pontificali.*
14 *Altare siuè fixum, siuè portatile reliquias (easque certas num. 15.) præcipuè martyrum continere debet, & quando.*
16 *Altari inconsecrato pars hostiæ pro reliquijs nullatenus apponi debet.*
17 *Altaria plura in eadem Ecclesia consecrari possunt, nullum tamen in Ecclesia non consecrata, num.* 18.
19 *Altare portatile non nisi ex vnico lapide conficiendum.*
20 *Altare consecratum quando execretur, & quando portatile.*
21 *Altare an execretur execrata Ecclesia, & quando.*
22 *Altare sicut non consecrari, ita nec demoliri potest absque Episcopi licentia.*
23 *Altaris demolitione secuta, lapis profanatus licitè vendi potest.*
24 *Altare esse consecratum non præsumitur, facilè tamen probatur.*
25 *Altaris consecratio facienda est ab Ordinario, cum requiratur Pontificalium exercitium; proficisci tamen quis potest extra Diœcesim pro portatili.*
26 *Altare à quo præsumatur constructum.*
27 *Altari si quid offeratur, vel relinquatur, quando ipsius, vel Ecclesiæ vtilitati cedat.*
28 *Altari consecrato non debent defunctorum corpora substare, & quantum ab Altari distare debeat sepultura.*
29 *Altari maxima debetur reuerentia, vt adhærere non debeant illi laici, nec fœmina ministrare.*
30 *Altare tribus linteaminibus albis cooperiendum.*
31 *Altari minimè renes sunt vertendi, vndè potius canonicis, quam Altari vertere debet Episcopus.*
32 *Altare non debet consecrationem Presbyteri habere eo die, quo habuit Episcopi.*
33 *Altaria omnia visitat Episcopus, & mandat prouideri, non sic Regularium, etsi constructa sint per sæculares.*
34 *Altaris priuilegiati indulgentia lucrantur pro defunctis, cum Missa de requiem celebratur.*
35 *Altaris priuilegiati indulgentia non amittuntur, si demoliatur Altare restituendum, sed suspenduntur vsque ad restaurationem.*
Altaria priuilegiata vni Ecclesiæ Regularium concessa, per communicationem priuilegiorum alteri communicata non censentur.
36 *Altarium quinque indulgentias lucratur quis, etsi ex vno loco omnes videns eos visitet.*
37 *Altare lugubri apparatu vestiens ob suam animi mæstitiam puniri potest priuatione beneficij, vel dignitatis, non tamen incurrit irregularitatem.*
38 *Altare vnum non respuit, quin in eo plura possint institui beneficia sub diuersis tamen inuocationibus.*
39 *Altaris portatilis vsus concessus regularibus extra Ecclesiam an reuocatus per Tridentinum.*
40 *Altare portatile an possit confici alterius materia, quam lapidea.*
41 *Altaris portatilis reliquia quæ.*



ANNOTATIO XX.

§. VNIC.

Ad Tex. in Cap. nullus Presbyter el 2. de conſecrat. diſt. 1.

1 IN hoc tex. deſompto ex decretis Hormiſdæ Papæ *cap.* 10. ſtatuitur, quod nullus Presbyter in Eccleſia conſecrata alind Altare erigat, niſi ab Epiſcopo loci fuerit ſanctificatum, vel permiſſum; cuius occaſione notanda ſunt hic nonnulla de Altaribus, de qua materia tractant Fuſc. *de viſit. lib.* 1. *cap.* 21. *&* 22. Pelbart. *in Roſario de Altaris duplici genere*, Iodoch. Lorich. *in Theſauro nouo Theolog. verbo Altare*, Petr. Creſpet. *in ſumm. Cathol. Fidei eodem verbo*, Megala *in promptuario iuris eodem verbo*, Bartol. Gauant. *in manual. Epiſc. eodem verbo*, I. Mar. Nouat. *Lucer. regul. eodem verbo Altare*, Lezan. *in ſumm. quæſtion. regul. tom.* 3. *verbo Altare*, Sell. *ſelect. Canon. cap.* 11. Steph. Durant. *de ritib. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 15. *&* 25. Durand. *ration. diuin. offic. lib.* 1. *cap.* 2. *&* 7. Bonac. *tom.* 1. *de Sacram. Euchariſt. diſp.* 4. *quæſt. vltima punct.* 11. *num.* 13. *& ſeqq.* Azor. *inſtit. moral. par.* 1. *lib.* 10. *cap.* 27. *quæſt.* 7. Henriq. *in ſum. lib.* 9. *cap.* 28. Suarez *tom.* 3. *diſp.* 81. *ſect.* 5. *concluſ.* 2. de Graff. *deciſ. aur. par.* 1. *lib.* 2. *cap.* 42. *num.* 4. Tambur. *de iure Abbatum tom.* 1. *diſp.* 23. *quæſit.* 5. *& ſeqq.* Barboſ. *de poteſt. Epiſcopi par.* 2. *alleg.* 27. *de iure Eccleſ. lib.* 2. *cap.* 7. *& in ſumm. Apoſtolicarum deciſ. verbo Altare*, Bellarm. *controu. tom.* 3. *de Miſſ. lib.* 1. *cap.* 14. *& cap.* 27. *& tom.* 2. *de cult. Sanctor. lib.* 3. *cap.* 4. *verſ. probatur igitur*, Lotter. *de re benef. lib.* 1. *quæſt.* 30. Nouat. *ſumm. Bull.* 1. *par. titul. de Altar. portatil. & alij.*

2 Altare de quo hic notatur menſa illa eſt, ſuper quam Sacerdos conficit, & offert Euchariſtiæ Sacramentum, & ſacrificium, & recipitur victima, per verba conſecrationis effecta, ita Bellarm. *cit. lib.* 1. *de Miſſa cap.* 27. *in* 4. *colum. verſ. ſecundo in conſecratione*; quod Altare *Apoſtolus* 1. *ad Corinth. cap.* 10. menſam Domini vocat.

3 Dicitur Altare, quaſi alta Ara, nomen recipiendo à forma, ſeù vita, cùm vt plurimum in altum, ſeù ſub alta forma conſtruantur Altaria, ſic dictum etiam apud Ethnicos, qui in eleuatis à terra ædificijs ſacra faciebant dijs ſuperis, quos ſibi effingebant, ſic *Poeta Eclog.* 1. *Bis ſenos, cui noſtra dies, Altaria fumant*, dijs verò terreſtibus ſuper Aris in locis depreſſis ſacrificabant, hinc illud eiuſdem *Poeta in* 6. *Æneidos, Talibus orabat dictis Araſque tenebat*; vndè nos retenta hac voce ad ſignificandum locum illum, in quo ſacrificabatur Deo Cœli, reijcimus vocem Aræ, in qua veteres ſacrificabant ſuis falſis Deis, ita Bellarm. *controuerſ. tom.* 3. *de miſſ. lib.* 1. *cap.* 2. *verſ. ſextum argumentum*, Tholoſ. *ſyntagm. iur. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 6. Turrecrem. *in Can. de fabrica num.* 1. *&* 2. *de conſecr. diſt.* 1. Lambert. *de iure patron. lib.* 1. *par.* 1. *quæſt.* 11. *art.* 8. *num.* 2. *& ſeq.* ex quibus colligimus apud nos, Altare non poſſe vocari ſimpliciter Aram, ſed Aram ſacram, Azor. *inſtitut. moral. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 27. *in* 1. *quæſt.*

4 Vſus conſecrationis Altaris principium habuit anno Domini 315. quo tempore Syluester primus Pontifex ædificauit Eccleſiam Lateranenſem, dono acceptam à Conſtantino Imperatore, vnda ſancti Baptiſmatis à lepra mundato, qui in recognitionem beneficij diuini, ad fabricam eiuſdem Eccleſiæ proprijs humeris duodecim terræ cophinos primus in honorem duodecim Apoſtolorum portare non dedignatus eſt, iuxtà vulgatam hiſtoriam, de qua in *Cap. futuram* 12. *quæſt.* 1. ibidem enim Syluester primo inſtituit ritum conſecrandi Altare, in quo ſacrificium Miſſæ offerretur, Fuſc. *de viſit. cap.* 21. *num.* 1. *& alij.*

5 Altarium verò duo ſunt genera, vnum dicitur Altare firmum, ſeù ſtabile, & aliud viaticum, ſeù portatile, ita DD. communiter, primo modo dicitur, quando totum Altare, & tota menſa, in qua fit ſacrificium eſt conſecrata: ſecundo modo dicitur lapis ille portatilis conſecratus, in quo fit ſacrificium, & portatur de vno in aliud Altare, declarat Barboſ. *de iure Eccleſ. lib.* 2. *cap.* 7. *n.* 3. *& ſeq.* Nouat. *ſumm. Bull.* 1. *par. titul. de Altar. portat. num.* 3.

6 Debet autem Altare conſecratum eſſe lapideum, non ligneum exemplo antiqui Patriarchæ noſtri Iacob, qui erexit lapidem in titulum, *Cap. Altaria de conſecrat. diſt.* 1. & ratio eſt, primò quia Chriſtus, qui pro Altari figuratur, petra vocatur ſecundùm *Apoſtol.* 1. *ad Corinth.* 10. ibi: *Petra autem erat Chriſtus.* Secundò, quia ſepulchrum Chriſti, quod repræſentat Altare fuit exciſum de petra, D. Thom. *in* 3. *par. quæſt.* 83. *art.* 3. *in reſp. ad* 5. Fuſc. *cit. cap.* 21. *num.* 9. Barboſ. *vbi ſupra cap.* 7. *num.* 5. Vgol. *de poteſt. Epiſcopi cap.* 30. *num.* 1. Reginal. *in prax. for. pœnit. lib.* 29. *num.* 188. Hoc ſolum procedit in Altari conſecrato, nam non conſecratum poteſt eſſe ligneum; imò ipſum etiam conſecratum fixum admittitur, ſi habet totam maſſam Altaris ligneam, vel alterius fixæ materiæ, non lapideæ, dummodo ſuperior menſa, quæ ſolum conſecratur ſit ex lapide, Suarez *tom.* 3. *diſp.* 81. *ſect.* 5. *concl.* 2. Tambur. *de iure Abbatum tom.* 1. *diſp.* 23. *quæſit.* 6. *num.* 1. *verſ. Altare autem*, voluiſſe Sacr. Rit. Congreg. *in Caietana* 10. *Nouembris* 1612. Barboſ. *ſumm. Apoſtolicarum deciſ. verbo Altare num.* 10.

7 Permittebantur ſolum in primitiua Eccleſia Altaria lignea, quia ſæuiente perſequutione infidelium contra Eccleſiam, de domo in domum, & de Ciuitate in Ciuitatem transferri opus erat, tamen Eccleſiæ libertate ſub Conſtantino Magno ſtabilita, lapidea firmitate conſtrui cœperunt, vt ex verbis Alex. de Alex. *in* 4. *par. quæſt.* 36. *memb.* 1. commemorat Gemion. *tract. de ſacr. immun. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 12. hinc falsò nouatores id imputant ad nouitatem in Eccleſia Catholica, quod exemplo etiam confutat Bellarmin. *controuerſ. tom.* 1. *de verb. Dei lib.* 4. *cap.* 13. *verſ. tertia cauſa.*

8 Prædicta de lapideo Altari locum habere non ſolum in fixo, ſed etiam in portatili omnes fatentur; Altare verò portatile ſufficit, quod ſit lapideum tantæ quantitatis, longitudinis, ac latitudinis, vt capere poſſit pedem Calicis, & Patenam cum Hoſtia conſecrata, vel vt ſuper eo valeat maior eorum pars firmiter, abſque vllo cadendi periculo collocari, Syluest. *verbo Altare num.* 1. Azor. *inſtit. moral. par.* 1. *lib.* 10. *cap.* 27. *quæſt.* 7. Duran. *in ritu Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 25. *num.* 7. Iacob. Graff. *in deciſ. aur. par.* 1. *lib.* 2. *cap.* 42. *num.* 4. Henriq. *in ſumm. lib.* 9. *cap.* 28. Suarez *cit. loc.* qui teſtatur de communi, Barboſ. *de poteſt. Epiſcopi par.* 3. *alleg.* 27. *num.* 21. hinc ego ipſe in viſitatione habita in Ciuitate, & Diœceſi Capuana dixi, remouenda eſſe nonnulla Altaria portatilia, quæ erant nimis parua, & habebant circumcirca lapidem materiam ligneam pro maiori firmitate illarum; nam de facili poterat Sacerdos ſacrificans reponere Calicem, vel Hoſtiam extra lapidem, & in parte lignea, & ſic extra Altare conſecratum, cùm conſecratio in lapide, non in ligno eſſe debeat, Fuſc. *cit. cap.* 22. *ſub num.* 3.

9 Poteſt tamen conſtrui Altare fixum ex ligno, quando, & quouſque Altare prædictum non conſecretur, dummodo in ſacrificijs adhibeatur Altare portatile lapideum conſecratum; nam Altare ligneum cum ara lapidea permittitur, vt cenſuit Sacr. Congreg. Rit. *in citat. Caietan.* non obſtante conſtitutione Synodali, refert Lezan. *in ſumm. q. regul. tom.* 3. *verbo Altare num.* 2. *in fin.* Barboſ. *de iure Eccleſ. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 6. *& in ſumm. Apoſtolicarum deciſ. verbo Altare num.* 10. & faciunt ſupradicta.

10 Vtcumque ſit Altare, ſiuè fixum, ſiuè portatile, ab Epiſcopo conſecrari debet, vt deciditur in hoc *tex. & in cap. quamuis* 68. *diſt. & cap. quod in dubijs de conſecrat. Eccleſ. vel Altar.* Lezan. *cit. loc. num.* 3. Barboſ. *cit. cap.* 8. *num.* 13. & de iure communi nullus alius præter Epiſcopum poteſt hanc conſecrationem efficere, notant etiam Azor. *inſtit. moral. tom.* 1. *lib.* 10. *cap.* 27. *quæſt.* 3. *& alij*, quos refert, & ſequitur Tambur. *de iure Abbatum* 1. *tom. diſp.* 23. *quæſit.* 4. *num.* 2. vbi teſtatur de communi, quod adeo verum eſt, vt nec Epiſcopus ipſe poſſit hanc facultatem ſimplici Presbytero delegare, cùm id ſit ex ordine, non autem ex iuriſdictionem Epiſcopali, prout argumentando demonſtrat Azor. *cit. loc. in* 6. *quæſt.* quod ſanè ordinatione diuina inſtitutum fuit, quemadmodum auctoritate S. Dionyſij *de Eccleſ. Hierarch. cap.* 4. *&* 5. quem apertè conſtat vixiſſe tempore Apoſtolorum, probat Bellarm. *controu. tom.* 2. *de Cleric. lib.* 1. *cap.* 14. *verſ. idem argumentum, & de cult. Sanctor. lib.* 3. *cap.* 5. *in* 3. *col. verſ. in*

ſtatu

ſtatu Euangelij. Solus enim Papa poteſt committere hanc facultatem ſimplici Sacerdoti, Emanuel Sà *in aphoriſm. verbo conſecratio num.4.*

11 Abbates quoque Regulares poſſe conſecrare Altaria portatilia pro vſu ſuæ Abbatiæ, & quorumcunque Monaſteriorum, Priotatuum, Eccleſiarum, & aliorum piorum locorum propriæ Congregationis, & non ſolum Altaria portatilia, ſed etiam fixa, & hoc iure priuilegiorum, teſtatur, & probat Tambur. *de iure Abbatum cit. diſp.* 23. *quæſit.*4. *num.*3.*& quæſit.*5. *vbi num.* 2. tenet, Abbates poſſe præſcribere talem facultatem, etiam quoad vſum aliarum Eccleſiarum.

12 Ex priuilegio habent quoque facultatem conſecrandi Altaria in partibus Indiarum religioſi digniſſimæ Societatis Ieſu, vbi Epiſcoporum copia non habetur in ſuis Eccleſijs, accepto chriſmate ab aliquo Epiſcopo, & hoc ex priuilegio Pauli III. ex ſimili priuilegio Leonis X. & Adriani VI. Eandem auctoritatem habet Prouincialis Minorum, etiam pro vſu alieno, in caſu neceſſitatis, Epiſcopis in Prouincia non exiſtentibus, refert poſt alios Barboſ. *de iure Eccleſ. lib.*2. *cap.*8. *num.*17.

13 Forma, & ſolemnitates requiſitæ ad conſecrationem Altaris habentur in Pontificali, commemorat etiam Azor. *tom.*1.*lib.*10.*cap.*27.*quæſit.*8. Suar. *diſp.*81.*ſect.*5. Reginald. *lib.*29. *num.*190. *& alij*, qui inter cætera refert, in hac conſecratione adhibendam eſſe ſacram vnctionem, & benedictionem, *Cap. Altaria, el* 1.*& 2.de conſecrat.diſt.*1. & in fouea Reliquiarum includendum eſſe nomen Epiſcopi conſecrantis, & ſancti illius, in cuius honore conſecratur, ita poſt Suar. Azor. Valer. Reginal. Hieron. Roderic. & alios, docet Barboſ. *cit.cap.*7.*num.*8. *& ſeqq.*

14 Reliquias Sanctorum eſſe omninò neceſſarias in conſecratione Altarium, etiam portatilium, præcipuè Reliquias ſanctorum Martyrum, probatur *arg. cap. placuit, & cap. non oportet de conſecrat.diſt.*1. tenet Fuſc. *de viſit.lib.*1. *cap.*21.*num.*2. Bonac. *de Sacram. Euchariſt. diſp.*4. *quæſt. vltim. punct.*9. *num.*14. Barboſ. *de iure Eccleſ. lib.*2. *cap.*7. *num.*7. qui teſtantur ita vſu ſeruari, contra alios, quos refert Bonac. *eod. loc.* & ratio deſumitur ex Apocalypſi *cap.* 6. vbi B. Ioannes, ita ſcripſit: *Et cùm aperuiſſet ſigillum quantum, vidi ſubtus Altare animas interfectorum propter verbum Dei, &c.* quam rationem adducit Bellarm. *controuerſ. tom.* 2. *de reliq. Sanctor. lib.* 2. *cap.* 3. *verſ. octauò probatur.* Alia etiam poteſt eſſe ratio, quia Altaria ſunt in memoriam ſepulchrorum Martyrum; vndè olim vbicumque Martyr ſepultus erat, illic & Altare erigebatur, vt teſtatur Baron. *in anno* 57. *ſub num.* 104. *verſ. & hoc quidem, & ad Martirolog. Roman.*9. *Nouembris*, Bellar. *cit. loc. verſ. in Africa*: hinc *in Concil. Africano relato in Can. placuit de conſecrat. diſt.*1. mandatum eſt prorſus demoliri Altare, in quo Corpus Martyris, vel ſaltem Reliquiæ illius non reperiantur, refert Azor. *cit. loc. in* 8. *quæſt.* & ſublatis Reliquijs Altare dicitur execratum, Fuſc. *cit. loc. cap.*22. *num.*5.

15 Reliquiæ huiuſmodi Martyrum Sanctorum, quæ neceſſariò apponi debent in Altari conſecrato, debent eſſe certæ, & non per ſomnia, & inanes imaginationes, prout diſponitur in *cit. cap. placuit poſt med.* & aduertit Fuſc. *de viſit. lib.* 1. *cap.* 21. *ſub num.* 3. Sed hic aduertas, quando dicimus, Reliquias Sanctorum eſſe neceſſarias ad conſecrationem Altaris, intelligimus, quia ita diſponit Pontificale, & communiter apponuntur, ita vt ſi Epiſcopus poſſit illas habere, & nihilominus conſecrationem faciat ſine illis, peccet grauiter conſecrando contra communem Eccleſiæ morem, & conſuetudinem in Pontificali deductam; Non tamen intelligimus, conſecrationem factam ſine Reliquijs inualidam eſſe, nam illa valida eſt, licèt Epiſcopus peccet; ita diſtinguendo concordat pugnantes opiniones in hoc caſu Ricciull. *Lucubr. Eccleſ. lib.*1. *cap.*40. *vbi num.* 12. aduertit poſt Azor. quod ſi celebretur in Altari conſecrato ſine Reliquijs debeat omitti poſt confeſſionem oratio illa, *Oramus te Domine propter merita Sanctorum tuorum, quorum Reliquiæ hic ſunt.*

16 Quæro ſi Reliquiæ Sanctorum non poſſunt haberi pro conſecrando Altari, an poſſit in illo apponi pars Hoſtiæ conſecratæ, & ſic Corpus Chriſti.

Reſpondetur ex *gl. in verbo Reliquia in cit. cap. placuit*, videtur poſſe fieri; ſed nihilominus omninò negandum eſt, nec poteſt Corpus Chriſti apponi in Altari prædicto, docent Abb. *in cap.*1. *num.*2. *de conſecrat. Eccleſ. vel Altar.* Syluest. *verb. Altare num.*4. Fuſc. *de viſit. cit. cap.* 21. *num.*3. qui teſtatur de communi opinione, quia hoc eſſe peruertere vſum Sacramenti deſtinatum, iuxtà formam Eccleſiæ, ita Fuſc. *eod. loc.* qui dicit, non obſtare *gl. in cit. cap. placuit*, quam omninò reprobat Ricciul. *Lucubr. Eccleſiaſt. lib.*1. *cap.*40. *num.* 11.

Plura Altaria eodem die poſſunt in eadem Eccleſia conſecrari, non ſolum cum ipſa Eccleſia vnitim, ſed etiam ſeparatim ab Eccleſia, *Cap. cum ſis de conſecrat. Eccleſ. vel Altar.* Piaſec. *in prax. Epiſc. par.*1. *cap.*6. *num.*7. *verſ. Altaria*, Barboſ. *cit. cap.*7. *num.* 10. vbi etiam aſſerit olim conſuetum eſſe vnicum Altare in Eccleſia conſecrari ſolitum fuiſſe, cuius opinio in hoc omninò reprobatur ex Epiſtola *Gregorij* 50. *in regiſtr. l.*5. in qua fit mentio de tredecim Altaribus in eadem met Eccleſia poſitis; quod contra nonnullos Cauillatores fidei orthodoxæ adducit Lotter. *de re benef. lib.*1. *quæſt.* 30. *num.* 16. *& ſeq.* Nec iura adducta per Barboſ. probant prædictam vnitatem Altaris, quia licèt loquantur in ſingulari, eſt pro commoditate ſermonis; & ex *Cap. Eccleſia, vel Altaria de conſecrat. diſt.* 1. probatur contrarium, dum ibidem dicitur ſuperflua Altaria eſſe reſecanda, quaſi verò plura non ſuperflua ſint admittenda. 17

Reſtringe ſupradicta in Eccleſia non conſecrata, nec vnum, nec plura Altaria conſecrari poſſe, ſecundùm opinionem Barboſ. *cit. cap.*7. *num.* 12. Similiter in Eccleſia conſecrata non poteſt erigi Altare ſine conſenſu Epiſcopi, *Cap. nemo de conſecrat. diſt.* 1. & notat Fuſc. *de viſit. cit. cap.* 21. *num.* 12. quo Epiſcopi conſenſu accedente poteſt erigi Altare, etiam ſine conſenſu Rectoris Eccleſiæ, Lotter. *cit. cap.*30. *num.* 27. 18

Aduerte, quod Altare portatile non eſt conſecrandum, niſi conſtet ex vnico lapide longitudine, & latitudine competenti, vt ſupra dictum eſt; vndè fieri non poſſe ex duobus lapidibus inuicem colligatis, docent Vaſquez *diſp.* 233. *cap.*2. *num.*16. Syluest. *verbo Altare quæſit.*3. Bonac. *de Sacram. Euchariſt. diſp.*4. *quæſt. vltima punct.*9. *num.*13. vbi teſtatur ſic receptum eſſe conſuetudine. 19

Altare conſecratum quando execretur, & deficiat conſecratio, ita vt in eo celebrari non poſſit ſine noua conſecratione, habemus ex *Cap.*1. *& 3. de conſecrat. Eccleſ. vel Altar.* Azor. *cit. tom.* 2. *inſtit. moral. lib.*9. *cap.*4. Eman. Sà *in aphoriſm. in verbo Altare*, Barboſ. *collect. ad cit. cap.*1. *n.*2. *& ſeqq.* Inter cætera execratur Altare firmum, & ſtabile, quando tota tabula conſecrata violatur, & enormiter læditur, & quando ſigillum, ſub quo Reliquiæ conduntur frangitur, vel lapis ſub quo ſunt Reliquiæ amouetur; quæ iudicio Ordinarij remittuntur, an talia ſint, vt execrationem inducant, ita Piaſec. *in prax. par.*1. *cap.*5. *n.*8. *verſ. violatur*, Nouar. *ſumm. Bull.* 1. *par. titulo de Altari portatili num.* 3. *verſ. qua quidem*, Bonac. *cit. punct.* 9. *num.* 15. Altare verò portatile execratur, quando ita notabiliter frangitur, vt in reſiduo non poſſit commodè contineri pes Calicis, & Hoſtia cum patena ſine periculo labendi, vel quando omnia cornua, quæ iunguntur ſunt fracta, vel quando frangitur, vel amouetur in loco, in quo ſunt repoſitæ Reliquiæ, Bonac. *cit. loc. verſ. dicitur autem*, & latius Barboſ. *de iure Eccleſ. lib.*2. *cap.*7. *num.* 20. qui plures alios citant, Tambur. *de iure Abbatum tom.* 1. *diſp.* 23. *quæſit.* 6. *num.* 4. vbi dicit execrari Altare fixum quando remouetur à baſe, ſeù columnis, quibus innititur Nouar. *cit. loc. verſ. Altare vero.* 20

Nota primò, quod in hac materia affertur communiter regula à DD. nempè Eccleſia execrata cenſeri execratum Altare, non è contra. Et ratio eſt, quia Altare ſe habet, vt acceſſorium ad Eccleſiam, Eccleſia autem, vt principale, *arg. tex. cap.* 1. *de conſecr. Eccleſ. vel Altar.* Quod declara primò, non dici execratum Altare, quando execratur Eccleſia per combuſtionem, vel collapſionem parietum Eccleſiæ, ſaluo, & intacto remanente Altari, quia conſecratio Eccleſiæ eſt ſeparata à conſecratione Altaris, Mirand. *in manual. Prælat. tom.*2. *quæſt.*39. *art.*7. Barboſ. *de iure Eccleſ. lib.*2. *cap.*7. *num.*23. Dicitur tamen pollutum Altare, quando polluitur Eccleſia, & proinde ambo reconciliatione indigent, Barboſ. *eod. loc.* 21

22 Diximus cum text. non posse in Ecclesia coosecrata erigi Altare sine licentia Episcopi: Hic aduerte, quod si in eadem Ecclesia Altare erectum reperitur cum liceotia prædicta non potest demoliri sioe eadem licentia Episcopi, *cap. placuit de consecrat. dist.* 1. Tambur. *de iur. Abbatum tom.* 1. *disp.* 23. *quæsit.* 6. *num.* 5. *in fin.* vbi tenet, quod in Ecclesijs Abbati subiectis id noo potest fieri sine licentia illius; quod iotellige tantùm de Ecclesijs subiectis Abbati pleno iure, & in quibus Abbas habet iura Episcopalia.

23 Aduerte, quod sequuta execratione, & demolitione Altaris, lapis prosanatus potest vendi, & licitè teoeri ab emptore, sed in loco decenti, & honesto, prout declarasse Sacram Congregationem Rit. *in Reatina* 9. *May* 1606. referunt Barbos. *de iure Ecclef. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 15. & Lezan. *summ. qq. Regul. tom.* 3. *verbo Altare n.* 24.

24 Nota secundò, quod consecratio Altaris cùm consistat in facto, in dubio noo præsumitur, nisi probetur; vnde non apparentibus signis, vel scripturis consecrationis prædictæ, consecranduin est, nec consecratum credendum est, etiamsi Altare sit in Ecclesia, & Ciuitate insigni, Fusc. *de visit. lib.* 1. *cap.* 22. *num.* 8. Probatur tamen consecratio Altaris eodem modo, & ijsdem probationibus, quibus diximos probari coosecrationem Ecclesiæ *annot.* 16. §. 2. cum Mascard. *conclus.* 415. *per totam*.

25 Notatum est supra, consecrationem Altaris non esse faciendam, nisi per Episcopum; id intellige non de omni Episcopo, sed tantùm de Ordinario, nam coosecratio Altaris non potest fieri sine exercitio Pontificalium, quod est probibitum Episcopo in alieoa Diœcesi sine licentia Ordinarij, Emanuel. Sà *in aphoris. verbo consecrat. num.* 1. quod fallit inter Mendicantes, & Fratres, qui si bis, aut ter institerunt Episcopo Diœcesano pro suorum Altarium coosecratione, & adhuc renuit, possunt adire alium Antistitem, iuxtà Priuilegium Sixti V. Sixti IV. & Eugenij IV. quæ commemorat Barbos. *de iure Ecclef. cit. cap.* 7. *num.* 16. Prædicta declara nullo iure prohiberi Sacerdotibus, & Clericis vnius Diœcesis asportare Altaria parua, & portatilia in aliena Diœcesi pro obtinenda ibidem consecratione illorum ab Episcopo loci.

26 Nota tertiò, quod in dubio semper præsumitur Altare constructum ab eo, in cuius commodum vergit, ex his, quæ tradit Rocc. *tract. de iurepatron. in verbo construxerit num.* 29. & si appareat de mandato alicuius præcedente, censetur constructum in exequntionem illius maodati, siue præcepti, ex generali regula *l.* 2. *C. de alim. pupil. præst.* ita voluit Abb. *consil.* 54. *sub num.* 2. *vers. sed his non obstant. part.* 1. quem probauit Rot. apud Caputaq. *decis.* 261. *lib.* 1. *in manuscript. & in vna Vercellen. Capellæ* 7. *May* 1601. *coram D. Attreb.*

27 Solet dubitari in bis terminis, cuinam cedant oblationes, legata, & eleemosynæ factæ Altari in aliqua Ecclesia sistenti; Et quidem distinguendum est, quod si Altare prædictum habet dotem, & rectorem, & si aliquid ei legatur, vel offeratur, acquiritur eidem Altari per accessionem, ita Abb. *in cap.* 1. *sub num.* 3. *de success. ab intest.* Si verò non babet dotem, neque Rectorem acquiritur Ecclesiæ, in qua est Altare, præcipuè si esset Ecclesia regularis, *cap.* 1. *de stat. Monach.* cum adductis per Maresc. *lib.* 2. *variar. resol. cap.* 42. & notatum est *annot. præced. in terminis Capellæ*: Quod declarat non procedere, quando oblationes, & eleemosynæ esseot datæ pro fabrica Altaris, vel pro celebrandis Missis in eodem Altari, quia tunc noo cedunt Ecclesiæ, sed sunt expendendæ in vsum destinatum, Marescott. *cit. loc. num.* 1. & idem est semper, quod legatum est factum contemplatione ipsius Altaris, Mantic. *de coniect. vltim. vol. lib.* 8. *tit.* 6. *num.* 16.

28 Nota quartò, quod si sub Altari consecrando reperiantur sepulta corpora defunctorum non debet procedi ad consecrationem, nisi remotis corporibus prædictis, & eorum ossibus, ita voluit Sacr. Congreg. Rit. 8. Nouembris 1599. & testatur Piasec. *in prax. Episc.* 1. *part. cap.* 5. *n.* 7. *in fin.* Gauant. *in manual. Episc. verbo Altare num.* 9. Lezan. *in summ. qq. Regul. tom.* 3. *verbo Altare nu.* 17. *vers.* 1. Barbos. *de potest. Episcopi part.* 2. *alleg.* 27. *num.* 27. Imò generale est in quouis Altari, etiam non coosecrato, quod non debeat babere sepulturas subter, vel propè, *cap. præcipiendum* 13. *quæst.* 2. Concil. Tribur. *cap.* 16. Ang. Ferrarien. *in opusculo, de non sepeliendis mortuis penes aram*. Et quod nemo sit sepeliendus propè Altare, seu sub bradellis dixit Sacr. Congreg. Episcoporum 8. Februarij 1594. Episcopo Termularum, & Episcopo Interamnensi 13. Septembris 1593. Episcopo Messanensi 2. Maij 1601. & si constructæ reperiantur non debet super illo Altari celebrari, sed debet interdici, donec corpora alio transferantur, vt eadem Sacra Congregatio 10. Nouembris 1599. Archiepiscopo Tranensi. Ita enim sepulturæ debent esse remotæ ab Altaribus, vt Sacerdos, qui Missam celebrauerit supra defunctorum cadauera penitùs non cogatur insistere, *cit. cap. præcipiendum in fin. cap. Ecclesia de consecrat. dist.* 1. *cap. non oportet* 29. *de consecrat. dist.* 1. Fusc. *de visit. lib.* 1. *cap.* 21. *num.* 15. Redoan. *de simon. mental. part.* 3. *cap.* 8. *tom.* 19. *fol.* 95. *inter tract. part.* 1. *& act. Eccles. Mediolanen. part.* 2. *decret. visit. Apost. verbo sepultura fol.* 171. ita dispoount, quod sepulchrorum ipsorum in posterum ædificandorum Ostium longè distet ab Altaris scabellis ligneis, vel bradella, cubitis ad minus tribus; sepulchra verò ipsa ad scabellum ligneum non pertingant, notatum est 1. *part. annot. vltim.*

29 Nota quintò, Altari maximam deberi reoerentiam io memoriam sacrificij, quod in eo offertur; hioc prohibitum est ipsi Altari adhærere laicos, & eo fortiùs, cùm sacra Mysteria celebrantur, *cap.* 1. *de celebrat. Missar.* obseruat Fusc. *de visit. lib.* 1. *cap.* 21. *num.* 19. Eadem ratione prohibitum est fœminis accedere ad Altare, aut Sacerdoti ministrare ad Altare, *cap. ministri* 81. *dist. cap. peruenit de consecr. dist.* 2. *cap.* 1. *de cohabit. Cler. & Mulier.* Archid. *in cap. hoc quoque de consecrat. dist.* 1. etiam nullo viro existeote, Rebuff. *de Congr. por. quæst.* 8. *num.* 66. Bellett. *disq. Cler.* 1. *part. titul. de discipl. Cler.* §. 8. *num.* 6.

30 Hinc etiam præcipitur, quod ipsa Altaria cooperiantur linteaminibus, & mappis albis, non minori oumero, quàm tribus, licèt alij voluerint sufficere duas, cootra quos communis Ecclesiæ consuetudo, quæ cuncta cum mysterio operatur, aliud seruat, Fusc. *de visitat. lib.* 1. *cap.* 21. *num.* 18. vbi multa de significatu prædictarum mapparum.

31 Similiter ob eandem rationem reuerentiæ Altari debitæ, prohibitum est ipsi Altari renes vertere, & melius esse Episcopum renes vertere Canonicis, quàm Altari, iuxtà declarationem Sacr. Congregat. Rit. *in Colimbrien.* 13. *May* 1603. quam refert Lezan. *in summ. qq. regul. tom.* 3. *verbo Altare num.* 17. *vers. quinta*, & Barbos. *in sum. Apostolicarum decis. verbo Altare num.* 5.

35 Vlterius ob dignitatem Altaris tenet post multos Barbos. *de iure Eccles. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 25. in Altari, in quo Episcopus Missam solemnem, & Pontificalem cantauit, non debere Presbyterum eodem die aliam celebrare, Bonacin. *de Sacram. Eucharist. disp.* 4. *quæst. vltim. punct.* 9. *num.* 15. Lezan. *cit. loc. num.* 11. & alij communiter.

33 Nota sextò, Episcopum visitare debere Altaria omnia suarum Ecclesiarum, & inquirere, si ornamenta super imposita sint pura, & munda, item longitudinem, latitudinem, & faciem Altaris, & alia necessaria, vt celebraos commodè se aptet, prout obseruat Fusc. *de visit. lib.* 1. *cap.* 21. *num.* 20. & si illa inueniat paramentis spoliata, vel quod minantur ruinam, potest mandare sub breui termino, quòd prouideant, aliàs, vel potest illa alijs concedere, vel demoliri facere, Barbos. *de iure Eccles. cit. cap.* 7. *num.* 2. & notatum est *annot. præcedent. in terminis Capellæ*. Hoc tamen fallit quoad Altaria in Ecclesijs Regularium, etiam per sæculares Confraternitates constructas; illa enim visitare non potest Episcopus, ita declarauit Sacra Congregatio Episcoporum, & Regul. *in Papien.* 21. *Augusti* 1615. *& in Terracinen.* 22. *Ianuarij* 1616. de quibus Lezan. *in summ. qq. regul. tom.* 2. *cap.* 15. *num.* 27. *in med. & tom.* 3. *verbo Altare num.* 18. Ricc. *in prax.* 4. *part. resol.* 320. *num.* 3. qui aliam refert Sac. Congregat. declaratiooem *in Imolen.* 1622.

34 Nota septimò, quod in Altari Priuilegiato pro defunctis debent celebrari Missæ de requiem, alias indultum non suffragatur, ita voluit Sacra Congregatio Ritt. *in Pistorien.* 1. *Iuny* 1601. *& in Toletana* 13. *Iunij eiusdem anni*, refert Sell. *select. Canon. cap.* 11. *num.* 9. & Barbos. *summ. Apostolicar. decis. verbo Altare num.* 4.

35 Et in hac materia Altaris Priuilegiati aduertendum est

primò,

primò, quod si illud demoliri contingat ad effectum, vt restauretur, vel aliàs transferatur, inde non amittit quodvis eius priuilegium, sed tantùm suspenditur, donec restauretur, notat post Syluestr. Azor. & Palud. Lotter. *de re benefic. lib. 1. quæst. 30. num.* 26. Secundò, quod Altaria priuilegiata vni Ecclesiæ Regularium concessa, non communicantur cæteris Ecclesijs, tam cæterorum, quàm eiusdem ordinis, per communicationem priuilegiorum generaliter concessam, quia per talem communicationem non communicantur priuilegia exorbitantia, & quæ rarò conceduntur, vt sunt Altaria priuilegiata, vt testatur Laur. de Peyrin. *in declarat. priuileg.* 8. *à Paulo III. suo Ordin. Minim. concess. num. 2. tom.* 2. probat Tambur. *de iure Abbatum tom. 1. disp. 17. quæst. 2. num.* 6. Merolla *Theol. moral. tom. 3. disp. 6. cap. 4. dub. 7. num.* 64. Dian. *6. p. tract. 7. Miscell. resol. 39. vers. sed tunc.*

36 Nota octauò, quod quis lucratur indulgentias concessas quinque Altaribus, etiamsi ad singula non accedat, dummodo existens in Ecclesia ex eodem loco oret versus quinque Altaria; sic enim sufficienter adimplet opus præscriptum, tenet Graff. Emanel. Sà, & Azor. quos refert, & sequitur Bonac. *tom. 1. titul. de indulg. disp. 6. quæst. 1. punct. 5. num.* 25.

37 Nota nonò, quod denudans Altare, aut lugubri ornatu vestiens solùm ob animi sui tristitiam, non verò ob religionem, vel ad seruandos ritus Ecclesiasticos, potest puniri pœna priuationis, dignitatis, vel beneficij, nisi debitam pœnitentiam egerit, per *text. in cap. quicunque* 26. *quæst.* 5. nec aliquam irregularitatem incurrit, prout contra Maiol. firmat Bonac. *tom. 1. de irregul. disp. 7. q. 3. punct. 7. num. 23. vers. sed hunc.*

38 Nota decimò, quod ad vnicum Altare possunt plura beneficia institui, sed sub diuersis inuocationibus, prout voluit Rot. *in vna Hipporegien. Capellaniæ Sancti Martini 5. Decembris* 1608. *&* 28. *Maij* 1609. *coram D. Penia*, Lotter. *de re benef. lib. 1. quæst. 30. num.* 40. & Beneficiati vocantur Altaristæ, quibus ipsum Altare succedit decedentibus sine consanguineis, vt docet idem Lotter. *cit. loc. num. 42. & seq.* & notatum est supra *annot.* 14.

39 Nota vndecimò controuersum esse inter DD. an priuilegium celebrandi cum Altari portatili extra Ecclesiam Regularibus concessum sit sublatum per Trid. prout videre est DD. pro vtraque sententia apud Nouar. *sum. Bull. 1. part. titul. de Altar. portatil. num. 3. vers. sed aduerte, & seqq.* In qua controuersia videtur frequentior sententia illorum, qui tenent pro reuocatione, quod etiam seruatur in praxi, vnde vigore talis priuilegij regulares non possunt vti Altari portatili, nisi ipsum priuilegium fuerit confirmatum per Sedem Apostolicam post Trident. ita post Valer. Ricc. Suar. Beiam. Durand. Coninch. & alios, quos refert, & sequitur Nouar. tenet ipse Nouar. *cit. loc. qui num.* 4. intrepidè affirmat, hoc priuilegium celebrandi extra Ecclesiam cum Altari portatili non esse reuocatum quoad Episcopos, testans post Valer. Ricc. & Armendar. per ipsum adductos sic declarasse Sac. Congreg. Cardinal. Concil. Trid. interpr. & Ego ipse alibi dixi.

40 Diximus supra, Altare consecratum, siue fixum, siue portatile debere esse lapideum, itavt excludatur ligneum: Dubitari posset, an valeat confici aureum, argenteum, vel ex alia solidiori materia; Et dubitationi respondetur negatiuè, sed omninò paruum lapidem, super quo fit sacrificium debere esse lapideum, quamuis alia pars possit esse alterius materiæ, ea ratione, quia lapis de facili potest haberi; & quia lapis significat Christum, cuius passio in sacrificio Missæ super Altari refertur, tenet Fusc. *de visit. lib. 1. cap. 21. num.* 9. Francisc. Marc. *decis.* 121. *lib.* 1. Nauar. *cit. loc. vers. & istud.*

41 Diximus etiam supra, ad consecrationem Altarium adhibendas esse Reliquias: Hic aduerte, quod licèt Reliquiæ prædictæ soleant esse Sanctorum Martyrum, si tamen hæc non habentur, sufficit si adhibeantur aliorum Sanctorum, etiam non Martyrum, tenet Ricciull. *Lucubrat. Eccles. lib. 1. cap. 40. num. 12. in fin.* & cum hac sententia videtur concurrere Sancta Mater Ecclesia, quæ post confessionem in Missa dici præcipit. *Oremus te Domine per merita Sanctorum*, non autem Sanctorum Martyrum.

OBSERVATIONES D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Reliquiæ Sanctorum an sint necessariæ in consecratione Altaris portatilis?*
2 *An omittenda esset Oratio*, Oremus te Domine per merita Sanctorum tuorum, quorum reliquiæ, &c.
3 *Quid de Consuetudine.*
4 *An possit apponi pars Hostiæ Consecratæ?*
5 *An possit includi pars Corporalis?*

De Altaribus inquirit primo loco Ventrigl. *num.* 14. An reliquiæ Sanctorum sint omninò necessariæ, in consecratione Altarium etiam portatilium? Affirmatiuam opinionem probat ex *cap. placuit, & cap. non oportet de consecrat. distinct.* 1. Bonacin. & Barbos. qui testantur ita vsu seruari. Rationes desumuntur ex Apocalypsi. Et quia Altaria sint in memoriam sepulchrorum Martyrum, & quod alias nulla sit consecratio, Pac. Ioardan. *tit. de consecrat. Altar. tom. 1. num.* 21. 1

Declarat Ventrigl. *num.* 15. vt consecratio facta sine reliquijs non sit inualida, sed valida, licet Episcopus peccet, si possit illas habere. Et Ricciol. *lucubr. Eccles. lib. 1. cap. 40. num.* 12. aduertit post Azor. quod si celebretur in Altari consecrato sine reliquijs, debeat omitti post Confessionem Oratio illa: *Oremus te Domine per merita Sanctorum tuorum, quorum reliquiæ hic sunt.* Et Ventrigl. *num.* 14. tradit, quod si non possint haberi reliquiæ Martyrum sufficit, si adhibeantur aliorum Sanctorum. 2

Rectiùs dic necessitatem includendi reliquias consuetudine esse abrogatam. Quia Altaria sunt multiplicata, vt via possint pro tot Altaribus inueniri reliquiæ certæ Sanctorum. Nulla igitur obligatio includendi reliquias. Neque obstent verba illa Orationis: *per merita Sanctorum, quorum reliquiæ hic sunt*, intelliguntur enim quorum reliquiæ hic fuerint, ita Diana *part. 11. tract. 6. resolut. 25. in princip.* 3

Præterea quærit Ventrigl. *num.* 16. si reliquiæ Sanctorum non possint haberi pro consecrando Altari, an possit in illo apponi pars Hostiæ consecratæ, & sic corpus Christi? Et omnino negat reprobando glos. *in d. cap. placuit in verb. reliquiæ*, cum Ricciull. *vbi sup. lib. 1. cap. 40. num.* 13. & firmat Dian. *vbi sup.* & latè penes Pac. Iordan. *tom. 1. tit. de consecrat. Altar. num.* 24. 4

Subinquiritur, an loco reliquiarum in consecratione Altaris possit apponi frustulum Corporalis? Hurtad. *var. tom. 1. tract. 21. cap. 6. resol. 23. num.* 14. affirmat, quia Corporale sit summa reliquia, prout vestes, & indumenta *Christi*, & sicut frustulum *Sindonis*, quo Corpus *Christi* inuolutum fuit. Comprobans Hurtadus ex facto Leonis Pontificis. Contrarium verius tamen probat Dian. confutans factum Leonis vti apocriphum, & habetur apud Pac. Ioardan. *vbi sup. d. num.* 24. 5

ANNOTATIO XXI.

De Custodia Eucharistiæ, & Chrismatis.

ARGVMENTVM.

Notatur, quod tenens Eucharistiam, & Chrisma sub claui non potest argui de negligentia; Claues tabernaculi tenendas esse à fideli Sacerdote, non tamen à laicis, nec feria 5. maioris Hebdomadæ, nec à Monialibus. Tabernaculum, siue locus Eucharistiæ, & Chrismatis vndique claudi debet, nec simul retineri possunt, & ornatum quoque decenter

cum

cum lampade ardente antea. Eucharistia quomodo ad infirmos deferenda, vel non, & à quo: Quis illam deferat in die Corporis Christi absente Episcopo, an Canonici per alienas Parochias. In quibus Ecclesijs asseuetari debeat, vel exponi possit, quid inter regulares. Sacra olea qualiter, vbi, in quo vase custodienda, à quo recipienda, quid agendum de veteribus, nouis confectis, & alia ad materiam.

SVMMARIVM.

1 *EVcharistia, & Chrismatis custodia ad text. cap. 1. de Custodia Ecclesia, & qui DD. materiam exagitent.*
2 *Eucharistiam, & Chrisma sub claui ponens, argui nequit de negligentia.*
3 *Eucharistia tabernaculi claues à Sacerdote fideli retinenda.*
4 *Eucharistia claues nullo modo feria 5. à laicis retinenda.*
5 *Eucharistia claues neque penes moniales retinenda.*
6 *Eucharistia, & Chrismatis tabernaculum vndique benè clausum esse debet, non tamen simul reponenda.*
7 *Eucharistia tabernaculum ornatum decenter esse debet, & in eminentiori Ecclesia loco reponendum.*
8 *Eucharistia in præsentia lampas absque curiositatibus continuò ardere debet.*
9 *Eucharistia qualiter ad infirmos deferenda, & cum quanto particularum numero, num. 10.*
11 *Eucharistia non deferenda ad impotentem illam sumere, neque vt adoretur tantum, multo minus sub specie vini.*
12 *Eucharistiam deferre ad infirmos est de oneribus curæ animarum.*
13 *Eucharistiam deferre in solemnitate Sanctissimi Sacramenti absente Episcopo pertinet ad primam dignitatem, & successiuè ad alios Canonicos.*
14 *Eucharistiam deferre in die solemnitatis possunt Canonici Cathedralis per Parochias absque licentia Parochorum.*
15 *Eucharistia in Parochiali, & Cathedrali, quantumuis pauperi custodiri debet.*
16 *Eucharistiam asseruari in non Parochiali concedere non potest Episcopus.*
17 *Eucharistiam asseruare licèt possint regulares, eam tamen exponere non possunt, sicut nec Confratres laici, & qualiter concedenda licentia.*
18 *Eucharistiam neque exponere possunt Confratres laici, etsi habeant licentiam eam asseruandi.*
19 *Eucharistia asseruari non potest in Ecclesijs tertiariarum, quæ non profitentur solemniter, nec claustraliter viuunt.*
20 *Eucharistiam qualitercumque asseruent regulares, visitare ibi eam non potest Ordinarius.*
21 *Olea sacra sub clauibus, non tamen in tabernaculo Eucharistiæ, propè tamen Altare illius, custodienda.*
22 *Oleorum sacrorum vasa argentea sint, vel saltem stamnea, indicentque quod continent.*
23 *Olea sacra dispensentur à Cathedrali Parochialibus, quæ recipiant per Sacerdotes non Clericos, nihil dent pro illis, & regulares conseruare possunt pro eorum vsu.*
24 *Oleis Sacris veteribus non licet vti post confecta noua absque peccato mortali, nisi suadeat aliud necessitas num. 25. vbi quod liceat comburi in lampadibus ante Sanctissimum Sacramentum.*



ANNOTATIO XXI.

§. VNIC.

Ad Text. in cap. 1. de Custod. Eucharist. &c.

IN hoc text. Innocentius Papa III. statuit, quod Eucharistia, & Chrisma debeant fideliter sub clauibus custodiri. Si verò is, ad quem spectat Custodia, eam incautè reliquerit, tribus mensibus ab officio suspendatur, & si per eius incuriam aliquid nefandum inde contingerit grauiori subiaceat vltioni. Cuius text. occasione notanda sunt hìc aliqua, quæ ad Custodiam Eucharistiæ, & Chrismatis tantum reducuntur; quoad reliqua, quæ concernunt ipsa Sacramenta, cùm proprium summistarum, ac moralium sit, ad illos me remitto, de hac materia tractant Durand. *in rational. diuinor. officior. lib. 1. cap. 16.* Paul. Fosc. *de visit. lib. 1. cap. 5. & 6.* Henriq. *in summa lib. 8. cap. 28. §. 2. litt. H.* Barbos. *de potest. Paroch. cap. 20. & seqq.* Posseuin. *in simil. tract.* Sell. *select. Canon. cap. 1. & cap. 11.* & alij, disponit Concil. Trid. *sess. 13. de Sacram. Eucharist. cap. 6.* 1

Nota primò, dici Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, & sacrum Chrisma teneri sub fideli Custodia, quando sub firmo claue custoditur, vt in text. vnde ex hoc colligunt communiter DD. quod ponens rem sub clauibus non potest redargui de negligentia, quatenùs ad Custodiam, & si commodatarius est, vel depositarius non tenetur ad restitutionem rei, quæ sic custodita sublata fuit, est commune, & aduertit Abb. *in hoc cap. 1. num. 1.* 2

Non tamen in casu nostro sufficit chrisma, & Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum sub clauibus tenere, sed claues ipsæ retinendæ sunt per Sacerdotem fidelem, & Dei timoratum, prout notat Fusc. *cit. cap. 5. sub num. 3.* nec claues prædictæ relinqui debent in Altari, vel alio communi loco, vt aduertit Ricc. *decis. Cur. Archiep. Neapol. 23. num. 6. 4. part.* vbi dicit, quod omninò penes Parochum, vel Capellanum reponendæ sunt. 3

Hinc clauem Sanctissimi Sacramenti feria quinta in Cœna Domini, quæ vnica debet esse, retinendam per Sacerdotem celebraturum, & nullo modo penes personas laicas, & sæculares cuiuscumque status, gradus, & conditionis existant; non obstante consuetudine contraria; & hoc in omnibus Ecclesijs tam sæcularibus, quàm Regularibus, quouismodo à iurisdictione Ordinarij exemptis, declarauit Sacra Congregatio Rit. sub die 30. Ianuarij 1610. & 13. Septembris 1642. *in vna Calagurritana Collegiata de victoria*, testatur post alios Barbos. *summ. Apostolicarum decis. verbo clauis num. 3.* 4

Vlterius clauis Custodiæ Sanctissimi Sacramenti, nec etiam retineri debet à Monialibus, sed omninò custodiendam esse per Sacerdotem, cui illius administrationis cura demandata est, voluit Sacra Congregatio *in vna Vallisoletana 1604.* refert Nouar. *Lucerna regul. verbo clauis num. 4.* qui testatur ita indistinctè seruari Neapoli, sequitur Barbos. *summ. Apostolicarum decis. cit. verbo clauis num. 2.* 5

Item tabernaculum Sanctissimi Sacramenti debet esse benè firmum, & clausum ex omni parte, itavt nec foramen, etiam minimum pateat, obseruat Fosc. *cit. cap. 5. sub num. 3.* quod idem seruandum est de loco, in quo seruatur sacrum Chrisma, quod omninò prohibetur detineri in eodem loco, in quo detinetur Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, sed in loco separato, Fusc. *cit. loc. sub num. 5.* 6

Nota secundò, non solùm cautè, sed etiam honorificè custodiendum esse Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, & sacrum Chrisma, vnde locus, in quo custoditur Sacramentum debet esse decens, & eminentior Ecclesiæ, nec debet esse humidus, & tabernaculum debet esse honorificum, iuxtà facultatem Ecclesiæ cum veste serica interiori, & exteriori, aduertit Fusc. *cit. loc. num. 3.* & eadem ratione tabernaculum prædictum reponi debere in Altari maiori, vel si id commodè fieri non potest in alio loco Ecclesiæ conspicuo, & nobiliori, notat Ricc. *cit. decis. 23. num. 5.* Barbos. *in coll. ad cap. sane 10. num. 2. & 3.* 7

de

de celebr. Missar. & de offic. & potest. Episcopi part. 2. alleg. 22. & de off. & potest. Parochi cap. 20. *num.* 27. Piasec. *in prax. Episcop. part. 2. cap. 3. num. 24. vers. vnde primò.*

8 Item ob eandem honorificentiam cauetur, vt lampas ante Sanctissimam Eucharistiam semper ardeat die, noctuque, & hoc etiam, vt ingredientes Ecclesiam sciant, vbi primùm adorare debeant præsentiam Saluatoris nostri; dummodo in lampadibus ipsis quid curiosum non misceatur, ita Fusc. *cit. cap. 5. num.* 6. quis teneatur subministrare oleum pro lampade prædicta notatum est *annot.* 17.

9 Similiter ob reuerentiam Sanctissimi Sacramenti, cùm ad infirmos defertur, id honorificè fieri debet, Sacerdos, qui illud defert, incedat cum habitu decenti, supposito mundo velamine, & cum superpelliceo, luminibus præcedentibus, cum omni reuerencia, & honore, vultu demisso ante pectus, cum vase argenteo, vel saltem in Calice velo serico cooperto, cum pallio honesto, præcedente tintinabulo, vt cuncti genuflectant, psalmos, seu orationes inter eundem recitando, Fusc. *cit. cap. 5. num.* 10. Cened. *ad Decretal. collect.* 51. *num.* 2. *& seq.* Piasec. *cit. loc.* Ricc *cit. decis.* 23. *num.* 8.

10 Et cùm defertur Sacramentum prædictum ad infirmos, Sacerdos deferre debet duas saltem Hostias consecratas, vel si plures sunt infirmi, plures deferat Hostias, itavt saltem vna superet, cum qua possit ad Ecclesiam redire, vt populus adoret, ita Cened. Fusc. & Ricc. *cit. loc.* & alij communiter; verùm si omnes particulæ ministratæ fuerint, itavt nulla remanserit, Sacerdos redire debet sine solemnitate, & veste, ne populus adoret ex ignorantia tabernaculum, Abbas *in cap. sane de celebr. Missar.* Fusc. *cit. num.* 10.

11 Aduertendum, quod non est deferendum Sacramentum prædictum ad infirmum, qui ob tussim, vel alium defectum non potest illud sumere, nec etiam ex causa, vt illud ægrotus adoret, prout voluisse Sacram Congregat. refert Zerol. *in prax. Episc. part.* 1. *verbo Eucharistia* §. 5. Barbos. *de potest. Paroch. cap.* 20. *num.* 44. *& in summ. Apostolicarum decis. verbo Eucharistia Sanctissima num.* 17. Nec etiam est deferendum sub specie vini, quando infirmus non potest deglutire sub specie panis, tradidit Suar. *tom. 3. disp. 71. sect. 7.* Squill. *de oblig. Cler. part. 2. num.* 76. Barbos. *cit. cap. 20. num.* 43.

12 Hoc onus deferendi Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum ad infirmos, est de pertinentibus ad curam animarum, prout voluit Rot. *decis.* 340. *part. 2. n. 1. in recent.* Barbos. *cit. cap. 20. num.* 31.

13 Nota tertiò, quod in die Festiuitatis Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum deferri debet à Canonicis Ecclesiæ Cathedralis, declarauit Sacr. Congregat. Rit. *in Tuscanen.* 19. *Augusti* 1616. & refert Sell. *select. Canon. cap.* 1. *num.* 75. Quod intellige absente Episcopo, vel impedito, & tunc ad primam dignitatem spectat, qua impedita ad secundam, & sic successiuè semper ad primum Canonicum, voluit eadem Sacr. Congreg. Rit. *in Baren.* 19. *Ianuarij* 1628. *& in Pisauren.* 21. *Martij* 1609. *& in Iuuenacen...* *Maij* 1609. & pluries, vt refert Barbos. *summ. Apostolicarum decis. verbo Eucharistia Sanctissima num.* 10. *vbi in fin.* optimè aduertit, id procedere, quando ex constitutionibus Ecclesiæ, vel ex immemorabili consuetudine ad alium id non pertinet, & dummodo Sacramentum proprijs manibus deferatur ab illo Canonico, qui celebrat, vt habetur ex eodem Barbos. *in præd. loc.*

14 Supradicta quoad declarationem Sanctissimi Sacramenti in die solemnitatis ipsius festi, & per octauam spectat ad Canonicos Cathedralis, nisi aliud seruet consuetudo; ampliatur, vt id possint Canonici, etiam per limites parochiarum, & sine licentia Curati, prout voluit eadem Sacra Rit. Congregatio *in Thelesina* 28. *Augusti* 1615. & 15. *Iunij* 1619. quas refert Aldan. *compend. Canon. resol. lib. 2. titul. 40. num.* 15.

15 Nota quartò, Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum custodiri debere in Ecclesia Cathedrali, vt notat Ricc. *decis.* 23. *num. vltimo 4 part.* Item in Ecclesia Parochiali pro delatione ad infirmos, probat Genuens. *in prax. cap.* 110. *num. 1. secundum vltimam impress.* Hinc Sacra Congregatio Rit. declarauit asseruandum esse Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum in Ecclesia, quantumuis pauperi, ita in vna *Vrbinaten.* 22. *Martij* 1594. quam referunt Sell. *select. Canon. cap. 1. num.* 74. & Barbos. *cit. loc. verbo Eucharistia Sanctissima num.* 5.

Nec potest Ordinarius licentiam concedere Ecclesiæ non Parochiali asseruandi Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, sed hæc facultas obtinenda est a Sanctissimo; testatur declarasse Sacram Congregat. Genuens. *in prax. Cur. Archiepiscop. Neap. cap.* 110. *num.* 2. subdens, quod etsi de facto per Episcopum concedatur licentia, sit adeo nulla, vt nec reuocatione indigeat, sequitur Nauar. *Lucern. regul. verbo Eucharistia num.* 1. post Ricc. *in collect. part. 4. collect.* 1216. 16

Aduerte, quod licèt regulares priuilegium habeant asseruandi Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum in eorum Ecclesijs à Sede Apostolica, tamen non possunt illud publicè adorandum exponere sine causa ab Ordinario approbanda, prout voluit Sacra Congregatio Concil. *in Neapolitana* 17. *Augusti* 1630. penes Lezan. *in summ. regul. qq. tom. 2. cap. 1. num. 26. & tom. 3. verbo Eucharistia num.* 24. & iterùm Eucharistiam publicè exponere, neque regularibus, neque confratribus laicis quouis prætextu licet, absque speciali licentia proprij Ordinarij, Sacra Congregatio Rit. sub die 26. Februarij 1626. de qua Gauant. *in Enchirid. Episcop. verbo Eucharistia num.* 55. Ioan. Maria Nouar. *Lucer. regul. verbo Eucharistia num.* 3. Nec licentia prædicta concedi debet exponendi Sanctissimum singulis diebus, sed tantùm in quibusdam solemnitatibus, eadem Sacra Rit. Congreg. *in Placentina Prouinciæ Compostellana* 4. *Martij* 1606. quam refert Lezan. *cit. verbo Eucharistia num.* 24. 17

Vlterius, si laicorum Confraternitates haberent priuilegium, vel consuetudinem asseruandi Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, adhuc id facere debent cum Ordinarij licentia, voluit Sacr. Congregat. Rit. *in Isolan.* 10. *Iunij* 1604. refert Lezan. *cit. loc. num.* 24. Ricciul. *Ecclesiast. elucubrat. lib. 4. cap. 6. num. 4. & 6.* eadem Sacra Congregatio *in Asulana* 3. *Aprilis* 1632. quam refert Bonfadin. *in thesauro Eccles. decis. resol. 3. num.* 15. 18

Nullo modo etiam potest in Ecclesijs tertiariarum, quæ professionem solemnem trium votorum non emittunt, nec in Clausura viuunt teneri Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, voluit Sacra Congregat. Episcop. & Regul. die 20. Decembris 1626. referunt Gauant. *in enchirid. Episcop. verbo Eucharistia num.* 3. Ioan. Maria Nouar. *Lucer. regul. eodem cit. verbo num.* 2. Barbos. *summ. Apostolicarum decis. eodem verbo num.* 14. 19

Obseruandum est, quod siue ex priuilegio, siue ex consuetudine asseruent regulares Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum in eorum Ecclesijs, non potest illud Ordinarius visitare, voluit Sacra Congregatio Episcop. & Regul. *in Nicoteren. de anno* 1593. quam refert Sell. *select. Canon. cap. 1. num.* 77. & Barbos. *summ. Apostolicarum decis. verbo Eucharistia num.* 16. 20

Nota quintò Chrisma, idest sacra olea, fideliter etiam sub clauibus esse custodienda, vt hic in text. hinc locus, in quo reponuntur debet esse honestus, & decens, non tamen recondi possunt in tabernaculo Sanctissimæ Eucharistiæ, vbi nihil præter ipsam stare debet, aduertit Fusc. *de visit. lib. 1. cap. 6. sub num.* 14. optimum tamen est illa asseruari propè Altare maius, vt participent lumine lampadis, vnde ego ipse dum interfui visitationibus Ciuitatis, & Diœcesis Capuanæ semper dixi accomodari propè Altare maius fenestram cum firmo Ostiolo, & claui, illamque in parte interiori vestiri serico habitu, ac ibidem asseruari sacra Olea. 21

Item vasa, in quibus asseruantur sacra Olea debent esse argentea, vbi facultates Ecclesiæ suppetunt, vel saltem stamnea benè cooperta, & cum inscriptione sua de oleo; quod in vnoquoque vasculo continetur, ne in administratione confusio eueniat, errorque succedat, vnum pro alio administrando, aduertit Fusc. *cit. loc. num.* 14. aduertendum supra modum est, ne ipsa vasa destuant, prout ego semper attentè obseruaui. 22

Asseruari debent sacra olea, primò in Ecclesia Cathedrali, & ob eius dignitatibus dispensari alijs Ecclesijs, voluit Sacra Congreg. Rit. *in Tuscanen.* 19. *Augusti* 1619. Aldan. *compend. Canon. resol. lib. 1. titul. 8. num.* 11. Secundò in quauis Ecclesia Parochiali pro vsu curæ: an sed 23

aduertant

aduertant Parochi, quod si impediri non possunt accedere ad Cathedralem pro sacris oleis, debent mittere Sacerdotem non Clericum, nec aliquid temporale debent dare pro illis, nec etiam oua, vt aduertit Fusc. *cit. loc. num.* 13. Tertiò permitti etiam debet asseruari sacra olea à regularibus in eorum Ecclesijs pro ipsorum vsu dumtaxat, voluit Sacra Congregat. Episcop. & Regul. *in Aretina* 13. *Iulij* 1589. refert Nouar. *Lucer. regul. verbo Oleum sanctum num.* 1. post Aldan. *compend. Canon. resol. lib.* 1. *titul.* 8. *num.* 10.

24 Aduertant conseruatores sacrorum oleorum, quod non possunt illis vti postquam noua sunt consecrata, sed vetera debent omninò cremari, & Episcopum teneri singulis annis olea sacra conficere, & suæ Diœcesis curatis distribuere, declarauit Sacra Congregat. Rit. *in Septen.* 7. *Septembr.* 1601. penes Aldan. *cit. loc. num.* 18. quem refert, & sequitur Barbos. *in summ. Apostolicar. decis. verbo Oleum sacrum num.* 6.

25 Hinc non excusant à peccato mortali Parochum, si oleum alterius anni adhibeat, Bonac. *de Sacrament. disp.* 7. *quæst. unica punct.* 2. *num.* 6. Vgol. *de offic. Episcopi cap.* 7. §. 2. *num.* 1. Possewin. *de offic. Curat. cap.* 9. *num.* 1. quia debet esse benedictum eo anno, vt præcipitur in *cap. literis de consecrat. dist.* 3. nisi aliud suadeat necessitas, Vgol. *citat. loc.* Layman. *Theolog. moral. lib.* 5. *tract.* 8. *cap.* 2. *num.* 4. vbi aduertit, quod succedente nouo oleo, si aliquid ex veteri remanserit, in lampadibus Ecclesiæ, quæ ante venerabile Sacramentum sunt, ponendum est, vt comburatur, Barbos. *de offic. Paroch. cap.* 22. *num.* 25. Cætera ad hanc materiam vide apud casistas, sufficiunt prædicta quoad Custodiam, de quo in text.

OBSERVATIONES
D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum vbi sit asseruandum.*
2 *An sit potius omittendum, quam deferendum Viaticum ad infirmum festino, & concitato nimis cursu?*
3 *Pueris infirmis an administrandum sit Sacramentum Viatici post vsum rationis?*
4 *Ex indultis Apostolicis Hospitalia asseruant Eucharistiæ Sacramentum, & extremæ vnctionis.*
5 *Rationabilitas asseruationis, & qualiter sit impropria Parochialitas.*

1 De custodia Eucharistiæ pleno calamo agit Auctor, & plenius apud Pac. Iordan. *in tit. de SS. Eucharist. tom.* 1. vbi quod in Cathedrali non debet asseruari in Altari maiori, sed in altero, & in Parochialibus, & Collegiatis in Altari maiori.

2 Quoties deferendum est Vicarium ad infirmum, & Parochus nequit illud administrare, nisi festino, & concitato nimis cursu progrediatur, in hoc casu non congruit ita incedere, & sufficit Sacramentum pœnitentiæ, & extremæ vnctionis administret, ita penes Pac. Iordan. *vbi sup. num.* 32.

3 Parochi an debeant Eucharistiæ Sacramentum administrare pueris post vsum rationis in articulo mortis pro Viatico? Affirmant Suar. *de Euchar. disput.* 70. *sect.* 1. & Pac. Iordan. *vbi sup. num.* 55. vbi quod licet pueri strictè loquendo non obligentur à præcepto annuæ Communionis, secus in casu mortis.

4 Ex Apostolica concessione potest in Ecclesijs Hospitalium pro infirmis asseruari Sacramentum Eucharistiæ. Hospitale enim sapere videtur quandam speciem Parochialitatis quoad infirmos ibi viuentes, & morientes, quorum Parochus dicitur ille Sacerdos, vel Capellanus, qui pro eiusdem Hospitalis seruitio est deputatus, & dicitur quoddam ius parochiale impositum, & cum quadam iurisdictione in personas. Quia vel nulli, vel nimium sunt rari vsus, quod in Hospitali moriatur subditi 'parochiæ illius, cum frequentius id contingat in illis aliarum parochiarum, ideòque iste Parochus nullum ius in hoc habebat.

5 Pariter ius parochiale consistit in mutua, & reciproca necessitate super administratione, & respectiuè perceptione Sacramentorum, quod scilicet Parochus licet inuitus teneatur subministrare Sacramenta, & funera parochianis, qui licet inuiti ab eo recipere teneantur glos. *in Clem. dudum*, vbi Anchar. & alij *de sepultur.* Necessitas autem prædicta non intrat quoad eos, qui ex diuersis parochijs occasionaliter confluunt ad Hospitale causa curationis, quoniam causatiua, & accidentalis mutatio domicilij absque animo deserendi primum, & acquirendi secundum non facit cessare iurisdictionem proprij parochi, neque illam inducit in eo, intra cuius parochiæ limites huiusmodi accidentale, seu causatiuum domicilium habeatur, ad *text. in cap. de ijs de sepultur. in* 6. Neque conturbat, quod alij Parochi non sint in causa.

ANNOTATIO XXII.

De prohibitis fieri in Ecclesia.

ARGVMENTVM.

Notatur prohiberi in Ecclesia omnia, quæ illi irrogant irreuerentiam, vt est seditio, clamor, deambulatio tempore diuinorum, Officiorum, publica Vniuersitatis colloquia de rebus sæcularibus, contractus, nundinæ, impetus, colloquia vana, risus immoderati, strepitus iudiciorum, & iudicia etiam ciuilia, spectacula, comœdiæ, & similia, saltationes, cantus lasciui, ac Theatrales, sterni lectos, Imagines inhonestæ, vel indecenter pictæ, rixæ, ingressus excommunicatorum; infidelium, & hæreticorum, & alia. An in Ecclesia possit exhumari corpus ad habendam informationem delicti in genere, vel possit principalis examinari, vel in ea possint fieri prandia, vel detineri supellectilia laicorum. An in ea possint Dominus Noster dipingi, & B. Virgo, ac alij Sancti cum habitu particulari alicuius Religionis, aut supra terram corpora sepeliri. Quomodo in ea apponantur scamna pro laicis. Non prohibentur in Ecclesia disputationes litterariæ, tractatus rerum Ecclesiasticarum, piæ repræsentationes, cantus, & instrumenta musica decentia, & alia ad materiam.

SVMMARIVM.

1 *Irreuerentiam quæ irrogent Ecclesiæ, si in ea fiant, ad Bullam Pij V. & qui DD. materiam exagitent.*
2 *Irreuerentiam Ecclesiæ irrogant seditio, clamor, strepitus, &c. deambulatio tempore diuinorum officiorum, quid seditio, num.* 3. *& de reliquis, quæ fieri prohibentur.*
4 *Irreuerentiam Ecclesiæ irrogant publica Vniuersitatis colloquia, nisi in ijs de spiritualibus tractetur.*
5 *Irreuerentiam irrogant, & prohibentur in Ecclesia fieri contractus (non tamen sunt nulli num.* 7.) *& duplici ex causa nundinæ, si incidant in die festo, num.* 6.
8 *Irreuerentiam non irrogant contractus ad opus pium, vel collegialiter ij celebrandi, num.* 9.
10 *Irreuerentiam irrogat, & prohibetur in Ecclesia fieri impetus loco, personis, & rebus ad pœnam sacrilegij.*
11 *Irreuerentiam irrogant, & prohibentur in Ecclesia fieri colloquia vana, risus immoderati, & quare num.* 12.

13 *Irre-*

13 *Irreuerentiam irrogant, & prohibentur in Ecclesia strepitus iudiciorum, & multo magis criminalium.*

14 *Irreuerentiam an irroget exhumari corpus occisi per laicum pro capienda informatione de delicto in genere.*

15 *Irreuerentiam irrogat, & prohibetur Reum principalem in Ecclesia constitui pro examine.*

16 *Irreuerentiam irrogant, & prohibentur in Ecclesia fieri iudicia etiam ciuilia, qua sunt nulla, limita in his, qua voluntariæ iurisdictionis sunt, num. 17.*

18 *Irreuerentiam non irrogat, disputationes litterarias, & similia in Ecclesia haberi.*

19 *Irreuerentiam non irrogant, si in Ecclesia tractentur causa Ecclesiastica, neque si de quibuslibet in ea informentur iudices, num. 20.*

21 *Irreuerentiam irrogant adeo, vt prohibeantur in cœmeterijs etiam fieri, strepitus iudiciales.*

22 *Irreuerentiam irrogant, & prohibentur in Ecclesia fieri spectacula, Comœdia, & similia, tam feriatis, quam festiuis diebus, num. 23.*

24 *Irreuerentiam non irrogant, si pia repræsentationes fiant in cœmeterijs.*

25 *Irreuerentiam irrogant, & prohibentur in Ecclesia fieri saltationes, & cantus lasciui, sine etiam puri, sed Theatrales, num. 26.*

27 *Irreuerentiam non irrogant, & licita in Ecclesia sunt instrumenta musica, & cantus decentes.*

28 *Irreuerentiam quando non irrogent in Ecclesia fieri prandia, quando sic.*

29 *Irreuerentiam irrogat, & prohibetur in Ecclesia lecto sterni, vbi nec viro licet cognoscere vxorem, num. 30.*

31 *Irreuerentiam irrogant, & prohibentur in Ecclesia haberi supellectilia temporalia, etiam laicorum, & ejciendi sunt intrantes cum armis.*

32 *Irreuerentiam irrogant, & remouenda sunt ab Ecclesia imagines inhonesta, vel indecenter picta.*

33 *Irreuerentiam non irrogat, sed prohibitum est, imagines Beatissima Virginis pingi particularis alicuius Religionis habitu.*

34 *Irreuerentiam irrogant, & prohibentur in Ecclesia laicorum sedes propè Altare, non tamen est denegandus locus conueniens.*

35 *Irreuerentia ne irrogetur Ecclesia ob rixas, fœmina taliter in Ecclesia sunt apponenda, vt aliorum commoditati non officiatur.*

36 *Irreuerentia ne irrogetur ob rixas in Ecclesia, qualiter celebrando sedeant Presbyteri Neapolitani.*

37 *Irreuerentiam irrogant deambulationes in Ecclesia, dum diuina celebrantur, & alia.*

38 *Irreuerentiam irrogant, & prohibentur in Ecclesia esse conditoria mortuorum super terram.*

39 *Irreuerentia esset, Ecclesiam ædificari in propugnacula, & vrgente necessitate non est faciendum, nisi cum Pontificis licentia.*

40 *Irreuerentia est, & prohibentur Ecclesiam ingredi excommunicati, interdicti, infideles, heretici, &c. vide qualiter.*

41 *Irreuerentia arcetur ab Ecclesia, quia in domum Dei est ædificata.*

42 *Irreuerentia ne in templo fieret, flagellum Christus assumpsit, non aliàs.*

43 *Irreuerentiam in Ecclesia qualiter puniat iudex Ecclesiasticus.*

ANNOTATIO XXII.

§. VNIC.

An Bullam Pij V. incip. Cum primum sub datum Romæ Kalend. Aprilis 1566. primi sui Pontif.

1 IN hac Bulla Pius V. multa, quæ irreuerentiam irrogant, prohibet fieri in Ecclesia, & hoc ad conseruandum decorem in domo Dei, de qua materia disponitur in *44. dist. per totam, in cap. cum decorem de vit. & honest. Cler. cap. relinquo de Custod. Eucharist. cap. decet de immunit. Eccles. lib. 6.* Concil. Trident. *sess. 22. decret. de obser-* *nat. & euit. in celebr. Miss. §. ab Ecclesiis*, disponunt etiam leges Imperiales, *l. 2. C. de sacros. Eccl. l. basilicam C. de oper. publ.* & alibi, tractant Fusc. *de visit. lib. 1. cap. 27. & sequent.* Suar. *de Relig. tom. 1. lib. 3. cap. 4.* Sperel. *decis. 51.* Nouar. *in summ. Bull. titul. de Eccles. vener. 2. par.* Barbos. *de iur. Eccles. lib. 2. cap. 3. num. 1. & seqq.*

Primò prohibet Bulla, quod nullus in Ecclesia seditionem faciat, tumultum excitet, clamores moueat, impetumque committat, cessent vana fœda, & profana colloquia, risus immoderati, & strepitus omnes iudiciorum, & alia quæcumque, quæ diuinum officium perturbare possunt. Secundò, quod nullus intra Ecclesias deambulare audeat, siue præsumat, dum celebrantur sacra Missarum mysteria, & alia diuina officia, ita Bulla. Ex quibus 2

Nota primò prohiberi in Bulla seditiones; est autem seditio quietis publicæ perturbatio, *l. 1. & 2. C. de seditiosis*, & differt à bello, quia bellum ad hostes pertinet, seditio verò ad ciues, testatur D. Gregor. & colligitur ex dictis iuribus. Secundò, prohibetur tumultus, qui in iure idem est, ac seditio, vt apparet ex *l. 1. in finalib. verbis ff. ad leg. Iul. Maiest.* Clamor quoque diuersimodè accipitur, & varias habet significationes, vt explicat Alber. *in dict. l. C. verbo clamor*, Alex. in add. ad Bart. *super l. de minore §. plurimum de quæst. in vers. quæ autem sit.* Impetus dicitur, quando inter duos simul stantes oritur subito rixa, vt declarat Bart. *in l. respiciendum §. delinquunt num. 2. ff. de pœnis.* Sed quicquid sit de terminis. 3

Dictum est, Bullam prohibere seditiones, clamores, impetus, nec non publica profana colloquia; Hinc Vniuersitas non debet habere in Ecclesia publica parlamenta, & Congregationes, pro tractandis negotijs sæcularibus ipsius Vniuersitatis, & Ciuium; quod etiam prohibetur in *cit. cap. decet de immunit. Eccles. lib. 6.* Fallit tamen prohibitio prædicta, quando Vniuersitas esset tractatura negotia spiritualia, & de operibus pijs; tunc enim posset liberè permitti illius Congregatio, & Concilium in Ecclesia, etiamsi omnes congregati laici essent, cùm opera pietatis per Ecclesiam exercitari non impediri debeant, ita Franc. *in cit. cap. decet*, aduertit Barbos. *de iure Eccles. lib. 2. cap. 3. num. 14.* 4

Prohibentur quoque in Ecclesia vana fœda, quod idem est, ac contractus omnes, ac negotia sæcularia, *cap. 1. & cap. cum Ecclesia de immunit. Eccles. l. nemo la 1. C. de sacros. Eccles.* Nauar. *de horis Canon. cap. 5. num. 31. & seqq.* Azor. *instit. moral. part. 3. lib. 8. cap. 9. q. 7.* Nouar. *summ. Bull. tit. de Eccles. venerat. n. 3. fol. 614.* Sperell. *decis. 51. n. 1. & seqq.* Fusc. *de visit. lib. 1. cap. 18. n. 3. & seqq.* Barbos. *de iur. Eccles. cit. cap. 3. n. 5.* qui alios citat. 5

Hinc prohibentur fieri in Ecclesia nundinæ, *cap. decet de immunit. Eccles. lib. 6.* & si in die festo inciderint, prohiberentur duplici ratione, loci, & ratione diei, refert Fusc. *cit. loc. n. 4.* vbi declarat, quæ dicantur mercata, & quæ nundinæ, de quibus Ego ipse notaui *1. part. annot. 16.* 6

Quod si de facto contractus in Ecclesia fiant, licèt contrahentes peccent mortaliter, secundùm opinionem Abbatis *in cap. 2. num. 5. cum seqq. de immun. Eccles.* quem refert, & sequitur Fusc. *de visit. cit. cap. 28. sub num. 4.* Barbos. *vbi supra num. 13.* tamen contractus sunt validi, & nullam incurrunt nullitatem, quæ cùm in iure non sit expressa, nisi in terminis actus iudicialis, non debet extendi ad actus extraiudiciales, tanquam odiosa, ita probat Barbos. *cit. num. 13.* post Sperell. *decis. 51. num. 22.* & alios, contra Fusc. *qui sub præcit. num. 4.* videtur tenere contractus esse nullos, cuius opinio non habet sequelam, contra quem tenet etiam Mantica *de tacit. & ambig. conuent. lib. 3. titul. 13. num. 10.* Bonac. *tom. 2. circa primum decalog. præcept. disp. 3. q. 6. punct. vnic. num. 15.* Nouar. *summ. Bull. 2. part. titul. de Eccles. vener. num. 5.* 7

Fallit suprapolita conclusio, quando contractus esset ad opus pium, vel aliquo modo spiritualitatem contineret, vt notatum est supra de publicis colloquijs, & aduertit Barbos. *cit. loc. sub n. 13.* ac ratio suadet, & pietas. 8

Fallit quoque supradicta prohibitio contrahendi in Ecclesia in contractibus Clericorum collegialiter celebrandis, vt sunt contractus Capituli, & Canonicorum, qui cùm non possint congregari, nisi in ipsa Ecclesia, & Sacristia, sequitur necessariò, quod alibi per se ipsos non possint contrahere. 9

10 Prohibet etiam Bulla prædicta, impetum committi in Ecclesia, quod idem est, ac facere violentiam aliquam; vnde non est permittendum violentiam fieri in Ecclesia, nec ipsi Ecclesiæ per destructionem, vel incendium, aut alio modo, *cap. 2. & cap. in litteris de raptorib.* neque personis, aut rebus, quæ in ea continentur, aliàs violentiam inferens sacrilegium committeret, *cap. sicut antiquitus, & cap. quisquis inuentus 17. quæst. 4.* notat Barbos. *cit. cap. 3. num. 34.*

11 Item prohibentur per Bullam vana colloquia in Ecclesia, & etiam per Concil. Trid. *sess. 22. in decreto de obseruand. & euitand. in celebrat. Miss.* ibi: *vana, atque adeo profana colloquia*, notat etiam Fusc. *de visitat. lib. 1. cap. 28. num. 3.*

12 Risus quoque immoderati prohibentur in Ecclesia per hanc Bullam, & hoc non sine ratione, nam si coram superiore terreno non est ridendum, maximè sine causa, vt refert Specul. *de Aduocat. §. 5. vers. item non rideas*, & Alber. *in suo dict. lit. R. verbo risus in addit.* multò magis coram Superiore cœlesti, cuius præsentia sacramentaliter in Ecclesia adest. Alia potest etiam afferri ratio congruentiæ, nam cùm Christum semper, & eius vestigia sequi debeamus, multò magis in Ecclesia, quæ est eius domus: sed Christum, ac Beatam Virginem nunquam risisse, refert post Nicephorum doctissimus, & eruditissimus D. Paulus Vecchi *in suis obseruat. in Sacram Script. t. p. in obseruat. physognom. 98. vers. octauò*, vbi etiam multa de risu doctè cumulat. Alia etiam potest afferri ratio huius prohibitionis, nam risus immoderatus stultorum mores indicat, iuxta illud Eccles. 21. *fatuus in risu exaltat vocem suam*; quod eruditè obseruat ipse D. Paul. *cit. loc. obseruat. 97.* sed stultitia arceri debet à domo Dei, quàm decet sanctitudo.

13 Strepitus omnes iudiciorum probibet Bulla in Ecclesia, quos sub nomine placiti prohibet etiam *text. in cap. 1. & cap. cum Ecclesia de immunit. Eccles. & cap. decet de immunit. Eccles. lib. 6.* ibi: *omni in eis sæcularium iudiciorum strepitu conquiescat; nulla inibi causa per laicos, criminalis maximè agitetur, sint loca eadem laicorum cognitionibus aliena, &c.* Vnde causas criminales sæculares iudices nullo modo tractare possunt in Ecclesijs sub pœna excommunicationis; nam absurdum est, & crudele, ibi iudicium sanguinis exercere, vbi est tutela refugij constituta, *cit. cap. cum Ecclesia*, aduertit Leo *Thes. for. Ecclesia part. 1. cap. 13. num. 9.* Barbos. *de iure Eccles. lib. 2. cap. 3. sub n. 13.* qui aduertit post gl. *in dict. cap. cum Ecclesia*, excommunicationem prædictam non esse latæ sententiæ, sed ferendæ.

14 An verò possit permitti iudici laico exhumare corpus occisi ad finem capiendi informationem de delicto in genere.

Respondetur, quod Genuens. *in prax. Cur. Archiep. Neap. cap. 42. num. 10. in princip.* defendit, iudicem Ecclesiasticum nullam incurrere irregularitatem concedendo talem facultatem iudici sæculari, & in fine tenet, omninò teneri Episcopum eamdem licentiam concedere, ad hoc vt commune bonum puniendi delicta non omittatur. Sed melius dicendum est cum Concilio Prouinciali Mediolanens. *titul. de Eccles. & eor. cult. fol. 34.* Ordinarium debere concedere licentiam exhumandi corpus occisi è sepultura, sed extra Ecclesiam debere fieri inspectiones, ac alios actus iudiciales per iudicem sæcularem, & deinde reponi in sepultura, refert idem Genuens. *cit. loc.* & Bonac. *tom. 2. circa primum Decalog. præcept. disp. 3. quæst. 6. punct. vnic. num. 18. vers. responderi potest secundò.*

15 Reus, ac principalis inquisitus omnino examinari, ac constitui non potest in Ecclesia per iudicem sæcularem, probat Bonac. *cit. loc. num. 19.* & non solùm ob reuerentiam Ecclesiæ, sed etiam ne iudex sæcolaris exerceat iurisdictionem extra suum territorium. Imò nec Episcopus potest concedere talem licentiam iudici sæculari, vt defendit idem Bonac. *cit. loc. num. 20.* quia id esset dispensare contra immunitatem Ecclesiæ, quod non potest Episcopus; Nec etiam si iuramentum præstitum sit extra Ecclesiam, Barbos. *summ. Apostolicarum decis. verbo Ecclesia num. 9.* & testatur, sic voluisse Sacram Congregationem sub die 7. Decembris 1632.

16 Et non solùm causæ criminales, sed nec etiam ciuiles tractari possunt per iudices sæculares in Ecclesijs, vt disponunt generalia adducta verba *cit. cap. decet de immunit. Eccles. lib. 6.* ibi: *omnis in Ecclesijs sæcularium iudiciorum strepitus conquiescat*, & huius Bullæ, ibi: *strepitus omnes iudiciorum*, notat Barbos. *cit. cap. 3. sub num. 12.* & hoc sub pœna nullitatis actus, vt disponit idem *cap. decet*, ibi: *& nihilominus processus iudicum sæcularium, ac specialiter prolatæ sententiæ in eisdem locis omni careant robore firmitatis*: Ex quibus verbis habemus, omnia acta, & signanter sententiam latam per iudicem in Ecclesia esse nullam, aduertunt Franc. Leo *Thes. for. Eccles. part. 1. cap. 13. num. 9. & 10.* Sperell. *decis. 51. num. 7.* Suar. *de relig. tom. 1. lib. 3. cap. 4. num. 5.*

17 Fallit tamen nullitas actorum factorum in Ecclesia in actibus extraiudicialibus, & voluntariæ iurisdictionis; prædicti enim actus, nisi pietatem concernant, licèt in Ecclesia fieri non debeant, facti tamen tenent, nec sunt nulli, tenet Abb. *in cap. cum Ecclesia num. 6. de immunit. Eccles.* Decian. *tract. criminal. lib. 6. cap. 24. nu. 10.* Sperell. *cit. decis. 51. num. 25.* probat Barbos. *alleg. cap. 3. num. 12. vers. quoad actus*, Bonac. *tom. 2. titul. circa primum Decal. præcept. disp. 3. quæst. 6. punct. vnic. num. 17. vers. hoc autem*; & ratio est, quia iura prædicta prohibent strepitus iudiciorum, cuius nomine non veniunt actus voluntariæ iurisdictionis, vt probat ibidem Bonac. ex quibus habetur non prohiberi in Ecclesia Decretum dispensationis, decretum interpositionis auctoritatis in aliquo actu legitimo, amicabilis compositio, & similia.

18 Et à fortiori non prohibetur in Ecclesia haberi disputationes litterarias, & promoueri aliquem ad Doctoratum, Decian. *cit. cap. 24. num. 10. in fin.* probat post alios per se adductos Barbos. *alleg. cap. 3. num. 11.* vbi idem etiam dicit de Academijs in Ecclesijs fieri permissis, Duard. *in Bull. Cœn. can. 15. quæst. 16. num. 16.* Sperell. *cit. decis. 51. num. 30.*

19 Fallit etiam prædicta sententia in causis Ecclesiasticis, quæ tractari possunt in Ecclesia, etiamsi sint contentiosæ iurisdictionis, vt habetur in *cap. præceptum 2. quæst. 2.* & notat Decian. *cit. cap. 24. sub num. 10.* Hinc tenent multi, iudicem Ecclesiasticum posse tractare causas iudiciales coram se vertentes, etiam in Ecclesijs, prout probat Sperell. *cit. decis. 51. num. 29.* & licèt sint, qui contrarium teneant; tamen etiam secundam dictam contrariam sententiam, verius est dicere, quod licèt actus Ecclesiastici fori contentiosæ iurisdictionis sint prohibiti in Ecclesia, tamen si fiant non sunt nulli, ita Barbos. *cit. cap. 3. num. 12. in fin.*

20 Fallit quoque suprapolita regula in Aduocatis, & procuratoribus, qui possunt etiam negotia contentiosæ iurisdictionis consulere, & iudices informare in Ecclesijs, cùm id nec in die festo prohibeatur, Filiucc. *in moralib. quæst. tract. 27. cap. 10. num. 183.* docet Barbos. *de iure Eccles. lib. 2. cap. 3. num. 9.*

21 Obserua ad supradicta non solùm prohiberi placita, & strepitus iudiciales in ipsa Ecclesia, sed etiam in cœmeterijs, vt habetur ex *cit. cap. cum Ecclesia*, & aduertunt communiter DD. an autem id prohibeatur etiam in domibus Ecclesiæ, habetur ex *cap. vt in domibus de immunit. Eccles.* quod ad hunc effectum declarat Bonac. *cit. disp. 3. quæst. 6. punct. vnic. num. 16. vers. addunt aliqui.*

22 Sunt quoque prohibitæ in Ecclesia repræsentationes, spectacula, cœmediæ, ludi Theatrales, & his similia, *cap. cum decorem de vit. & honest. Cler. Clem. 1. de celebr. Miss.* vbi gl. & DD. Nauar. *tract. de orat. cap. 5. num. 25.* Fusc. *de visit. lib. 1. cap. 26. sub num. 1.* Zerol. *in prax. part. 1. verbo repræsentationes*, Ricciul. *tract. de personis, quæ in stat. reprob. vers. lib. 1. cap. 4. num. 1. & seq.* qui id ampliat in cœmeterio, *Clement. 1. §. nonnulli de celebrat. Missar.* in Ecclesia profanata, quæ adhuc ad vsus sordidos, & indecentes conuerti non debet, *cit. cap. cum decorem*, Genuens. *in prax. cap. 52. secund. primam impress.*

23 Amplianntur supradicta, vt repræsentationes prædictæ prohibeantur in Ecclesia, siue fiant in diebus feriatis, siue in vigilijs, vel festiuitatibus, vt per Ricciul. *cit. loc. vers. procedit*, vbi *num. 3.* dicit, prohibitionem locum habere; non obstante quauis consuetudine, glos. *in cit. cap. cum decorem verbo potens*; dicuntur enim repræsentationes prædictæ deturpare honestatem loci: vnde eadem

ratione

ratione deturpationis non solùm prohibentur fieri in locis sacris, sed etiam personis ne faciant, vt sunt Clerici, Ricciul. *cit.loc. cap.6. num.2. & seqq.*

24 Possent tamen permitti repræsentationes prædictæ, saltem in cæmeterijs, quando essent spirituales,& pia continerent spectacula, vt cum *gl. in cit. cap. cum decorem* firmat Riccul. *in cap. 4. num. final.* & etiam in Ecclesia, Barbos. *cit. cap. 3. num. 17.* quæ pia spectacula exemplificat, Fusc. *de visit. lib. 1. cap. 26. num. 1.* in repręsentatione passionis Christi, & aliorum Martyrum. Verùm in concedenda licentia habendi repręsentationes prædictas, siue in Ecclesia, siue extra illam Ordinarius debet aduertere, si illæ pietati, ac Religioni conueniant, & animarum saluti expediant, & ne in illis quid indecens audiatur, ne sub velamine honestæ repræsentationis sit inclusa detractio, & omninò non debet permitti, vt repræsentationes prædictæ fiant cum intermedijs ridiculis, prout ad prædicta omnia aduertit Fusc. *cit. cap. 26. num. 1.*

25 Eodem modo in Ecclesia permitti non debent saltationes, tenet post alios Barbos. *de iure Eccles. lib. 2. cap. 3. num. 16.* qui refert in Saxonia in Ecclesia Sancti Magni, saltantes in pœnam saltasse per totum annum sine cibo,& somno. Sunt qui permittunt saltationes in processionibus, maximè in processione Santissimi Sacramenti, moti ex eo, quia in veteri testamento populi ducentes Arcam, quæ figura erat Sacramenti Eucharistiæ, ante illam saltabant; verùm non potest negari, quin contineat maximam irreuerentiam, nam saltando pluries terga vertuntur Sanctissimo.

26 Cantus, & Musicas lascinas, & impuras, vel aliquid lasciuum, & impurum continentes prohibet omninò ab Ecclesia Concil. Trid. *sess. 22. decret. de obseruand. & euitand. in celebr. Missarum post med.* ibi, *ab Ecclesijs, &c.* Dicitur cantus impurus,& lasciuus, non solùm quando cantantur verba impura, & lasciua; sed etiam quando cantantur verba sacra,& Canonica, sed sub forma, & modo impuro: Vndè permitti non debet in Ecclesia cantus Theatralico more, idest corporis gestus exercendo, quos magis ostensionis causa, quam deuotionis faciunt, veluti histriones, & Comici, D. Thom. 2. 2. *quæst. 91. art. 2. ad 2. & alij*, quos refert, & sequitur Barbos. *de iure Eccles. lib. 2. cap. 3. n. 15.* & D. Hieronym. *ad cap. 5. epistol. ad Ephes. 3. lib. 3.* dicit, non enim in tragœdiarum modum guttur,& fauces medicamine laniendæ sunt, vt quasi Theatrales moduli audiantur cantantes, ne dum blanda vox quæritur congrua vita negligatur, *Cap. in sancta Romana dist. 92. ex Gregor. registr. lib. 4. Epist. 44. vel cap. 88. in Synod. habit. Romæ.*

27 Et licèt cantus, & musica instrumenta in Ecclesijs licita esse dicantur, hoc intelligitur, si decenter adhibeantur docet Caietan. *in summ. verbo organorum vsus*, Molfes. *in summ. Theolog. moral. tract. 5. cap. 2. num. 65. & seqq.* Filiucc. *in quæst. moral. tract. 23. cap. 3. ad fin. n. 120.* Suar. *tom. 2. de relig. lib. 4. cap. 8. num. 5. & seqq.* Doctissimus P. Peregrinus, inter concines meæ inclitæ Ciuitatis Capuæ, qui doctrina, & integritate floruerunt, & adhuc florescunt nemini secundus, in *Constitut. Cleric. regul. par. 1. cap. 1. §. 10.* hinc D. Bernard. *in Epist. ad Aremanen.* licitum dicit cantum in Ecclesia, qui ita sit grauitate plenus, vt neque lasciuiam resonet, neque rusticitatem, qui ita sit suauis, vt non sit leuis; ita demulcens aures, vt promoueat corda; sensum litteræ non euacuans, sed fœcundans, Durant. *de ritib. Eccles. lib. 3. cap. 21. num. 29. & seqq.*

28 Conuiuia in Ecclesia cum irreuerentia loci sacri nullo modo permitti debent, nisi aliquod frugale, & parcum in angulo Ecclesiæ sine tumultu, luxu, & perturbatione adstantium fiat, ex causa rationabili, & quando alius locus sufficienter accomodatus haberi non potest, Nauar. *de orat. cap. 5. num. 3.* Suar. *de Sacram. tom. 1. disp. 81. sect. 8. art. 3. vers. secundò ex hoc primo, & tom. 1. de relig. lib. 3. de reuerent. debit. loc. sacr. cap. 6. num. 7.* Barbos. *de iur. Eccles. lib. 2. cap. 3. num. 22.* vbi alios citat, Nouar. *summ. Bull. 2. par. titul. de Eccles. venerat. num. 4.*

29 Lectos in Ecclesia sterni omninò prohibendum est, sicut prohibendæ sunt vigiliæ, Fusc. *de visit. lib. 1. cap. 28. num. 8.* quas abusus vocat illas, quæ in aliquibus festiuitatibus per totam noctem in Ecclesia habentur, & proinde omninò tollendas, etiam cum pęna excommunicationis, referens fuisse laudabiliter remotas ab Ecclesia Amalphitana, & hoc, ne ex conuenientia hominum, & mulierum de nocte, in Ecclesia aliquod inconueniens nascatur; Vigilias prædictas fuisse omninò sublatas, testantur multi, quos adducit Barbos. *cit. loc. num. 23.* & Episcopos, illas non extirpantes, non excusat in foro conscientiæ, Nouar. *cit. loc.*

30 Nec etiam viro, & vxori est permittendum dormire in Ecclesijs, ne ex pollutione ex copula habita Ecclesiam oporteat reconciliari, testatur Fusc. *cit. loc. num. 9. post med.*

31 Neque permittendum est reponi in Ecclesia supellectilia, etiam Clericorum, vt sunt vasa vinaria, lignea, aliaque similia, nisi propter hostiles incursus, aut incendia repentina, vel similem necessitatem, deciditur expressè in *Cap. 2. de Custod. Eucharist.* & obseruat Fusc. *de visitat. lib. 1. cap. 28. n. 6.* Fagund. *in quinque Eccles. precep. precept. 2. lib. 4. cap. 4. num. 10. in med.* Barbos. *cit. loc. num. 25.* In particulari non sunt retinenda arma in Ecclesia, imò intrantes in eam cum balistis, sclopis, alijsque armis hastatis eijciendi sunt, ex Concil. Prouincial. Mediolan. *par. 2. de Eccles. & eor. cult.* testatur Fusc. *cit. loc. num. 6. in fin.*

32 Remouendæ sunt quoque ab Ecclesia Imagines vanæ, & nugaces, aut inhonestæ, habetur ex Concil. Nicen. 2. *act. 4. in Epist. B. Nyli*, & in sexta Synodo Constantinopolitana *can.* 100. & refert Barbos. *cit. loc. num. 25.* & in Concil. Trid. *sess. 25. cap. de inuocat. & venerat. & reliq. Sanctor. & sacr. Imag. in princip. fin.* mandatur, quod ex sacris imaginibus omnis lasciuia vitetur, ita vt in procaci venustate non pingantur, nec ornentur, & ibidem committitur Episcopis, ne in his quid inhonestum appareat, & vt id seruetur, prohibetur apponi in Ecclesia aliqua insolita imago non recognita,& approbata ab Episcopo, ita Concil. Aduertendum est etiam in his imaginibus, ne illæ ornentur profanis ornamentis, & vanis, vt gentes per ipsa ad turpia desideranda moueantur, sed omne honestum habeatur, aduertit post Matt. Nauar. *in manual. cap. 11. num. 23. & 32.* Fusc. *de visit. lib. 1. cap. 9. num. 11.* Hinc ego ipse in visitatione habita in Ciuitate,& Diœcesi Capuana sede vacante mandaui, reformari duas Imagines Beatæ Mariæ Virginis, primam quia habebat pedem denudatum è vestibus foris exeuntem, quod offendebat singularissimam eiusdem Virginis honestatem, & alteram, quæ repræsentabat eamdem B. Virginem iuxtà crucem, dolore collapsam, quod offendebat virtutem fortitudinis Virginis, quam extollens sancta Ecclesia, dicit *stabat Mater dolorosa, iuxta Crucem lacrymosa*; ex quibus verbis habemus, stantem, non cadentem pingendam esse Virginem iuxtà Crucem.

33 Hinc Sanctissimus D. N. Vrbanus VIII. sua peculiari Constitutione sub die 15. Martij 1642. incipiente, *sacrosancta Tridentina Synodus* prohibuit Imagines Domini nostri Iesu Christi, & Deiparæ Virginis Mariæ, ac Angelorum, Apostolorum, Euangelistarum, aliorumque Sanctorum, & Sanctarum quarumcumque sculpere, aut pingere, vel sculpi, aut pingi facere, aut ante eandem Constitutionem sculptas, aut pictas, & alias quomodolibet effictas tenere, seù publico aspectui exponere, aut vestire cum alio habitu, & forma, quàm in Catholica, & Apostolica Ecclesia ab antiquo tempore consueuit, nec etiam cum habitu peculiari alicuius ordinis regularis, ac mandauit Imagines aliter pictas, vel sculptas ab Ecclesijs, & alijs locis quibuscumque amoueri, & deleri, vel reduci, & reformari ad habitum, & formam in Ecclesia Catholica, & Apostolica ab antiquo tempore consuetam, ita Bulla prædicta, vbi etiam *vers. & ne exponantur*, prohibentur exponi in Ecclesijs quibuslibet, ac quomodolibet qualificatis, ac earum frontispicijs, & atrijs, Imagines prophanæ, vel aliàs indecentiam, & inhonestatem præseferentes. Qua constitutione datur facultas exequendi prædicta Ordinarijs, etiam contra exemptos, & regulares.

34 Abusus ortus maximè in laicorum sedibus omninò Episcopus remouere debet ab Ecclesia, notat Fusc. *de visit. lib. 1. cap. 27.* vndè voluit Sacr. Congregatio *in vna Egitanen. 10. Iunij 1602. in dub. 5. & 6.* non esse locandas sedes laicorum in Presbyterio apud Altare, non obstante

quacumque consuetudine in contrarium, etiamsi præfecti sint, & commendatarij, Nouar. *summ. Bull. titul. de Eccles. venerat. num. 7. & 8. 2. par.* Barbos. *de iure Eccles. lib. 2. cap. 3. num. 19.* vbi vlterius *num. 20.* dicit, sæculares nec etiam Magistratus occupare debere proprias Canonicorum, & Dignitatum sedes, seù stalla in Choro, vel Presbyterio, etiamsi aliquando id eis permissum fuerit, ex eadem Sacr. Congreg. *in Compostellana 4. February* 1600. *& 21. February* 1604. *& in alia Granaten. 24. Octobris* 1609. refert Barbos. *summ. Apostolicarum verbo sedes num. 13. &* 14. Aduerte, quod non ex his sequitur, quod sit denegandus alius locus conueniens in Ecclesia; in quo sedere debent sæculares, maximè Magistratus, extra Chorum, vt dicemus alibi, qui pro modo dignitatum sunt honorandi etiam in Ecclesia.

35 Præcedentia quoque in sedendo, quia scandala, & inimicitias adducere solet, remoueri deberet ab Ecclesia, ideò scamna debere esse communia, dicit Marta *vot.* 88. quem refert, & sequitur Barbos. *cit. cap. 3. num. 19. in fin.* Illaque ita debent aptari, vt alijs retrò stantibus ad visum Prædicatoris non officiant, voluit Sacra Congregatio Rit. *in Fauentina 11. Aprilis* 1601. quam refert Sell. *select. Canon. cap. 43. num. 32.* salua tamen laudabili consuetudine, vel prærogatina debita superioribus, & alijs dignioribus personis.

36 Hac ratione tollendi abusus sedendi in Ecclesia hoc anno 1647. Eminentiss. Cardinalis Philamarinus Vigilantissimus Archiepiscopus Neapolitanus prohibuit suo particulari edicto, emanato 15. Maij, presbyteris etiam Canonicis Cathedralis eiusdem Ciuitatis, & Diœcesis vsum sedium in celebrationibus Missarum, & Vesperarum, ac aliarum functionum Ecclesiasticarum, sed tantùm vti posse voluit scamno commodo pro celebrante, diacono, & subdiacono, cum stragulo altitudinis vnius palmi cum dimidio, pedarola vnica altitudinis medietatis vnius palmi, cooperto scamno prædicto panno viridi coloris, non autem tela serica, cum vno puluinari eiusdem panni pro celebrante tantùm.

37 Deambulationes quoque per Ecclesiam dum celebrantur sacra Missarum Mysteria, & alia diuina officia prohibentur, vt patet in hac Bulla Pij V. *vers. nullus intra Ecclesiam*, & notat Fusc. *de visit. lib. 1. cap. 28. num. 2.* Et non solùm deambulare, sed etiam vociferari, & verso tergo ad Sanctissimum Sacramentum sedere prohibetur in Ecclesia, & quicquid scandalum ingerere potest, aut diuina perturbare, & in particulari colloquium scurrile cum mulieribus habere, aut alios inhonestos actus facere, vt latius in Bulla; vbi mandatur quoque non esse permittendos pauperes quæstuantes per Ecclesiam, dum diuina celebrantur, & prædicationes habentur, sed illos ad valuas Ecclesiæ esse detinendos.

38 Vltimò prohibet Bulla haberi in Ecclesia super terram capsas, & deposita, seu alia cadauerum conditoria; sed omninò defunctorum corpora in tumbis profundis infra terram collocari mandat: Vnde Ritual. Roman. *in titul. de exequijs vers. vbi viget*, ait, cui locus sepulturæ dabitur in Ecclesia humi tantùm detur, notant Iul. Lauor. *variar. elucubr. de prisco, & recent. funerand. more titul. 2. cap. 6. num. 22.* Barbos. *summ. Apostolicarum decis. verbo depositum num. 1.* & Sebast. Med. *tract. de sepult. quæst. 5. num. 4. 1. part.*

39 Item ob reuerentiam Ecclesiæ debitam non debet illa in propugnacula ædificari, occasione belli, nec incastellari; quod si maxima vrgeret necessitas, tunc est permittendum in modum, quo minus diuinus cultus impediatur, & cum Summi Pontificis licentia, tenet Fusc. *de visitat. lib. 1. cap. 28. num. 10.* Barbos. *de iure Eccles. lib. 2. cap. 3. num. 26.*

40 Adeo viget hæc ratio reuerentiæ Ecclesiæ, vt ex inde arceantur excommunicati, & nominatim interdicti ab ingressu Ecclesiæ, & si moniti recusant exire, grauissimè peccant, vt non nisi à Summo Pontifice absoluantur, iuxtà *Clem. grauis de sentent. excommun.* notat Fusc. *de visit. lib. 1. cap. 29. num. 1.* Infideles permittuntur ingredi in Ecclesiam ad verbum Dei audiendum tantùm, & ibidem stare vsque ad Missam Cathecumenorum, *cap. Episcopus nullum de consecrat. dist. 1.* quod idem dicendum est de hæreticis, etiamsi excommunicati sint, dummodo reuertere desideret, *cap. excommunicatus de heret.* Solemniter pœnitentes, & notoriè criminosi arcentur etiam ab ingressu Ecclesiæ ad tempus, *cap. in capite 50. dist.* Et olim reuerentia Ecclesiæ debita, tantæ fuit considerationis, vt nec ad illam admittebantur vir, & vxor post copulam, antequam aqua loti essent, *cap. vir cum propria 33. quæst. 4.* Nec mulieres, nisi velato capite, *cap. pen. 33. quæst. 5.* & separatæ à viro, vt in Constitutionib. Apostolicis *lib. 2. cap. 61.* Hinc ad veniales maculas enundandas adhibetur in ingressu Ecclesiæ aqua benedicta, Pined. *super Iob part. 1. cap. 9. pag. 360.*

Ratio reuerentiæ Ecclesiæ debitæ est; quia fuit constructa, vt esset domus orationis, Innoc. *in cap. 1. sub num. 1. vers. sed & alij de celebrat. Missar.* quod ipse Dominus testatur in Euangelio, ibi: *Domus mea domus orationis est.* Et vt debita reuerentia Ecclesiæ deferatur, ac verè vt locus orationis habeatur, docemur in ea orationes facilius exaudiri, testatur Præpos. *in Can. vltim. vers. tertia conclusio dist. 92.* Oculi enim Domini aperti sunt super domum suam nocte, ac die, super domum de qua dixit, erit nomen meum ibi, *vt legitur Reg. 3. cap. 8.* 41

Non obliuiscantur tractantes in Ecclesia, Christum Dominum nunquam proprijs manibus apprehendisse flagellum, nisi in defensionem reuerentiæ Ecclesiæ debitæ, eijciendo ab illa ementes, & vendentes, & memoriæ retineant verba Theodosij Iunioris Imperatoris, videlicet: *Nos qui legitimi imperij armis nunquam non circumdamur, quousque sine armis stipatoribus esse non conuenit, Dei Templum ingressuri foris arma relinquimus, & ipsum Diadema Regiæ Maiestatis insigne humiliter deponimus, &c.* refert Baron. *ann. Eccles. tom. 5. anno* 431. quæ verba maximam ostendunt reuerentiam Ecclesiæ debitam. 42

Qualiter autem iudex Ecclesiasticus non possit punire delinquentes in Ecclesia pœnis temporalibus, sed tantùm pœnis pecuniarijs, & alijs suo arbitrio, iuxtà dispositionem huius Bullæ *vers. vt igitur*, notat Nouar. *summ. Bull. 2. part. titul. de Ecclesiar. vener. num. 9. & vltimò*, post Peregrin. *de immunit. Eccles. cap. 6. num. 28.* per ipsum adductum. 43

OBSERVATIONES

D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *AN permitti valeat Iudici laico exhumare corpus occisi pro informatione corporis delicti de licentia Iudicis Ecclesiastici?*
2 *Recognitione semel facta an permitti possit iterùm exhumari facere?*
3 *Ratio boni publici pro punitione debitorum.*
4 *Inspectio semel facta, an præsumatur diligenter facta?*
5 *Baldachini erectio in Ecclesia, quibus sit licita.*
6 *An feudatarijs Titulatis.*
7 *Concessio sedilis in Ecclesia an censenda sit precaria, & reuocabilis?*

AN possit permitti Iudici laico exhumare corpus occisi ad finem capiendi informationem de delicto in genere? Ventrigl. *num. 14.* affirmat. Beneuerùm de licentia Ordinarij, & extra Ecclesiam fieri inspectiones Consil. de Altim. *de nullit. rubr. 9. quæst. 31. num. 10.* Card. de Luca *de iurisd. discurs. 12. num. 18.* vbi alia. 1

Facta semel recognitione, & non constito de delicto in genere, si petatur licentia exhumandi sub prętextu diligentiæ non adhibitæ, vt per memoriale cæcum, & per schedulam cæcam in platea publica inuentam sine nomine, & cognomine alicuius monebatur Officialis de inspectione capitis mulieris subtus capillos vulnerati, & quod caput ablutum fuerat aqua, ne vestigia sanguinis remanerent, & quod vulnus fuerat à marito illatum odio habentem vxorem occisam. 2

Affirmandum videbatur, vt commune bonum puniendi crimina non omittatur, & præsertim vxoricidium. E contrarium arguebatur, *ex l. bones ff. de verb. signif.* 3

signif. §. *hoc sermone*, vt sufficeret semel concessam fuisse licentiam.

4 Præterea inspectio præsumenda sit diligenter facta per officialem præcipuè in principali parte, scilicet capite, nec deferendum sit memoriali, siue schedulæ cææ, & denunciatio erat in specie de persona delinquentis cum scrupulo irregularitatis. Casum non inueni tactum.

5 An feudatarijs titulum habentibus liceat in suorum feudorum Ecclesijs habere Baldachinum, seu thronum elatum.

Nulla cadit controuersia super hac præeminentia competente Principi supremo, seu Magistratu supremo tanquam præcellenti, cùm dicatur esse in culmine dignitatis, vt à reliquo populo distinguatur, vt post Cassan. Bellug. & alios elaboratè Altograd. *cons.* 1. *num.* 12. 32. *& seqq. lib.* 2. vbi de throno in Ecclesia debito Magistratui Lucen. eius patriæ. Beneuerùm dubitatur an eo absente idem thronus possit teneri eleuatus licet vacuus, vt Card. de Luca *de preamin. discurs.* 26. *num.* 15. vbi vt extra præsbyterium à latere sinistri Episcopi.

6 In Baronibus, & Titularis Regni ratione consuetudinis tolerandum vsum Baldachini edisserit, de Luca *vbi sup.* Ego tamen remitto me obseruantiæ, & veritati.

7 In Ecclesia concessio sedilis, an sit reuocabilis, vel transmissibilis, aut precaria? Agunt Ciarlin. *consil.* 119. Diana *part.* 10. *tract.* 16. *resol.* 64. [vbi confutantur Giouagnol. *consil.* 8. *lib.* 2. & Ciarlin. & hanc opinionem esse receptam per Sacr. Congregationem Episcoporum, & Regular. ex Nicolio tradit de Luca *vbi sup. discurs.* 27. *num.* 4. declarans, quod in casu Ciarlin. quæstio erat inter duos priuatos contendentes de situ minus, vel magis digno, ita vt Ecclesia non esset in causa, minusque de præiudicio Ecclesiæ tractaretur. Et Giouagn. *d. consil.* 8. *lib.* 2. loquitur de possessione, quam ab antiquissimo tempore habebat in Ecclesia Carpi Nobilissima Familia Pia, ita retinendo reliquias altissimi dominij loci].

ANNOTATIO XXIII.

De Immunitate Ecclesiæ.

ARGVMENTVM.

Notatur §. I. Immunitate concedi Ecclesiæ, etiam non consecratæ, & dirutæ sine licentia superioris. ac pollutæ; quid de ambitu, & alijs Ecclesiæ connexis, & de domo Ecclesiæ, porta, atrio, cæmeterio, campanili, recto, Sacristia, Hospitali, Oratorio, Sacerdote deferente Eucharistiam, vel sacra olea ad infirmos. An & quando gaudeant immunitate, Monasteria, Granciæ, piæ domus, Seminarium, Palatium Episcopi. Immunitate Ecclesiastica gaudere confugientem ad illam, non solum, vt non possit capi, sed nec vinculis detineri, nec minus occidi, aut alia pœna puniri Immunitate an gaudeant Hæreticus, Regularis, Clericus, debitor pro causa ciuili, & an Mercator decoctus. An in Ecclesia possit quis citari, & extractum esse omninò restituendum, etiam illo renunciante, vel è carceribus aufugiente, & iterùm capto in alio loco; quid si suasionibus fuit extractus, vel de delicto post extractionem commisso, & alia de restitutione extracti.

§. II. Immunitate non gaudere publicos latrones viarum grassatores, depopulatores agrorum, occidentes, vel mutilantes in Ecclesia, Occidentem proditoriè, assassinos, hæreticos, committentes crimen læsæ Maiestatis in Principem, discutitur abundanter, quando prædicti non gaudeant immunitate, & in quibus casibus, quomodo debeat præcedere Episcopi declaratio, in qua an sit audiendus reus, vel possit appellare, vel suspectum Episcopum allegare; quid agendum pendente discussione, an gaudeat. Quomodo conceditur licentia extrahendi in casu, quo reus non gaudet, & an ab alio concedi possit, quàm ab Episcopo. Lædens reum, vel eius bona, gaudentem immunitate, an violet illam, vel mandans carcerari, vel lædi, & alia ad materiam.

SVMMARIVM.

1 *Immunitatis materia ad text. cap. inter alia de immunitate Ecclesiar. & qui DD. materiam exagitent.*
2 *Immunitas magni habenda est, etiam à sæcularibus, & quare.*
3 *Immunitas conceditur Ecclesiæ etiam non consecratæ.*
4 *Immunitatem habet Ecclesia diruta, si absque superioris licentia sit diruta, sicut & polluta, & interdicto supposita, num.* 5.
6 *Immunitatem habent ambitus, & fabrica, & omnia connexa Ecclesiæ.*
7 *Immunitate gaudet domus Ecclesiæ illi connexa, etsi laico locetur ex decis. Sanfelicij, quid si in emphyteusim data.*
8 *Immunitate gaudet Porticus, & atrium Ecclesiæ, pro cuius ampliatione potest cogi vicinus vendere domũ.*
9 *Immunitate gaudet tectum Ecclesiæ.*
10 *Immunitate gaudet cœmeterium, si Episcopi auctoritate fundatum sit, & quando præsumatur tale.*
11 *Immunitate gaudet Hospitale, & Sacristia cohærens Ecclesiæ, vel cœmeterio, & etiam non cohærens, si Altare habeat, num.* 12.
13 *Immunitate gaudet Oratorium publicum.*
14 *Immunitate gaudet confugiens ad Sacerdotem hostiam ferentem, illique se associantem; quid si domum infirmi tantùm intret, vel Eucharistiam ipse sumat.*
15 *Immunitate non gaudet confugiens ad Sacerdotem, sacra olea portantem.*
16 *Immunitate gaudent Cella, hortuli, & omnia, quæ intra Monasterium sunt; quid de Grancijs remissiuè.*
17 *Immunitate gaudent domus orphanorum, senum, Virginum, Sacerdotum simul viuentium, Seminarij, si sint auctoritate Episcopi erecta; pro quo recurrendum ad coniecturas, num.* 18.
19 *Immunitate gaudet Palatium Episcopi, etiam separatum ab Ecclesia, dummodo intra Diœcesim; quid si sit Episcopi titularis.*
20 *Immunitate gaudet Palatium Cardinalis.*
21 *Immunitate gaudet Palatium Regis, Statua Principis, & Aula Sacri Consilij Neapolitani.*
22 *Immunitate quem gaudere quomodo, & in quibus intelligatur.*
23 *Immunitate an quis sic gaudere dicatur, vt nec possit vinculis ligari in Ecclesia.*
24 *Immunitate taliter quis gaudere dicitur, vt non possit in Ecclesia à Curia occidi absque incursione censurarum Bullæ.*
25 *Immunitas Ecclesiæ facit hominem saluum à pœna infligenda, & inflicta.*
26 *Immunitas est loci, non personæ ad locum confugientis, vnde ea gaudet excommunicatus, interdictus, an verò infidelis, Iudæus Paganus, num.* 27.
28 *Immunitate Ecclesiæ gaudet persona Ecclesiastica; quid si extra Ecclesiam cum Cruce, & Cotta incedat.*
29 *Immunitate Ecclesiæ gaudent regulares, vt non possint à superioribus extrahi.*
30 *Immunitas Ecclesiæ, etiam Clericis debita, per abusum tolli non debet.*
31 *Immunitate Ecclesiæ gaudent quicunque commiserint quodcunque delictum, dummodo non sit de exceptis.*
32 *Immunitate Ecclesiæ gaudet quis pro debito ciuili, etiam contracto occasione tributorum publicorum, n.* 33.

34 *Immu-*

34 *Immunitate Ecclesiæ etiam creditricis gaudet debitor, etiam suspectus de fuga, & stante statuto, quod carcerari possit.*

35 *Immunitate Ecclesiæ gaudet mercator decoctus, etiam fictè quid si occultet bona in Ecclesia?*

36 *Immunitate Ecclesiæ gaudent decocti, latrones, &c. si recipiantur, licet Neapoli sit prohibitum Regularibus recipere.*

37 *Immunitate Ecclesiæ an quis sic gaudere dicatur, vt neque possit citari ad finem procedendi contra bona.*

38 *Immunitate Ecclesiæ adeo quis gaudet, vt extractus ab illa sit restituendus, nec beneficio loci renunciare potest persona, num. 39.*

40 *Immunitas non resarcitur, si extractus aufugiat, & in loco non immuni capiatur.*

41 *Immunitas violatur, si confugiens suadeatur exire spontè, vel taliter exeat, eo quod impediantur illi alimenta.*

42 *Immunitas resarcienda per restitutionem delinquentis, etsi post carcerationem in loco immuni alia perpetrauerit delicta.*

43 *Immunitas à Iudice violatur, si non restituatur extractus, etsi ignorauerit, vel ab alijs, quàm à Curia fuerit extractus.*

44 *Immunitas resarcienda, si quis aufugiat, timens ne in Ecclesia caperetur, & extra sit captus.*

45 *Immunitas resarcienda, si concessa sit licentia ab Ordinario, tanquam quod casus sit exceptuatus, iudex verò cognoscat, non esse talem.*

46 *Immunitas resarcienda per repositionem extracti in loco communi, & an in eodem omnino.*

47 *Immunitas sicuti resarcienda, an etiam Curia sæcularis, à qua violenter est extractus carceratus, & in Ecclesia repositus.*

ANNOTATIO XXIII.

§. I.

Ad Text. in Cap. inter alia de Immun. Ecclef.

1 HÆc materia inter scribentes modernos, & sæpissimè in Curijs est ventilata ob frequentiorem accessum confugientium ad Ecclesias, de qua dispositum est de iure communi in *Cap. sicut antiquitus, cap. reum, cap. frater, cap. maior. cap. quisquis, & cap. si quis 17. quæst. 4.* & in *cap. inter alia, & cap. final. de immunit. Eccles.* disponunt Iura Imperialia in *l. præsenti C. de his, qui ad Eccles. confug. & in l. 2. eiusdem tit.* tractant de hac materia particulares tractatus, Io: de Visch. Ludou. Carrea, Franciſc. Molin. Vulpellus, Larrea, Hieron. Albanus, August. Vagianus, Laurentius Ortis, Farinac. Ambros. Peregrin. Gambacurt. Mar. Ital. Remig. Anast. Germ. & aliorum. Decian. *tract. crim. lib. 6. cap. 25.* Angel. *de malef. verbo in scalis Sancti Petronij,* Nauar. *in man. cap. 2.* Suar. *de relig. tom. 1. lib. 3. cap. 9.* Ludou. Correa *in rep. c. inter alia de immun. Eccles.* Leo Thes. *for. Eccles. par. 1. c. 13.* Galganet. *de iure publ. lib. 3. tit. 69.* Tusch. *verbo Ecclesia concl. 9.* Couar. *lib. 2. variar. c. 20.* Mascard. *de probat. conclus. 533.* Guttier. *pract. lib. 1.* Erasm. à Cochier. *de iurisd. ordin. in exempt. par. 4. quæst. 65.* Villalab. *in sum. par. 2. tract. 39.* Cordos. *in prax. iudic. & aduoc. verbo seruitus,* Raph. de la Torre *tom. 2. in 2. 2. D. Th. quæst. 99. art. 3. disp. 7.* Azor. *instit. mor. par. 2. lib. 2. c. 9. quæst. 9.* Quarant. *summ. Bull. verbo reuerentia diuinorum Officiorum, & Ecclesiarum,* Piasec. *in prax. Episc. par. 2. c. 4.* Genuens. *in prax. Cur. Arch. Neap. c. 22. secundum vltim. impress.* Ricc. *in prax. 2. par. resol. 3. & seq. & resolut. 8. & seqq. collect. 109. 1. par. & collect. 513. par. 3. & decis. 250. par. 3.* Io: Ant. Nauarr. *in summ. Bull. tit. de immun. Eccles.* Lezan. *in summ. qq. regul. tom. 3. verbo immunitas,* Aldan. *compen. Canon. resol. lib. 2. tit. 28.* Io: Mar. Nouar. *Lucer. regul. verbo immunitas.* Castro Palao *tom. 2. tract. 11. disp. vn.* Matt. *de iurisd. par. 2. cap. 59. & seq.* Scortia *in selectas summ. Pontif. Constitut. opit. 152.* Mari. Cutell. *de Prisca, & recent. Eccles. immunit.* Portel. *in dub. regul. verbo Eccles. immunitas,* Cæuall. *commun. contra comm. quæst. 269.* Ricciul. *de iure personar. extra grem. Eccles. exist. lib. 2. cap. 12.* Duard. *in Bull. Cœn. Domini lib. 2. cap. 15. q. 16.* Fagund. *in quinque Ecclesiæ præcepta præcept. 2. lib. 4. c. 4.* Gauant. *in Enchirid. Episcop. verbo Immunitas Ecclesiastica.* Vulp. *in prax. Episc. cap. 3.* Roder. à Cunna *in commento ad c. eos, qui dist. 87.* Danza *tr. de pugn. Doctor. tit. de immun. Eccles.* Baptista à Villalobos *in commun. opin. verbo Immunitas,* Petrus Rebuf. *tom. 2. ad leges Galliæ tit. Immunitates Ecclesiasticæ quando, & quibus concedantur,* Zerol. *in prax. Episc. par. 1. verbo Immunitas,* Coriurba *cons. crimin. 40.* Cæned. *pract. Canon. quæst. lib. 1. quæst. 42.* Franciſc. Salgado *de protect. Regia tom. 2. par. 2. c. 4.* Io: Baptista Ciarlin. *controuers. for. c. 10.* Lotter. *de re benef. lib. 1. c. 13. num. 57. & seqq.* Homobonus *de examin. Episcop. par. 2. tract. 11. cap. 12. quæst. 26.* Zipæus *in iure nouo Canon. lib. 3. de immunit. Eccles.* Megal. *3. par. lib. 4. cap. 2. quæst. 2.* Diaz *in prax. crimin. Canon. cap. 126.* Franciſcus Sylnius *in resolutionibus varijs vers. immunitas,* Zambellus *in repert. mor. ver. Ecclesia quoad eius immunitatem,* Bonac. *tom. 2. disp. 3. quæst. 7. & tom. 3. disp. 2. quæst. 3.* Villagut. *de extens. leg. tit. de extens. immun. Eccles.* Sarpus, qui parum veridicè scripsit de hac materia *in libro de iure Asylorum c. 4.* Guazzin. *de defens. reor. tom. 1. def. 1. c. 30. & seq.* Loncatell. *in Breuiar. de tortura inspect. 5.* Henricus Canisius *lib. 3. de ret. tit. de Immun. Eccles.* Thes. *in prax. Eccles. 2. part. verbo Immun. cap. 1.* Laym. *lib. 4. tract. 9.* Dian. *tom. 1. resol. 1. & seqq. & tom. 6. tract. 1. resol. 1. & seqq.* Carol. Marant. *controuers. for. resp. 35. 36. & 37. 45. 46. & 47.* Barbos. *de Iure Eccles. lib. 2. c. 3. in collect. tom. 1. lib. 3. tit. 49. c. 10. & in summ. Apostolic. dec. verbo immunitas,* Donat. Anton. de Mar. *quotid. resolut. cap. 170. & seqq.* Regens Constantius *in supplicatione ad Paulum V. Pontificem Maximum de immunit. Ecclesiæ.* Bouadill. *in sua politica lib. 2. c. 14.* Persic. *de off. Sacerd. lib. 2. c. 19.* *Summistæ omnes in verbo immunitas,* Cassan. *in consuet. Burg. rub. 1. §. 15. num. 111. & seqq.* Menoch. *de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 1.* Cur. Philip. *par. 3. §. 22.* Camill. Borell. *in summ. omnium dec. tom. 1. dec. 3. de his, qui ad Eccles. confug.* Franc. Molin. *post trac. de brachio sæculari sub tit. de sacra homicidio amittenda immunitate,* Gabr. Pereira *de manu regia par. 2. c. 50.* Trullench. *in præcept. Decalog. lib. 1. c. 11.* Suarez de Paz *in prax. par. 5. tom. 1. cap. 3. §. 3.* Quesad. *in pract. quæst. cap. 1.* Peguer. *in crim. decis. cap. 40.*

2 Prænotandum est immunitatem Ecclesiasticam magni habendam esse à Christi-fidelibus, non solùm Ecclesiasticis, verum quoque sæcularibus, etiam Principibus. Primò, quia illam iure diuino Institutam esse, testatur magis communis, & verior opinio, quam sequuntur cum ipso citati per Dian. *tom. 4. tract. 1. resol. 44. vers. his tamen, & alij,* quos plena manu adducit Charrar. *decis. crimin. 46. n. 34.* Secundò ratione sui antiquissimi ortus, nam originem habuit cum ipsa erectione Templorum, idest tempore Constantini, refert post Suar. *tom. 1. de relig. lib. 3. c. 9. num. 12.* Barbos. *de iure Eccles. lib. 2. cap. 3. num. 37.* Tertiò ne Christiani minori reuerentia tractent eorum Ecclesias, domus veri Dei, quàm infideles sua Templa tractabant, quorum immunitatem inuiolatam tractabant, prout multis exemplis comprobat Ambros. *de immunitat. cap. 1. num. 7.* Quartò, quia ad hoc Concil. Trid. *sess. 25. de reform. c. 20.* omnes etiam Principes sæculares admonet, & hortatur.

3 Nota primò, immunitatem hanc concedi Ecclesiæ etiam non consecratæ, *Cap. Ecclesia de immunit. Eccles.* Borell. *in summ. decis. tom. 1. tit. 3. num. 33.* Giurb. *cons. 10. num. 1. & 2. & cons. 20. num. 19.* Nouar. *summ. Bul. de immun. Eccles. num. 15.* Ciarlin. *controuer. for. cap. 116. n. 17. & alij communiter,* etiam si in ipsa Ecclesia diuina non celebrentur, dummodo canonicè Episcopi Auctoritate per impositionem primi lapidis sit erecta, Giurb. *d. cons. 10. n. 2. in fin. cons. 20. num. 19.* Clar. *in §. fin. quæst. 3. num. 4.* Mar. Ital. *de immu. lib. 1. cap. 4. §. 3. num. 14. & alij,* quos refert, & sequitur Barb. *cit. c. 3. num. 59. ver. intellige,* etiam si sub artifice sit, nec completa, Marant. *2. par. resp. 35. num. 11.*

4 Ecclesia etiam diruta gaudet hac immunitate, si superioris licentia diruta non est, & spes adsit iterum illam reædificandi, Gambacurt. *de immun. lib. 4. cap. 2. num. 11.* Giurb. *cit. cons. 20. num. 19.* Marant. *cit. resp. 35. num. 5.* Dian. *tom. 6. tr. 1. resol. 1. vers. verum,* Barbos. *supra cit. c. 3. num. 62.* qui alios allegat.

5 Ecclesia etiam polluta, & interdicto supposita gaudet

hac

hac immunitate, Giurb. cit. consil. 20. num. 19. Marant. eod. resp. 35. sub num. 5. Dian. vbi supra vers. nec obstat, Barbos. cit. loc. num. 60. & 61. qui alios multos adducit.

6 Ampliatur immunitas prædicta ad totum ambitum, & fabricam illius, vt concludit Dian. cit. loc. vers. sed his in fin. qui ex hoc deducit, scalas exteriores Ecclesiæ gaudere immunitate, Nouar. summ. Bull. tit. de immunit. Eccles. num. 56. Barbos. cit. loc. num. 65. qui alios adducit, Danza pugn. DD. tom. 1. tit. de immun. Eccles. cap. 1. num. 23. vbi refert, Sacr. Collat. Consil. Neapol. mandasse repositionem extracti à primo gradu cuiusdam Ecclesiæ. Porta etiam clausa gaudet immunitate, si confugiens illæ adhæreat, ac manu teneat annulum, etiam si totum corpus extra locum sacrum teneat, Nauar. in manual. confess. cap. 25. num. 17. vers. & ianua, Farinac. de immun. cap. 17. num. 279. Decian. lib. 6. cap. 25. num. 17. Couar. var. resol. lib. 2. cap. 20. num. 18. Guazzin. de reor. defens. cap. 37. num. 45. Bouadil. lib. 2. polit. cap. 14. num. 82. Gambacurt. loc. cit. lib. 4. cap. 1. num. 9. Giurb. cons. 20. num. 20. de Franch. decis. 402. num. 5. & 11. non solùm porta, sed alia loca Ecclesiæ exteriora, & illi connexa gaudent immunitate, D. Regens Merlinus in suis doctissimis controuers. controuers. 65. num. 20. cent. 2. multa de ostio clauso Dian. cit. tract. 1. resol. 3.

7 Domum Ecclesiæ contiguam, & illi annexam gaudere immunitate, tenent communiter DD. quod extenditur, etiamsi domus soleat sæcularibus locari ad vsum ipsorum conductorum, refert decisum vir doctus, & pius, nostri temporis Regens Sanfelicius decis. 136. num. 8. & decis. 19. num. 5. ea ratione, quia appellatione Ecclesiæ comprehenditur locus eidem Ecclesiæ annexus, l. sunt personæ, ff. de relig. & sumpt. fun. Afflict. in constit. sancimus num. 2. Quid dicendum, si domus prædicta non sit locata, sed in emphyteusim concessa laicis ab Ecclesia, vide Nouar. summ. Bull. tit. de immun. Eccles. num. 25. & Dianam cit. tr. 1. resol. 2. vers. sed his, & seqq.

8 Porticus, & atrium Ecclesiæ gaudet hac immunitate ratione eiusdem cohærentiæ cum Ecclesia, Decian. cit. loc. cap. 25. num. 31. vers. atrium, Farin. de carcer. & carcerat. quæst. 28. num. 14. Barbos. cit. cap. 3. num. 64. qui multos adducit, Ricc. decis. Cur. Archiep. Neapol. dec. 129. num. 7. par. 3. vbi firmat regulam, idem iudicandum esse de atrio, quod de ipsa Ecclesia, cùm sit connexum Ecclesiæ, & de connexis idem sit iudicium, Cap. translato de constitut. cap. præterea, & ibi gl. de off. deleg. l. 2. de iurisd. omnium iud. ex quo principio concludit, quod sicut potest cogi vicinus ad vendendam domum pro ampliatione Ecclesiæ, sic etiam pro ampliatione atrij illius, Danza cit. loc. num. 26. idem dicendum est de cortili Ecclesiæ, quod eadem gaudeat immunitate, Nauar. tit. de immunit. Eccles. num. 55. in sum. Bull.

9 Tectum Ecclesiæ gaudere hac immunitate communiter tenent DD. Barbos. de iure Eccles. lib. 2. cap. 3. num. 66. vers. tectum, qui alios citat, quod idem dicit de tecto alterius loci sacri, Dian. 6. par. tract. 1. resol. 3. vers. dicendum est, post Sperell. decis. 63. num. 9. Quid dicendum de apotheca, quæ habet aditum ad Ecclesiam, vide Barbos. cit. loc. vers. apotheca.

10 Cæmeterium, etiamsi ab Ecclesia separatum sit, dummodo fuerit erectum auctoritate Episcopi, & sacrum dicatur, gaudet hac immunitate, gl. in verbo cameteria in cap. cum Ecclesia de immunit. Eccles. notant Decian. cit. loc. cap. 24. num. 28. & cap. 25. num. 10. Tusch. verbo Ecclesia conclus. 10. num. 3. Gambacurt. de immunit. lib. 4. cap. 3. num. 16. Ciarlin. contr. for. cap. 12. num. 46. Danza cit. loc. num. 20. Dian. tom. 6. tract. 1. resolut. 6. qui vers. & hæc tenet, quod eo ipso, quod cæmeterium destinatum est fidelium sepulturæ, præsumitur benedictum, & auctoritate Episcopi fundatum, & vers. nota etiam dicit, id procedere, etiam si cæmeterium sit pollutum, vel interdictum vide ad id Barbos. cit. loc. num. 63. Quid dicendum de campanili, quando est disiunctum ab Ecclesia, (nam quando est vnitum absque vllo scrupulo gaudet) vide Nouar. summ. Bull. tit. de immunit. Eccles. num. 26. cui in aliquo contradicit Dian. 4. par. tract. 1. resol. 108. vers. sed hæc.

11 Hospitale gaudet hac immunitate, quando auctoritate Episcopi, vel sub eius cura est, docent DD. communiter, Decian. cit. loc. cap. 24. num. 32. Marius Ital. de immun. eccl. lib. 1. cap. 4. §. 8. Ricc. collect. decis. collect. 648. par. 3. à Ponte decis. 35. Camill. Borell. in summa omnium decis. tit. 3. num. 64. Giurb. consil. 10. num. 4. Don Anton. de Marin. variar. resol. cap. 79. num. 2. Barbos. de iure eccles. lib. 2. cap. 3. num. 67. qui alios multos adducit

12 Sacristiam, quæ Ecclesiæ, vel cæmeterio cohæret, non est controuersum, gaudere hac immunitate, quod si illa extra Ecclesiam sit, vel cæmeterium, nec Altare habeat ad celebrandum, tunc non gaudere immunitate, adhuc certum est, Sperell. decis. 61. à princip. & decis. 62. num. 19.

13 Oratorium publicum, auctoritate Episcopi erectum, gaudet hac immunitate, secus est de Oratorio domus priuatæ; illud enim, etiamsi inibi sacrum celebretur de licentia Summi Pontificis non gaudet hac immunitate, DD. communiter in Cap. inter alia de immunit. eccles. Tusch. verbo Ecclesia concl. 9. num. 15. & verbo immunitas concl. 59. num. 24. Giurba cons. 10. num. 5. Duard. in Bull. Cœn. can. 15. quæst. 16. num. 6. Barbos. cit. loc. num. 68.

14 Sacerdos, manibus tenens Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, ita immunitate gaudet, vt si ad illum confugiens sit à satellitibus captus, sit restituendus, quia si hoc priuilegium conceditur Ecclesiæ propter Christum, multò magis illud gaudere debet Christus ipse, & si hæc immunitas est concedenda ad confugientem ad statuas Principum, multò magis debet concedi ad confugientem ad corpus Christi: his, & alijs rationibus probat hanc sententiam Mart. de iurisdict. par. 2. cap. 50. num. 27. Cæual. de cognit. per viam violent. 2. par. quæst. 42. per totam, Gambacurt. de immunit. lib. 4. cap. 6. num. 4. Diana tom. 1. tract. 1. resol. 28. Barbos. cit. cap. 3. num. 69. qui alios citat; qui hanc opinionem extendunt, etiam si confugiens Sacerdotem non tangat, sed solum se associet cum comitantibus Sanctissimum, vel intret domum infirmi, in qua adest Sanctissimum Sacramentum; quicquid sentiat Bonac. tom. 2. tit. circa primum Decalog. præcept. disp. 3. quæst. 7. punct. 4. n. 27. qui tenet, in rigore in hoc casu non violari immunitatem, licèt malè faciant apprehendentes confugientem, quia contra Bonac. est verior, & magis communis opinio, secundum dicta per Cæuall. cit. loc. num. 3. qui dicit, quod hæc opinio potest tantum saluari in casu, quo delinquens sumeret Corpus Christi, quia in tali casu potest delinquens apprehendi absque violatione immunitatis, dummodo sit extra Ecclesiam, & præsentiam Sacramenti: Esset tamen actus reuerentiæ, & religionis abstinere à captura delinquentis, qui mox se communicauit; sicut dicimus, ob reuerentiam Sanctissimi Sacramenti esse abstinendum ab exequutione sententiæ mortis eodem die, quo condemnatus sumpserit Sanctissimum, Cæuall. cit. loc. num. vltimo.

15 Fallit tamen hæc immunitas in confugiente ad Sacerdotem, portantem sacra Olea; is enim non gaudet immunitate, probat Ricc. decis. 88. par. 3. quem sequitur Sperell. decis. 49. num. 5. Dian. cit. resolut. 28. in final. verbis, Barbos. de iure Eccles. lib. 2. cap. 3. num. 69. qui idem dicunt de confugiente ad Reliquias Sanctorum.

16 Monasteria, & domus Religiosorum, & omnia loca illius, quæ interiacent vsque ad vltimos fores, vt sunt cellæ, domus, hortuli, & similia, quæ dicuntur septa Monasterij, gaudent hac immunitate communi iudicio DD. Marant. par. 2. controuers. resp. 36. num. 2. post Gambacurt. cit. loc. lib. 4. cap. 1. num. 7. sequitur latius Barbos. allegat. loc. num. 72. & seqq. & patet apertè ex verbis huius Bullæ Gregor. Monasterij domibus, locisque sacris, aut religiosis. Quod controuertitur, est, an Granciæ Monasterij, & domus, quas habet Monasterium in villis recreationis causa, vel ad recipiendos hospites gaudeant hac immunitate; ad quod vide pugnantes opiniones apud Gambacurt. lib. 4. cap. 4. num. 15. Trullench. in Decalog. tom. 1. lib. 1. cap. 11. dub. 1. num. 6. Dian. 6. par. tr. 1. resol. 6. vers. & tandem in fin. Barbos. cit. c. 3. num. 76.

17 Cætera loca religiosa, quæ religioni, aut pietati destinata sunt, Episcopi auctoritate erecta, vt sunt domus orphanorum, senum, virginum, & similia, Sacerdotum collegialiter viuentium ad instar Religiosorum, gaudent hac immunitate, Gambacur. cit. loc. lib. 4. cap. 4. num. 15. Lezan. in summ. qq. regul. verbo immunitas Ecclesiæ num. 3. propè finem. Item domus Seminarij, ita post Giurbam, & Ciarlin. firmat Barbos. cit. loc. num. 71. vers. domus Seminarij.

18 Hic solet dubitari, quid dicendum si locus pius non apparet fuisse erectus auctoritate Episcopi; & tunc recurren-

rendom est ad coniecturas, & signa, si enim habet aliquod signum ex enumeratis 1. par. annot. 1. num. 2. præsumitur auctoritas Episcopi. Hinc annis elapsis, dum Sedes Archiepiscopalis Capuana vacabat, & ego assistebam Vicario Capitulari illius, iudicauimus in his terminis immunitatis, locum pium, & religiosum erectum auctoritate Episcopi, domum destinatam pro habitatione senum pauperum loci Sanctæ Mariæ Maioris eiusdem Capuanæ Diœcesis, vulgo nuncupatam lo Geronte; ex quo ibi inuenimus fixam crucem ante ianuam; & locum eundem fuisse visitatum ab Archiepiscopis prædecessoribus; & ex inde loci prædicti Curia sæcularis semper immunitatem colere consueuit.

19 Palatium Episcopi gaudet hac immunitate, siuè vnitum sit Ecclesiæ, siue separatum ab illa, deciditur in *Cap. id constituimus 17. quæst. 4.* firmat post Regentem Constantium *in l. vnica num. 48. C. de palat. & domib. domin.* Donat. Ant de Marin. *quotid. resol. cap. 179. num. 12.* Dian. *tom. 6. tract. 1. resol. 4.* Barbos. *cit. cap. 3. num. 70.* vbi reliquos adducit DD. qui omnes id intelligunt, etiamsi palatium prædictum non sit intra quadraginta passus, quicquid distinguat Danza *loc. cit. cap. 2. num. 1.* dummodo palatium sit intra Diœcesim, Marius Ital. *lib. 1. cap. 4. §. 9. num. 19. & seq.* & hæc est verior, & communior opinio contra nonnulos, quos adducit Barbos. *eodem loc.* An autem id procedat in palatio Episcopi Titularis, vide Dian. *cit. loc. resol. 5.* & in palatio Legatorum, & Nunciorum, vide Don Ant. de Marin. *eod. loc. num. 13.*

20 Palatium Cardinalis eadem gaudet immunitate, docet post alios idem de Marin. *cit. loc. num. 11.* maximè extra Vrbem, sequitur post alios Barbos. *vbi supra num. 71.* qui refert id in Vrbe non seruari, vt consulatur bono publico, nisi in palatio tituli Cardinalis.

21 Sunt alia loca merè sæcularia, & tamen ob reuerentiam confugiens ad illa capi non potest. Primò palatia Regum; ad illa enim confugientes non possunt capi sine Regis iussu, vel Præfecti domus licentia, Remig. *de immunit. Eccles. ampliat. 25. num. 1.* Secundò statua Principis, *l. 1. ff. de his, qui ad stat. confug.* Neapoli in Sala magna Sacri Consilij non potest aliquis carcerari sine licentia Domini Præsidentis, prout testatur Donat. Ant. de Marin. *quotid. resolut. cap. 179. num. 9.*

22 Nota secundò, quod immunitas hæc confugientibus ad Ecclesiam, & locis prædictis concessa, primò consistit, vt confugiens non possit ab ea violenter extrahi, *Cap. inter alia de immunit. Eccles.* vbi DD. docent, quod nec per iudicem sæcularem, nec per iudicem ecclesiasticum potest fieri talis extractio, nec ad bonum finem, nempè faciendi pacem, vel èuitandi scandala, Danz. *pugna DD. tom. 1. tit. de immunit. Eccles. cap. 7. num. 8.* post Ricc. Thor. quos adducit, & hoc an adeo verum sit, vt iudici extrahenti in casu non permisso, & non seruata forma Bullæ Gregorij possit impunè resisti, vide Barbos. *de iure eccles. cit. cap. 3. num. 51.* Et non solùm non potest confugiens violenter extrahi, sed nec etiam verbis dolosis, vel sub spe impunitatis; tali enim extracto, iudex, vel tenetur illi fidem seruare de non puniendo, vel ad Ecclesia remittere, Couar. *var. resol. lib. 1. cap. 2. num. 16. in fin.* Bobadill. *in polit. lib. 2. cap. 14. num. 79.* Mar. Ital. *de immunit. lib. 1. cap. 6. §. 2. num. 82.* Mastrill. *decis. Siciliæ 169. num. 12. lib. 2.* & alij communiter, nec blandis verbis, aut suasionibus, refert decisum per Sacrum Consil. Neap. Donat. Ant. de Marin. *quotid. resol. cap. 178. num. fin.* Secundò non potest confugiens ad Ecclesiam à iudice sæculari, damnari ad mortem, vel ad aliam pœnam corporalem, deciditur in *Cap. inter alia de immunit. eccles. vbi glos. in verbo puniendus*, Farinac. *de immunit. cap. 13. num. 13.* Dian. qui alios citat *6. par. tract. 1. resolut. 35.* vbi etiam refert, an possit puniri per iudicem Ecclesiasticum. Tertiò nec potest confugiens ad Ecclesiam à iudice sæculari armis spoliari, etiam prohibitis, secundum veriorem, & magis communem sententiam, quam tenet Ciarlin. *controuers. for. cap. 10. num. 16.* Nouar. *summ. Bull. tit. de immunit. eccles. lib. 6.* & alij, quos refert, & sequitur Dian. *cit. loc. resolut. 8. vers. neque admitto*, Carol. Marant. *controuers. forens. resp. 37. num. 1. par. 2.* licèt accedente Ordinarij consensu, & assistente eius familia cum familia sæculari limitatur eiusmodi opinio, itaque practicatum fuit *Neapoli de mense Ianuarij* 1654. qui Maran. licèt hanc magis communem proponat sententiam, ipse tamen *num. seqq.* videtur excusare talem spoliantem ad Ecclesiam confugientem cum armis prohibitis à peccato, saltem ex bona fide spoliatoris, & quando arma detinentur in Ecclesia ad finem delinquendi; id probans ex eo, quod licitè à raptore auferuntur rapta in Ecclesia, vt tollatur occasio peccandi, dummodo tacitus saltem ordinarij consensus intercesserit, ita Marant. *cit. loc. num. 4. & 24. & seqq.* An fures confugientes ad Ecclesiam cum rebus furatis possint spoliari rebus ipsis furatis, & quomodo, vide eundem Dian. *cit. loc. resol. 9.* Quartò non solum contra personam, sed nec contra bona confugientis ad Ecclesiam procedi potest, nec illi quodcumque nocibilitatis, vel damni, seù spolij inferri, refert Mart. *de iurisdict. par. 2. cap. 50. num. 25.* disponit Concil. Toletanum 12. *cap. 19.* Bonac. *tom. 2. tit. circa primum Decalog. præcept. disp. 3. quæst. 7. punct. 3. num. 5.* qui *num. 9.* dicit contra Panorm. Decian. Farinac. Suar. Gambacurt. & Peregrin. per eum adductos, esse probabile, iudicem sæcularem posse procedere contra bona delinquentis, quæ extra Ecclesiam habet, si citatus sub pœna confiscationis bonorum renuit comparere; sed in Regno pœnæ omnes indictæ contra contumaces, & non comparentes, quæ sunt descriptæ in *Constitution. si quando, grandis vtilitas, pœnam eorum, & forensdicatorum bona*, alijsque in Ritibus Magnæ Curiæ, Pragmaticisque Regni sanctionibus, adamussim exequuntur quoad bona, licèt contumaces aperti, & non comparentes in Ecclesijs se contulerint, ibique moram trahant. Sed quicquid sit de pœna: ex prædictis certum est pro interesse partis posse iudicem sęcularem procedere contra bona delinquentis extra Ecclesiam sita, docet post alios per eum relatos, Barbos. *de iure eccles. lib. 2. cap. 3. num. 56.* Quintò confugienti ad Ecclesiam non potest impediri, quo minus deferantur alimenta, vestitus, & alia ad vitam necessaria, *l. præsenti C. de his, qui ad eccles. confug.* Gambacurt. *lib. 4. cap. 22. num. 4.* Bonac. *cit. loc. num. 4.* Barbos. *vbi supra sub num. 15.* qui *eod. loc. vers. ex quo* dicit, delinquentem non posse impediri, quin ab Ecclesia exeat ad corpus exonerandum.

Et dictis collige quid dicendum, an delinquens, qui ad Ecclesiam aufugit possit ibi vinculis detineri; de quo vide apud Mari. Ital. Suar. Couarr. Peregrin. & Farinac. quos adducit, & sequitur Bonac. *cit. punct. 3. num. 5. vers. ex quo*, & Barbos. *cit. loc. num. 55. ad fin.* vbi etiam inuenies, an possit iudex laicus extra locum sacrum obsidere delinquentem, in Ecclesia existentem, vt illum capiat, dum se receperit extra locum sacrum. 23

Et dictis collige etiam, non posse Curiam sæcularem occidere delinquentem, qui ad Ecclesiam, vel alium locum immunem aufugit, & hoc multò magis; Imò occidens incurrit in censuras latas in Bulla Gregoriana, licèt ipsa Bulla loquatur in terminis capiendi, & carcerandi, quia loquitur de his, quæ frequentius accidunt, probant hanc opinionem Io: Mariam Nouar. *tract. de elect. for. tom. 2. par. 2. quæst. 4.* Naldus *in annotationibus practicis ad ius Canonicum fol. 61.* Squillant. *tract. de obligat. Cler. par. 5. dub. 14. num. 90.* latius Pater Diana *tom. 6. tract. 1. de immunit. eccles. resol. 35. per totam.* 24

Vlterius immunitas Ecclesiastica non solùm reddit securum confugientem ad eam à pœna infligenda; sed etiam à pœna inflicta, tenet Giurba *consil. criminal. 30.* Donat. Ant. de Marin. *variar. resol. cap. 177. num. 2. & 3.* sequitur P. Diana *tom. 1. tract. 1. de immunit. eccles. resol. 40.* qui ex hoc principio deducunt, quando condemnatus ad triremes ab illis aufugerit ad Ecclesiam sit securus, de quo multa per eundem Dian. *tom. 6. tract. 1. de immunit. Eccles. resol. 22.* 25

Nota tertiò, hanc immunitatem concessam esse loco ob reuerentiam Summi Dei, & Christi Domini, non autem personæ confugientis ad Ecclesiam, est indubitatum apud omnes, & notat Marant. *controuers. par. 2. resp. 51. num. 2.* ex quo communi principio deducunt aliam regulam communem DD. quemlibet delinquentem, ad Ecclesiam confugientem (dummodo non commiserit delictum exceptuatum in hac Bulla Gregorij) gaudere immunitate, etiamsi confugiens interdicti censura obstrictus sit, notat Bonac. *tom. 2. titul. circa primum decalog. præceptum disp. 3. quæst. 7. punct. 5. num. 2.* & etiamsi sit excommunicatus, 26

Iul.

Iul. Clar. lib. 5. §. fin. quæst. 30. num. 18. Ambros. de immun. cap. 20. in fin. Peregrin. eod. tract. cap. 12. num. 2. Mar. Ital. eod. tract. lib. 1. cap. 2. §. vnico.

27 Infideles quoque, Pagani, & Iudæi non arcentur ab immunitate Ecclesiæ secundum magis communem opinionem, quam validis argumentis post multos DD. probat Ricciul. de iure personar. extra Eccles. grem. existent. lib. 2. cap. 12. per totum, eamque sententiam confirmat auctoritate Imperatoris Caroli V. & num. 10. frequentiori calculo Doctorum esse munitam testatur, sequitur Dian. cit. loc. resol. 23. Idque procedit, siue delictum commissum sit ab infideli contra infidelem, siue ab infideli contra Christianum, vt cit. loc. n. 11. aduertit Ricciul. Hæc sententia licet magis communis sit, tamen contraria non caret multitudine DD. quapropter casum non carere dubitatione, testatur Barbos. de iure Eccles. lib. 2. cap. 3. num. 44. & propterea fuisse necessarium adiri Sacram Congregationem, quam de anno 1631. declarasse prædictos gaudere: quid de hæreticis notatur inferius §. 2.

28 Clerici quoque, & personæ Ecclesiasticæ gaudent hac immunitate secundum magis communem, & veriorem sententiam, itavt nec ab eorum iudicibus ordinarijs extrahi possint ab Ecclesia, & loco immuni, secundum quam opinionem declarauit quoque Sacra Congregatio pluries, prout testatur Marant. controuers. resp. 51. num. 5. & seqq. Dian. part. 6. tract. 1. de immun. Eccles. resol. 26. vers. quæro decimo, Barbos. de iur. Eccles. lib. 2. cap. 3. num. 137. vbi relatis omnibus DD. hanc sententiam tenentibus in fin. refert Sacræ Congregationis declarationem pro eadem opinione, & in summ. Apostolicarum dec. collect. 158. num. 5. & 6. Nouar. summ. Bull. 2. part. hoc tit. de immunit. Eccles. num. 2. Non tamen desunt graues, & multi DD. tenentes contra Clericos, & Ecclesiasticas personas, quos adducit idem Barbos. cit. loc. num. 136. cuius sententiæ auctor est Abb. in cap. inter alia de immun. Eccles. Nihilominus à prima sententia confirmata per Sacram Congregationem non discedit praxis; & est seruanda non solum, dum Clericus est intra locum immunem, sed etiam quando est extra illum, sed indutus stola, & cotta præcedente Cruce incedit ad efferendum infirmum, vel defert sacra Olea; tunc enim adhuc de licentia Episcopi non debet à satellitibus capi, Dian. cit. loc. resol. 25. vers. notandum.

29 Hac eadem immunitate gaudent Regulares, itavt ab eorum superioribus extrahi non possint ab Ecclesia, vel alio loco immuni sæculari, vel regulari alterius Religionis aliàs extrahentes incurrunt pœnas huius Bullæ Gregorij, probat satis abundè, & doctè iuxta suum morem, Carol. Marant. lib. 2. controuers. respons. 51. per tot. quod ampliat Diana tom. 6. tr. 1. de immun. resol. 26. vers. quæro decimo circa finem, etiam ad regulares apostatas, voluere etiam alij, quos refert ipse Diana contra Peregrinum.

30 Ampliatur supradicta sententia, vt contra hanc immunitatem, Clericis etiam debitam non obstet consuetudo, quę tanquam abusus, & corruptela damnatur per Marium Ital. de immunit. lib. 1. cap. 3. §. 1. num. 3. & seqq. Barbos. cit. cap. 3. n. 152. & generaliter quantum sit damnabilis consuetudo contra immunitatem Ecclesiasticam, vide latè adducta per Dian. part. 6. tract. 1. de immunit. Eccles. resol. 29.

31 Diximus generaliter, omnes confugientes ad Ecclesiam gaudere immunitate illius: constituenda est alia regula etiam generalis, quod confugientes ad Ecclesiam, & locum immunem pro quouis delicto, quantumuis graui, dummodo non sit de exceptis nominatim in Bulla, gaudent immunitate, Guazz. de defens. reor. part. 1. def. cap. 37. num. 5. Giurba consil. 30. num. 5. Ciarlin. controuers. foren. cap. 10. num. 4. Barbos. de iure Eccles. lib. 2. cap. 3. sub n. 120. Vnde in hoc casu non est facienda extensio de casu ad casum, etiam ob identitatem, vel maioritatem rationis, Giurb. cons. 6. num. 17. & cons. 100. num. 15. Nauar. summ. Bull. tit. de immunit. Eccles. num. 55. vers. nec refert, Carol. Marant. controuers. forens. part. 2. resp. 36. num. 29. & seqq. Hinc si delicta sint atrociora expressis in Bulla, adhuc gaudent immunitate, cùm in minimum non sit discedendum à Bulla, ita Donat. Anton. de Marin. quotid. resol. cap. 170. num. 10. Chartar. decis. 46. num. 3. & seq. Cæsar Loccatellius in Breuiar. de tortura inspect. 5. n. 159. Dian. cit. loc. resol. 35. & rationes adducuntur: Primò, quia Bulla hanc materiam ad vnicam formam reducit, vt patet ex illius verbis, sed formæ nihil addi, vel minui potest, l. 1. §. opus nouum ff. de nou. oper. nunciat. Bald. in l. quoties C. de suis, & legit. ergo &c. Secundò, quia in Bulla ponitur dictio, tantum, quæ est taxatiua, & de sui natura impedit extensionem ad non expressa, & etiam clausula, sublata, quæ amouet omnem interpretationem, & extensionem, Dec. cons. 61. num. 2. lib. 1. ita Marant. & Dian. cit. loc.

32 Non solum confugientes pro causa criminali, sed etiam pro causa ciuili gaudent hac immunitate; hinc debitores extrahi non possunt ab Ecclesia, vel alio loco immuni; nam hic casus non est in Bulla prædicta exceptus, notant DD. communiter, præsertim Abb. in cap. inter alia de immunit. Eccles. num. 24. Couar. 2. variar. cap. 20. num. 14. Ambros. de immunit. cap. 13. num. 1. & seq. Gambacur. eod. tract. lib. 4. cap. 15. Farinac. de carcer. & carcerat. cap. 28. num. 32. & in append. cap. 3. qui testatur de communi Cardin. Tusc. tom. 3. litt. E. conclus. 11. num. 3. Peregrin. de immunit. cap. 12. num. 4. Vulp. in prax. cap. 3. num. 28. Barbos. de iure Eccles. lib. 2. cap. 3. num. 46. Bonac. tom. 2. tit. circa primum Decalog. præcept. disp. 3. quæst. 7. punct. 5. num. 6. Gratian. discept. for. cap. 380. num. 1. & alij contra Iason. in l. vinum ff. si cer. petat. num. 5.

33 Ampliatur primò hæc opinio, vt debitores gaudeant hac immunitate, etiamsi publicis tributis obnoxij sint secundum magis veram, & communem opinionem, quam sequitur post Abbat. cit. loc. & Cyn. in l. præsenti column. vltim. in princip. vers. aut propter aliud debitum C. de his, qui ad Eccles. confug. Grat. cit. loc. num. 1. qui respondet §. publicorum vero tributorum, Auth. de mand. princ. Bonacin. cit. loc. vers. amplia etiam, sequutus Suar. Ambros. Pereg. Dec. Couar. Farin. & alijs locis, per ipsum relatis.

34 Ampliatur secundò, vt debitor etiam Ecclesiæ ad eam confugiens gaudeat hac immunitate, tenent Nouat. sum. Bull. titul. de immunit. Eccles. num. 29. Fagund. in quinque Eccles. præcept. præcept. 2. lib. 4. cap. 4. num. 53. & alij, quos refert, & sequitur Barbos. cit. cap. 3. sub num. 46. qui id etiam ampliat ad debitorem suspectum de fuga, & etiamsi extaret statutum, quod debitor carcerari possit, quod latius probauerat Farinac. de immunit. in append. cap. 2. num. 58. & 60.

35 Ampliatur tertiò, opinionem procedere in Mercatore decocto, & qui fidem fefellit, adhuc enim gaudet immunitate, etiamsi dolo, & fraude simulet, decoxisse, occultando bona, & pecunias, vt cum creditoribus facilius concordari possit, probat latius Gratian. discept. for. cap. 380. per totum, & in particulari num. 4. & 29. & seqq. Verùm si huiusmodi non decoctus, secum in Ecclesia bona asportauerit, non potest Ordinarius illum eis spoliare sine licentia Sacræ Congregationis, à qua est petenda licentia, vt testatur, declarasse Sacram eamdem Congregationem super controuers. iurisdictionalibus in Neritonen. 17. Ianuarij 1628. Barbos. cit. loc. n. 47. ad fin.

36 Obseruandum est in hac materia, extare litteras Sacræ Congregat. Episcoporum, & Regularium negot. Præpos. directas de ordine Pauli Quinti Nuncio, Neapoli residenti sub die 13. Augusti 1613. adductas per Vulp. in prax. cap. 3. sub num. 28. in quibus imponitur Nuncio prædicto, quod mandet Superioribus Regularibus, vt in posterum non recipiant in eorum Ecclesijs, & locis condemnatos, banditos, latrones, & alios facinorosos, & in specie decoctos, & debitores, quæ litteræ non disponunt, prædictos non gaudere immunitate, sed tantum prohibent superioribus prædictis, vt illos minimè recipiant sub pœna infligenda ipsis receptatoribus, non autem priuationis immunitatis; vnde si de facto fuerint recepti, non possunt extrahi per Curiam, sed tantum superiores prædicti puniri, & compelli debent ad denegandam receptationem prædictam, declarat Marius Ital. de immunit. Eccles. lib. 1. cap. 5. num. 16. quem sequitur Farin. eod. tract. in append. cap. 3. num. 57. vers. & in hoc.

37 Solet dubitari in hoc casu, an debitor, qui ad Ecclesiam confugit possit ibi citari ad finem, vt contra bona illius extra Ecclesiam procedi possit; In quo dubio iura non benè concordant; contradicunt enim text. in l. præsenti §. cum autem C. de his, qui ad Eccles. conf. & cap. diffinimus 17. quæst. 4. pro nunc legendus est Abb. in cap. inter alia n. 24. de immun. Eccles. sed cum magna attentionem, nam multi de-

ri decipiuntur ab illius opinione, & quæ remissiuè tradit Farinac. *de immun. in append. cap.3. num.57.* Sed quicquid sit de citatione verbali; certum est, citationem realem non posse fieri in Ecclesia, docet post Bart. & Abb. Maran. *in prax. part.6. rub. recte concipitur citatio num.129.*

38 Nota quartò, eatenus confugientes ad Ecclesiam, vel ad alios locos immunes esse securos in illis, vt si de facto fuerint extracti à loco immuni, ad illum sint omninò restituendi, quia iniuria Ecclesiæ illata resarciri, & reparari debet, quod non fit, nisi per restitutionem extracti. Baiard. ad Clar. §. *fin. q.30. num.26.* Genuens. *in prax. Archiep. Neap. cap.21. num.8.* Decian. *tract. crimin. lib.2. cap.28. num.7.* Bonac. *cit. loc. num.10.* Barbos. *vbi supra num.52.* qui alios citat.

39 Ampliatur primò proposita conclusio, vt extractus sit restituendus ad Ecclesiã, etiam si ipse extractus cedere vellet iuri suo, ac renunciaret immunitati: Et ratio est, quia cùm hæc immunitas sit concessa loco, non potest cedi, & renunciari ab alio, sicut dicimus, non posse Clericum consentire percussioni in sui personam ad excusandum percutientem ab excommunicatione, cùm tale priuilegium sit concessum in fauorem status Ecclesiastici, cui persona priuata cedere non potest, tenet Decian. *cit. loc.* Marius Ital. *de immun. lib.1. cap.6. §.2. n.23. & seq.* Farinac. *de immun. in append. cap.2. n.51.* Bonac. *cit. punct.3. n.12.* & licèt confugiens ad Ecclesiam possit liberè ab illa exire, & permittere, ipsum capi extra locum immunem, non tamen potest consentire, vt in loco immuni capiatur, ita obseruant Decian. Peregr. Marius Ital. & alij, quos refert, & sequitur Bonac. *cit. loc. n.11.* vbi cum eisdem DD. tenet nec posse renunciare immunitati prædictæ reum extractum legitimè, & repositum in carceribus Episcopi ad finem cognoscendi si gaudeat, vel non gaudeat pendente dicta cognitione. Hinc refert Mastril. *decis. Sicil. 169.* fuisse per Senatum illum relatum reum ab Ecclesia extractum non obstante, quod immunitati renunciasset multa, Don. Ant. de Marin. *quotid. resol. cap.178. per tot.*

40 Ampliatur secundò esse restituendum reum, qui à loco immuni fuit extractus, & ad Carceres sæculares ductus, à quibus Carceribus deinde aufugit, & in loco non immuni iterum captus; nam per fugam, & libertatem prædictam Ecclesia à principio spoliata restituta non fuit, & proindè ob restitutionem non factam, Magistratum sæcularem incurrisse excommunicationem, defendit Donat. Ant. de Marin. *cit. loc. cap.180. referens num.3.* sic sentiisse in facti contingentia doctissimos viros.

41 Ampliatur tertiò esse restituendum, & reponendum in loco immuni reum, qui sua sponte ab Ecclesia, vel alio loco immuni exijt ductus suasionibus Iudicis laici, quia in tali casu non dicitur quis exijsse verè spontè, & proindè immunitatem esse violatam, & Ecclesiam restituendam prout voluisse Sacrum Collaterale Consilium Neapolitanum refert Don. Ant. de Marin. *quotid. resol. cap.78. n.3. vbi n.4.* dicit etiam esse restituendum reum ad Ecclesiam, qui sua spontè exinde exiuit, & Curiæ sæculari se dedit ex eo, quod alimentis eum priuabat, ad quod etiam allegat Gomez. *variar. resol. lib.3. cap.12. n.7. faciunt notata superius vers. Nota 2.*

42 Ampliatur quartò restituendum esse reum extractum loco immuni, vbi captus fuit etiam post carcerationem, & ante repositionem perpetrauerit extra Ecclesiam alia delicta; nam nec etiam pro alijs delictis possit à Iudice sæculari detineri, notat Giurba *cons.100.* Gama *decis.52.* Mar. Ital. *lib.1. cap.6. §.2. n.41.* Genuens. *in prax. cap.22. n.6. in fin.* Bonac. *cit. disp.3. q.7. punct.3. num.13.* Barbos. *de iure Eccles. lib.2. cap.3. sub n.52.* & probauit doctrina Bart. *q.6.* incipienti Lapus, vbi validè probat carceratum in alieno territorio, vel in Ecclesia non posse pro alia iusta causa ad instantiam cuiuscumque recommendari in carceribus, nec detinetur, sequitur Bald. *in l. fin. per de iurisd. omni. Iud.* Paris. *cons.101. vol.3.*

43 Ampliatur quintò reponendum esse extractum in loco immuni per Iudicem, vel alium detentorem, etiamsi extractioni à principio non consenserit, & hoc sub censuris emanans in constitutione Greg. XIV. & hoc etiamsi non ab ipsa familia Curiæ extractus, sed à consanguineis occisi, & deinde à Curia captus extra locum immunem, probat Genuens. *cstat. cap.22. num.6.* quem refert, & sequitur Donat. Ant. de Marin. *quotid. resolut. cap.175. num.10.*

Ampliatur sextò esse restituendum, & reponendum reum in hoc immuni, si indè aufugerit timens capi à Curia sæculari, & extra Ecclesiam fuerit captus, etiamsi timor fuerit in constantem virum non cadens, ità Farinac. *de immunit. Eccles. cap.2. num.53. vers. ex præmissa*, quem refert, & sequitur Donat. Anton. de Marin. *quotid. resol. cit. cap.175. num.9.* 44

Ampliatur septimò esse restituendum reum loco immuni, etiamsi fuerit extractus de licentia Ordinarij in casu excepto in Bulla, si post dictam licentiam Iudex sæcularis cognouerit casum verè non esse exceptum in Bulla, & licentiam fuisse malè concessam, tenet Gambac. *de immunitat. Eccles. in fin. lib.6.* probat multis rationibus, Donat. Ant. de Marin. *cit. cap.175.* 45

Ampliatur octauò adeò restituendum esse extractum, & reponendum in loco immuni, à quo fuit violenter extractus, vt non sufficiat illum in libertate ponere, & liberum dimittere, docet Nouar. *summ. Bull. tit. de immunit. Eccles. n.92.* quem sequitur Barbos. *cit. cap.3. num.54. ad finem.* Controuertitur tamen inter DD. an talis repositio sit necessario facienda in eadem Ecclesia, à qua fuit facta extractio, vel an sufficiat fieri alteri Ecclesiæ, vel Episcopo. Tenet vna opinio necessario restitutionem faciendam esse Ecclesiæ à qua facta est extractio, ita vt non sufficiat fieri alteri Ecclesiæ, vel Episcopo, tenet Barbos. *cit. loc. sub n.54.* quem sequitur Dian. *6. p. resol.27. vers. ego autem*, qui hanc opinionem amplectuntur, testantur illam sequutam fuisse Sacram Congregationem, quæ sententia, si vera est declaratio Sacræ Congregationis, est omninò tenenda. Alia opinio tenet esse necessario faciendam restitutionem ad Ecclesiam, à qua facta est extractio, si reus id petat, si verò id non petat sufficit illam fieri alteri Ecclesiæ, vel Episcopo, ita Farinac. *tom.2. cons.168. num.49. in fin.* Altera opinio tenet simpliciter sufficere restitutionem factam alteri Ecclesiæ, vel Episcopo, ita Bonac. *tom.2. disput.3. q.7. punct.3. num.14.* Hæc vltima opinio, quantæ sit veritatis, vide latè adducta in consilio impresso apud Dian. *6. par. tr. 1. de immunit. Eccl. post resol.27.* & potest absque scrupulo sequi, quando pendet discussio, an reus commiserit delicta in Bulla excepruata, & an gaudeat, vel non gaudeat, nec etiam ipsa Bulla, concedit posse extractum, reponi in carceribus Episcopi. 46

An sicut Ecclesia spoliata per extractionem confugientis est reintegranda, sic etiam Curia sæcularis, à cuius manibus, per vim fuit ereptus carceratus, & ad Ecclesiam ductus, potest petere restitui, vide apud Bon. *cit. loc. vers. sed hanc*, & Nouar. *summ. Bull. tit. de immun. Eccl. n.14.* 47

OBSERVATIONES
D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia adhuc non perfectè constructa, an competat immunitas?*
2 *Ecclesiæ appellatione quid veniat?*
3 *Domus Religiosorum quas retinent ruri, an gaudeant immunitate?*
4 *Quid de Ecclesiis dirutis auctoritate Superioris?*
5 *Immunitas Ecclesiastica an reddat securum confugientem etiam à pœna inflicta, vt condemnatum ad triremes aufugientem, & ad Ecclesiam se recipientem?*
6 *Quid si condemnatus ad triremes adhuc non fuisset transmissus, sed maneret carceratus?*
7 *Sola sententia non firmat statum serui pœna.*
8 *Extractionem quando præmittat Sacra Congregatio etiam in delictis non exceptuatis?*
9 *Ex furto in Ecclesia commisso, an resultet immunitatis priuatio?*
10 *Quid de auferente Pixidem sacram cum Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento Sac. Congregationis declaratio,*

Ecclesia adhuc perfectè non constructa, si locus fuerit destinatus ad ædificandum, & primarius lapis solemniter collocatus, etiamsi sub artifice sit, gaudet immunitate, iuxta Ventrigl. *num.3.* Pac. Iordan. *tom.2. tit.* 1

de

de immunit. num. 185. Reg. de Marin. *lib.* 1. *resol.* 179. *n.* 6. Reg. Sanfel. *decis.* 18.

Beneuerùm aliqui restringunt, si continuetur ædificium. Secus si amplius non construatur, Farin. *in append.*
2 *de immun. Eccles. num.* 161. quod ipsi non placet, vt aduertit Pac. Iordan. *vbi sup.*

Ecclesiæ appellatione venit ipsum Ecclesiæ corpus, tota fabrica, tectum, paries, exterior locus, sacristia, atrium, claustrum, dormitorium, septa, porticus, scalæ adhærentes Ecclesiæ, Genuens. *in prax. cap.* 17. Riccius *in prax. resol.* 459.

3 Domus religiosorum, quas retinent ruri, seu alias pro hospitio non gaudere immunitate habetur apud Barbos. *de iur. Eccles. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 76. Sed eorum Conuentibus, & Monasterijs competit, iuxta Card. de Luca *de iurisd. discurs.* 70. *num.* 5.

4 Ecclesiæ dirutæ cum authoritate Superioris, vel si nulla adsit spes reædificationis, non competit, vt Reg. de Marin. *vbi sup. num.* 5. Farin. *de carcer. & carcer. q.* 28. *n.* 70.

5 Immunitas Ecclesiastica vtrum reddat securum confugientem etiam à pœna inflicta, vt si condemnatus ad triremes ab illis aufugerit ad Ecclesiam? Obiter tangit Ventrigl. *num.* 25. Opinionem magis fauorabilem immunitati, sequi del Bene *de immunit. cap.* 16. *dubit.* 10. *sect.* 8. *&* 9. alios refert Reg. de Marin. *lib.* 1. *resol.* 177. *num.* 1. *& seqq.* Demum *num.* 5. distinguit. Aut aufugiens à triremibus sic ibi loco depositi condemnatus, vel certam habeat condemnationem, sed sic reclamatum, & pendeat reclamatio, vel compleuit tempus, & detineatur expectando libertatem, & in his casibus gaudere immunitate. Aut aufugetit post certam condemnationem, de qua non pendeat appellatio, vel se pro delictis à seipso patratis concordauit, & adhuc tempus completum non est, & his casibus vti seruus pœnæ effectus complere debeat, & Iudex Ecclesiasticus præstat extractionem cum clausula, *quod neque directè, neque indirectè*, applicetur pœna, sed redeat ad causam primam, seu ad causam primæ condemnationis, & ita Messanæ seruatum permittentibus Illustrissimis Nuntijs, addic Reg. Sanfel. *decis.* 271.

6 In Diœcesi Anglonen. tempore Præsulatus Illustriss. Francisci Antonij de Luca contigit mihi ediserere de Sacerdote cõdemnato ad triremes per decennium pro homicidio patrato in personam Sacerdntis Vicarij foranei nulla appellatinne interposita, & post condemnationem, dum manebat homicida carceratus, & procurabatur ad triremes transmissio, interim à carceribus aufugit, & ad Ecclesiam confugit, & ibi captus ad finem audiendi, vtrum gauderet immunitate?

In *Lucana immunitatis* ad petitionem fisci Reipublicæ similis euenit casus. Fugiens Franciscus è carceribus in quibus pro aliquibus furtis per sententiam condemnatus fuerat, pleraque alia in illius Ciuitatis priuatis domibus furta commisit, vnum præsertim notabile aliqua violentia famuln illata existentem, si in ea domo, & in Ecclesia se recipiens ibi cum aliquibus bonis furatis, & cum armis sub pena capitali prohibitis carceratus fuit. Cumque etiam Ordinario penderet processus, an ista crimina essent nec ne de exceptuatis, adeovt Ecclesiasticam immunitate indigna declaranda essent, vel potius prætensio subsisteret. Et quatenus tum sperari posset, vt ipsa Republica supplicante Pontificem, practicari posset id, quod in celebri casu Panormitano sub Clemente Octauo practicatum fuit, vt iste Reus Curiæ traderetur pœna ordinaria condemnandus tãquam vir facinorosus, à quo si in libertate poneretur, publica quies maiorem perturbatinnẽ verisimiliter timebat.

Quatenus pertinet ad id nempè, quia iam erat condemnatus ad triremes, quidquid sic de casu, in quo Reus iam sit constitutus in statu serui pœnæ, quia fuerit transmissus ad triremes à quibus aufugisset, de quo agunt de Marin, Sanfel. & del Bene.

7 Attamen ista quæstio non intrat, dum versamur in casu longè minus dubitabili ex regula generali, quod sola sententia sine exequutinne non firmat statum facti, dum ille, qui condemnatus est, atque adhuc permanet in carceribus reputatur simplex carceratus potius, quam triremium seruus vulgò *Galeoto* quoniam est in Implicito statu libertatis, & non contrahendi illam maculam, vel quia à carceribus fugere possit, vt accidit, & proinde prætensionem non esse deducibilem ad praxim, tradit Card. de Luca *in Miscell. Eccles. discurs.* 11. *num.* 5.

Extractionem an permittat Sac. Congreg. immunitatis consulto Summo Pontifice si confugus fuerit facinorosus, & probabiliter timeatur si in libertate reponeretur, & gaudeter immunitate? Card. de Luca *vbi sup. n.* 2. affirmat, quod soleat dispensari immunitati, vt occurratur futuris malis, & in conuenientibus soleat tamen permittere pro pœna extraordinaria puta condemnationis ad triremes, vel detrusionis in aliqua arce, nunquam verò pro pęna ordinaria. 8

Ex furto in ipsa Ecclesia commisso an resultet immunitatis priuatio? Magis communiter receptum est, ex Sac. Congr. seruat quod non, vt del Bene *d. cap.* 16. *dubit.* 26. Genuens. *in prax. cap.* 17. *nu.* 8. vbi ita refert practicatum Reg. de Marin. *lib.* 1. *resol.* 70. *n.* 9. *&* 10. 9

Quid de auferente Pixidem sacram frangendo portellum, in qua conseruabatur SS. Eucharistiæ Sacramentum, & indignus sit immunitate? Accidit dubitari de hoc in hac Archiepiscopali Curia de anno 1636. de quodam Antonio Panormitano, qui circa horam 24. se abdiderat subtus Altare Monasterij Iesu Mariæ, vbi eùm per totam noctem commoratus fuisset, diabolico spiritu instigatus apposuit manus ad Altare maius, in quo asseruabatur Sacramentũ Eucharistiæ frangendo ostiolum, & euacuando hostias cõsecratas Pixidem sacram accepit, & in eodem loco se abscondidit cum spe egrediendi mane, tempore quo aperiabantur ianuæ Ecclesiæ. Sed frustra laborans per totam noctem, demum iusto Dei iudicio repertus fuit in fraganti crimine cum pixide. Vnde per M. C. Vicariæ appositis custodibus circa d. Monasterium ne fugam aripetet, quousque disceptaretur, an priuãdus foret Ecclesiastica immunitate. 10

Delata re ad S.C. immunitatis de ore SS. Vrbani VIII. speciali tamen gratia absque eo, quod traheretur in exemplum rescripsit Eminentiss. tunc Cardinali Boncompagno, vt constito sufficienter de dicto delicto sacrilegij traderetur Curiæ sæculari. Et quoniam ex processu apparebat fuisse repertum in fragranti crimine, discusso articulo fuit conclusum per eamdẽ Curiam Archiepiscopalem priuari, prout fuit indignus reputatus, & traditus Curiæ sæculari, per quam fuit morti condemnatus, furcisque suspensus, & in vita truncata manus, & deinde trucidatus, iuxta doctrinam Marij Italiæ relatam per Farinac. *de immunit. cap.* 16. *n.* 212. *& in prax. p.* 2. *q.* 72. *n.* 62. Et Gregor. *in sintagm. iur. lib.* 33. *c.* 15. *n.* 3. dicit se fuisse semper in opinione sacrilegos, qui impia, & detestanda manu sacram Eucharistiam contrectauerunt, vel sacrarium, seu articulum, quo continetur, tollerent; igne viuos comburendos ob sacrilegiũ, & impietatem tam immanem, & sequitur Farin. *d. q.* 72. *n.* 62. Barbos. *in collect. Doctor. in c.* 1. *de custod. Eucharist.* Nouar. *in sum. Bull. tom.* 2. *tit. de immunit. Eccles. num.* 57. Qui tamen etiam refert decisum per Curiam Archiepiscopalem *dec.* 27. *p.* 3. quendam furem ad triremes per decennium condemnatum, ex quo subtraxerat pixidem, & decisionem compilauit Reg. Sanfel. *dec.* 243.

SVMMARIVM.

1 *Immunitate, qui non gaudeant.*
2 *Immunitate nõ gaudent publici latrones, & qui tales.*
3 *Immunitate gaudent non publici latrones, seu fures.*
4 *Immunitate non gaudent vias frequentatas obsidentes viatoresque aggredientes, qui veniunt nomine Grassatorum.*
5 *Immunitate, vt quis priuetur, vt latro, vel Grassator nõ sufficit, quod semel deliquerit, vel pluries tentauerit.*
6 *Immunitate gaudent committentes compositiones vulgò (Ricatti) nisi per hoc crassentur, vel latrocinentur.*
7 *Immunitate non gaudent depopulatores agrorum etiam diurni, qui tales.*
8 *Immunitate non gaudent homicidia, vel mutilationes in Ecclesiis committentes; gaudent tamen vulnerantes, etsi in faciem.*
9 *Immunitate gaudet committens, quolibet graue delictum in Ecclesia præter exceptos.*
10 *Immunitate an gaudeat propè Ecclesiam Homicidium, vel mutilationem committens.*
11 *Immunitate gaudere occidentem in gradibus Ecclesiæ decisum per M. Curiam.*

12 *Immunitate gaudere occidentem in Claustro, vel Dormitorio Monasterij, decisum.*

13 *Immunitate gaudere committentem homicidium in Cortile Ecclesiæ, decisum.*

14 *Immunitate quis gaudet in quocumque loco immuni homicidium, vel mutilationem committant dummodo non in Ecclesia, vel Cœmeterio.*

15 *Immunitate an gaudeat ex Ecclesia occidens foras, vel extra existens in Ecclesia.*

16 *Immunitate an gaudeat, qui in Ecclesia existens mandat homicidium, vel extra existens mandet homicidium in ea, & num. 17.*

18 *Immunitate an gaudeat extrahens, & occidens; vel extrahi, & occidi mandans.*

19 *Immunitate neque alterius Ecclesiæ gaudet, qui in altera occidit, vel mutilauit.*

20 *Immunitate gaudet non ex proposito, sed in rixa occidens, vel mutilans in Ecclesia.*

21 *Immunitate, vt quis priuetur, propter homicidium in Ecclesia sufficit, quod quis ex vulnere in Ecclesia accepto pereat.*

22 *Immunitate non gaudet in Ecclesia mutilans: quando quis dicatur mutilare; quid si membrum sit aridum.*

23 *Immunitate non gaudens per homicidium, vel mutilationem potest extrahi, & puniri de his, pro quibus gaudebat: non tamen si de eis punitus iam erat.*

24 *Immunitate non gaudet proditoriè occidens: quid sit proditoriè occidere, num. 25. Quid nam sit in amicis post inimicitiam reconciliatis, num. 26.*

27 *Immunitate gaudet per insidias à tergo inimicum etiam reconciliatum ex secreto loco occidens.*

28 *Immunitate gaudet, si quis veneno amicum occidat.*

29 *Immunitate an gaudeat grauiter vulnerans animo occidendi.*

30 *Immunitate an gaudeat mater abortum procurans, & testis falsum deponens, ex quo mors sequitur.*

31 *Immunitate non gaudent Assassini qui tales, eaque priuatus intelligitur mandans, & mandatarius, n. 32.*

33 *Immunitate an gaudeat vulnerans tantum pecunia mediante, quia non potuit, vel noluit occidere.*

34 *Immunitate tanquam Assassinus priuatur is, cui generalis promissio facta est.*

35 *Immunitate non priuatur occidens aliquem gratia, alicuius ductus.*

36 *Immunitate non priuatur, qui occidens aliquem aliquid recepit, sed pro expensis non ad rem pertinentibus, vel rem parui momenti.*

37 *Immunitate an gaudeat infidelem pretio mediante occidens.*

38 *Immunitas resarcienda pro restitutionem extracti, si non seruata forma Bullæque capiatur; licet postea confiteatur exceptuatum casum.*

39 *Immunitate non priuatur, qui occidit inimicum suum, & mandantis, vel præsente mandante.*

40 *Immunitate non gaudent Hæretici eorumque fautores, vel de Hæresi vehementer suspecti, num. 41.*

42 *Immunitate an priuentur Hæretici propter crimen Hæresis tantum, an etiam propter alia crimina.*

43 *Immunitate non gaudet committens crimen læsæ Maiestatis in Principem, etsi solo conatu, num. 47. non sic si in eius ministros, num. 44.*

45 *Immunitate non gaudet quis ob crimen in Principem superiorem non recognoscentem.*

46 *Immunitate, vt quis non gaudeat ob crimen in Principem, requiritur quod illius sit subditus.*

48 *Immunitate an gaudeat, qui sciens periculum Principis non manifestat.*

49 *Immunitate an gaudeat crimen committens in personam Cardinalis.*

50 *Immunitate gaudet cudens falsam monetam aliud aliquando seruatum ex Decreto Pontif.*

51 *Immunitate gaudent quicunque delinquentes, extra exceptos casus, & quare.*

52 *Immunitate licet quis non gaudeat, non potest tamen extrahi à Iudice sæculari propria auctoritate, & extractus etsi à principio non à Curia ante omnia restituendus, num. 53.*

54 *Immunitate aliquem non gaudere declarandum per Episcopum per concludentes probationes.*

55 *Immunitate aliquem non gaudere, quando probandum an Reus citandus, & saluatur praxis, vbi adest n. 56.*

57 *Immunitate aliquem non gaudere an iudicare possit Episcopus ex processu coram sæculari Iudice.*

58 *Immunitate an Reus gaudeat cognosci potest per Vicarium Episcopi, non tamen per ordinario Inferiorem; quid in Diœcesi nullius.*

59 *Immunitate an Reus gaudeat in loco nullius Diœcesis, cognoscit Episcopus, cuius Cathedralis est vicinior.*

60 *Immunitate gaudere, vel non gaudere, si declaret Episcopus, non est locus appellationi. Limita dupliciter num. 61.*

62 *Immunitate an quis gaudeat, declarare debens Episcopus, recusari potest, vt suspectus.*

63 *Immunitate in dubio an quis sit priuatus declarari an possit priuatus.*

64 *Immunitate si Reus non gaudet præmissa requisitione conceditur licentia extrahendi; & quando absque requisitione.*

65 *Immunitate an Reus gaudeat cognitione pendente, quando Episcopus concedat licentiam extrahendi Reum, & ad suas carceres trahendi.*

66 *Immunitate si reus gaudeat nullatenus concedenda licentia eum extrahendi.*

67 *Immunitate an Reus gaudeat cognitione pendente, an ad carceres Curiæ sæcularis trahi possit, iuxt. Bull.*

68 *Immunitate an quis gaudeat cognitione pendente an propter debilitatem carceris, & aliter possit Reus ad carceres sæculares trahi.*

69 *Immunitate an quis gaudeat cognitione pendente, an carceres Episcopales reus trahendus: quid si Episcopus renuat.*

70 *Immunitate non gaudentem Reum, si Episcopus permittat extrahi non fit irregularis secuta morte, & in casu non permisso, neque si cum protestatione permittat Irregularitatem euadet.*

71 *Immunitate an quis gaudeat, an declarari possit per Vicarium Capitularem, & concedi extrahendi licentia.*

72 *Immunitate non gaudentem extrahi licentiam concedere debet Episcopus expressam: non enim sufficit tacita.*

73 *Immunitas non tuetur per Clericos, si se opponant licentiæ Episcopi extrahendi Reum exceptuatum.*

74 *Immunitatem, & reliqua Ecclesiastica priuilegia lædit, qui personam aut bona Rei in loco immuni offendit.*

75 *Immunitatem lædens, excommunicationem latæ sententiæ ex Bulla, & iure communi in nouem locis statutam incurrit.*

76 *Immunitatem lædens ab excommunicatione incursâ absolui an possit ab Episcopo.*

77 *Immunitatem lædere tentans etiam effectu non secuto excommunicationem incurrit.*

78 *Immunitatem particularis offendens, etsi non minister Curiæ excommunicationem incurrit.*

79 *Immunitatem offendit, qui arcerari Reum iubet etsi extractioni non consenserit.*

80 *Immunitatem quando Ecclesiastici offendant, & pœnas Bullæ incurrant remissiue.*

ANNOTATIO XXIII.

§. II.

NOta primò, Bullam declarare nonnullos delinquentes, non gaudere immunitate confugiendo ad Ecclesiam, vel alium locum immunem, his verbis. *Vt Laicis ad Ecclesias locaque sacra, & religiosa prædicta confugientibus, si fuerint publici latrones, viarumque grassatores, qui itinera frequentata, vel publicas stradas obsident, ac viatores insidijs agrediuntur, aut depopulatores agrorum, quive homicidia, & mutilationes membrorum in Ecclesijs earumve cœmeterijs committere non verentur, aut qui proditoriè proximum suum occiderint, aut assassinij, vel hæresis, aut læsæ Maiestatis in personam ipsiusmet principis rei, immunitas Ecclesiastica non suffragetur.* Ita Bulla, cuius dispositio sigillatim obseruanda est. 1

Primò

2 Primò, non gaudent immunitate publici latrones, & ad cognoscendum, qui sint publici latrones notandum est, quod latro differt à fure, nam fur dicitur propriè qui clam sine violentia furatur; latro verò dicitur, qui cum violentia furatur, & depredatur, vnde is dicitur publicus latro, qui palam in vijs publicis, vel in mari cum violentia deprædatur, & furatur, Abb. & Ioan. And. *in cap. inter alia de immunit. Eccles.* Decian. *Tract. crimin. lib. 6. cap. 28 num. 2.* Ambros. *de immunit. & libert. Eccles. cap. 2. num. 3. & seqq.* Grat. *discept. for. cap. 380. num. 34. & seq.* Mat. Ital. *de Immunit. lib. 1. cap. 5. §. 1.* Dicuntur etiam publici latrones, qui cum violentia in domibus priuatorum furantur dummodo id publicè faciant, Bonac. *tom. 2. disp. 3. quæst. 7. punct. 6. §. 2. num. 2. in fin.* & dummodo fama publica laboret contra eum, & publicè habeantur, vt tales Ambros. *cit. loc. num. 5.*

3 Hi autem publici latrones non gaudent immunitate Ecclesiastica, ad locum religiosum confugientes, vt disponit Bulla, quæ cùm constituat speciale in publicis latronibus, à contrario sensu censetur admittere ad immunitatem omnes alios latrones non publicos, siue simplices fures, prout aduertit Barbos. *de iure Eccles. lib. 2. cap. 3.* sub *num. 81.* quo in casu an possit aliquid consuetudo, vide latè adducta per Dian. *6. par. tract. 1. de immunit. Eccles. resol. 29.* in quibus collige an verum sit, quod dicit Barb. *cit. loc.*

4 Secundò, Bulla dicit non gaudere immunitate grassatores viarum, & vocat Grassatores viarum illos, qui itinera frequentata, vel publicas stradas obsident, nec opus est inuestigare, qui dicantur Grassatores huiusmodi cum Bulla illos explicet, neque desiderari aliud requisituo, cum solum Bulla requirat, quod soleant itinera frequentata, vel publicas stradas obsidere, & viatores aggredi. Hinc si grassator non obsideat vias frequentatas, vel publicas, sed insuetas non comprehendi sub hac dispositione, notat Ambros. *de immun. Eccles. cap. 3. num. 5. vers. quod si,* Bonac. *cit. punct. 6. num. 4.* qui alios citat.

5 Aduertendum est hic, quod tam ad constituendum publicum latronem, quàm grassatorem viarum ad formam illum priuandi immunitate Ecclesiastica, non sufficit vnicus actus; nam non ex eo, quod quis semel cum violentia furiosus est, vel publicas stradas obsedit dicitur publicus latro, vel Grassator viarum, ita Ambros. Bonac. & Barbos. *cit. loc.* & alij communiter; imò nec per duos actus quis dicitur talis, vt tenet Dian. *par. 6. tract. 1. de immunit. resol. 15. vers. sed hec,* Carol. Marant. *tom. 2. controuers. resp. 46. num. 7.* post Giurb. *consil. 50. num. 27.* & alios quos citat. Nec dicitur publicus latro, vel Grassator quis, ex eo quod pluries, & sæpius tentauerit delicta prædicta, sed illa non perfecerit, Nouar. *sum. Bull. de immun. eccles. num. 46.* Barbos. *de iure eccles. cit. lib. 2. cap. 3.* sub *num. 84.*

6 Dubitatur an compositiones, & recepta facientes immunitate Ecclesiastica priuentur; & respondetur, si prædicti; vt publici latrones in stratis, ac vijs publicis, vel in campis, vel vt Grassatores etiam intra Vrbium vias, huiusmodi personarum captiones, & compositiones, vel vt vulgò dicitur Ricatti admiserint, & hoc pluries non tantum semel aut bis, & tunc immunitate non gaudent; si verò priuatim ac secreto captiuarent personas, vel missis aliquibus nuncijs, vel epistolis cum minis aliquas personas composuerint, & in hoc casu immunitate gaudere debent, cùm tales nec publici latrones, nec grassatores dicantur, & proinde à Bulla non excipiantur, ita tenent post multos relatos Carol. Marant. *2. par. controuers. resp. 46. num. 18. & seqq.* quem refert, & sequitur Dian. *par. 6. tract. 1. de immunit. Eccles. resol. 15. vers. sed hec opinio,* contra Nouar. *in summ. Bull. tit. de immunit. num. 44. in fin.* & respondet Marant. *cit. loc. num. 20. & seqq.*

7 Tertiò, dicit Bulla non gaudere immunitate Ecclesiastica Depopulatores agrorum, & dicuntur illi, qui segetes in agris deprædantur, & fructus ac vineas vastant, vel agros comburunt, ita declarant Ambrosin. *de immunit. cap. 4. num. 4.* Farinac. *eod. tr. in append. num. 159.* Barbos. *de iure eccles. lib. 2. cap. 3. num. 86.* & alij communiter. Hi enim non gaudebant immunitate de iure communi, quando solum nocturni erant, vt in *cap. inter alia de immun. Eccles.* hodie verò post hanc Bullam Gregorij, quæ generaliter loquitur magis communiter, videtur tenere DD. siue sit nocturnus siue diurnus, depopulator agrorum non gauderet immunitate, ita Ambros. *cit. loc. vers. & ob id,* Farin. *vbi supra num. 161. in fin.* Barbos. *alleg. cap. 3. num. 87. in fin.* & alij.

8 Quartò, disponit Bulla immunitate non gaudere, homicidia, vel mutilationes membrorum in Ecclesia committentes. In hoc restringens ius commune, per quod dispositum erat generaliter, quemlibet delinquentem in Ecclesia illius immunitate non gaudere. *Cap. final. de immunit. Eccles. vbi glos.* & DD. communiter. Rationes huius dispositionis adducuntur, per Farin. *de immunit. in append. cap. 16. num. 205.* & per Ambros. *eod. tr. cap. 5. num. 2.* Itaque hodie, ex hac Bulla occidens tantum, vel mutilans in Ecclesia, non gaudet immunitate Ecclesiastica. Hinc vulnerans in Ecclesia etiam grauiter non priuatur immunitate, si mors non sequatur, quia vulnerare non est occidere, vel mutilare, Chartar. *decis. criminal. 74.* Castro Palaus *tom. 2. tract. 11. disp. vnic. punct. 6. num. 10.* Etiamsi vulnus sit graue, & atrox, vt est in facie, vnde inferentes frigia in faciem gaudere hac immunitate, si id in Ecclesia patrauit, testatur declarasse Sacram Congregationem Cardin. *negot. Episcoporum, & Regul. præpositam sub die 16. Nouembris 1618.* Barbos. *de iure Eccles. lib. 2. cap. 3. num. 132. & in summ. Apostol. decis. verbo immunitas num. 12.*

9 Et generaliter committens, quantumuis graue delictum in Ecclesia, si non est mutilatio, vel homicidium, gaudet immunitate Ecclesiastica, post dispositionem huius Bullæ Gregorij, quicquid sit de iure communi, docet post Farinac. *de immunit. cap. 16. num. 208. & seqq.* & Ricc. *Collect. 1792.* Don Anton. de Marin. *quotid. resol. cap. 270. num. 9. & seqq.* ex quibus refert fuisse decisum gaudere furantem in Ecclesia magnam quantitatem, etiam cùm discassatione, nam gaudet immunitate, si quis in Ecclesia adulterium commiserit, vel virginum raptus, vel alia atrociora crimina, vt post multos tenet Barbos. *de iure eccles. cit. loc. num. 105.* vel quodcumque sacrilegium patrauerit, dummodo non sit homicidium, vel mutilatio, Ambros. *cit. tract. cap. 5. num. 6.*

10 Diximus cum Bulla homicidium, vel mutilationem committentem in Ecclesia non gaudere immunitate Ecclesiastica; Hinc verior dicenda est, & secundum terminos Bullæ opinio illorum, qui docent, quod committens homicidium, vel mutilationem propè Ecclesiam, gaudeat immunitate, quia in veritate, qui talia committit propè, non dicitur committere in Ecclesia, & cùm simus in materia pœnali, & odiosa, ac priuatiua immunitatis Ecclesiasticæ, intelligenda est exceptio in proprijs terminis, de quibus loquitur, ita post Mastrill. *decis. 22. num. 6.* & Caualcan. *de brachio Regio, par. 4. num. 86. & seq.* probat Carol. Mar. *controuers. par. 2. resp. 36. num. 10. & latius resp. 45. per totum,* vbi in fine refert decretum M.C.V. in quo mandatur esse reponendum extractum ab Ecclesia in tali casu in quo homicida exijt ab Ecclesia, & propè eam deliquit, & statim ad illam redijt prout fuit remissus. Hanc sententiam tenent Nouat. *summ. Bull. tit. de immun. num. 6.* Sperell. *decis. for. Eccles. 60. & 61.* Ciarlin. *controu. foren. cap. 10. num. 95. in fin.* Bonac. *tom. 1. disp. 3. quæst. 7. punct. 6. §. 2. n. 12. & alij,* quos citat Barbos. *de iur. Eccles. lib. 2. cap. 3. n. 109. vers. contrarium,* & Dian. *tom. 1. tract. 1. de immunit. Eccl. resol. 3. & tom. 6. tract. 1. eod. tit. resol. 10.* Sunt quoque, qui tenent DD. non modicæ auctoritatis, quos refert Barbos. *cit. loc.* occidentem, vel mutilitatem propè Ecclesiam, sub spe illius immunitatis, illam non gaudere. Verùm prima sententia videtur magis communis, & magis conformis verbis Bullæ; & probatur ex sequentibus casibus decisis.

11 Primò in anno 1620. fuit remissus ad Ecclesiam Reus, qui homicidium commisit in gradibus Ecclesiæ, per Magnam Curiam Vicariam confirmante Sacro Concilio, refert Thor. *in compend. decis. par. 1.* verbo reponi an debeat fol. 476. homicidium enim commissum in gradibus Ecclesiæ, dicitur commissum propè Ecclesiam, patet ad sensum.

12 Secundò, per Sacrum collaterale consilium Neapolitan. fuit mandatum non esse extrahendos illos de Ragaoato, qui homicidium commiserant in Claustro Monasterij Sanctissimi Rosarij terræ Polissinæ, prout refert

Vi-

Viscont. in addit. ad Vicent. de Franc. decis. 709. vers. in causa, & Donat. Ant. de Marin. quotid. resol. cap. 170. n. 12. & Claustrum Monasterij esse vicinum, & propè Ecclesiam illius, non est dubitandum. Idem probat de homicidio commisso in Dormitorio, & Claustro alterius Monasterij Ciuitatis Salerni, & eodem modo, refert decisum per eamdem Curiam Archiepiscopalem Salernitanam approbantibus Ministris Regijs, Marant. controuers. tom. 2. resp. 36. per totum.

13 Tertiò, per Curiam Archiepiscopalem Neapolitanam fuit decisum homicidium committentem in Cortili Ecclesiæ gaudere immunitate illius, nec dici deliquisse in Ecclesia, ita Ricc. in decis. eiusdem Curiæ 3. par. decis. 250. per totum. Et Cortile Ecclesiæ esse propè Ecclesiam, non possit dubitari.

14 Obserua casus prædictos, & ex illis comproba opinionem illorum, qui tenent homicidam, vel mutilantem propè Ecclesiam gaudere illius immunitate; & ea eisdem collige, quod homicidium, vel mutilationem committens in quouis loco immuni, siue sit in atrio, vel Cortili Ecclesiæ, siue supra eius tectum, vel in scolis, siue in monasterio illius, vel dormitorio; gaudeat Immunitate, quia Bulla excipit tantùm homicidium, & mutilationem commissam in ipsis Ecclesia, vel Cæmeterio, quod communiter propter illas particulas, in & ipsis, intelligunt DD. idest intus ipsam Ecclesiam, vel cæmeterium, vt explicat Marant. de Marini, Barb. & Diana locis vltimo citatis, Sperell. decis. 60. & 63.

15 Duos afferunt communiter casus DD. in his terminis positos an gaudeat immunitate ille, qui existens in ipsa Ecclesia, vel Cæmeterio, sclopo, vel alio armorum genere occidit, vel mutilauit existentem extra Ecclesiam. Secundum, an gaudeat eadem immunitate, qui existit extra Ecclesiam, & occidit existentem intus ipsam Ecclesiam, vel Cæmeterium. Et in vtroque casu magis communis sententia tenet talem mutilantem, vel occidentem non gaudere immunitate, quia in primo casu delictum principium habuit in Ecclesia, in secundo, quia in illa fuit consummatum, & in vtroque delinquens suo temerario ausu Ecclesiam fœdauit, & illius Sacram auctoritatem deturpauit; ita tenent DD. quos lata manu congerit, Barbos. de iure Eccles. lib. 2. cap. 3. num. 111. & 113. Don Ant. de Marin. quotid. resol. cap. 170. num. 8. Danza pugna Doctor. 1. tom. titul. de immunit. Eccles. cap. 2. num. 10. & seqq. quicquid dicans Bonac. tom. 2. disp. 3. quæst. 7. §. 4. sect. 1. num. 8. & Nouar. par. 1. sum. Bull. tit. de Immun. Eccles. num. 51. vers. & quamuis, qui tenent in primo casu delinquentem gaudere, quorum opinio est omnino vera, non solum in primo, sed in secundo, quando occidens, vel mutilans id fecerit prouocatus, & ad defensam; tunc enim omnino gaudere, tenet Barbos. cit. loc. Nouar. sum. Bull. 2. part. eod. tit. num. 36. vbi tenet, nec in secundo casu delinquentem gaudere.

16 Vlterius altercantur DD. an existens in ipsa Ecclesia, & ibidem mandans occidi aliquem extra illam; vel existens extra Ecclesiam mandans occidi, vel mutilari aliquem in ecclesia sequuta morte, vel mutilatione gaudeat immunitate. Pro vtraque sententia adduci possunt DD. quos refert Donat. Anton. de Marin. cit. cap. 170. & Dian. tom. 6. tract. 1. de immun. resol. 7. vers. vnum autem, & seqq. sed magis communis, & veritati consona videtur opinio illorum, qui tenent in primo casu, quando delictum fuit mandatum in Ecclesia, committi extra illam, gaudere immunitate, quia verè iste talis dicitur reuerentiam exhibuisse Ecclesiæ, tenet Decian. tom. 2. lib. 6. cap. 2. num. 17. Farinac. de immunit. cap. 16. num. 231. Ambros. eodem tract. cap. 5. num. 9. Bonac. tom. 2. disp. 3. quæst. 7. punct. 6. §. 2. num. 10. Castropalaus tom. 2. tract. 11. disp. vnica punct. 4. num. 17. & seq. Dian. citat. resolut. 7. vers. fin. qui vlterius probat opinionem ea ratione, quia hic casus non est exceptus in hac Bulla Gregorij. Et hæc sententia est contra Syluest. Suar. Barbos. Gutier. Azor. & alios, quos citat idem Dian. cit. loc. vers. si quid.

17 In secundo casu, quando homicidium, vel mutilatio fuit mandata extra Ecclesiam, sed exequenda in Ecclesia, tunc Bonac. & Castro Palaus cit. loc. etiam tenent talem mandantem gaudere immunitate, quos fortiter defendit Dian. cit. loc. vers. sed mihi. Verùm opinio contraria non potest negari, quin sit magis communis, quam tenent Peregrin. de immunit. cap. 6. n. 36. post Decian. & Remig. de Lionni quos citat, & sequitur Suar. tom. 1. lib. 3. cap. 11. num. 7. Farinac. de Immunit. cap. 16. num. 230. Azor. instit. mor. par. 2. lib. 9. cap. 9. quæst. 14. Mar. Ital. lib. 1. cap. 6. §. 3. num. 88. & alij.

18 Dubitatur an extrahens, vel mandans extrahi vi, vel dolo aliquem ab Ecclesia, & extractum occidens, vel occidi mandans extra Ecclesiam, vel mutilans gaudeat immunitate. Sopponendum est extractionem fuisse factam ad finem occidendi, vel mutilandi; nam si facta est ad alium finem, & deinde sequuta est occisio, vel mutilatio non est dubium gaudere. Et quidem non gaudere, defendit Barbos. de iure Eccles. lib. 2. cap. 3. num. 114. qui alios citat contrarium tamen defendit Dian. 4. par. tract. 1. resol. 107. & par. 6. tract. 1. resol. 7. vers. His tamen.

19 Obserua, quod occidens, vel mutilans in vna Ecclesia, si ad aliam confugiat, in qua non deliquit adhuc non est tutus, nec ibidem gaudet immunitate; nam qui vnam offendit Ecclesiam, omnes offendisse videtur, docent communiter DD. Gambacurt. de immunit. lib. 5. cap. 26. num. 1. & seqq. Mar. Ital. eod. tract. lib. 1. cap. 5. §. 3. num. 20. in fin. & 21. Ambros. in simil. tract. cap. 5. num. 3. Barbos. de iure Eccles. lib. 2. cap. 3. num. 110. & alij communiter, Danz. pugna DD. tom. 1. tit. de immunit. eccles. 2. num. 2. & 3.

20 Dubitant DD. an occidens, vel mutilans in Ecclesia non ex proposito, & appositus, vel sub spe immunitatis, sed solom in rixa, vel casu, gaudeat immunitate; tenet magis communis, & probabilior opinio gaudere, quia talis delinquens, cùm præter intentionem delinquat, non videtur aspernari, vel iniuria afficere Ecclesiam, nec delinquere cum spe gaudendi immunitate, ita tenent Nouar. 1. par. summ. Bull. tit. de immunit. Eccles. num. 58. Gambacurt. lib. 5. cap. 17. num. 2. Guazz. de def. reor. lib. 1. cap. 38. num. 13. Sesse decis. 141. num. 8. Mar. Ital. lib. 1. cap. 5. §. 3. num. 1. & seqq. Dian. 4. par. tract. 1. resol. 107. qui alios citat Ricc. qui plura congerit in prax. 2. par. resolut. 157. qui num. 2. Firmat tunc dici quem delinquere, sub spe immunitatis in Ecclesia, quando ex electione, & proposito delinquit, secus si non ex proposito, & consulto, sed repentino impetu, vel rixa, sequuntur multi, quos refert Barbos. de iure Eccles. lib. 3. cap. 3. num. 103. quorum opinionem num. 104. in fine testatur esse communem, licet afferat contrariam adhuc esse probabilem, cuius DD. refert eodem num. 104.

21 Aduerte, quod ad finem priuandi homicidam in Ecclesia, immunitate illius, non est necesse, quod mors sequatur in Ecclesia sufficit enim, quod aliquem in Ecclesia lethaliter vulnerauerit, & licet volneratus decesserit, & tali vulnere extra Ecclesiam, & post aliquos dies, adhuc vulnerans non gaudet immunitate, quia delictum homicidij censetur commissum in Ecclesia, ita notat Bonacin. post alios tom. 2. disp. 3. quæst. 7. punct. 6. §. 2. num. 5. & quod fuerit vulnus lethale, remittitur iudicis arbitrio, Nouar. 1. par. summ. Bull. hoc titul. num. 52.

22 Committentes mutilationes membrorum in Ecclesia, non gaudere immunitate, dicit Bulla, pro quorum cognitione notandum est, quod tunc dicitur quis mutilare verè, & propriè quando abscindit membrum; secus si tantum vulnerando debilitat, & quando abscindit membrum, quod proprium habet officium distinctum ab alijs partibus, & cuius proprio officio corpus mouetur, & iuuatur, vt sunt oculos, pes, aures, nares, manus, lingua, membrum virile, & similia, quæ habet peculiares actus distinctos à cæteris membris, latè Mar. Ital. de Immunit. lib. 1. cap. 5. §. 3. num. 8. & seqq. Farin. in simil. Tract. in append. num. 249. vbi vlterius dicit, quid dicendum, si membrum sit aridum, & inutile. Hinc in his terminis non dicuntur membra propriè dentes, digitus etiam pollex, vel index, vnges, testes, barba, capilli, articuli digitorum, pars aliqua carnis, vel copia sanguinis, auricula item Cartilago illa externa, quæ tuetur aurem, & ornat faciem, mammillæ virorum, secus Mulierum; nam hæc dicuntur membra, & similia, quæ proprium non habent actum distinctum ab alijs membris, ita Bonac. tom. 2. disp. 3. quæst. 7. punct. 6. §. 2. sub num. 8. post Couarr. in Clem. si furiosus par. 3. num. 8. & alias. Quid de testib. Gambac. de immun. lib. 5. cap. 18. sub num. 7. vbi multa ad materiam.

23 Occidens igitur, vel mutilans in Ecclesia non gaudet immu-

immunitate Ecclesiastica, & extractus seruata forma Bullæ, potest puniri non solum pro homicidio, vel mutilatione prædictis, sed etiam pro alijs delictis etiam de his, pro quibus gaudebat immunitate; dummodo principaliter extrahatur pro homicidio, vel mutilatione non gaudente immunitate, Ambros. *cit. loc. num.* 10. Bonac. *vbi supra num.* 9. qui benè aduertunt, quod si delinquens pro delicto non gaudente, fuit punitus, non potest pro alijs puniri, vel extrahi.

24 Quintò, Bulla disponit, quod qui proximum suum proditoriè occiderint, non gaudeant immunitate, quod disponebatur de iure communi in *Cap.* 1. *de homicid.* vbi dicitur, quod non gaudent tali immunitate, qui proditoriè, & per insidias occiderint. Hic in Bulla dicitur tantum proditoriè, & licet apud nos proditoriè, & per insidias pro eodem vsurpetur, non tamen possum negare, quin Bulla dicendo tantum proditoriè videatur strictius loqui.

25 Pro intelligentia prædictorum notandum est, illum dici proditoriè offendere, qui amicitiam simulans, malum machinantem animum tegit; ita vt quis à simulato amico minimè præcauere possit, per doctrinam Bart. *communiter receptam in l. respiciendum* §. *delinquunt ff. de pæn.* declarat Carol. Marant. *controuers. par.* 2. *resp.* 46. *num.* 4. *& seqq.* & homicidium proditorium illud dici, quod est commissum contra amicum sub colore, vel simulatione amicitiæ, ita vt proditionem semper annexam habeat amicitia, voluerunt de Franch. *decis.* 713. *in fin.* Ricc. *par.* 5. *collect.* 1792. *col.* 2. *in fin.* Giurb. *consil.* 20. *num.* 13. *& consil.* 6. *num.* 1. Gizzarel. *decis.* 16. *num.* 3. *& seqq.* Rouit. *in pragm.* 11. *de abdit. num.* 55. *& seq.* vbi refert id fuisse decisum iunctim in Tribunalibus Sacri Consilij, & Regiæ Cameræ, Don. Ant. de Marin. *quotid. resolut. cap.* 174. *num.* 3. Carol. Marant. *cit. loc.* qui alios plures adducit Danz. *pugna DD. tom.* 1. *tit. de immunit. Eccles. cap.* 2. *num.* 21. *& seqq.* Qui vlterius addit, dummodo inter occisorem, & occisum nulla interuenerit causa rixæ, ita etiam declarasse Clementem VIII. per Breue sub annulo piscatoris ad Archiepiscopum Panormitanum anno 1597. refert Genuen. *in prax. Archiep. cap.* 94. *secundum vltim. impress.*

26 Et dictis collige primò, occidentem amicum post inimicitiam reconciliatum, non dici proditoriè occidere, quia adhuc præsumi possit inter occisorem, & occisum odium, & rancor, & proditorium dicitur quando nullo præcedente cordis rancore patratur homicidium, tenet Ricc. *decis. cur. Archiep. Neapol.* 168. *par.* 1. *num.* 1. Dian. *resol. moral. par.* 1. *resol.* 35. Don. Ant. Marin. *quotid. resol. cap.* 174. *per totum*, vbi id ampliat etiam si occideus fidem dederat de non offendendo occisum, contra Giurb. *consil.* 6. *& contra distinct.* Nouat. *summ. Bull. hoc sind. num.* 78.

27 Collige secundò, occidentem suum inimicum, etiam reconciliatum cum sclopo etiam per insidias, & à tergo, vel ab alio secreto loco gaudere immunitate, quia cùm non occidat sub colore amicitiæ, non dicitur proditoriè occidere, iuxta *decis.* de Franc. 713. tenet Genuen. *in prax. cap.* 94. *num.* 2. probat latè Carol. Marant. *cit. resp.* 46. *per totum*, sequitur Danz. *pugn. DD. tom.* 1. *de immunit. Eccles. cap.* 2. *in casu proposito* 161. *num.* 20. *& licet num.* 22. dicat, quod offendens aliquem incautum de retrò dicatur proditoriè offendere; est tamen intelligendus de offendente amicum iuxta propositam regulam, & dicta per Ambros. *cap.* 6. *num.* 5. Nec propositæ sententiæ obstat Pragmatica huius Regni emanata 12. Aprilis 1614. quæ est 12. tempore Comitis de Lemos, quæ delinquentem cum prædictis armis proditorem reputat, quia illa procedit quoad pœnas, non quoad immunitatem, Danza *cit. loco num.* 29.

28 Collige tertiò, Doctores tenentes occidentem veneno tamquam proditorium, non gaudere immunitate intelligendos esse loqui de occidente amicum, iuxta propositam regulam ad constituendum proditorium necessario requisitam, ita declarant Ricc. *decis.* 262. *par.* 3. Sperel. *decis.* 23. Dian. 6. *par. tract.* 1. *de immunit. resol.* 12. *vers. sed ego veram*, sic declarasse Sacram Congregationem 3. Decembris 1632. Barbos. *de iure Eccles. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 94. *in fin.*

29 Obserua nonnullos DD. tenere grauiter vulnerantem animo occidendi proditoriè, non gaudere immunitate, & hæc sententia est grauium Auctorum, itaque non caret probabilitate de iure communi. Verùm post Bullam, difficile sustineri potest cum Gregorius XIII. expressè loquatur tantum de occidente, & proinde citra omnem difficultatem requiri, quod sequatur mors ad finem priuandi vulnerantem immunitate Ecclesiastica, tenet Farinacc. *de immunit. in append. cap.* 9. *num.* 146. *ad finem*, defendit Dian. *tom.* 6. *tr.* 1. *de immunit. resolut.* 12. *vers. Sed contrariam sententiam* Barbos. *de iure Eccles. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 90. *in fin.* Bonac. *tom.* 2. *disp.* 3. *quæst.* 7. *punct.* 6. §. 3. *num.* 7. qui alios citat.

Notant hic DD. aliqui Matrem, vel alium procurantem abortum, & filios occidentem. Et testem falsum deponentem ex cuius depositionis pœna mortis sequuta est, proditoriè occidere, & proinde non gaudere immunitate, ita Farinacc. *de immunit. in append. cap.* 9. *num.* 139. *& seqq.* & rationem afferunt, quia isti occidunt, quos nullo modo ab occidentibus se præcauere possunt; Contrarium verò iuxta terminos huius Bullæ defendunt aliqui dicentes, quod licet in dictis casibus inter inquisitum, & defunctum non intercesserit inimicitia, vel alius rancor, tamen delictum non est commissum contra amicum sub colore, & simulatione amicitiæ, ita vt amicitia insinat in delictum, quod necessario requiri ad proditorem, notatum est vers. pro intelligentia, tenet Bonac. *tom.* 2. *disp.* 3. *quæst.* 7. *punct.* 6. §. 3. *num.* 4. *& 8.* 30

Sextò, excipiuntur ab immunitate Ecclesiæ Assassini in Bulla, & dicuntur assassini, qui pecunia, vel alio pretio accepto, aut promisso præuio mandato alieno nomine homines occidunt. Hi enim non gaudent immunitate Ecclesiastica ob eorum criminis immanitatem, & ditiatem, ita dicit Ambros. *de immunit. cap.* 7. *num.* 1. Erant olim Assassini populi quidam de Syria, qui à pueritia ita instruebantur, vt inimicos Regis, aut Domini cui obediebant, eius mandato audacter incautos opprimebant, ita dicit Menoch. *de Arbit. cap.* 360. *num.* 41. Et quibus aliqui dixerunt, quod infideles pretio conducti ad occidendum dicuntur Assassini; Sed quicquid sit de antiquitate, hodie siue infidelis, siue fidelis conducti homines occidant dicuntur assassini, Bart. *in l. non solum* §. *si mandato num.* 4. *ff. de iniur. & in l. Cuero ff. de pæn.* Menoch. *cit. loc. num.* 42. Ambros. *cit. loc.* Gratian. *discept. forens. cap.* 598. *num.* 7. 31

Hac immunitate Ecclesiastica priuantur tam mandans, & mandatarius in hoc casu assassinij, quia vterque dicitur assassinium committere, est commune inter omnes Pegr. *de immun. cap.* 7. *num.* 31. Solùm controuertunt DD. de Mediatore in hoc crimine assassinij an gaudeat Immunitate; & quidem magis communis opinio tenet mediatorem prædictum gaudere, ita testatur fuisse decisum per Mag. Cur. Vicar. & confirmatum in gradu appellationis per Sacrum Consilium Neapol. Rouit. *in pragmat.* 1. *de assass. num.* 49. *vers. his tamen*, quem refert, & sequitur Don. Anton. de Marin. *quotid. resol. cap.* 171. *num.* 5. *& seqq.* Massul. ad Capye. *decis.* 112. Dian. *par.* 4. *tract.* 1. *resolut.* 38. Barbos. *de iur. eccles. lib.* 2. *cap.* 3. *sub num.* 97. vbi etiam refert contrarium tenentes DD. non modicè auctoritatis, quos etiam sequitur Bonac. *tom.* 2. *disp.* 3. *quæst.* 7. *punct.* 6. §. 4. *num.* 6. P. Thes. *pract. eccles. par.* 2. *verbo assassinum vers.* 6. Sed in veritate prima opinio est verior, & communior, cui sententiæ non obstat *pragm.* 2. *de assass.* vbi etiam Mediatores, & Cooperatores declarantur assassini, quia pragmatica disponit quoad pœnas, non verò quoad immunitatem Ecclesiæ cui non posset præiudicare, ita Don. Ant. de Marin. *cit. loc. num.* 7. post Giurb. *consil. crimin.* 50. *num.* 20. *& consil.* 90. *num.* 22. 32

Quæri hic posset, an si quis pecunia mediante vulnerauerit aliquem, non tamen occiderit, gaudeat immunitate. Et ad quæstitum distinguendum est, aut quis mandatum habuit ad vulnerandum tantum mediante pecunia recepta, vel promissa, & quia talis non dicitur assassinus propriè, gaudet immunitate, Farinacc. *de immunit. cap.* 8. *n.* 134. *in append.* Grat. *discept. for. cap.* 598. *num.* 9. Giurb. *consil.* 100. *num.* 13. Bonac. *tom.* 2. *disput.* 3. *quæst.* 7. *punct.* 6. §. 4. *num.* 7. qui alios citat Donat. Ant. de Marin. *cit. loc. cap.* 172. qui gaudere defendit, qui pecunia mediante mulieris faciem nouacula inciderat. Aut quis mandatum habuit pretio 33

pretio mediante, ad occidendum, at non potuit occidere, sed tantum vulnerauit animo occidendi, & vt occiderit fecit quantum potuit. Et in hoc casu inter DD. non est concordantia, Grat. *discept. for. cap.* 598. *num.* 6. nimis audacter refert, quod etiam si non sit deuentum ad actum proximum vulnerationis, sed per solam acceptationem mandati, & pecuniam datam, siue promissam assassinus priuatur immunitate; Alij verò tenent, si post mandatum ad occidendum, deuentum sit ad actum proximum vulneris, non gaudere immunitate, ita tenet Peregrin. *de immunit. cap.* 7. *num.* 31. Bonac. *tom.* 2. *disput.* 3. *quæst.* 7. *punct.* 6. §. 4. *num.* 6. *vers. addo hoc*, qui alios citat Dian. *tom.* 1. *tract.* 1. *resol.* 18. Alij, & vltimi tenent mandatarium non priuari immunitate, nisi morte sequuta, etiam si actus proximus intercesserit, & huius opinionis sunt, Layman *lib.* 4. *tract.* 9. *cap.* 3. *num.* 9. Castro Palaus *tom.* 2. *tract.* 11. *disp. vnica punct.* 9. Dian. *tom.* 6. *tract.* 1. *de immunit. resolut.* 18. *vers. verum licet, & seq.* cui opinioni standum sit, vide Farinac. *de immunit. in append. cap.* 8. *num.* 123. *in fin.*

34 Dubitatur, an vel ad inducendum assassinium sufficiat generalis promissio ita, vt occidens ex tali generali promissione immunitate careat. Resp. partem affirmatiuam posse prædictum occisorem cum generali promissione dici assassinum, tenet de Franch. *decis.* 176. vbi Amend. *num.* 4. Contrarium nempè, quod promissio debeat esse certa, defendit Baiard. ad Clar. §. *assassinium num.* 6. & Franc. *discept. for. cap.* 598. *num.* 13. Barbos. *de iur. eccl. lib.* 2. *cap.* 3. *sub num.* 97. & quod non sufficiat promissio generalis, & incerta, Farinac. *de immunit. in append. cap.* 8. *n.* 131. Ambros. *cap.* 7. *num.* 9.

35 Hinc non dicitur assassinus, nec priuatur immunitate, qui occidit spe, vel gratia ductus sine promissione, Gabriel *commun. concl. lib.* 7. *concl.* 1. *num.* 4. Viu. *opin.* 74. *vers.* 7. Baiard. ad Clar. *cit. loc. num.* 7. *& seqq. vbi num.* 11. dicit, quod interficiens aliquem spe consequendi bona, & hæreditatem occisi, non dicitur assassinus, Grat. *consil.* 32. *n.* 45. *& seq.* 2. *vol.* Ambros. *de immun. cap.* 7. *num.* 8.

36 Clarius non dicitur assassinus, nec priuatur immunitate Ecclesiastica occidens, qui recepit à mandante pecunias pro expensis in hospitio faciendis, nec qui recepit rem parui valoris, puta vnum par caligarum, ita Baiard. *cit. loc. num.* 8. Bonac. *cit. loc. num.* 1. *versic. septimo*; Nec, qui occidit animo tantum complacendi alicui, Dian. *cit. loc. resolut.* 18. *vers. vltim. vbi ver. sed etiam desinam*, habetur quid de homicidio fuit cum promissione procurandi officium, vel vxorem.

37 Magna est altercatio inter DD. an occidens infidelem pretio mediante dicatur assassinus ita, vt priuetur immunitate Ecclesiæ vtraque sententia est communis, vt videre est apud Farinac. *de immunit. in append. cap.* 8. *num.* 120. *& seqq.* quid sentiant Moderni, vide apud Bonac. *tom.* 2. *disput.* 3. *quæst.* 7. *punct.* 6. §. 4. *num.* 9.

38 Obserua casum, quem adducit in his terminis, non minus doctus, quam religiosus ac pius, Don. Ant. de Marin. *quotid. resol. cap.* 176. ibi enim probat, quod si ab Ecclesia, vel alio loco immuni fuerit extractus sub prætextu assassinij confuga, non seruata forma Bullæ Gregorij, si deinde post carcerationem constiterit etiam per eius confessionem de assassinio, adhuc est restituendus extractus, prout ante ipsum de Marin. refert decisum Genuens. *in prax. cap.* 22. *num.* 5. *secundum vltim. impres.* sed hoc intellige ad finem, vt seruata forma prædicta, confessus, vel conuictus de assassinio tradatur Curiæ sæculari.

39 Non dicitur assassinus, nec priuatur immunitate, qui pecunia mediante occidit communem inimicum, scilicet inimicum mandantis, & mandatarij; nec etiam quando occidens pecunia mediante occidit præsente parte mandante, tenent DD. communiter, notat Peregrin. *de immunit. cap.* 7. *num.* 45. *& seqq.* sequitur Don. Ant. de Marin. *cit. loc. cap.* 173. *num.* 7. Bonac. *cit.* §. 4. *num.* 5. Dian. *par.* 6. *tr.* 1. *de immunit. resol.* 11. *vers. vnde primo, & seq.*

40 Septimò, Hæretici non gaudent immunitate, expresse enim illos expellit Bulla, dignum enim est, quod qui extra Ecclesiæ gremium secedunt, illius immunitate non gaudeant, & rationibus alijs, quas adducunt DD. communiter in *trac. de immunit.* Remig. *alleg.* 18. Ambros. *cap.* 8. Farinac. *cap.* 13. Peregr. *cap.* 8. *& alij*, quos refert, & sequitur Barbos. *de iure Eccles. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 45. qui omnes idem dicunt de Apostaris à fide eodem modo non gaudere. Et non solum ipsi hæretici, sed illorum fautores, quando eorum crimina coniuncta sunt cum hæresi, non gaudent immunitate, notat post alios Dian. 6. *par. tract.* 1. *de immunit. resol.* 24. *vers. sed hoc in fin.*

Ampliant eandem sententiam DD. etiam ad vehementer suspectum de hæresi, illum adhuc non gaudere immunitate, testantur, id Peregr. *cit. cap.* 8. *num.* 8. Dian. *tom.* 1. *tr.* 1. *de immunit. resol.* 38. *& alij*, apud Barbos. *cit. cap.* 3. *sub num.* 45. 41

Altercantur DD. an hæretici pro crimine hæresis tantum priuentur immunitate, an etiam pro omnibus alijs delictis, etiam ab hæresi seiunctis; & pro vtraque sententia sunt opiniones, vt videre est apud Bonac. *tom.* 2. *disp.* 3. *quæst.* 7. *punct.* 6. §. 5. *num.* 2. & Dian. *par.* 6. *tract.* 1. *de immunit. resol.* 24. Verùm probabilior maximè inter modernos iudicatur sententia illorum, qui tenent tantum pro crimine hæresis priuari immunitate, vt testantur Bonac. & Diana *cit. loc.* post Farinac. *de immunit. cap.* 3. *num.* 172. *in append.* 42

Octauò, & vltimò disponit Bulla, non gaudere immunitate Ecclesiastica committentes crimen læsæ Maiestatis in personam ipsius Principis, quod crimen non erat exceptum de iure communi, vt notant DD. Dicitur crimen læsæ Maiestatis in personam principis omnis actio, quæ in damnum, & offensam personæ Principis est. Hinc occidens, vulnerans, percutiens, coniurans, machinans, hostiliter insequens personam Principis, reuelans hostibus secretum Principis, vt ab ipsis capiatur, dicitur crimen læsæ Maiestatis committere in personam Principis, & proinde non gaudere immunitate, & idem dicitur de consulente, auxiliante, & fauorem præstante, ita declarant Peregrin. *cap.* 10. *num.* 11. Mar. Ital. *lib.* 1. *cap.* 5. §. 7. *num.* 52. Bonac. *tom.* 2. *disp.* 3. *quæst.* 7. *punct.* 7. §. 6. *num.* 10. *& alij.* 43

Reus de hoc crimine læsæ Maiestatis ad hoc, vt non gaudeat immunitate, requiritur, quod sit in personam ipsius principis; Hinc si quis offendit ministros principis, non dicitur committere crimen læsæ Maiestatis in personam principis, & proinde gaudet immunitate, Gambacurt. *de immunit. lib.* 5. *cap.* 45. *dub.* 3. *&* 4. Bonac. *cit. loc. num.* 4. Imò, si quis offenderet vxorem, vel filios principis, nec etiam diceretur committere crimen in personam principis, iuxta terminos huius Bullæ, Farinac. *de immunit. in append. cap.* 14. *num.* 133. Peregr. *cap.* 9. *num.* 6. *vers.* 2. Bonac. *cit. loc. num.* 2. Idem dicitur, si quis offendit statuam principis, vel habentes saluum conductum à principe, vel crimen committeret contra Regnum, vel Prouinciam principis, non enim offenderet personam Principis immediatè, Dian. *tom.* 6. *tract.* 1. *de immunit. resol.* 18. *vers. sed cessat.* 44

In his terminis ad hoc, vt quis non dicatur gaudere immunitate, debet committere læsæ Maiestatis in personam Principis, idest crimen in personam illius, qui in eius iurisdictione superiorem non recognoscit, quem vulgò vocaret Principem Absolutum; idest non recognoscentem superiorem, & independentem, vt est Pontifex, Imperator, Rex, Dux Sabaudiæ, Magnus Dux Etruriæ, Dux Reipublicæ Venetiarum, Ianuæ, Magnus Magister Equitum Hierosolymitanorum, qui habentur loco Principis, cum in eis sit translata omnis pœnas independenter ab alio, declarat Farinac. *de immunit. in append. cap.* 14. 187. *&* 188. Bonac. *cit.* §. 6. *num.* 2. post Decian. Mar. Ital. Iul. Clar. *& alios quos citat.* Vnde, si quis offenderet personam alterius superioris recognoscentis superiorem in iurisdictionem, etiamsi Princeps vocaretur, vel offenderet Proregem, non diceretur committere, crimen immunitatis indignum, sub prætextu læsæ Maiestatis, Farinac. *cit. num.* 187. *in fin.* Nec qui offenderet Consiliarium, vel alium officialem Principis etiam iustitiam regentem, Don. Ant. de Mar. *loc. cit. cap.* 172. 45

Obserua, quod ad hoc, vt tale crimen læsæ Maiestatis committens in personam Principis, non gaudeat immunitate, requiritur, quod sit patratum à subdito, scilicet, vt delinquens sit subditus illius Principis, vel ratione originis, vel domicilij, id enim necessario requiritur ad constituendum crimen læsæ Maiestatis, est commune inter DD. notat Farinac. *de immunit. in append. cit. loc. n.* 191. 46

num. 191. post Mar. Ital. & Ambros. quos citat, latè Bonac. cit. §. num. 12. post Peregrin. de immun. cap. 9. num. 5.

47 In hoc casu ad hoc, vt quis fiat indignus immunitate Ecclesiastica, sufficit, quod committat crimen læsę Maiestatis in personam Principis, ex solo conatu, etiamsi effectus non sit sequutus, puta, si quis tantum ad hoc consilium, vel Mandatum pręstiterit; non tamen sufficit, si tantum ratum habeat post factum, ita tenet post Clar. Farinac. Peregr. & alios Bonac. cit. §. 6. num. 11.

48 Controuertunt hoc DD. an sciens, & non reuelans crimen lęsæ Maiestatis in personam Principis gaudeat immunitate; non gaudere tenet Mar. Ital. lib. 1. cap. 5. §. 7. n. 52. Contrarium nempè gaudeat, tenet Bon. in §. 6. n. 11. in fin. ea ratione, quia Bulla requirit crimen lęsæ Maiestatis in personam Principis, quæ verba maximè illa particula, in, denotat actum positiuum, non negatiuum, ita etiam voluit Pereg. cit. loc. cap. 10. num. 11. & sequitur Dian. cit. resolut. 18. vers. notandum.

49 An autem offendens personam Cardinalis dicatur committere, hoc crimen læsæ Maiestatis indignum immunitate Ecclesiastica, vide vtramque opinionem relatam per Bonac. cit. §. 6. num. 9.

50 Ex dictis collige, quod licet cudens falsam monetam dicatur crimen læsæ Maiestatis committere iuxta l. 2. C. de falsa monet. tamen, quia crimen non est in personam ipsius Principis, proinde excludi non debet ab immunitate Ecclesiæ, & non solum cudentes, sed nec etiam tondentes, Giurb. consil. 20. num. 1. & cons. 30. num. 6. Nouar. summ. Bull. tit. de immunit. Eccles. num. 4. Dian. par. 6. tr. 1. de immunit. Eccles. resol. 19. Barbos. de iure Eccles. lib. 2. cap. 3. num. 122. Vbi adducit decretum Pauli V. in tali casu ad instantiam Proregis Neapoli emanatum, in quo durè licet Monetarij fuerint, traditi Curiæ sæculari, tamen extra casum particularem decreti remanet decisum gaudere.

51 Ex dictis habemus resolutos casus, in quibus confugientes ad Ecclesiam non gaudent immunitate, extra quos casus cōfugiens, pro quantumvis graui delicto est securus in loco immuni, nec à prædictis casibus exceptis fieri potest extensio ad alios casus, imò dicti casu excepti fortius firmant regulam, quoad alios non exceptos iuxta regulam vulgatam, quod exceptio firmat regulam in contrarium quoad casus non exceptos, vt probatur in l. nam quod liquide §. final. ff. de Procurat. & ex l. quæsitum §. denique, ff. de fund. instruct. vbi Bartol. secundo probatur, quia Bulla reducit hanc materiam ad vnicam formam, & excipit casus prædictos cum dictione tantùm, quæ est taxatiua, & includit tantum expressa, & reliqua excludit, & impedit extensionem ad non expressa, prout post multos firmat Barbos. de dictionib. dict. 42. num. 2. & 3. vbi multa de hac dictione. Tertiò, quia in Bulla legimus clausulam sublata, quæ nullam extraneam interpretationem admittit; hanc sententiam defendunt in terminis huius constitutionis Gregorij, Giurba consil. 6. num. 17. & consil. 100. num. 15. Ioan. Ant. Nouar. summ. Bull. titul. de immunit. Eccles. num. 5. vers. sed nec, Marant. controuers. par. 2. resp. 36. num. 29. Don. Ant. de Marin. quotid. resol. cap. 170. num. 10. Chartar. decis. crimin. 46. num. 3. & seqq. Cæsar Loccatellius in Breuiario de Tortura inspect. 5. num. 159. Farinac. de immun. cap. 6. ampl. 5. num. 98. & cap. 16. num. 209. in fragment. par. prima litt. E. num. 144. & 149. Ambros. in eod. tract. cap. 5. num. 5. in fin. Castropalaus tom. 2. tract. 11. disp. vnica punct. 10. num. 6. in fin. Dian. tom. 6. tract. 1. de immunit. Eccles. resol. 25. Vbi non solum in terminis Bullæ, sed in terminis iuris communis probat, quod extra casum exceptum, non datur priuatio immunitatis Ecclesiasticæ.

52 Nota secundò, quod in prædictis casibus, in quibus Bulla disponit reum ad Ecclesiam, vel alium locum immunem confugientem non gaudere immunitate, adhuc non potest Iudex sæcularis illum extrahere propria auctoritate non præcedente licentia Episcopi, vt disponit apertè Bulla ibi, ne autem Curia sæcularis, &c. & notat Donat. Ant. de Marin. quotid. resol. cap. 175. vbi defendit, quod si Iudex sæcularis in casibus exceptis per Bullam extraheret, non seruata eius forma incurreret in censuras illius, sequitur Danz. pugna Doctorum tom. 1. titul. de immunit. Eccles. cap. 1. num. 8. Ricc. in collect. 1792. par. 5. Genuens. in prax. cap. 22. num. 5. secund. vltim. impress. Chartar. decis. crimin. 46. num. 87. Ciarl. controuers. for. lib. 1. cap. 10. num. 33. Dian. tom. 1. tract. 1. de immunit. resol. 14. & tom. 6. tr. 1. resolut. 28. vbi vers. sed negatiuam, & seqq. probat hanc opinionem de iure communi Canonico, de iure ciuili, & in terminis constitutionis, & reprobat contrariam sententiam.

53 Ampliatur sententia, vt extractus sine dicta licentia ante omnia sit restituendus, vt dictum est, supra etiamsi à priuato fuerit extractus, & deinde à familia Curię apprehensus, nam adhuc Iudex sub pœnis, de quibus in Bulla tenetur illum restituere, docet Donat. Anton. de Marin. cit. loc. cap. 175. num. 3. Dian. tom. 1. tract. 1. de immunit. resolut. 16. & alij, testatur in facto proprio, Danz. pugna DD. tom. 1. tit. de immun. Eccles. cap. 2.

54 Cognitionem an reus commiserit, vel non delictum in Bulla exceptuatum ipsa constitutio committit iudicio Episcopi, ad quod DD. secundum magis communem sententiam defendunt non sufficere, quod constet Episcopo de delicto, per coniecturas præsumptiones, & indicia, sed est necesse, vt Episcopo certo constet, per concludentes probationes, tenet Ricc. collec. 1792. Castillus decis. 156. num. 5. Auendagn. de exequ. mandat. par. 1. cap. 22. nu. 9. & seqq. Farinac. de immunit. in append. cap. 22. num. 373. & seq. Ambros. de immunit. cap. 11. num. 4. vbi pluribus rationibus probat opinionem Mar. Ital. eod. tract. lib. 1. cap. 6. §. 1. num. 80. & seq. Barbos. de iure Eccles. lib. 2. cap. 3. num. 168. Dian. tom. 3. tract. 1. de immunit. resol. 38. & tom. 5. tract. 1. de immunit. resol. 9. vers. notandum est etiam, Gambac. de immunit. lib. 6. cap. 14. 15. Bonac. tom. 2. disp. 3. quæst. 7. punct. 7. §. 7. num. 8. Gabr. cens. 170. num. 26. lib. 1. multa ad hoc cumulat Ricc. in prax. par. 2. resolut. 38. quem refert & sequitur Bell. disq. cler. par. 1. tit. de fauor. cler. real. §. 4. num. 50. qui licet post Farinac. per eos allegatum referant Clementem VIII. declarasse sufficere sola inditia, nihilominus talis declaratio non demit huic opinioni generali; nam illa fuit particularis, per Breue directum Archiepiscopo Panormitano vti contradictioni benè respondent Nauat. summ. Bull. tit. de immunit. Eccles. par. 1. num. 88. in fin. & Dian. par. 6. tract. 1. de immunit. Eccles. resol. 9. vers. nec facit, & seqq.

55 Contra hanc sententiam potest adduci argumentum supradictum à praxi; videmus enim practicari in quibusdam Curijs Ecclesiasticis Episcopos reijcere testes super qualitatem delicti, quæ priuat confugientem ad Ecclesiam illius immunitate, parte non citata, & secundum dicta eorumdem testium iudicatur reum esse remittendum; sed certum est in iure, quod testes examinati parte non citata non probant per cap. 2. de testibus, vbi DD. communiter plura Farinacc. de test. titul. de oppos. contra exam. test. quæst. 72. ergo in hoc casu poterit stari probationi minus sufficienti & sic inditijs, & coniecturis, contra propositam sententiam.

56 Respondetur in hoc casu ad saluandam praxim posse dici, quod tales testes probant ad hunc effectum, quia in tali causa agitur coram Iudice, qui possit iudicare secundum suam conscientiam, & qui possit procedere sine causæ cognitione, quo casu testes probant sine tali citatione, vt post alios firmat Farin. cit. loc. num. 60. & 62. Vlterius pars principalis in hac causa non est reus extrahendus, sed ipsa Ecclesia, quæ iudicari debet an gaudeat, vel non immunitate, quæ Ecclesia pars principalis interuenit in hoc examine, cum pro ea interueniat Episcopus, vel alius officialis loco illius. Hæc pro defensione praxis, vnde in Curia, in qua illa non esset, & in dubio est citandus reus secundum opinionem Farinac. Ciarlin. & Gambacurt. quos refert, & sequitur Dian. cit. par. 6. resol. 30. vers. quæro tertio.

57 Solet dubitari in hoc casu an Episcopus teneatur stare processui facto coram Iudice sæculari ad finem cognoscendi, si reus gaudeat, vel non gaudeat immunitate; pars negatiua simpliciter, videtur magis communis, & securior, quod indubitatè procedit, quando adhuc viso processu prædicto Episcopus esset dubius, vel aliquam suspicionem ex illo colligeret, tunc omnino tenetur examinari facere testes in eius Curia, Nauarr. sum. Bullar. tit. de immun. Eccles. num. 88. qui testatur id seruari in Curia Archiepiscopali Neap. Vulp. in prax. cap. 3. num. 22. Guazz. tom. 1. def. 1. cap. 30. num. 7. Peregr. de immun. cap. 3. num. 2. Mar. Ital. eod. tract. lib. 1. cap. 6. §. 1. num. 79.

Bell. *disq. cler. cit.loc. num.51. in fin.* Bonac. *tom. 2. disp.3. quæst.7.punct.7.num.9.* Dian. *tom.6. tract.1. de immun. Eccles. resol.9.* Ricc. *in prax.2. par. resol.450. num.3. qui alios citant*, & hæc sententia est conformis iuris regulæ, quod acta facta coram vno Iudice non probant, coram alio maximè inter diuersas personas nempè Fiscum, & Ecclesiam; & facit similis opinio, Iul.Clar.§.*fin.quæst.36. num.49.* vbi tenet, quod quando Iudex sæcularis remittit clericum ad Iudicem Ecclesiasticum, hic non tenetur stare processui illius, ea ratione, quia acta sunt facta coram Iudice incompetenti. Sed Iudex sæcularis est incompetens, quoad hanc cognitionem per Bullam ergo, &c. Hæc de iure, & iuxta terminos huius constitutionis saluo stylo alicuius Curiæ Ecclesiasticæ, & vbi Bulla non est vsu recepta.

58 Hæc enim cognitio, si reus gaudeat, vel non gaudeat immunitate, committitur per Bullam solis Episcopis, quæ tamen reseruatio non est facta ad exclusionem Vicarij generalis ipsius Episcopi, vt notant communiter DD. sed tantum ad exclusionem ordinariorum Episcopo inferiorum; Vnde si casus occurrit in Ecclesia, quæ subest Prælato Episcopo inferiori, vel est sita in nullius Diœcesi, talis cognitio ab Episcopum viciniorem spectat, ita deciditur in eadem Bulla, notat Ambros. *de immunit. Eccles. cap. 11. sub num.1. vers. vt Curia*, Bell. *disq. cleric. par. 1. tit. de fauor. cleric. vend. §.4. num. 51.*

59 Dicitur Episcopus vicinior ille, cuius Cathedralis prędictæ Ecclesię exemptæ, proximior est, non autem locis dictæ Ecclesię subiectis, ita testatur voluisse Sacram Congregat. Concil. die 2. August. 1596. Sell. *elect. Canon. cap. 3. num. 75.* & refert Barbos. *summ. Apost. decis. verbo Episcopus vicinior num. 1.* post Aldan. *comp. Canon. resol. lib. 3. tit. 2. num. 6.* probat abundè Gambacurt. *de immun. lib. 6. cap. 13. vbi in fin.* dicit, quod hic vicinior cognoscit de hac causa tamquam ordinarius, non tamquam delegatus.

60 A decreto Episcopi concedentis, vel denegantis licentiam, & remissionem prædictam ad Curiam sæcularem, non dari appellationem, disponit eadem Bulla, ibi, *quacumque appellatione postposita*; in quibus terminis notant DD. non solum reum a decreto remissionis, sed nec Fiscum à decreto denegante remissionem, posse appellare, cum in tali causa generaliter Bulla, prohibeat appellationem, docet Peregr. *cap.16. num.33.* Ciarl. *controu. for. cap.10. num. 155. & seqq.* Sperell. *decis.65. per tot.* Dian. *par.3. tract.1. resol. 33. in fin. & latius 6. par. resol.30. vers. quæro quinto*, Bonac. *tom.3. disp.3. quæst.7. punct.6. num. 11.* Barbos. *de iur. Eccles. lib.2. cap.3. num.169.* contra Mar.Ital. *cap.6. §.1. n.33.* & Gambac. *lib 6. cap. 17. num.3.*

61 Sed in hac denegatione appellationis reperiuntur, duæ limitationes prima, dari in hoc casu appellationem, quando constat de notoria iniustitia decreti, docet Ciarlin. *controuer. for. cap.116. num.69.* secunda, quando Iudex Ecclesiasticus declarauit reum, non gaudere immunitate ipso inaudito, ita Zipęus *Consult. Canon. lib.3. tit. de immun. Eccles. consil.6.* & vtramque limitationem adducit Dian. *par. 6. resol. 30. vers. vnde licet*, quæ limitationes licet in iure defendi liberè possint, prout defendit Gambacurt. *de immunit. lib.6. cap. 20. num.4. qui vlterius num. 5.* tenet, quod Iudex ad quem debet in tali appellatione audire reum, saltem per viam nullitatis, & constito de grauamine illud emendare, tamen in praxi hæc appellatio parum solet operari; tam certum est illam non suspendere iudicium, vnde Iudex sęcularis, postquam recepit reum, qui appellauit non expectato exitu appellationis, contra illum procedit ad sententiam, & ad mortem vt plurimum.

62 Obserua, quod licet in hoc casu remoueatur appellatio per Bullam, non tamen censetur remota recusatio; vnde posse reum Episcopum, vel alium ab eo deputatum procedentem in hac causa, tamquam suspectum recusare defendit validis rationibus, Gambacurt. *cit. loc. lib. 9. cap. 24. per totum.*

63 Solet hic dubitari, quid agendum, si Episcopus, vel ab eo deputatus, sit dubius an reus commiserit, vel non, delictum, ob quod immunitate venit priuandus; quo casu Gambacurt. *cit. lib. 6. cap. 16.* conatur inuenire rationes, posse in dubio iudicari contra reum. Verùm, quia illæ non inueniuntur, ipse eodem *loc. num. 11.* Concludit iudicandum esse reum gaudere, etiamsi constet de delicto, sed tantum dubitetur de qualitate priuante immunitate; & licet possit Episcopus in casu dubio adhibere maiores diligentias examinando, vel examinari faciendo plures testes, & similes, vel si casus est dubius, de iure adhibere plures Iudices, & peritos, prout aduertit idem Gambacurt. *ibidem num. 9. & 10.* tamen, si adhuc casus remanet dubius iudicandum est pro immunitate, quia in dubio, & in conflictu opinionum, est amplectenda illa, quæ fauet Ecclesiæ, tenent Giurb. *consil. 10. num. 25. in fin.* Farinac. *de immunit. cap.8. num.123. in fin.* Carol. Marant. *par.2. resol.36. num. 11. & resp.51. num. 12.* Sperell. *decis.60. num. 13.* Dian. *par.1. tract.1. resol.63. par.5. tract.1. resolut.23. & par.6. tract.1. resol. 30. vers. vltimo.*

Nota 3. prædictam licentiam extrahendi reum ab Ecclesia, vel alio loco immuni in casu, quo immunitas illi non suffragatur, & in delicto excepto per Bullam dandam esse ab Episcopis præcedente requisitione Curiæ sęcularis, vt ipsamet Bulla disponit ibi, *quando à Curia sæculari fuerint requisiti, & quilibet eorum fuerit requisitus.* Hinc aduertunt DD. non obligari Episcopos pręcepto extrahendi reos, etiamsi cognouerint aliquod ex delictis, non gaudentibus commisisse, nisi quando à dicta Curia sæculari fuerint requisiti. Verùm, si Curia sæcularis id negligeret, & Episcopus cognosceret reos abuti immunitate Ecclesiastica, & ob hoc delinquentes fieri procliuiores ad similia delicta, potest etiam non præcedente instantia Curiæ sæcularis, reos prædictos, de talibus criminibus imputatos, ad carcerem Ecclesiasticum ducere, eosque repertos culpabiles ad Curiam sæcularem consignare, ita obseruat Gambacur. *de Immunit. Eccles. lib.6. cap.16. num.3.* 64

Nota 4. quod pendente cognitione coram Episcopo, an reus gaudeat, vel non gaudeat immunitate, & an verè commiserit delicta in Bulla excepta, permissum est posse cum licentia Episcopi, & interuentu personæ ab eo deputatæ reum, à loco immuni extrahere, & ad carceres Curię Episcopalis ducere; imò, si Episcopus ad id negligens, vel renitens fuerit, permittitur in eadem Bulla Curiam sęcularem posse reum extrahere sine scandalo, & tumultu, & illum ad prædictos carceres reponere; quod obserua permissum esse in casu, quo reus commisit delictum exceptuatum, & pendente cognitione super immunitate, vt demonstrant aperta verba Bullæ; Quod, si apertè constat delictum gaudere immunitate, non potest Episcopus licentiam prædictam concedere, nec Episcopo recusante Curia sæcularis, per se extrahere alias incideretur in censuras eiusdem Bullæ, nam quod in vno casu tantum permissum ęst, in alio censetur prohibitum, probat apertè Gambacurt. *l.6. cap.4. in primis numeris, vbi sub num.2.* aduertit Episcopos, in danda licentia prædicta carcerandi reum, necessario requiri, vt saltem ex narratione Fisci, vel partis læsæ casus ita depingatur, vt saltem apparentiam quandam habeat alicuius prædictorum delictorum, publici latrocinij, Grassatoris viarum, homicidij, proditorij, assassinij, &c. 65

Ex prędictis collige 1. extra casus prędictos exceptos, non posse Episcopum licentiam prædictam extrahendi reum, à loco immuni concedere, nam dum extractio conceditur in Bulla in certis casibus censetur denegata in reliquis tenent, Bonacin. *tom.2. disp.3. quæst.7. punct.7. num.3.* Castro Palaus *tom.2. tract.11. disp. vnica punct. 11. num.5.* Dian. *tom.6. tract.1. resol.32. vers. sed stante*, Donat. Ant. de Marin. *quotid. resol. cap. 170. num. 10.* & alij notatum est etiam supra. 66

Collige secundò, an conforme sit dispositioni Bullę reum extractum pendente cognitione an gaudeat ducere ad carceres Curię sęcularis, vel in vinculis detinere in eadem Ecclesia, de quibus vide apud Dian. *tom.6. tr.1. resol. 32.* 67

Dubitari solet in his terminis, si carceres Curię Ecclesiasticę non sunt firmi, & securi an possit reus duci ad carceres Curię sęcularis pendente iudicio an gaudeat, vel non gaudeat immunitate. 68

Respondetur Bullam prouidisse in hoc casu, ac mandasse Episcopum posse, vti ad custodiendum reum custodia Curię sęcularis, ibi, *opportuna custodia data illis, si opus fuerit, per Curiam sæcularem*; Vnde, quia carcer vtcùmque debilis, fit firmius per custodiam, & per compedes, & vincula, non debet Episcopus, sub prętextu securitatis rece-

recedere à verbis Bullæ, quicquid dicat Gambacurt. *lib. 6. cap. 6. num.* 3. qui sub colore dubij, ne subornentur custodes, aliter videtur sentire, nam facilius est subornare vnicum custodem carceris, quam multos, & proinde periculum subornationis militat in quocumque Carcere.

69 Diximus cum Bulla, quod quando reus, qui ad Ecclesiam confugit, commisit delicta, pro quibus non gaudet immunitate, possit de licentia Episcopi, pendente cognitione an gaudeat, extrahi, & ad carceres Episcopales duci, idque etiam si Episcopus renuat, talem licentiam concedere, quibus in casibus siue extrahatur cum licentia Episcopi, siue dissentiente Episcopo, semper extractus ducendus est ad carceres Episcopales, vt ex verbis ipsius Bullæ, probat Gambacurt. *cit. c. 6. n. 4.* Quod, si Episcopus renuat reum recipere ad suos carceres, nunc quid agendum, nec Bulla disponit, nec DD. notant; sed cùm casus in facto occurrisset, consului Ministris sæcularibus cuiusdam oppidi huius Regni, vt interim custodito in Ecclesia reum, qui delictum exceptum commiserat, recursum haberent ad Archiepiscopum, à quo procurarent compelli suffraganeum ad procedendum iuxta formam Bullæ Gregorij XIV. in materia immunitatis. Quid agat episcopus, si Ministri Curiæ sæcularis extractum, ducant ad suos carceres sæculares, vide Gambacurt. *cit. loc. cap. 7. per totum.*

70 Cognito igitur reum patrasse delictum, propter quod priuatur immunitate Ecclesiastica per Bullam, tunc Episcopus, vel ipse, vel alius de mandato consignare, & tradere tenetur illum Curiæ sæculari, quacumque appellatione postposita, vt disponitur in Bulla ibi tuncque demum, &c. cui traditioni, & consignationi non est necesse, vt Episcopus, vel alius Minister eius nomine se protesteur, quod non intendit mortem, vel mutilationem, cum in hoc casu non possit dubitari de irregularitate, dum adest expressa dispositio Pontificis, notat etiam Gambacurt. *lib. 6. cap. 26. num. 5.* P. Thesaur. *in praxi Eccles. p. 2. verbo immunitatem localem cap. 1. vers. & tunc*, vbi paulò inferius probat, quod non euadent irregularitatem Episcopus, & alij eius Ministri Clerici, qui tradunt reum Curiæ sæculari in casu non permisso in Bulla, si mors, vel mutilatio sequatur, etiam si id fecerunt præmissa cautione, & protestatione impunitatis.

71 Nota 4. controuerti in his terminis, an possit Vicarius sede vacante iudicare, an reus gaudeat, vel non immunitate, & licentiam extrahendi concedere in casu permisso ex verbis Bullæ ibi ad quos solos non alios Episcopis inferiores, tenet Mar. Italia *de Immun. lib. 1. cap. 6. §. 1. num.* 42. Vicarium Capitularem non habere talem potestatem. Opinionem contrariam, & affirmatiuam defendit Peregr. *de immunit. cap. 3. num. 33. & seqq.* quem sequitur Dian. 6. *par. tract. 1. resolut.* 30. *vers. quare primo*, si occurrat casus in Diœcesi Ecclesia Vacante, secus, si in loco exempto, vel nullius Diœcesis ea ratione, quia *cap. vnicum de maior. & obed. in 6.* Concedit facultatem Capitulo sede vacante exequendi ea omnia, quæ ex Iurisdictione ordinaria exequi poterat Episcopus dum viueret, tenet etiam Bonac. *tom. 2. disp. 3. quæst. 7. punct. 7. num. 6. vers. secundo dubium est.*

72 Hæc licentia Episcopi extrahendi reum à loco immuni in casibus, in quibus Bulla permittit extractionem, debet esse expressa, vt verba ipsius Bullæ, ibi, *sine expressa licentia Episcopi demonstrant*, vnde non sufficere tacitam, defendit Bonac. *tom. 2. disp. 3. quæst. 7. punct. 7. num. 6. vers. tertio dubium est*, & alij contra Gambacurt. *de immunit. lib. 8. cap. 10. num. 7.* In casu verò, quo Episcopus denegat licentiam extrahendi reum imputatum de crimine à Bulla excepto, & proinde in eadem Bulla permittitur Ministris sæcularibus illum extrahere cum minori, quo fieri possit scandalo, & tumultu, illumque ad carceres Episcopi ducere, & custodire, tunc non requiritur expressa denegatio licentiæ, sed sufficit tantum recusatio, nam Bulla vtitur tantum verbo *recusauerint.*

73 Nota 5. Clericos, & personas Ecclesiasticas malè agere defendendo Reum in loco immuni, quando delictum commisit, per quod Reus priuatur immunitate per Bullam, vnde, si in tali casu reum occultant, vel se opponunt Iudici sæculari extrahenti cum licentia Episcopi, & interuentu personæ Ecclesiasticæ, peccant, & debent puniri per Episcopum, quia se opponunt dispositioni huius Bullæ, cuius intentio est, vt rei in casu, quo non gaudent immunitate tradantur Curiæ sæculari, & puniantur; Hinc cùm hoc anno 1647. Fratres Sancti Augustini, in conuentu sub titulo eiusdem Sancti in hac Ciuitate Neapolis, se opposuissent extractioni faciendæ ab eodem conuentu, per Regios Ministros cum licentia Eminentissimi Cardinalis Archiepiscopi, & interuentu personæ, per eum deputatæ, fuerunt grauiter puniti, & in particulari superior illorum. Et licet Clerici in casu, quo reus immunitate gaudet, possint illum defendere pro conseruatione Immunitatis Ecclesiæ contra extrahere volentes, non tamen id facere debent cum armis, seu alias cum periculo effusionis sanguinis, quia Ecclesia non est defendenda more castrorum, sed id faciant, vel fores claudendo, aut reum retinendo, & abstrahendo de manibus illorum, &c. vel per censuras Ecclesiasticas tuendo immunitatem, Suar. *lib. 3. cap. 13. num. 4.* Sanch. *opus. lib. 6. cap. 1. dub. 7.* Selleck. *disquisit. cler. par. 1. de fauor. cler. real. §. 4. num.* 43. Layman *lib. 4. tract. de Immunit. cap. 3. num.* 14. Vnde, si mors aut mutilatio sequatur ex facto clericorum defendentium, ipsi erunt irregulares, P. Thes. *in prax. Eccles. 2. par. verbo immunit. cap. 1. vers. cauendum in fine.*

Nota 6. extrahentes reum de loco immuni, aut ei in loco immuni existenti aliquid nocumenti inferentes in personam, aut bona, quæ secum tulit incurrere ipso facto in censuras, & pœnæ, quæ promulgatæ sunt contra violatores libertatis, iuris, & immunitatis Ecclesiasticæ, per Sacros Canones, & Conciliorum generalium, ac Summorum Pontificum constitutiones; ita disponit hæc Bulla, & quia contra violatores prædictas diuersæ fuerunt promulgatæ pœnæ, & Censuræ, illas omnes incurrunt extrahentes, ac contrafacientes dispositioni huius Bullæ; quas omnes refert Gambac. *de immunitat. lib. 8. cap. 3. & seqq.* & Barbos. *de iure Eccles. lib. 2. cap. 3. num. 160. & seq.* ibi se remisso, & quia inter illas magis frequens est excommunicatio, de hac notanda sunt aliqua. 74

Qui ergo contra vel præter hanc constitutionem attentare præsumpserit, incurrit pœnam excommunicationis latæ sententiæ, testatur Genuens. *in prax. cap. 17. n. 1.* Farin. *de Immunit. Eccles. n.* 311. Barbos. *de iure Eccles. lib. 2. cap. 3. n. 165. & seq.* Bonac. *tom. 2. disp. 3. quæst. 7. punc. 9.* Castro Palaus *tom. 4. de Relig. tr. 11. disp. vnica punct. 12. num.* 13. P. Thesaur. *in prax. Eccles. 2. verbo immunitatem localem &c. cap. 1. n. 1. & alij*, qui omnes, licet defendunt ex hac Bulla Gregorij excommunicationem prædictam esse latæ sententiæ, vt habetur expresse ex verbis illius, ibi, *declaramus eum ipso facto censuras, & pœnas easdem incurrere, &c.* tamen tenent, quod de iure communi præscindendo à dispositione Bullæ, nulla erat imposita censura latæ sententiæ, prout apertè notat P. Thes. *eod. loc. vers. de iure autem.* Verùm hæc opinio facilè conuincitur, nam in iure communi reperiuntur nouem excommunicationes latæ sententiæ promulgatæ, contra violatores libertatis iuris, & immunitatis Ecclesiasticæ, quas incurrunt transgressores, huius Bullæ vigore illius dispositionis, *primo in cap. nouerint de sententia excommunic.* 2. *in cap. grauem eod. tit. de sent. excommunic.* vbi excommunicantur, excommunicatione latæ sententiæ statuta facientes contra libertatem Ecclesiasticam. 3. *in cap. quoniam de immunit. Eccles. in 6.* in quo excommunicantur censura latæ sententiæ Iudices sæculares, & Domini temporales impedientes prosecutionem litium, & causarum vigore literarum Apostolicarum commissarum inter personas, vel res ad forum Ecclesiasticum subiectas. 4. *in cap. vnico de his, quæ vi, &c. in 6.* quo loco excommunicantur censura latæ sententiæ cogentes ad absoluendum illos, a quibus excommunicati fuerunt. 5. *in cap. quicumque de sent. excom. in 6.* vbi excommunicantur etiam ipso iure dantes licentiam offendendi in personam, vel in bonis eos, qui protulerunt sententiam censuræ contra Dominos temporales, vel eorum Ministros. 6. *in cap. quamquam de censib. in 6. in quo tex.* etiam excommunicantur censura latæ sententiæ exigentes à Clericis, aut Ecclesijs onera sæcularia. 7. *in cap. eos de immunit. Eccl.* vbi excommunicantur quoque censura latæ sententiæ Domini temporales, exigentes gabellas, per indirectum à Clericis prohibendo sæcularibus, ne illis necessaria, vel obsequia præstent. 8. in Concil. Trid. *sess. 22. cap. 11.* in 75

quo excommunicantur censura latæ sententiæ impedientes, quocumque colore, ne fructus percipiantur à debitoribus locorum piorum, & occupatores quarumcumque obuentionum pijs locis applicandarum, vt latius ibidem. Prædictæ excommunicationes dicuntur latæ contra violantes iura libertatis, & immunitatis Ecclesiasticæ.

76 Hanc excommunicationem latæ sententiæ, quam incurrunt extrahentes reum, à loco immuni, vel alias præter, vel contra hanc constitutionem Greg. facientes, non esse Pontifici reseruatam, & consequenter posse ab illa Episcopum absoluere tenuerunt aliqui DD. ita Genuens. *in prax. cap.* 22. *num.* 3. Bonac. *tom.* 3. *disp.* 3. *quæst.* 8. *punct.* 9. Nonat. *summ. Bull. tit. de immunit. Eccles. num.* 97. Dian. *par.* 1. *tr.* 1. *de immun. Eccles. resol.* 41. Verùm contraria sententia, nempè, quod hæc excommunicatio sit Sanctissimo reseruata, nec ab alio absolui possit, est verior, & seruatur in praxi; Probat Farinac. *de immunitat. cap.* 50. *num.* 315. *in append.* qui confutat Genuens. voluit etiam Mar. Ital. *lib.* 1. *de Immun. cap.* 6. §. 2. Peregr. *eod. trac. cap.* 5. *num.* 8. *& seqq.* Barbos. *de potest. Episcopi allegat.* 50. *num.* 167. *& de iure Eccles. lib.* 5. *cap.* 3. *num.* 167. Filliuc. *tom.* 1. *tr.* 15. *cap.* 6. *quæst.* 8. *num.* 148. *&* 155. Ricc. *decis.* 124. *num.* 7. *par.* 4. Duard. *in Bull. Cœn. lib.* 2. *Can.* 15. *quæst.* 10. *num.* 19. Pater Thes. *in prax. Eccles.* 2. *par. verbo immunitatem localem, &c. cap.* 1. *vers. hæc autem latè*, Marant. *controuers. tom.* 2. *resp.* 35. *num.* 14. *& seqq.* qui testantur, hodie rem esse certam, ex decreto Sacræ Congregationis Immunitatis edito anno 1631. & ex decreto Clem. VIII. de quinque casibus reseruatis cum derogatione ad omnia priuilegia. Hinc Bonac. *tom.* 3. *tit. de excommun. in partic. extra Bull. Cœn. disp.* 2. *quæst.* 3. *punc.* 16. §. 16. *num.* 2. *vers. vltimo*, qui contrariam tenuit sententiam, ab illa discedendo, testatur, hanc secundam esse in praxi tutiorem, & sic fuisse decisum in prætorio Sacræ Pœnitentiariæ, & sic declarasse Sacram Congregationem, Curiam Neapolitanam, malè absoluisse; extractores quosdam, testatur idem Marant. *loc. cit. num.* 32. Hinc communiter Episcopi, se abstinent à tali absolutione concedenda.

77 Duo solent adduci difficultates in hac materia, prima, an scilicet tentantes extrahere reum à loco immuni, non tamen sequuta vera extractione, incurrant hanc censuram, & excommunicationem. Secunda, an priuata persona extrahens, incurrat eandem excommunicationem, quantum ad primam, Gambac. *de Immun. Eccles. lib. vlt. cap. vlt. num. vlt.* tenet ex sola tentata extractione, effectu non sequuto, non incurri censuras, & pœnas huius constitutionis; Contrariam sententiam, quod incurratur in excommunicationem prædictam ex solo conatu, & tentata extractione, per actum proximum, etiam si effectus non fuerit subsequutus defendunt communiter alij, ita Farinac. *de immunit. in append. cap.* 20. *num.* 325. qui citat Decian. Dian. *tom.* 1. *tract.* 1. *resol.* 15. Bonac. *tom.* 2. *disput.* 3. *quæst.* 7. *punct.* 9. *num.* 4. qui etiam adducit Mar. Ital. & Peregr. P. Thes. *in prax. Eccl. par.* 2. *verbo Immunitatem localem vers. procedit autem*.

78 In secunda difficultate, Gambac. *cit. loc. cap.* 7. *num.* 4. *&* 5. quem sequitur P. Thes. *cit. loc. in fin.* defendit priuatam personam extrahentem reum à loco immuni, non incurrere hanc excommunicationem, cum Bulla loquatur contra Ministros Curiæ sæcularis. Verùm contrariam sententiam nempè, quod incurrat etiam priuata persona attentans præter, vel contra hanc constitutionem, defendunt Genuens. *in prax. cap.* 22. *num.* 6. Suar. *tom.* 1. *de relig. trac.* 2. *lib.* 3. *cap.* 13. *n.* 17. Peregrin. *de Immunit. cap.* 14. *n.* 10. Bonac. *tom.* 3. *de excomm. in particul. extra Bull. Cœn. disp.* 5. *qu.* 3. *punct.* 16. §. 14. *n.* 9. & rationem adducunt, quia Bulla generaliter loquitur dicens, quod si quis quacumque dignitate, & auctoritate præditus, præmissorum, aut alio quouis prætextu quicquam præter, aut contra huius nostræ constitutionis tenorem attentare præsumpserit, &c.

79 Item mandans in carceres detrudi, & carcerans violenter extractum ab Ecclesia, licet extractioni non consenserit, incurrit etiam excommunicationem, censuras, & pœnas de quibus in hac Bulla, cùm ibi non solum prohibeatur extrahere, sed etiam capere, & carcerare, ita Bonac. *tom.* 3. *cit. disp.* 2. *quæst.* 3. *punc.* 16. §. 14. *num.* 10. contra Suar. verum opinio Bonacin. potest defendi postquam Iudex carcerans notitiam habuit extractionis, & valens non restituit extractum ad Ecclesiam.

Quando Ecclesiastici contrafaciendo dispositioni hu- 80
ius Bullæ incurrant censuras, & pœnas illius, vide Gambac. & Bonacin. *cit. loc.* vbi alia inuenies ad eandem materiam.

OBSERVATIONES

D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *LAtrones publici ab immunitate exceptuati, qui dicantur.*
2 *Homicidium committens in atrio, scalis, Cœmiterio, vel Dormitorio gaudet immunitate, iuxta Ventrigl. & alios.*
3 *Homicidium appensatum in Ecclesia est exceptuatum.*
4 *Contra opinionem Ventrigl. & alios plures opinio Card. de Luca.*
5 *Partes accessoria debent sequi naturam sui principalis.*
6 *Refertur quadam praxis S. Congregationis pro demolitione Ecclesiarum campestrium.*
7 *Existens in Ecclesia si cum archibuscio occidat manentem extra Ecclesiam, an gaudeat immunitate?*
8 *Extrahens ab Ecclesia, & occidens extractum, an gaudeat immunitate?*
9 *Domus Episcopi quando gaudeat immunitate.*
10 *In dubio violationis immunitatis quid practicet Sacra Congregatio?*

EXceptuati sunt ab immunitate publici latrones. Infert 1
Ventrigl. *num.* 3. omnes alios latrones non publicos admittendos ad immunitatem.

Aliter videtur velle Nouar. *in summ. Bullar. tom.* 2. *tit. de immunit. Eccles. num.* 3. ex Farin. *de immunit. num.* 152. Præs. Merlin. *contr.* 64. vt publici latrones dicantur etiam committentes latrocinio in domibus priuatis si cum armis talia patrauerint, & cum violentia, & pluries, vt de patrantibus facta de nocte intus Ciuitatem, Merlin. *vbi supra*.

Latronem apud Criminalistas exemplificat Card. de Luc. *d. discurs.* 11. *num.* 6. non omnem, & quemcumque latronem in specie immunitatis, sed solum illum, qui publicus, & famosus sit, publicatum viarum grassator, qui ob Principis contemptum, ac Reipublicæ turbationem cum impedimento libertatis commercij humani, rebellis, ac diffidatus dici mereatur, publicusque hostis, cui propterea irrationabile, ac inhumanum esset istud præsidium concedere ex deductis per Chartar. *dec.* 9. & del Bene *d. cap.* 16. *dubit.* 13. *&* 14. Seu dicitur is, qui cùm formali violentia publico in via rapinas committit studiosè ab initio opprimendo eos, quibus pecunias, aliaque bona vult auferre, non autem si volens tamquam fur clam, & occultè bona furari incedat armatus principaliter ad suam defensionem, & ne captus in fraganti detineatur, vnde propterea incidenter, seu casualiter cum armis aliquam violentiam inferat, cùm non per hoc dici possit formale latrocinium. At expendendus est Merlinus *d. contr.* 64. *tom.* 1. cum Pac. Iordan. *tom.* 2. *lib.* 1. *tit.* 3. *de immunit. num.* 311. vbi de furante in platea cum violentia.

Homicidium, vel mutilationem committens in quouis 2
loco immuni siue in atrio, vel cortili Ecclesiæ, siue supra eius tectum, vel scalis, siue in Monasterio, aut dormitorio dummodo non in ipsa Ecclesia, vel cæmiterio, gaudet immunitate, probat Ventrigl. à *num.* 10. *vsque ad num.* 14. & dixi in *obser.* 402. de Franch. Pignatel. *cons.* 169. *per tot.*

Ratio assignatur, quia casus homicidij, & mutilationis in Ecclesia, vel cœmeterio cum sint exceptuati, tum ob dictionem *In*, quæ intrinsecitatem denotat. Tum ex generali axiomate, vt in odiosis, & restrictiuis stricta interpretatio fieri debeat, locum non habeat, vbi homicidium sequeretur in atrio, vel in scalis, siue in Campani-

li,

li, aut in adiacenti conuentu, cui eadem immunitas competeret.

3 Declara, vt adhuc si homicidium in Ecclesia, vel cœmeterio commissum sit, quoties non appensatè, ac præmeditate animo, sed causaliter, & in rixa in calore certaminis sequutum esset, & homicida non sit auctor rixæ exceptuatio non intrat, Farin. *in append. de immunit. num.* 238. *& seqq.* Chartar. *decis.* 74. *num.* 12. Sperell. *decis.* 59. *num.* 56. Vermigliol. *cons.* 203. de Luca *vbi sup. discurs.* 10. *num.* 4.

4 Nihilominus relinquendo locum veritati, Card. de Luca *d. discurs.* 10. *num.* 7. suum iudicium subijciendo Sacræ Congregationi probabilius putat nullam congruere differentiæ rationem inter homicidium commissum in Ecclesia, vel locis adiacentibus, dum idem priuilegium vtrisque conuenit, quodque Ecclesia, & cœmeterium sient demonstratiuè, & non taxatiuè.

Ad id ponderando, quod apud Sacros Canones de Ecclesiastica immunitate loquentes, Ecclesiarum, & cœmeteriorum mentio solum habetur. Immunitas autem Sacristiæ, atrij, schalarum, Campanilis, vel adiacenti domus habitationis Parochi, vel regularium prouenit ex interpretatione Doctorum se fundantium in ratione, quod hæc implicitè veniant sub nomine Ecclesiæ tamquam eius partes, & membra, & consequenter cum istæ partes, vel officinæ non gaudeant immunitate de per se independenter ab Ecclesia, sed accessoriè, & consequutiuè tamquam partes, & membra, seu appendicia. Hinc proinde Pontifex Papali stylo loquutus est eo modo, quo canones antiqui loquuti sunt, ita vt sub nomine Ecclesiæ explicando omnes eius partes accessorias, & appendicias.

5 Prætetea partes accessoriæ debent sequi naturam sui principalis scilicet Ecclesiæ, quæ cùm non gaudeat si delictum sit in ea commissum. Consequenter neque partes accessoriæ, *cap. non debet de regul. iur. in* 6.

Aliter maiori priuilegio gaudebunt partes dependentes, & consecutiuæ, quam ipsa Ecclesia principalis.

Commendabilis quidem est Ecclesiasticorum zelus Ecclesiasticam immunitatem neruosè tuendi in ijs casibus, quibus congruunt rationes, ob quas immunitas concessa est, non autem ad confouendos facinorosos, eosque ad crimina alliciendum cum publicæ quietis interuersione contra Sacrorum Canonum mentem, & Apostolicarum Constitutionum, & atrium, scalæ, & dormitorium, & alia membra secus erunt promptus asylus ad occidendum. Hactenus Card. de Luca se tamen subijciendo Ecclesiæ iudicio, ita ille, ita & ego me subijcio.

6 Addo quod praxis docet eandem Sacram Congregationem prudenter quandoque mandasse, plures demoliri Ecclesias, siue nouas construi inhibuisse in locis campestribus, vel alias receptationi delinquentium expositas, pluresque dedisse prouisiones, præsertim circa illos regulares exemptos, qui per quandam anachoreticæ vitæ speciem extra Ciuitates, & oppida Conuentus, & domus habent, vt ab receptationibus facinorosorum se substineant, & fauorabilis sit hæc causa punitionis delictorum, vt idem de Luca *in Miscell. Eccles. discurs.* 2. *num.* 16. Signanter ob excreatum Ecclesiarum, & domorum regularium numerum,

7 Existens in Ecclesia si cum archibusein extra Ecclesiam existentem occiderit, an gaudeat immunitate? Reg. de Marin. *resol.* 170. *nu.* 8. negatiuam firmare videtur, quamuis Dian. *resolut.* 9. *tract.* 1. contrarium teneat cum Bonacin. quos refert Pac. Iordan. *vbi sup. num.* 239. ex eo quod non polluitur Ecclesia, sicut quando sequitur homicidium in Ecclesia, & penes eundem Pac. Iordan. ibi, an idem de mandante in Ecclesia occisionem extra Ecclesiam.

8 Ecclesiastica immunitate priuatur extrahens aliquem ab Ecclesia, & extra eam ipsum occidisset ob dolum in Ecclesia commissum, & ob extractionem, Cochier. *de iurisd. ordin. in exempt. part.* 4. *quæst.* 65. *num.* 8.

9 Domus quam habitat Episcopus, dum transuertit per Diœcesim occasione visitationis, vel ipso mortuo, quod non habeat immunitatem, del Bene *tom.* 2. *cap.* 16. *sess.* 14. *num.* 12. de Luca *de iurisd. discurs.* 70. *num.* 7.

Domus habitata per meros laicos cum ianua in via absque eo, quod per Ecclesiam, siue atrium habeatur ingressus, & egressus immunitatem non habet, iuxta Reg. Sanfel. *decis.* 136. Reg. de Ponte *decis.* 35. de Luca *vbi sup. num.* 6. *& in tract. Miscell. Eccles. discurs.* 12. *num.* 10.

Immunitas nequit dici violata si dubitetur, an locus sit 10
sacer, vel profanus eique nulla Ecclesiastica immunitas competat, vel alio modo exceptuatum sit delictum, & si processum fuerit ad censuras solet Sacra Congregatio immunitatis rescribere, vt suspensis censuris transmittatur processus præsertim super qualitate loci, vt Card. de Luca *in Miscell. Eccles. discurs.* 13. *per tot.* vbi, & qualiter lite pendente sit prouidendum pro securitate carcerati ad formam Bullæ in locis, vbi est in vsu, & in *discurs.* 10. *num.* 3. agit qualiter possint testes pati repulsam, & exceptiones attestantes de loco.

Idem an sit declarare delictum proditionis qualificatum vt sit exceptuatum, & indignum Ecclesiastica immunitate, ac sit declarare pœna ordinaria dignum, cùm fortè non detur casus, vt remissus Curiæ sæculari tamquam reus criminis exceptuati à pœna ordinaria immunis remaneat, vnde propterea, vbi agitur de probatione per inditia, ista debeant esse indubitata, probat Vermigliol. *cons. crimin.* 99.

ANNOTATIO XXIV.

De Visitatione.

ARGVMENTVM.

Notatur §. I. Cui competat visitandi potestas, quando Capitulo, & quòd Vicario Generali; Episcopus habere intentionem fundatam visitandi Ecclesias omnes suæ Diœcesis, quid in Ecclesijs exemptis, & sæcularibus, curatis, vel Collegiatis ad Regulares spectantibus, in Monasterijs, & Abbatijs, & alijs Beneficijs, Commendas, vel in quibus cura animarum sæcularis imminet, aut in Curatis subiectis Militibus Hierosolymitanis. Quid de Capitulis Cathedralium, & Canonicis, de Hospitalibus, Collegijs, & alijs pijs locis. Quid etiam de Monialibus exemptis, & alijs Clericis omnibus. Quando teneatur Episcopus visitare, à qua Ecclesia incipiat, quomodo præcedere debeant edicta, electio conuisitatorum. Forma & ordo visitationis, quid seruandum in visitatione Sanctissimi, Fontis Baptismalis, Sacrorum oleorum, Reliquiarum, Altaris Maioris, aliarum partium Ecclesiæ, Sacristiæ, librorum, campanilis, domus Ecclesiæ. Forma visitationis Ecclesiæ Cathedralis, vel Collegiatæ, præbendæ Theologalis, & pœnitentiariæ, onerum Missarum, seminarij, Hospitalium, Confraternitatum, Monialium, & aliorum.

§. II. Non posse visitatorem petere procurationem in pecunia, sed in moderatis victualibus, quid contineatur nomine victualium, à quo debeantur, an pro illis possit executio relaxari, an veniant vecturæ equorum, quid si plures visitentur vna die Ecclesiæ, à quibus nam sunt exigenda victualia prædicta, quid debeatur Notario, vel familiæ visitatoris. Quomodo procedendum in causis visitationum, an in ea detur appellatio, an possit peti exhiberi Bullas Beneficij; Liber visitationis an probet, & alia ad materiam.

SVMMARIVM.

1 Visitationis materia ad tex. cap. 1. §. vlt. de censib. exactionibus, & procur. in 6. & qui propriè eam exagitent.
2 Visitandi potestas competit omnibus Prælatis iurisdictionem habentibus.
3 Capitulum visitat Ecclesias sibi subiectas visitatoresque ab Episcopo approbandos eligit.
Capitulum sede vacante visitat si elapsus est annus à die vltima visitationis.
4 Vicarius generalis, vel alius specialiter deputatus ab Episcopo, nedum Episcopus ipse visitare potest.
5 Visitandi omnes Ecclesias subiectas habet Episcopus fundatam intentionem.
6 Visitat Episcopus vti delegatus ecclesias exemptas, & vt talis præsumitur nisi aliter probetur.
7 Visitat episcopus Ecclesias sæculares intra fines diœcesis existentes, si sæculares eis ministrent licet Regularibus subiecta.
8 Visitat episcopus Curatas omnes monasterijs cathedralis, vel collegiatis, seu alijs pijs locis vnitas.
9 Visitat Episcopus vti delegatus ecclesias sæculares nullius; idque spectat ad episcopum viciniorem, & in dubio prior electus.
10 Visitat Episcopus Commendas, Abbatias, & Præposituras, vbi non viget regularis obseruantia, & beneficia curata, & non curata sæcularia, & Regularia, vti delegatus.
11 Visitat Episcopus monasteria quæcumque in ijs, quæ ad curam animarum cogendo, & compellendo censuris, & facto sæculares, & monachos quoad prædicta.
12 Visitat Episcopus parochiales subiectas militibus S. Io: Hierosolymitani vti ordinarius.
13 Visitat Episcopus solus, vel cum adiunctis Capitulum Cathedralis, & aliarum ecclesiarum, ac illorum personas non obstantibus priuilegijs.
14 Visitandi Capitula facultas competit Episcopo vigore Trid. sess. 6. cap. 4. de reform. & potest etiam substituere vigore eiusdem Trid. alibi.
15 Visitat episcopus Capitula iuxta canonicas sanctiones, & qualiter.
16 Visitat episcopus vti Delegatus, Hospitalia, & alia pia loca laicorum, dummodo non sint sub immaculata Regum protectione.
17 Visitat episcopus confraternitates laicorum etiam in ecclesijs Regularium, non tamen earum Altaria.
18 Visitat episcopus Hospitalia, etsi sit dictum in fundatione, quibus ordinarius non se intromittat; quod si alius Visitator sit assignatus.
19 Visitat ordinarius Hospitale etiam erectum absque ordinarij licentia, quid viuente fundatore, & de eo quod subest Regi.
20 Visitat quoad clausuram ordinarius moniales, omnes etiam exemptas, quid in casu oppositionis.
21 Visitat simpliciter ordinarius moniales omnes Sedi Apostolicæ subiectas.
22 Visitat episcopus Clericos omnes sæculares non obstante, quouis Priuilegio.
23 Visitat Episcopus quotannis; quid si Diœcesis sit ampla.
24 Visitationis annus tempus potest restringi ab ordinario in necessitate sicut, & ampliari.
25 Visitationis tempus est arbitrarium: reprobatur hyemale.
26 Visitationis ordo arbitrarius.
27 Visitationem prætermissa per Episcopum, potest ad eam faciendam cogi ab Archiepiscopo.
28 Visitatione præcedunt edicta; particulares visitationes debet præcedere denunciatio.
29 Visitationis coadiutores quot, & quos adhibere debet Episcopus, & quibus contentus esse dicit.
30 Visitationis non necessario adhibendi Coadiutores, & de alijs remissiuè.
31 Visitans ordinarius, quæ aduertere debet circa Sanctissimum, à quo incipitur visitatio.
32 Visitator quomodo mandare debeat deferendum Sanctissimum ad infirmos, & processionaliter qualibet tertia mensis Dominica.
33 Visitator prohibeat ne in Tabernaculo Sanctissimi alia sacramentalia detineantur.
34 Visitator puniat Curatum negligentem circa Sanctissimum, & qualiter.
35 Visitator visitat fontem Baptismalem, & quæ circa illum.
36 Visitator quæ circa olea sacra visitare debeat.
37 Visitator visitat reliquias Ecclesiæ, & quomodo.
38 Visitator, quid agat circa reliquias, de quibus non est authentica.
39 Visitator, quid circa custodiam reliquiarum aduertere debet.
40 Reliquiæ non custodiendæ per moniales intra eorum septa.
41 Reliquiarum, Patronorum Ciuitatis, vna clauis potest magistratui Ciuitatis concedi.
42 Visitator mandat confici inuentarium Reliquiarum, & decenter exponi.
43 Visitator, quod circa Altare maius aduertere debet.
44 Visitator, quod circa alia Altaria aduertere debet.
45 Visitator quod aduertere debeat circa tectum, pauimentum, fenestras, & sepulchra supra terram.
46 Visitator visitat Sacristiam, & sacram supellectilem.
47 Visitator quod circa Missales, Baptisterium, vt Libros Curiæ, & inuentarium aduertere debet.
48 Visitator in Sacristia mandat accommodari oratorium, & lauatorium.
49 Visitator visitat Campanile, & quod circa Campanas modumque pulsandi.
50 Visitator quod aduertat in visitandis domibus Ecclesiæ.
51 Visitator de quibus interroget Curatum.
52 Visitator visitando Collegiatam, vel Cathedralem ad quæ animaduertere debet.
53 Visitator in visitatione Capitulorum inquirit, circa residentiam seruitium Chori.
54 Visitator Capituli inquirit circa modum illud congregandi, & circa eius decreta.
55 Visitator quid aget circa præbendam Theologalem.
56 Visitator quid aget circa præbendam Pœnitentialem.
57 Visitator quid aget circa satisfactionem oneris Missarum.
58 Visitator quid aduertere debeat in visitatione seminarij.
59 Visitator quid circa seminaristas, quorum non sit spes proficiendi.
60 Visitator quæ aduertat in visitatione Confraternitatum.
61 Visitator quid aget in visitatione Hospitalis.
62 Visitator aduertat, si Hospitale sit Patronatum.
63 Visitator visitando monasteria monialium ad quæ aduertere debeat.

ANNOTATIO XXIV.

§. I.

Ad Text. in cap. 1. §. vltimo de Censib. exactio, & procur. in 6.

IN hoc text. Innocentius III. statuit sub qua forma Episcopi alijque Prælati ordinarij; visitare habent. Cuius 1
occasione notandum dari aliqua frequentiora in materia visitationis, de qua disponitur in Conc. Trid. *sess. 7. cap. 8. de reform. sess. 21. cap. 8. de reform. sess. 24. cap. 3. & cap. 9. & 10. de refor. & sess. 25. cap. 20. de reform.* extant de eadem materia particulares tractatus Ioan. Francisc. de Pannin. Marian. Socin. Petri Paul. Salodij, Pauli Fusch. Luc. Anton. Bressæ, Gabr. Berart. Thomæ à Iesu Maria, Felician. Comen. Piasec. Tusch. *tractant Archiepisc. Bonon. part. 4. sub tit. de visit. pag. 243.* Cuch. *instit. moral. tit. de visit. per Prælatos facienda*, Zerol. *in prax. Episcop. verbo visita-*

visitatio, P. Valer. Regin. in prax. for. pœnit. lib. 20. n. 69. Azor. instit. Moral. part. 2. lib. 3. cap. 40. Armend. in addit. ad Recopil. leg. Nauar. lib. 1. tit. de visitat. Vgol. de off. & potestat. Episcopi cap. 49. Gennens. in prax. Archiep. Neapol. cap. 17. 18. 19. 20. & 21. secundum vltim. impress. & in Manual. Prælat. cap. 30. & 35. Piasec. in prax. Episcop. part. 2. cap. 3. de visit. Matth. Suarez. Lusitan. Praxi Visitatorum, Maceraten. var. resol. lib. 1. cap. 100. Marescott. var. resol. lib. 2. cap. 15. Leo Thes. for. Eccles. part. 2. cap. 16. Nald. in summ. verbo visitare, Grat. discept. for. cap. 57. num. 17. & seqq. cap. 481. num. 20. & seqq. & alibi, Sbrozz. lib. 2. quæst. 120. Bell. disq. Clerical. part. 1. tit. de Cler. deb. §. 11. Mendez à Castro in prax. Lusit. part. 2. lib. 2. cap. 3. num. 21. & seqq. Petrus de Bollo in œconomia Canonica class. 3. cap. 4. §. 14. sub rub. Diœcesis annua visitatio, Aldan. compend. Canon. resolut. lib. 2. tit. 16. Ricc. collect. 1228. part. 4. & in prax. prima parte resolut. 902. & seqq. Nouar. prax. conclus. Iur. Pont. tit. de visit. Barbos. de potest. Episc. part. 3. alleg. 73. & 74. de iure Eccles. lib. 1. cap. 14. & in summ. Apostolicar. dec. verbo visitatio, & visitare, Nouar. Lucer. Regul. verbo visitare, Sarmien. lib. 3. select. cap. vltimo, Sell. Canon. cap. 32. Bonfadin. in Thesaur. Eccles. dec. resol. 76. Nouar. summ. Bull. tit. de visit. Gauant. manual. Episc. verbo visitatio, Manriq. qq. moral. part. 1. q. 91. & alij.

2 Nota primò, hanc potestatem visitandi competere omnibus Prælatis, quibus competit iurisdictio, & administratio, vt habetur ex hoc §. ibi, vniuersis etiam Episcopis alijsque Prælatis ordinarie iure suos subiectos visitantibus, notat Azor. institution. moral. cap. 40. quæst. 6. lib. 3. Nouar. Nou. Iur. Pontific. pract. conclus. tit. de visit. concl. 1. aliàs 118. num. 2. Item testantur DD. hanc potestatem visitandi competere Legatis, ac Nuncijs Apostolicis in locis eorum iurisdictionis. Item Decanis, Archidiaconis, Archipresbyteris, Plebanis, ac alijs inferioribus, in locis vbi hactenus visitare consueuerunt. Abbatibus Generalibus, Prioribus, ac alijs superioribus, Præsidentibus Monasterijs Regularium, Abbatissis alijsque Regularibus in Monasterijs, in quibus degunt, latè Nouar. cit. conclus. 1. & Barbos. de iure Eccles. lib. 1. cap. 14. n. 3. & seqq.

3 Capitulo quoque in Ecclesijs ei subiectis competit ius visitandi, cap. super eo, cap. cum Apostolus de censib. Barbos. cit. loc. num. 4. & in Ecclesijs subiectis Episcopo, sede Episcopale vacante, Quarant. summ. Bull. verbo Capitulum Sede vacante vers. quibus sic prælibatis, Nouar. cit. at. loc. num. 8. notatum est supra hac eadem p. annot. 13. ad quod adde, quod quando Capitulum ius habet visitandi extra casum vacationis sedis, debet eligere visitatores, qui necessario approbari debent ab Episcopo, quorum visitatio non impedit quin Episcopus non possit iterum easdem Ecclesias visitare, vt disponit Concil. Triden. cit. cap. 3. sess. 24. de reform. ibi, visitatores etiam, &c. notat Armendariz in addit. ad recopilation. leg. Nauar. lib. 1. titul. 18. lib. 7. de Episc. num. 110. quem sequitur Nouar. cit. loc. num. 9.

Capitulum Sede vacante tunc demum potest visitare si elapsus est annus à die vltimæ visitationis per Episcopum factæ etiam non expectato biennio si Episcopus erat solitus visitare singulis triennijs, decisum in Pampilonen. 3. February 1629. & 10. Decembris eiusdem anni, refert Aldan. compend. canon. resol. lib. 2. titul. 16. num. 5 vbi n. 6. eodem modo refert decisum Capitulum posse visitare quæ poterat Episcopus visitare, notatum est supra annot. 13. hac p. refert etiam decisum Lotter. de re benef. lib. 2. q. 2. num. 48.

4 Episcopus cuius magis communiter, & frequenter est visitare, id potest per se ipsum, & per eius Vicarium Generalem, vel alium deputatum cum speciali commissione, ita, vt ex sola generali commissione Vicarius non possit visitare, Sbroz. de off. Vicar. Episc. lib. 2. quæst. 102. num. 2. Fusc. de visit. lib. 1. cap. 2. num. 18. Vgol. de potest. Episcop. cap. 4. §. 7. vers. tertiò nec visitare, Barbos. de potest. Episc. part. 3. alleg. 73. num. 28. & notatum est hac parte annot. 12.

Nota secundò Episcopum habere intentionem fundatam visitandi omnes Ecclesias sibi subiectas, & hoc iure ordinario, vt notatur in hoc text. vbi DD. omnes Ricc. collect. 1228. part. 4. in princip. vbi post Rot. decis. 186. part. 1. diuers. tenet, quod omnes Ecclesiæ intra Diœcesim Episcopi dicuntur in dubio subiectæ Episcopo.

6 Ecclesias verò exemptas omnes Episcopus visitat tamquam Sedis Apostolicæ delegatus, non obstantibus appellationibus, priuilegijs, consuetudinibus, & inhibitionibus quibuscumque prout disponitur in Concil. Trident. sess. 7. cap. 8. de reform. & Ricc. in collect. 1228. quorum Ecclesiarum, & quaque aliorum locorum exemptorum visitatio præsumitur in dubio facta per Episcopum iure delegato, non autem ordinario, nisi aliud probetur in contrarium, vt voluit Rot. apud Tambur. in fin. tom. 3. de iure Abbatum decis. 59. num. 6. sequitur Barbos. de iur. Eccles. lib. 1. cap. 14. num. 19. in fin.

7 Hinc Episcopus potest visitare quascumque Ecclesias sæculares intra fines suæ diœcesis existentes, etiamsi ad Regulares pertineant, & ab eis dependeant, dum tamen per sæculares eis deseruiatur, & hoc vigore cit. text. Concil. Trid. sess. 7. cap. 8. de reform. refert decisum Armend. in addit. ad recopil. leg. Nauar. lib. 1. titul. 6. de visit. lib. 5. §. 2. num. 3.

8 Item potest Episcopus visitare Ecclesias omnes Curatas Monasterijs Regularium vnitas, & in eis ponere Vicarios perpetuos, vel temporaneos, prout ei magis expedire videbitur, id etiam de Ecclesijs parochialibus vnitis Cathedralibus, Collegiatis, vel alijs pijs locis disponitur in Concil. Trident. cit. sess. 7. cap. 7. de refor. Quarant. sum. Bull. verbo Vicarius perpetuus, Erasm. à Cochier. de iurisd. Ordin. in exempt. part. 2. quæst. 45. num. 11. Garz. de benef. part. 11. cap. 2. num. 12.

9 Vlterius eodem modo Episcopus visitare potest tamquam sedis Apostolicæ delegatus Ecclesias omnes sæculares nullius Diœcesis quantumcumque exemptas, & Sedi Apostolicæ immediatè subiectas, etiam si in illis Prælatus inferior habeat quasi Episcopalem iurisdictionem, hæc enim visitatio est facienda per Episcopum cuius Cathedralis Ecclesia est proximior Ecclesiæ exemptæ, si id constet; alioquin ab eo, qui semel in Concilio Prouinciali à Prælato loci illius electus fuerit, ita deciditur in Concil. Trid. sess. 14. cap. 9. de reform. notant Marescot. var. resol. lib. 2. cap. 15. num. 6. Rot. in recollect. per Farinac. decis. 396. part. 1. tom. 1. Nouar. nou. iur. pontif. pract. concl. tit. de visit. concl. 3. num. 5.

10 Similiter Episcopus tamquam Sedis Apostolicæ delegatus visitat commendas, Monasteria, & etiam Abbatias, & præposituras nuncupatas, in quibus non viget regularis obseruantia. Nec non Beneficia tam Curata, quàm non Curata, sæcularia, & Regularia qualitercumque commendata etiam exempta, & Curat ipse Episcopus congruentibus remedijs etiam sequestrationem fructuum, vt quæ renouatione indigent, aut restauratione reficiantur, & Cura animarum, si quæ illis, vel eorum annexis immineat aliqua debita officia rectè exerceantur, non obstantibus quibuscumque appellationibus, inhibitionibus, & consuetudinibus, prout latius disponitur in Conc. Trident. sess. 21. cap. 8. de reform. & sess. 25. cap. 11. de reg. Marescot. variar. resol. lib. 2. cap. 15. num. 7.

11 Visitet quoque Episcopus, seu Monasteria domus virorum, seu mulierum, quibus imminet cura animarum personarum sæcularium, in eis, quæ ad curam animarum pertinent non solum loca, sed etiam personas exercentes curam prædictam, etiam si Regulares sint, circa res ad curam spectantes, ita Conc. Trid. sess. 25. cap. 11. de regul. notant Anton. variar. resol. 17. lib. 1. Ricc. in prax. part. 1. resol. 503. & 532. Campanil. diuers. iur. canon. rub. 12. cap. 3. num. 31. & seqq. qui hinc colligit quod Regulares, quoad ea quæ curam animarum continent subsunt Episcopo, qui visitare potest ornamenta Ecclesiæ, & qualiter Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum conseruetur, Baptisterium, & similia, voluit Sacra Congregat. in Cassen. 5. April. 1631. quod intellige in ijs quæ tendunt in ordinem ad Curam, Seraph. decis. 1067. Vnde Episcopus potest procedere contra Regulares impedientes Episcopum visitare per censuras, vel effractionem ostijs, & absq; alia monitione prout latiùs notatum est 1. part. annot. 49. cum Campanil. cit. loc. & Genuens. in prax. cap. 8.

12 Visitet etiam Ecclesias Parochiales, & Curatas subiectas militibus S. Ioannis Hierosolymitani, & hoc faciet

Episco-

Episcopus tamquam ordinarius, in ijs quæ ad curam animarum pertinent iuxta disposita in Motu proprio Pij V. & non solum loca, sed etiam personas Parochorum, per dictos Milites deputatorum, prout aduertunt Nouar. *summ. Bull. verb. visitare num.* 10. latius Barbos. *de iure Eccles. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 22. vbi in fine, aduertit, quod Episcopus tenetur visitare prædictos Parochos S. Ioannis Hierosolymitani gratis, & absque impensa, testatur sic voluisse Sacram Congregat. *in Augustana* 26. *Iunij* 1627.

13 Item Episcopus visitat etiam auctoritate Apostolica Capitulum Cathedralis, & aliarum maiorum Ecclesiarum, & illorum personas non obstante quauis exemptione, consuetudine, sententia, iuramento, & concordia quæ tantum suos auctores obligat, & hæc potest Episcopus per se solum, vel si ei videbitur cum adiunctis, iuxta canonicas sanctiones, prout disponitur in Concil. Triden. *sess.* 6. *cap.* 4. *de refor.*

14 Hæc facultas visitandi Capitula vigore huius decreti competit tantum Episcopo per se personaliter visitare volenti, secus si vigore aliorum decretorum Concil. Trid. nam tunc benè potest visitare per Vicarium Generalem, vel alium visitatorem, si legitimè impeditus fuerit, refert decisum Aldan. *compend. canon. resol. lib.* 1. *titul.* 7. *num.* 2.

15 Dicitur *in cit. cap.* 4. Concil. Triden. Episcopum visitare posse Capitula prædicta iuxta Canonicas sanctiones, quod intelligitur iuxta dispositionem iuris communis citra punitionem, & priuationem, voluit Rot. *in vna Calaguritana Iurisdictionis* 25. *Maij* 1580. *coram Bubalo part.* 2. *diuers. decis.* 328. refert Barbos. *cit. cap.* 14. *num.* 25.

16 Visitare quoque potest Episcopus, etiam tamquam Sedis Apostolicæ delegatus Hospitalia, collegia, ac confraternitates laicorum, dummodo sub Regum immediata protectione non sint, nam tunc visitari non possunt sine Regum licentia, ita deciditur *in cap.* 8. *sess.* 22. *de refor.* Concil. Trid. vbi generaliter datur facultas Episcopo visitandi eleemosynas Montis pietatis, siue caritatis, & alia omnia pia loca, quæ ad curam laicorum pertinent, etiam si exemptionis priuilegio sint munita, Nouar. *nou. iur. Pontif. pract. conclus. titul. de visit. concl.* 4. *aliàs* 121. *qui nu.* 2. id ampliant etiam Canonistæ.

17 Ampliatur quoque hæc Episcopi facultas, vt possit visitare confraternitates laicorum existentes in Ecclesijs Regularium quoad administrationem, secus quoad Altaria, quæ intra easdem Ecclesias constituunt ea enim visitare non potest Episcopus, refert voluisse Sacram Congregationem in *vna Imolens.* 1622. Nouar. *cit. conclus.* 4. *num.* 4. Barbos. *de iur. Eccles. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 30. *in fin.*

18 Ampliatur similiter vt Episcopus visitare possit Hospitalia, etiam si in fundatione esset dictum, quod ordinarius non possit se intromittere in eius visitatione; nam non potest fundator quoad hoc præiudicare iuribus ordinarij, prout probat, & refert decisum per eandem Sacram Congregationem, idem Nouar. *eod. loc. num.* 6. post Grass. *de effect. Cleric. eff.* 1. *num.* 610. Hæc proculdubio procedunt, quando non est datus, & obligatus in fundatione alius visitator, sed si in fundatione esset etiam dictum, quod hospitale quoad visitationem subesset alicui inferiori Prælato, dignitati, &c. tunc dubium est an Ordinarius possit cumulatiuè cum visitatore assignato visitare, in qua dubitatione sunt opiniones hinc inde, prout videre est apud Ludouis. *decis.* 4. *per totum*, & Ricc. *collect.* 1228. *part.* 4. *circa med.* sed illa videtur verior opinio, quod si datus est visitator inferior, simpliciter intelligitur cumulatiuè cum Episcopo si dictum est, quod Episcopus non se intromittat, expressè intelligitur priuatiuè, ita tenetur voluisse Sacr. Congregat. Mares. *variar. res. cap.* 15. *num.* 10. *&* 11. *lib.* 2. Ludouis. *decis.* 8. *num.* 1.

19 Ampliatur etiam vt Ordinarius possit visitare Hospitalia, & alia pia loca, etiam erecta sine Episcopi auctoritate, tenet Bouadill. *in sua polit. lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 39. Valasc. *decis.* 105. *num.* 59. Mart. *de iurisd. pat.* 2. *cap.* 18. *num.* 5. vbi refert sic fuisse decisum sequitur Nouar. *loc. cit. num.* 3. quod tamen non procedit viuente fundatore, tunc enim non posset Ordinarius visitare hospitale prædictum nisi haberet formam Ecclesiæ, prout testatur fuisse decisum in Curia Archiepiscopali Neapol. Ricc. 4. *part. decis.* 209. *num.* 9. post Genuens. *in prax. cap.* 17. *num.* 1. Nec etiam procedit in hospitali, vel alio pio loco, quod sub immediata Regis protectione est, illud enim non potest visitari Episcopum sine ipsius Regis licentia, vt notatum est supra, vt refert Mart. *de iurisd. cit. cap.* 18. vbi habetur quando hospitale dicatur sub Regis protectione in his terminis.

20 Potest quoque Episcopus visitare ex delegata auctoritate moniales omnes exemptas quoad clausuram per dispositionem Concil. Trid. *sess.* 25. *cap.* 4. *de regul.* vbi in Monasterijs exemptis committitur Apostolica auctoritate Episcopis clausuram violatam restitui, & inuiolatam conseruari, ex quibus posse in visitatione prædicta Episcopum diligenter, & singillatim inquirere omnia, quæ ad clausuram pertinent, aduertit Tambur. *de iur. Abbatis. disp.* 17. *quæsit.* 2. *num.* 3. Pro qua visitatione potest liberè Episcopus ingredere septa Monasterij exempti, & si impediatur potest procedere contra impedientes per sententiam excommunicationis, vel si claudatur ostium, illud frangere, vt post Campanil. Genuens. & Barbos. aduertit Tamburin. *cit. loc. num.* 4. *& seqq.* Non tamen posse examen facere intra Monasterij septa, sed in collocutorio, aut ad crates, vel ad fenestram, per quam porrigitur Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, prout testatur ita practicari idem Tambur. *cit. loc. n.* 4. *in fin.*

21 Monasteria verò Monialium, quæ Sedi Apostolicæ immediatè subduntur, visitari possunt per Episcopum ordinarium non solum quoad clausuram, sed etiam quoad reliqua, nam illa sunt sub cura Episcopi per dispositionem Concil. Trident. *sess.* 25. *cap.* 9. *de Regul.* vbi declarasse Sacram Congregationem de cura, regimine, & gubernio, quoad spiritualia tantum secus, quoad temporalia, referunt Barbos. *de iure Eccles. lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 58. Tambur. *cit. loc. num.* 5. *vers. ex quibus.*

22 Vltimò, potest Episcopus visitare omnes Clericos sæculares non obstante quouis priuilegio, vel exemptione eos delinquentes punire, iuxta disposita per Concil. Trid. *sess.* 6. *cap.* 3. *&* 14. *cap.* 4. *de reform.* & non solum sæculares, sed etiam Regulares extra Monasterium degentes, vt in dicto *cap.* 3. Conc. Trident. notat Barbos. *de iure Eccles. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 32. *& seq.*

23 Nota tertiò Episcopum teneri, vt supra per se ipsum, vel si impeditus fuerit, per eius Generalem Vicarium, vel alium visitatorem suam Diœcesim, singulis annis visitare; quod si Diœcesis nimis ampla sit, itavt quotannis visitari non possit tenetur saltem visitare maiorem partem illius, ita tamen, vt tota visitetur biennio, ita disponitur in Conc. Trid. *sess.* 24. *cap.* 3. *de reform.* notat Tusc. *de visit. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 12. vbi ex identitate rationis dicit, quod si visitatio finiri non possit infra biennium ob latitudinem Diœcesis, vel ob impedimenta, quæ occurrere possunt, Episcopus non arctatur dicto tempore, à Concilio Trident. assignato.

24 Non solum potest per Episcopum tempus prædictum ampliari subsistente legitima causa, sed etiam restringi ita, vt possit Episcopus Diœcesim visitare bis in anno, si necessitas subsit, habetur ex glos. *in cap. conquerente vers. visitanda de off. ordin.* Lotter. *de re benef. lib.* 2. *quæst.* 2. *num.* 46. Nulla verò subsistente causa adhuc debet visitare quolibet anno, nec potest impediri sub prætextu fuisse solitum visitari quolibet triennio, refert decisum 15. *Martij* 1624. *coram D. Merlino in Pampilon.* Lotter. *cit. loc. num.* 48.

25 Quo tempore debeat Episcopus incipere hanc visitationem, non est in iure determinatum, sed id remittitur arbitrio ipsius Episcopi, qui potest eligere tempus loco magis proportionatum; hinc in hyeme propter vrgentes tempestates non laudatur à Fusc. *de visit. cap.* 1. *lib.* 1. *n.* 13.

26 Similiter remittitur arbitrio Episcopi, à qua Ecclesia velit inchoare visitationem, quæ licet soleat, vt plurimum inchoari ab Ecclesia Cathedrali, id tamen non est de præcepto, cùm possit Episcopus inchoare ab Ecclesia, quæ sibi magis placuerit reseruatis iuribus, & sinè præiudicio aliarum Ecclesiarum, prout voluit Sacra Congregatio Rit. *in Egitanien.* 10. *Iunij* 1602. *in respons. ad dubium* 2. teste Sell. *select. Canon. cap.* 52. *num.* 23. & Barbos. *summ. Apostolic. dec. ver. visitatio num.* 1.

Adeo

27 Adeo tenetur Episcopus statuto tempore visitationem facere, vt si eam prætermittat sine iusta causa possit per Archiepiscopum cogi, *cap. 1. §. fin. de off. ordinar. lib. 6.* Conrad. *in templ. iud. lib. 2. cap. 4. num. 18.* Bott. *de synod. par. 1. num. 45. & seqq.* nam generale est posse Archiepiscopum compellere Episcopum ad faciendum, quod facere tenetur, Quarant. *summ. Bull. de Archiep. num. 9. fol. 47.* Sed hęc vide latiùs discussa *par. 1. annot. 30.*

28 Nota 4. quod antequam inchoetur visitatio, proponi solent edicta, in quibus significetur visitandi tempus visitationis, & quia in edictis contineri solet generaliter tempus, in quo inchoatur visitatio, ideò quando Prælatus intendit particulares Ecclesias visitare debet denunciare diem aduentus sui, nec visitandos debet imparatos inuadere, nisi iusta causa contrarium suadeat, Fusc. *de visitat. lib. 1. cap. 4. num. 4.* Barbos. *de iure Eccles. lib. 1. cap. 14. n. 36.* qui vlterius addit, quod Curatus, vel alius Ecclesiæ visitandæ Rector debet diem aduentus Episcopo visitatori populo denunciare, ad hoc vt se præparent ad recipiendum illum.

29 Item solent eligi per Episcopum, vel alium visitatorem aliqui viri experti, & in rebus Ecclesiasticis versati, qui ipsum Episcopum coadiuuent in visitando, qui non debent eligi in magno numero, ne nimium grauentur Ecclesiæ visitandæ maximè in diœcesi cum ibi præstentur victualia; qui numerus licet à iure communi sit taxatus, vt refert Leo *Thes. for. Eccles. par. 2. cap. 16. num. 38.* nihilominus praxis reputat eumdem numerum excessiuum, propterea solent eligi duo conuisitatores, quando visitatur Diœcesis, iusta dicta in *cap. in singulis de stat. Monach. & extrauag. debent de off. ordin.* inter communia; similiter eligitur Notarius, qui acta visitationis conscribat, refert Barbos. *de iure Eccles. lib. 1. cap. 14. num. 38.* Et an possit Notarius aliquid à visitatis recipere, vide Nauar. *cons. 1. de censib.* Zerol. *in prax. verbo visitatio §. 6. dub. 4.* Piasec. *in prax. cap. 3. num. 63. vers. neque cancellarius,* Barbos. *par. 3. allegat. 73. num. 42.* In his enixi terminis communiter aduertunt DD. Episcopum, vel alium visitatorem debere esse contentum in visitatione diœcesis modesto equitatu, & famulatu, & celerrimè visitationem absoluere, ne onerosus sit visitatis, ex *cap. cauendum, & seq. 10. quæst. 3. cap. cum Apostolus in princip. & §. fin. de censib. cap. 1. §. procurationes, & cap. exigit eod. tit. de censib. in 6.*

30 Non est tamen necessaria electio adiunctorum, sed tantum voluntaria, cùm possit sine illis Episcopus visitare etiam Capitula, Cathedralium, & aliarum maiorum Ecclesiarum, vt deciditur in Concil. Trid. *sess. 6. cap. 4. de ref.* Nec tenetur Episcopus in visitatione adhibere consensum prædictorum, quos sibi pro visitatione facienda adiunxit, tenet Ricc. *in prax. par. prima resol. 907.* qui doctrinam accepit, licet tacito nomine à Marescott. *var. resol. lib. 2. cap. 15. num. 12.* Alia præparatoria ad visitationem, vide apud Barbos. *de iure Eccles. lib. 1. cap. 14. num. 35. & seqq.* vbi primo obseruat, quod Episcopus ante visitationem debet synodum Diœcesanam celebrare, per *tex. in cap. sicut olim de accusat.* preces, quæ recitari solent ante inchoationem visitationis habentur in Pontificali, refert Fusc. *cap. 4. num. 10.*

31 Nota 5. quod Episcopus visitans Ecclesiam, visitationem incipit, & sequitur infrascripto modo, primò visitat Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, in qua visitatione ante omnia hortari debet ad tenendam de tanto Sacramento doctrinam illam, quam semper tenuit, & tenet Sancta Mater Ecclesia, prout latius docet Fusc. *de visit. cap. 5. num. 2. lib. 1.* Deinde scrutatur quomodo hoc sacramentum custodiatur, si locus sit decens, & Ecclesiæ eminentior, si tabernaculum sit firmum, & clausum, & clauis penes sacerdotem custodiatur, si lumen coram eo perpetuo ardeat, si particulæ mutentur saltem quolibet octauo die, & antiquæ sumantur, si tabernaculum exterius, & interius ornetur veste serica, si particulæ conseruentur in vase argenteo, quæ vasa debent esse duo, vt dum vnum defertur cum Sanctissimo ad infirmum reliquum remaneat in Tabernaculo, cum alijs particulis, pro adoratione populi, si vas prædictum argenteum resideat super mundo corporali benedicto; si tabernaculum prædictum sit honorificum, iuxta facultates Ecclesiæ, quod non permittat stare in loco humido, vel minus decenti, ita Fusc. *cit. cap. 5. num. 4. lib. 1.* Barbos. *de iure Eccles. lib. 1. cap. 14. num. 45.*

32 Item in visitatione huius sacramenti inquirat visitator, quomodo illud ad infirmos deferatur, & prouideat illud deferri cum decenti numero luminum, & vmbella, & vt decentius deferatur; vbi non est, erigat societatem Sanctissimi Sacramenti; & mandet prouideri de lanternis, ad hoc vt hyberno tempore lumina ventis non extinguantur, in locis, vbi id necesse est. Similiter mandet qualibet tertia Dominica mensis fieri processionem per ambitum Ecclesiæ, cum eodem Sanctissimo Sacramento.

33 Vlterius in hac visitatione omnino prouideat, visitator ne in tabernaculo huius sacramenti detineantur, nec etiam sacramentalia, vel sacra olea, aut quid aliud, sed illa in alio loco reponantur, vt dicemus inferiùs, notat Fusc. *cit. loc. num. 5.*

34 Quod, si negligens reperiatur Rector, vel alius, cui competit, in hac custodia Eucharistiæ potest per Episcopum visitatorem puniri pœna suspensionis ab officio, per tres menses *cap. 1. de custod. Euchar. cap. sanè de celeb. Miss.* quæ pœna potest per visitatorem minui, & augeri iuxta negligentiam, & culpam Rectoris, ita Fusc. *cit. cap. 5. num. 4.*

35 Secundò visitator visitat Fontem Baptismalem, qui in omni Ecclesia curata est necessarius, & debet esse lapideus, vel saltem æneus stanneatus, positus in loco conspicuo, in quo diligenter aduertat Episcopus, si nitidè obseruetur, & cautè, si sint in eo scissuræ, si sit firmiter clausus, & clauis conseruetur in loco tuto, si aqua renouetur, tempore debito, & prior ponatur in sacrario, Fusc. *de visitat. cap. 6. num. 16. lib. 1.* Si adest peluis, & cocleare pro administranda vnda Baptismatis, & alia ad id necessaria, si supra fontem adsit imago Sancti Ioannis Baptistæ Christum Dominum baptizantis. Hic solet visitator interrogare Parochum, circa modum ministrandi Sacramentum Baptismatis iuxta formam Ritualis Romani.

36 Tertiò, visitat sacra olea, & perquirit si illa mundè conseruentur, & in decenti loco, quæ solent conseruari in fenestrella à latere dextro Altaris, & propè illud, vt participent lumine lampadis; si sub firma claue, & clauis prædicta à presbytero conseruetur, si vasa, in quibus conseruantur olea, sint distincta per literas ne error admittatur in illorum vsum. Item perquirit si olea prædicta singulis annis renouentur, & si vetera comburantur iuxta disposita *in cap. omni tempore, & c. si quis de alio de consecrat. dist. 4. & cap. in literis de consecrat. dist. 3.* Et principaliter aduertat visitator ne aliquis abusus, vel sacrilegium oriatur, prout aduertit Fusc. *cit. cap. 6. num. 15.* Vasa enim in quibus hæc sacra olea conseruantur, debent esse argentea, si facultates Ecclesiæ suppetunt sin minus stannea, benè cooperta, notat Fusc. *cit. loc. num. 14.* vbi multa ad hoc. Interrogari solet Parochus circa administrationem horum sacrorum oleorum iuxta Ritualem. Perquirat etiam Visitator, si propè Fontem Baptismalem sit constructum sacrarium ac si sera, & claue claudatur.

37 Quartò, visitat Reliquias, cum maxima veneratione, & deuotione, ac cum luminibus accensis, & perquirit primò, si reliquiæ sint certæ authenticæ, & ab Episcopis approbatæ; cùm recipi non possint antequam ab Episcopis recognitæ sint, & approbatæ, statuit Sixtus V. *constitut. 88. §. 3. incip. Dominus Idib. Nouembris* 1588. apud Laert. Cher. *tom. 2. fol. 644.* Et si sint Sanctorum ab Ecclesia approbatorum, iuxta decisa per Sacram Congregat. Episcop. & Regul. apud Gauant. *in manual. Episcopor. verbo Altare num. 12.* Lezan. *in summ. qq. Regul. tom. 3. verbo Altare num. 6.* alias Visitator debet prohibere, ne illæ in Altari collocentur, & populo publicæ venerandæ exponantur, prout habetur ex citatis iuribus.

38 Quod si sint Reliquiæ antiquæ, & non inueniatur authentica, debet Visitator permittere, vt habeantur in ea veneratione qua hactenus fuerunt, testatur voluisse Sacr. Congregationem Bonac. *in primum Decalog. præceptum disp. 3. quæst. 1. punct. 4. num. 4. vers. dixi,* quem refert Barbos. *de potest. Episcopi par. 3. allegat. 97. num. 11.* Describantur in ipsa Visitatione singulæ reliquiæ.

39 Item, & secundò perquiratur, si Reliquiæ cautæ, & honorificè custodiantur, & conseruentur, in quibus vasculis, etsi munda sint, si cum clauibus benè firmis retinendis

per personas fide dignas, ita Fusc. *de visit. cit. cap.* 8. *num.* 14.

40 Hinc collige primò, Reliquias non esse asseruandas in Monasterijs Monialium, idest intra eorum septa, sed benè in Ecclesijs exterioribus, & decenti loco, voluit Sacra Congregat. Episcop. & Regul. *in Fauent. 7. Martij* 1617. teste Sell. *select. Canon. cap.* 58. *num.* 6. & Barbos. *summ. Apostol. dec. verbo Reliquia Sanctorum num.* 11.

41 Collige secundò, posse concedi vnam clauem Reliquiarum Sanctorum, Patronorum Ciuitatis, Magistratui sæculari eiusdem Ciuitatis, prout voluit Sacra Congr. Rit. *in Litter.* 8. *May* 1604. *vt testantur loc. præd.* Sell. *num.* 5. & Barbos. *num.* 9.

42 Vlterius, & tertiò perquiratur, si adest inuentarium Reliquiarum, alias mandetur confici pro futuro, & perpetua memoria, aduertit Fusc. *cit. cap.* 8. *sub num.* 14. Quartò, inquiratur quomodo Reliquiæ ostenduntur populo, & mandetur non ostendi extra earum capsas, per *tex. in cap. cum ex eo de Reliqu. & vener. Sanct.* nec quotidie, sed debitis temporibus, & horis per sacerdotem indutum superpelliceo, & stola, cum deuotione, & luminibus accensis, Fusc. *cit. cap.* 8. *num.* 14. vbi omnino aduertit, quod in his arceatur in totum omnis spes alicuius turpi lucri. Quintò, perquiratur, si Reliquiæ habeant scripturas, quibus distinguantur inter se, vt aduertit idem Fusc. *cit. loc.*

43 Quintò, visitet Altare Maius ibique perquirat, si concurrant omnia, quæ notata sunt hac parte *annot.* 19. Vbi multa de Altaribus, & vlterius cognoscat, si ornamenta superimposita sint munda, & pura, & linteamina si sint tria, etsi ibidem celebretur cum Altari portatili, aduertat ad huiusmodi Altare, si habeat eius requisita, si sit benè accomodatum, & mundum conseruetur; mandet prouideri de ornamẽtis præcipuè pallijs omnium colorum. Inquirat Altaris altitudinem, longitudinem, & gradum, & prouideat, quod sint ita proportionata, vt celebrans commodè se aptet; & vt Ministri sint solliciti in ornando Altari secundum consuetudinem Ecclesiæ, & Festorum occurrentium; Mandet remoueri quicquid ibi repererit vanum, & superstitiosum, aut scandalosum; aduertat ad Imagines, ne quid indecens sit; & prohibeat, ne ibidem celebretur cum precibus nefarijs insolitis, & inhonestis, vel sine debitis indumentis, & sine Altari portatili, si non est consecratum, & si quos inueniat contrafacientes, grauiter puniat, Fusc. *de visit. lib.* 1. *cap.* 21. *num.* 20. *& seq.*

Perquirat de omnibus Altaribus, & de illorum satisfactione, de qua satis consultum est confici librum. Adnotentur Tituli Beneficiales, si qui sunt in eodem Altari cum nota Sanctorum, & Beneficiatorum, & onerum Missarum, & reddituum spectantium ad Beneficia.

44 Sextò visitet Altaria, & idem perquirat, vt dictum est de Altari Maiori, & in particulari, si Altare habeat titulum Beneficij, & onera Missarum perquirat diligenter de satisfactione, & mandet ornari, & reparari necessarijs, quod si Altare nullam, aut paruam habeat dotem compellat patronos, vt illud restaurent, & ornent, infra breuem, & competentem terminum, alias potest illud demoliri facere, vel alteri patrono ornari, & reparari volenti concedere, voluit Sacra Congregat. Episc. & Regul. in Modeno. 16. Ianuarij 1604. refert Barbos. *in summ. Apostolicar. dec. verb. Altare num.* 6.

45 Septimò visitet Tectum, pauimentum, & parietes Ecclesiæ, & si indigent reparatione mandet reparari. Quod si inueniat defunctorum corpora sepulta in tumulis supra terram mandet ea amoueri, & in profundis tumbis recondi, aduertit Fusc. *de visit. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 5. Quod si Ecclesia est cooperta, nudo tecto, mandet saltem supra Altaria adaptari vmbellam, ex ligneis tabulis, vel tela, item ad fenestras accomodari telas ad repellendos ventos.

46 Octauò visitet sacristiam, & ibidem sacram suppellectilem, paramenta, & ornamenta necessaria secundum qualitatem, reddituum Ecclesiæ, & Populi, vasa sacra Calices, patenas, Cruces, Turibula, candelabra, quomodo prædicta nitida sint, & munda, & quomodo conseruentur, notat Fusc. *de visit. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 3. Et si prædicta vasa sint ex debita materia, Barbos. *de iure Eccles. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 46.

Visiter libros, & prouideat, vt sint libri necessarij, nempè Missales de nouo editi, ex decreto Concilij Trident. iussu Pij V. Pontif. Max. 1568. & sui Pontificatus, cum Sanctis nouiter additis, Baptisteria, secundum morem Romanæ Ecclesiæ, id est Rituale nouiter impressum; Nam perquirit librum Baptizatorum, in quo parochus describit Baptizatos in sua Parochia, & aduertatur, si modus scribendi, iuxta formam traditam in eodem Rituali, si adsit vitiatura, vel rasura, aut spatium, ita vt facile addi possit, quæ non debent permitti. Perquiratur etiam etsi non adest mandetur confici librum, in quo describantur omnes defuncti, & alium in quo describantur omnes confirmati; Item mandetur confici inuentarium omnium iurium reddituum, & bonorum Ecclesiæ tam stabilium, quàm mobilium, Fusc. *cit. cap.* 13. *num. vltimo*. 47

Mandetur in sacristia accomodari oratorium, & in quo Sacerdotes genuflexi, ante sacrũ se præparent, & post, Deo gratias agant, in loco remotiori, & commodiori, vbi affigatur deuota imago, & carta in qua sunt orationes dicendæ ante, & post Missam. Mandetur etiam in eadem sacristia adaptari fontem, seu lauatorium, cum Mantili pro manibus cum sacrario, vt aduertit etiam Fusc. *cit. loc. in fin.* 48

Visitet Campanile, & inquirat locum, & si Campanæ sunt benedictæ, modum pulsandi, & mandet, vt campanæ pulsentur, iuxta varietatem temporum, & dierum Festorum, & laudabilem Ecclesiæ consuetudinem ad prima Officia, & ne sub prætextu huius pulsationis aliquo iure lucrum quæratur, & omnino mandet, quod campana pulsetur mane, meridie, & sero ad orationem Dominicam, & salutationem Angelicam, notat etiam Fusc. *de visit. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 15. *&* 16. Aduertant hic visitatores quandoq; Rectores, vel alium, cui competit, aut nimis festinantes, aut tarde pulsare Campanas maximè ad Missas, ideo prouideant, vt congruenti ordine, & tempore sonent. 49

Decimò, visitat Domum Ecclesiæ, in qua solet inhabitare parochus, vel alius presbyter illius, & primo mandat illam reparari, si qua indiget reparatione, nam si Rector in ea habeat omnia, quæ requiruntur ad animarum curam puta libros sacrorum canonum, Ecclesiasticorum constitutorum, sanctorum Patrum, homilias, & casuum conscientiæ, & Catechismi atque sacerdotalis officij. Et è contra si adsint libri profani, & improbatæ lectionis, remoueantur, aduertit Barbos. *de iure Eccles. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 47. Hic solent vt plurimum reperiri confugientes facinorosi, & personæ malæ vitæ, & propterea est iniungendum Rectori, vt talem conuersationem non admittat. 50

Vndecimò, visitator interrogans Curatum ab eo diligenter inquirit quomodo exequatur ea, quæ ad Curam animarum salutem Diuina officia, ac sacrificia pertinent, quomodo honestè, & exemplariter viuat; deinde interroget eundem de vita, & moribus subditorum, si præcepta Ecclesiæ adimpleant, si inter eas sit aliquis publicus peccator, vel scandalosè viuens, & aliquid superstitiosum exercens; quod si aliquẽ huius vitæ inueniat; contra ipsum procedat, prout iuris est, aduertit Barbos. *cit. cap.* 14. *n.* 48. 51

Deinde interroget loci incolas de vita, & moribus curati quomodo officium suum diligenter exequatur, & sacramenta administret, & si quid correctione dignum inueniat, corrigat, prout notat idem Barbos. *cit. loc.*

Si Ecclesia est Collegiata, vel Cathedralis vltra prædicta Episcopus visitat etiam Chorum, & Capitulum, & perquirit si ad vsum chori sint libri necessarij puta Antiphonaria, lectionaria, gradualia, psalteria, martyrologia, breuiaria, missales, & similia pro canendo, & psalendo in Choro, prout notat Fusc. *cit. loc. cap.* 13. *num.* 4. Item inquirat quot sint Canonici, & Dignitates, si aliqua insignia deferant, inquirendum est quomodo illa deferant, & à quanto tempore, & qua auctoritate, quod si inueniat illa exorbitantia, & propria auctoritate assumpta, prohibeat ea, imò autem posset de falso punire, per *leg. eos §. finali ff. de fals.* Abb. *in cap.* 1. *de cler. non ordin. minist.* Item inquirendum est si Canonicatus omnes habeant annexum sacrum ordinem, & si inter Canonicos si aliquis, qui ad ordinem requisitum non sit promotus, cogendus est præcisè infra annum promoueri non obstante quauis priuilegio iuxta dispositione per Conc. Trid. *sess.* 22. *de ref. cap.* 4. 52

Item perquiratur inter Canonicos, & Cathedralis Ecclesiæ si nouiter prouisi, fidei professionem emiserunt intra tempus iuxta formam præscriptam per Pium IV. in sua Constitutione incipientem iniunctum ex decreto Concil. Trid. *sess. 25. cap. 2. §. ceteri de reform.*

53 Vlterius in hac visitatione Capituli inquiratur, si Canonici omnes dignitates, ac personatus habentes resideant, ac inseruiant, iuxta Sacri Concilij Decreta præcipuè *sess. 24. cap. 12.* & si per se ipsos inseruiant, & si reperiatur inseruire per substitutum, omnino prohibeatur, iuxta formam cit. text. Concil. Trid. *§. omnes verò*, Fusc. *de visit. lib. 1. cap. 15. num. 17.* vbi refert seruitium per substitutum fuisse in totum deletum in Ecclesia Sarnensi, & ad hoc vt seruitium prædictum verè habeatur, omninò statuendum est, distributiones quotidianas distribui inter præsentes, & inseruientes statutis horis, iuxta dispositionem *cap. licet canon. de presb. cap. de cætero de cleric. non resid.* & si distributiones non sint, Episcopus procuret separari tertiam partem omnium, & conuerti in distributiones pro interessentibus dandis, iuxta sancita in Concil. Trident. *sess. 24. de reform. cap. 3.* & si in hoc capitulum negligat, possit ipse Episcopus eligere punctatores, qui absentes, & non inseruientes notent ad hoc vt illi priuari possint distributionibus, aduertit Fusc. *in loc. cit. cap. 15. num. 29.*

54 Similiter Episcopus visitans Capitulum inquirat, quomodo illud in vnum congregetur pro expediendis negotijs ipsius Capituli; prohibeat capitula celebrari tempore diuinorum officiorum, Barbos. *de canon. & signif. cap. 35. n. 14.* & quod sine tumultu, & altercatione celebrentur. Examinet quoque capitula, decreta, & statuta Capituli, & ea quæ licita, & honesta sunt, confirmet, cætera aboleri præcipiat, nec seruari; exigat etiam rationem ab administratoribus bonorum Capituli, & debitores compellat soluere: procuret quoque pro conseruatione iurium ipsius Capituli, quod conficiatur Archiuius in quo conseruentur scripturæ, & inuentaria, authentica omnium iurium, & bonorum capituli, illud duobus clauibus claudatur, & consignentur duobus de principalioribus capituli; ita & latius Fusc. *cit. cap. 15. num. 27. & seqq.*

55 In Ecclesia Cathedrali, vel alia in qua est erecta præbenda Theologalis visitat eam, & primo perquirit, si Lector interpretatur sacram scripturam secundum eum sensum, quem seruat, & tenet Sancta Mater Ecclesia, & vnanimis consensus sanctorum Patrum, prout statutum est in Sacr. Concil. Trid. *sess. 4. cap. de edit. & vsu sacr. libr. §. præterea.* Item inquirat tempus horam, & materiam sacræ scripturæ, quam Lector legit, & si quid in hoc aliquid culpabile inueniat, corrigat, & statuat tempus, horam, & materiam prædictam cum id rerum arbitrio ipsius Episcopi relinquatur Barbos. *de canon. & signif. cap. 27. num. 26.* qui alios citat. Quod si inueniat Lectorem non habere auditores, potest compellere Canonicos, & alios Presbyteros eiusdem Ecclesiæ ad audiendum lectionem prout voluit Sacra Congregatio Concil. sub die 11. Iulij 1620. Prohibeat etiam sacram scripturam in linguam vulgarem vertere, cùm id non expediat populo, docet Fusc. *de visit. lib. 1. cap. 17. num. 28.*

56 In eadem Ecclesia visitat quoque præbendam pœnitentialem; & inquirit si pœnitentiarius sit Magister, vel Doctor, aut licentiatus in Theologia, vel iure Canonico, & habet annos quadraginta, ac alia requisita, iuxta dispositionem Concil. Trid. *sess. 24. cap. 8. de reform.* Item si in confessionario horis opportunis confiteri volenti, faciet copiam sui, & si omnes admittat pœnitentes, alias si pœnitentes recuset debet ab Episcopo puniri, vt post Ricc. Gar. & alios firmat Barbos. *de canon. & Dignit. cap. 26. num. 14. & 15.* Item interroget ipsum Pœnitentiarium, à quibus casibus absoluit, & à quibus non iuxta dicta per Fusc. *de visit. lib. 1. cap. 19. num. 9.* & alia perquirat, quæ ad officium pœnitentiarij rectè eaercendum spectant.

57 Aduertant magnoperè visitatores ad satisfactionem Missarum, & Anniuersariorum, ad quod inuigilandum esse, dicit Fusc. *de visit. lib. 1. cap. 20. num. 37.* testans multos, qui tenentur Anniuersaria celebrare, ea omittere, quod ego ipse expertus sum multis visitationibus, in quibus interfui dum inueni satisfaciendum magnum numerum Missarum; & ad hoc vt in tali casu facilius prouideri potuisset, in quacumque Ecclesia mandaui confici tabellam cum inscriptione onerum Missarum satisfaciendarum tam in Altari Maiori, quàm in alijs Altaribus, nec non librum, & in eo Sacerdotes celebrantes propria manu describere onus quod satisfecerunt in eodem die in quo celebrarunt, & sic quotidie seruatur.

58 Visitat quoque Episcopus Seminarium, & diligenter inquirit de illius regimine, administratione, ordine, norma, modoque viuendi, de ipsis magistris, ac etiam officialibus, & præpositis, de vita, & moribus ipsorum, studio, lectionibus, doctrina, religioneque, & obseruantia cuiuslibet, domo, & habitatione, atque de vicinis, ne quid obscœnum committatur; Procuret vt timor Dei ibidem crescat, & vitia depellantur, proinde iniungat, vt pluries in mense iuuenes Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum suscipiant arbitrio prudentis Confessarij. Officium saltem B. Virginis, Defunctorum, & septem Psalmos quotidie recitent, aduertit Fusc. *de visitat. lib. 1. cap. 16. num. 16.* perquirat regulas seminarij, & laudabiles seruari mandet; exigat computa ab administratoribus bonorum, & redditnum illius; inspiciat Dormitorium, & mandet lampadem in eo per totam noctem ardere, & iniungat Rectoribus, vt inuigilent, ne inconueniens accidat; visitet Refectorium, & curet vt cibaria moderata sint ita, vt iuuenes nec lautè, nec parcè nutriantur, sed moderatè iuxta facultates seminarij.

59 Aduertant hic Episcopi grauiter si detineant in Seminario iuuenes, qui spem non offerunt proficiendi in virtutibus cum Concil. Trid. *sess. 24. de reform. cap. 18.* permittat recipi tantum Iuuenes, quorum indoles, & voluntas spem afferat eos Ecclesiasticis ministerijs inseruituros. Hinc in visitatione ego ipse practicaui post habitam relationem à Magistris, eosdem iuuenes aliorum eaamini subijcere, perquirat etiam visitator si in seminario sit aliquis discolus, eum expellat, & si Iuuenes inseruiant Cathedrali, & alijs locis Ecclesijs diebus festiuis, iuxta disposita per Conc. Trid. *cit. loc.*

60 In Visitatione Confraternitatum inquirendum est, quæ opera pietatis emittat Confraternitas, ex eius instituto, vel consuetudine, quas orationes, quo tempore, & loco, mandet, quæ laudabilia sunt seruari, & sæpius Confratres confiteri, & Sacram Eucharistiam accipere. Videndum est, etiam si procedat in publicis processionibus, quæ habitu qua honestate, decentia, & deuotione, ita vt absit omne scandalum. Inquirendum quibus diebus in vnum conueniat, & in quo loco, & quid in congregatione tractetur, & prohibendum est ne id faciat tempore, quo celebratur Missa solemnis, vel prædicatur verbum Dei; Item, si habeat Capellanos, & quos, quoties celebrent, & quo stipendio; Discoli, si qui sint in confraternitate corripiantur, & si incorrigibiles sint eijciantur. Diligenter perquiratur de redditibus confraternitatis, & eius bonis tam mobilibus, quàm immobilibus, de quibus mandetur confici inuentarium, & annoteotur penes acta visitationis exigantur rationes, & computa ab administratoribus, & debitores compellantur ad satisfactionem, ita, & latius Fusc. *de visit. lib. 2. cap. 14. sub num. 12.* Imò pluries in anno posse compelli Administratores prædictos ad reddenda computa, quando constat rationes alias fuisse redditas dolosè, vel quando redditio non fuit finalis, & plena, sed cum restitutione reliquorum, prout aduertit Ricc. *in prax. 1. p. resol. 904. n. 2. & 3. secundum vlt. impress.* cætera ad hanc materiam, vide apud Mart. *de iurisdict. part. 2. cap. 8. per tot.* quem etiam adduxi supra hac annot.

61 In visitatione Hospitalis inquiratur, si debita hospitalitas cum charitate seruetur, examinentur statuta, & constitutiones, & quæ laudabiles sunt omnino seruari mandentur. Item à quo administrentur ibi Sacramenta, & mandetur seruari consuetudo, vel priuilegium alias administrentur à Parocho intra cuius parochiæ fines est hospitale, *Clem. 2. §. fin.* vbi gl. *de relig. domib.* Inspiciendus est locus, si sit mundus aptus ad hospitalitatem, cubilia, & alia necessaria, examinandi sunt Hospitalarij qua Charitate, & diligentia infirmis, & alijs personis inseruiant, & assistant, si debitis horis tempore, & medelis, & quomodo Medicus hospitalis officium suum compleat.

62 Inquiratur, si hospitale sit personatum, & si patroni ius sibi competens, vel bona occupent. Exigatur ratio computorum ab administratoribus, & alia adimpleantur,

de quibus apud Fusc. *de visit. lib. 2. cap. 14.* & eodem modo visitari possunt omnia alia loca pia.

63 In visitatione Monasteriorum Monialium paucos viros secum ferat Episcopus visitator, ad summum duos Notarios, duas personas Ecclesiasticas, & quatuor viros honestos, & maturos, *Clem. attendentes de statu Monach.* Barbos. *de iure Eccles. lib. 1. cap. 14. num.* 50. cum quibus diligenter perquirat Monasterij clausuram, in qua materia potest etiam mandari claudi fenestras vicinorum, quæ habent aspectum ad ipsas Moniales, maximè in hoc Regno Neapolitano, in quo extat lex emanata tempore Cardinalis Gran vela, de qua meminit Fusc. *de visitat. lib. 2. cap. 19. num.* 50. quid veniat nomine clausuræ, *notatum est prima parte annot.* 5. latè Tambur. *de iure Abbatiss. disp.* 18. Item inquiratur, si portæ claudantur tempore debito, & hora conuenienti, Pauin. *de visit. parte prima quæst. 6. num.* 19. Item de numero Monialium, ac Nouitiarum, & si tempore debito admittantur ad professionem, si seruent votum paupertatis, vel habeant peculium, aut munera elargiantur, de quibus latè Tamb. *de iure Abbatiss. disp. 8. & 9.* De voto castitatis, & obedientiæ, si habeant aliquam conuersationem suspectam, Fusc. *cap. 19. lib. 2. sub num.* 42. scrutentur Regulæ, leges, & statuta Monialium, etsi seruentur, de quibus Tamb. *cit. loc. disp. 13. per totum*; Si pluries in mense Sacramenta Pœnitentiæ, & Eucharistiæ frequentent, quomodo officium diuinum recitent, de quo idem Tambur. *disp.* 15. Si silentia, orationes, ac ieiunia seruent; Mandetur Regulam in refectorio legi, & omnes vna mensa, & cibo nutriri exceptis infirmis prohibeatur nutrire canes, aues, simul dormire, vsus vestis sumptuosæ, colores, specula, vsus figmenti, expensæ voluptuosæ, & superfluæ, & similia, de quibus Fusc. *cit. loc. vbi num. 48. & seqq.* multum laudat Moniales extra casum necessitatis abstinere à vino, & longè se habere ab ocio. Cætera ad hanc materiam vide DD. citatos.

OBSERVATIONES

D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Fructuosam visitationem agere cupiens qualiter se debeat gerere.*
2 *Edicti generalis futuræ visitationis forma. Et selectionis Conuisitatorum, & litterarum pastoralium.*
3 *Episcopus qualiter sit excipiendus.*
4 *Visitatio à qua Ecclesia sit inchoanda, & forma decreti.*
5 *De visitatione SS. Eucharistiæ, & quæ sint obseruanda, & qui ornatus visitantis.*
6 *Fontis Baptismalis visitationis quæ inspectiones, & interrogationes.*
7 *Olea sacra qualiter visitentur, & quæ praxis.*
8 *Sacræ Reliquiæ visitandæ qualiter.*
9 *Practica visitationis Altarium, & corporis Ecclesiæ, & Cœmeterij.*

DE visitatione tam theoricè, quàm practicè plurimi, & locupletissimi tractatus prodierunt, quos recensent Ventrigl. & Gauant. *in prax. visit.* §. 3.

1 Fructuosam visitationis prouinciam agere cupiens primo seipsum, & propriam familiam corrigat præuia oratione ad Deum pro vera illuminatione Visitatorum, & Visitandorum. Pauinus *in tract. de visitatione*, quem inscripsit *Baculum Pastoralem*, vt ex ijs, quæ de ipso baculo fiat illatio ad visitationem. Pastores etenim gregem suum sæpius inuisendo, numerando, custodiunt, & sic Episcopi oues suas frequenter inuisendo, & disquirendo retrahunt ab excessibus, & in fide orthodoxa, & bonis moribus conseruant, & hunc præcipuum visitationis scopum, indicat Trident. *sess. 24. de reform. cap.* 3.

2 Publicandum est primo loco edictum generale visitationis futuræ, inuitando omnes ad suggerendum opportuna cum charitate, & ad reuelanda peccata, & peccatores publicos sine aliqua pœna, sed simplici exortatione, ita vt nec in virtute Sanctæ obedientiæ, nec iuramentum desuper à visitatis, vt reuelent exigendum, Barbos. *de potest. Episc. alleg.* 63.

Post hæc debet Episcopus sibi deligere Visitatores paucissimos, & selectiores, qui possint iuuare ad visitationem ritè peragendam, veluti Theologum Episcopalem, Archidiaconum, siue alium Canonicum Doctorem, Concionatorem, & Confessarios pro locorum magnitudine, & Diœcesis latitudine opportunos, & salutare consilium erit illos ad loca visitanda præmittere ad fideles disponendum ad suscipiendum Visitatores, & visitationem cum fructu exemplo Saluatoris, Lucæ *cap.* 10. qui binos præmisit discipulos suos in omnem Ciuitatem, & locum, quo erat ipse venturus. Magistrum cæremoniarum secum deferre Cancellarium, aut Secretarium pro scribendis actis, qui debet esse clericus, arg. text. *in cap. vt iuxta de offic. ordinar.*

Cum litteris Pastoralibus transmittenda erit instructio summaria eorum, quæ paranda sunt à visitatis, & loca visitanda indicabuntur.

Excipiendus est Episcopus in Ciuitatibus, vel locis in- 3
signioribus Pontificaliter non tamen extra portam, sed in limine ipsius, in locis minoribus cum Rochetto, & Mozzetta osculata Cruce in porta Ecclesiæ, & incensatione præstanda à digniori illius Ecclesiæ Pluuiali ornato, osculum Crucis fit genuflexo, incensatio autem stando capite cooperto, debet Episcopus orare ante Altare maius in loco sibi parato, vt penes *Pontifical.*

Visitatio inchoari debet ab Ecclesia Cathedrali tam- 4
quam à capite, & digniore, sed ad id Episcopus non compellitur, & poterit ab ea, quæ sibi magis placuerit cum formula, *Reseruatis iuribus, & absque præiudicio aliarum Ecclesiarum*, absque vrgenti autem, & rationabili causa visitationem ab alia, quam à Cathedrali non erit incipienda. Nam Pontificaliter accedere oportet ad Cathedralem, & alia solemniter per agere, quæ præscribuntur *in Pontificali de visitat.* quæ conuenientius fiunt in principio visitationis.

De visitatione SS. Eucharistiæ.

Incipiet visitationem à SS. Eucharistia, quoad hunc di- 5
ligenter considerabit. An honorificè custodiatur inspiciendo Tabernaculum, & Pixidem intus, & foris. Altare, & ipsum sacellum, & lustrabit Tabernaculum, an ligneum, vel lapideum. Pixidem, seu Custodiam intus auro litam, & aliam Pixidem pro infirmis. Clauem auratam sericeis cordulis appensam, tutam eius custodiam, vbi & à quo. Corporale stratum. Conopeum album supra Pixidem, & supra Tabernaculum coloris officij currentis mutationem, & renouationem eiusdem SS. Eucharistiæ. Lampadem continuo lucentem ante ipsam. Baldachinum, siue vmbellam deferendam supra ipsam in Processionibus. Velum album gestandum supra Pluuiale. Modum ministrandi in Paschate. Schedulas, siue notas pro cognoscendis Communicatis in Paschate. Societatem SS. Sacramenti. Ablutionem post Communionem laicis ministratam. Cribrum ad expurganda fragmenta particularum. Vas ad asseruandas hostias. Bursam albi coloris cum sericeis cordulis pro locis ruralibus ad portandum Viaticum infirmis. Lanternam, & Intorticia pro associatione. Ætatem puerorum, & illorum instructionem ante primam communionem. Sepulchrum in hebdomada maiori, & alia, de quibus Fuscus *in visitat. lib. 1. cap. 5. num.* 3.

Præfata visitatio fit cum Pluuiali albi coloris, vel saltem cum stola supra Rocchettum, duabus intorticijs, & thuribulo, & incensatur ter ante visitationem, & non post.

Expedita visitatione SS. Eucharistiæ vsus est visitare Sanctorum Reliquias intorticijs accensis prosequi. Thuribulum fit cum igne pro incensatione, Frequentius tamen visitatio fit Fontis Baptismalis.

Visitatio Fontis Baptismalis.

6 Describendus est qualis. An lapideus. Æneus. Stanneusque, & rotundus. Locus commodus, & decens, ornatus. Pyramis, siue tumulis cum imagine S. Ioannis Baptistæ Christum baptizantis. Conopeum supra pyramidem clausus, & cancellis circundatus. Clauis, & illius custodia. Aqua clara, nitida, & illius quantitas. Vasculum ad fundandam ad baptismum, Vasculum ad illam recipiendam, ne iterum cadat in fontem. Bombix. Linteolum ad abstergendum, quæ non conuertantur ad vsus prophanos. Sal vbi asseruetur, & quando benedicatur. An detur laicis. Sacrarium ad infundendam baptismi aquam. Parua mensa ad vsum parandi necessaria pro ministrando baptismo. Lumina dum ministratur Sacramentum. Interrogandum de modo ministrandi an irrepserit superstitio. Interrogatio super diligentia vtrum in Ecclesia, vel domi ministretur. De libro baptizatorum, & de forma scribendi baptizatos præscripta per Romanum ritum.

De visitatione Sacrorum Oleorum.

7 Visitantur olea sacra, & inquiritur an decenter, & tutò custodiantur. Armarium intra Ecclesiam à latere Euangelium cum inscriptione litteris maiuscolis. Ornatus interior, & exterior. Clauis tuta, & illius custodia. Vasa ipsa argentea, vel stamnea, non ærea proptee eruginem, neque vitrea propter periculum fracturæ. Duo vnita pro Chrismate, & oleo Catechumenorum pro infirmis separatorum. Gossipium. Renouatio annualis, & veterum combustio. Arcula cum vasculis, & sna claui admittendum pro ipsis sumendis. Sacculum sericorum ad deferendum turi..

De visitatione Sacrorum Reliquiarum.

8 Explicita Sacrorum Oleorum visitatione deuenitur ad Sanctas Reliquias deuotè visitandas, cum duobus ad minus intortitijs. Adiungitur incensatio. Inspicitur armarium decens in quo asseruantur. Index ipsarum, qui confrontatur cum codice antiquo. Integritas illarum in vasibus aureis, vel argenteis, aut vitreis mundis, & ornatis inclusarum. Interrogatio fit de custodibus clauibus, & custodia illarum. De modo exponendi cum superpelliceo, & stola, & luminibus. In festo ipsarum. Et de officijs. Tabella in loco ipsarum. Altaria in quibus venerantur. In Sacristia conseruandæ pannis sericeis, albis, vel rubris pro Confessoribus, & Martyribus ad inuoluendum eas. Delatio ad ægrotos non permittenda extractione ipsarum absque licentia debita. At si ex deuotione fiat non improbatur. Expositio extra capsas, seu vasa propria non concedenda. Nouæ reliquiæ non recipiendæ priusquam ab Episcopo sint recognitæ adhibitis pijs, ac doctis viris.

De visitatione Altarium.

9 Necessaria ad ornatum illorum si desint, erit de illis prouidendum, & de ijs, quæ desunt. Debita altitudo, & longitudo, Mappæ tres cum vna duplicata, & quando mutentur. Tela stragula. Superior tobalea longa vsq; ad terram. Crux. Candelabra. Icon. Tabella secretorum. Pallia omnium colorum. Vmbella super illud. Puluinar saltem vnum. Fenestra vrceolorum. Campanula. Clauus à latere pro appendendo bireto Sacerdotis. Fundatio. Titulus obligationes. Redditus.

De visitatione Corporis Ecclesiæ.

Inquiritur an sit constructa. An egeat reparatione in muris, parietibus, tecto, an parietes mundi, & albi, & sine indecenti epitaphio. An quis habitet super eam. An habeat Sedem Episcopalem à qua denominetur Cathedralis cum suis gradibus. Baldachino. An Chorus sit benè dispositus separatus à laicis cum suis sedibus. Antiphonarijs. Gradualibus. Martyrologio. Pontificali. Directorio Chori. An pulpitum. An Sepultura pro Sacerdotibus, & Clericis. An fenestræ sufficientes cum speculis vitreis, & clausis ad arcendam pluuiam. An Sedes Confessionales sufficientes publicæ, & in aperto loco. An claudi possint, ne laici sedeant in eis. An mulieres ante Solis ortum, vel post occasum admittantur.

De visitatione Cœmeterij.

An clausum sit, vt impedietur transitus per illud, & brutorum accessus. An Crux lapidea, siue altè erecta in loco patenti. An arbores, vel immunda adsint.

S V M M A R I V M.

1 *Visitator recipere debet in victualibus Procurationem, & non in pecunia.*
2 *Visitator nomine victualium ordinaria, & non extraordinaria recipere potest.*
3 *Visitatori nomine victualium non debentur vectura, vel ferratura equorum, quid in visitatore Apostolico,*
4 *Visitatori Pauperi debentur vectura imò, & vestes si indigeat, non sic regulariter.*
5 *Visitatori debetur Procuratio etiam pro beneficio Cardinalis cum onus sit reale.*
6 *Visitatori pro Procuratione relaxari potest mandatum executiuum.*
7 *Visitatori procuratio à visitatis debetur, quid in casu alterius consuetudinis.*
8 *Visitatori plures Ecclesias visitanti vnico die vnica debetur procuratio pro rata Ecclesiarum.*
9 *Visitans Ciuitatem in praxi non recipit procurationem quid de Iure.*
10 *Visitatis datur optio soluendi procurationem in pecunia, vnde non possunt cogi continuari.*
11 *Procuratio visitatori danda debet esse moderata.*
12 *Procuratio non exigenda vbi de consuetudine non prabetur.*
13 *Procuratio non exigitur ab Ecclesijs pauperibus.*
14 *Procuratio non exigitur ab Ecclesijs dependentibus, & vnitis Religionis Hierosolymitanorum.*
15 *Procuratio non exigitur ab Hospitali nisi habeat Ecclesiam vnitam.*
16 *Procuratio non exigitur nisi effectiuè fiat visitatio.*
17 *Visitator, & socij nihil vltra Procurationem accipere possunt, neque pro decretis, &c.*
18 *Visitator, & socij à Visitatis, nec sponte oblatum accipere potest.*
19 *Visitatoris notarius nihil accipere debet; nisi in casu pro copia Actorum quid in Nunciatore visitationis.*
20 *Visitator eiusque socij, & ministri quas pœnas incurrant aliquid accipiendo vltra Procurationem.*
21 *Visitator quomodo procedat in causis Visitando si graue delictum infamiam, vel non iustum titulum inueniat.*
22 *Visitator nequit recusari vti suspectus in pœnis, &c.*
23 *Visitator nequit preponere edicta ad finem reuelandi delicta alicuius particularis.*
24 *Visitator non nimis debet credere cartulis, quæ contra Visitatos exhibentur.*
25 *Visitator procedit summariè sine figura iudicij, & quid in casu appellationis.*
26 *Visitatoris suffraganei, & sicuti Delegati, à Decreto appellatur ad Metropolitanum.*
27 *Visitatoris à Decreto datur, etiam appellatio, quoad vtrumque effectum si sit circa exemptos.*
28 *Visitationis occasione quæ dicuntur fieri non sunt appellabilia, & qualiter.*
29 *Visitator summario Beneficiatum post decennium non compellit ad ostendendum titulum, sed tantum adiurandum se habere.*
30 *Visitationis liber facit plenam probationem, & quando.*
31 *Visitationis tempus non admittit expeditionem causarum, & si summariarum.*

32 *Vi-*

32 *Visitationis decreta perpetua sunt.*
33 *Visitatores Ecclesiastici possunt sindicari.*

ANNOTATIO XXIV.

§. II.

1 INter cętera, quæ in hoc *tex.cap.prim. de censib.&c.lib.6.* afferuntur io terminis visitationis, disponitur in §. *procurationes*. Visitatorem non posse recipere procurationem in pecunia, sed in victualibus moderatè, & nec ipsum, nec familiam suam posse aliquid recipere ratione officij, aut muneris, pro cuius tex. intelligeotia.

2 Nota primò nomine victualium visitanti debitorum veoiunt res, quæ consistunt io victu, non tamen veniunt ea, quæ sunt necessaria personæ puta medicina, vel aliud extraordinarium pro ipso Visitante, declarat Nouar. *nouo Iur. Pontif. pract. concl. tit. de visitat. concl. 5. alias* 122. *num.2.* post Zerol. *in prax. verbo visitatio §.6.dub.1.* Barbos. *de potest. Episcopi par.3.allegat.73.num.57.* sed melius Surd. *de alim.tit.4. quæst.22. num.3.* dicit in his terminis nomine victualium venire tantum diaria, quæ cibum, & potum concernunt licet veniat tali appellatiooe in alijs terminis esus, potus, vestis, & vsitatum, vt idem Surd. *cit. loc. num. 2.*

3 Hinc oon venire nomioe victualium vecturas equorum, vel ferraturas, & proinde noo debentur Episcopo Visitanti, tenet Zerol. *cit. loc. dub.* 3. Piasec. *in praxi par.2. cap.3.num.63.in fin.* Genuens. *in simul.prax.cap.21.num.12. secund. vltimam impress.* Bell. *disqu. cler. par. 1. tit. de cler. debitor.§.11.num.4.* Nouar. *cit.loc. num.7.* qui secus dicunt in Visitatore Apostolico, nempè illi deberi mercedes equorum, & viaticum de loco ad locum, per *gloss. in Clem. 2. de censib.* Azor. *instit. moral. lib. 3. cap. 42. quæst.* 8. Surd. *cit. loc. num. 10.*

4 Supradicta de vectura, seu mercede equorum declara nnn habere locum in Episcopo, vel alio Visitatore pauperi, & indigenti: illi eoim visitanti debentur etiam mercedes, & vecturæ equorum à visitatis, & vltra victum omnia necessaria, itaut etiam vestes, & familia sit præstanda, si illis indigeat, tenet Len *Thes. for. Eccles. par.2.cap.16. num. 43. & 44.* Regulariter verò, & extra casum iodigentiæ tantum victum pro se, & honesta familia est præstanda Visitatori, vt concluduot DD. citati, & oon solum personis, sed etiam equis sunt præstanda victualia, docet Geouens. *cit. num. 2.*

5 Ampliatur suprapoſita conclusio, vt hæc procuratio in victualibus consistens debeatur Episcopo Visitanti etiam à beneficio possesso per Cardinalem, quia onus est reale super Beneficio non personalis super persooa Cardinalis, voluisse Sacram Congregat. in Therimnen. 13. Septembris 1631. testatur Sell. *select. canon. cap.82. num.5.* & Barbos. *summ. Apostol. decis. verbo procuratio num.5.*

6 Ampliatur etiam, vt pro huiusmodi procuratione possit relaxari executio non obstante quauis appellatione, quæ in hoc casu non admittitur solum, quoad effectum suspensiuum, docet Bell. *disqu. cleric. par.1. tit. de Cleric. debitor. §. 11. num. vltimo.*

7 Debetur hæc procuratio in victualibus Episcopo Visitanti à Visitatis tantùm, vt omnia iura disponunt. Verùm, si coosuetudo particularis sit, vt illa præstetur à communitate, seruanda est, quousque ipsi laici soliti præstare procurationem, veliot, alias si recusant, cogendi non suot, docet Len *in Thes. for. Eccles. par. 2. cap. 16. num. 34.* Barbos. *de potest. Episcopi par. 3. alleg. 73. num. 13.*

8 Si voica die Episcopus plures Ecclesias visitauerit, omnes pro rata fructuum, & reddituum illarum contribuere debent ad hanc procuratiooem Visitatori debitam, quæ procuratio vnica esse debet, iuxta dicta per Zerol. *in praxi verbo visitatio §.6.dub.6.* Bonacina *tom.3. tit. de suspension. in particul. disp.3. quæst.5. punct.4. num.4.*

9 De iure benè probari potest hanc procurationem deberi à visitatis Episcopo, visitanti etiam in propria Ciuitate, vel loco suæ residentiæ, & quando potest de facili redire ad domum suam pro prandio, & cœoa; ea ratione, quia procuratio non ratione interesse, sed ratione officij, & in signum subiectionis debetur, tenet post *gl. in cap. venerabilis verbo non soluerunt, & verbo rationabile de censib.* Abb. *num. 2.* & Host. *in princip. ibidem*, sequitur Surd. *de alim. tit. 4. quæst. 22. num. 9.* Bell. *disquisit. cleric. par. 1. tit. de cler. debit. §. 11. num. 2. & 3. & alij.* Verùm contraria sententia nempè Episcopum in Ciuitate, & loco suæ propriæ residentiæ visitantem, oon exigere procurationem, seruatur magis communiter in praxi, & est conformior dispositiooi, Concil. Trid. *cit. cap. 23. sess. 24. de reform.* vbi conceditur mioistranda hæc procuratio in victualibus Visitatori, pro temporis tantum necessitate, & non vltra, sed Episcopus visitans in Ciuitate, & loco suæ residentiæ de facili potest domum suam se recipere pro prandio, & Cœna, ergo cùm illo non dicitur concurrere temporis necessitas, de qua in Conc. hanc sententiam tenent Piasec. *in prax. par. 2. cap. 3. num. 65.* Barbos. *3. par. alleg. 73. num. 46. de potestat. Episcopi,* Geouens. *in prax. cap. 19. per totum*, vbi testatur Neapoli non recipi procurationes ab Ecclesijs Ciuitatis, sed tantùm ab Ecclesijs suburbiorum.

Datur optio visitatis an velint ipsa victualia debita 10
Episcopo Visitanti redimere, & soluere in pecunia, iuxta taxam solui consuetam ante Concil. Trid. id enim disponit ipsum Concil. *cit. cap. 3. sit tamen*; & in hoc casu Visitator tenetur recipere procurationem in ea specie, qua fuerit allata, ita Piasec. *cit. cap. 3. num. 64. in fin.* Sed si vno anno eligunt visitati præstare procurationem in pecunia, noo tamen potuerunt cogi perseuerare singulis annis, cùm in hoc permittatur variatio, ex quo enim exigitur à volentibus dare pecuniam loco victualium, ergo non poteruot compelli, quod etiam erit in successoribus in Beneficio, qui non ligantur facto prædecessorum, ita Grat. *discept. foren. c. 57. n. 17. & 18.* Hæc enim optio datur tantum visitatis non verò visitanti, vt patet ex Concil. Nouar. *citat. loc. concl. 5. num. 8. & 9.* Genuens. *cit. cap. 21. n. 7.* Hinc non posse Episcopum in pecunia taxare, id quod per victum sibi necessarium cootingebat, dicit Zerol. *in prax. verbo visitatio par. 2. §. 6. dub. 2.* Barb. *cit. alleg. 73. num. 55. & 56.*

Hæc autem procuratio io victualibus consistens debet 11
esse moderata secundum facultatem ecclesiæ, prout exclamant communiter DD. Hinc Episcopus debet esse conteotus moderatis alimentis, nec multum grauare Rectores Ecclesiarum, aduertit Surd. *de aliment. titul. 4. quæst. 22. num. 4.* Nec debere aparere sumptuosas epulas, sed cum gratiarum actione accipere, quod honestè, & competenter fuerit ministratum, obseruat Bellet. *disq. cler. cit. §. 11. num. 7.* & ne multum grauet visitatos, oon debere io vno loco sine iusta causa moram trahere supra diem vnum, notat idem Surd. *loc. cit. num. 8.* Nec posse Episcopum visitantem panes integros, & Capones, & alia fragmenta, quæ remaneot in mensa secum deferre, nec recipere esculenta, & poculenta domum portanda, considerat Genuens. *in prax. cit. cap. 21. num. 13.* qui tantum permittit posse Episcopum fragmenta, quæ remanent in mensa erogare pauperibus loci, in quo visitat, per Clem. 2. *de censib. vbi DD.* Grat. *discept. for. cit. cap. 57. num. 19.* Et debere esse contentum minori quo possit equitatu, & famulatu, monitum est supra, & tenet Leo *Thes. for. Eccles. par. 2. cap. 16. num. 37. in fin.*

Non potest Episcopus visitator exigere procurationem, 12
nec etiam in victualibus in multis casibus, primò in locis vbi viget consuetudo illam non exigendi, tunc enim gratis est visitandum, prout expresè mandat ipsum Concil. Trid. *cit. sess. 24. de ref. cap. 3.* in illis verbis, *in ijs vero locis, seu prouincijs, vbi consuetudo est, vt nec victualia, nec pecunia, nec quidquam aliud à visitatoribus accipiatur, sed omnia gratis fiant; ibi id obseruetur*: & licet de iure communi procuratio præscribi non possit per *tex. in cap. cum ex officijs de præscriptio.* hodie tamen ex noua dispositione cit. decr. Concil. Trid. præscribitur, nec peti potest, vbi illam oon dandi viget consuetudo, ita Barbos. *de potest. Episcopi. citat. par. 3. alleg. 73. num. 46.*

Secundò Episcopus visitator non exigit, procuratio- 13
nem, nec etiam in victualibus quando visitat Ecclesiam pauperem; à paoperibus enim clericis Episcopus procurationem oon exigit, sed tenetur sibi de proprio prouidere, quia ad hunc effectum habet redditus Episcopales per *tex. in cap. cum instantia vbi gloss. in verbo prægrauari de censib. & ibi etiam DD.* præsertim Abb. *num. 7.* Surd. *de alim. titul. 4. q. 22. n. 6.* Bellet. *disq. cler. par. 2. titul. de cler. debit. §. 11, num. 8.*

num.8. Homon. de Bonis de examin. Eccles. tract. 11. c. 12. quaest. 17. res. 2. & alij communiter.

14 Tertiò non debetur procuratio Episcopo visitanti Ecclesias parochiales vnitas, & dependentes à Religione Hierosolymitana à Vicarijs earumdem Ecclesiarum, ita fuisse decisum in Augustana 14. Decembris 1630. refert Alan. in comp. can. resol. lib. 2. tit. 16. num. 9.

15 Quartò non potest Episcopus visitans exigere procurationem ab hospitalibus & alijs locis leprosorum domorum Dei, pauperum, & infirmorum gl. final. in cap. procurationes de religios. domib. Genuens. in prax. cap. 17. num. 2. secund. vlt. impress. Zerol. in prax. par. 2. verbo visitatio §. 2. dub. 7. Piasec. etiam in prax. par. 2. cap. 3. in fin. Bell. disput. cler. cit. §. 11. num. 10. Barbos. de potest. Episcopi par. 3. alleg. 13. num. 50. Non tamen excusatur ab hac solutione procurationis confraternitas habens hospitale cum Ecclesia, in qua celebrantur Missae cum Campanili, quia est pius locus Bell. cit. loc. num. 11.

16 Quintò Episcopum re ipsa non visitantem nihil procurationis causa exigere posse refert decisum Armendariz in addition. ad recop. legum Nauarrae lib. 1. titul. 6. de constitution. num. 117.

17 Praeter procurationem praedictam consistentem in victualibus non possit Episcopus visitans, nec quisquam suorum aliquid accipere qualitercumque offeratur non obstante quauis consuetudine, ita expresse disponit Concil. cit. cap. 3. Hinc DD. notant non posse Episcopum visitantem quicquam percipere ab eis, qui visitantur pro decretis, & ordinationibus spectantibus ad visitationem pro rogitu, seu scriptura, vel labore suo refert decisum Armendariz cit. loc. num. 116.

18 Vlterius eodem loco prohibet Concil. Trident. recipi ab Episcopo visitante, vel alio ea suis quodcumque munus etiam sponte oblatum ab ipsis visitatis. Vnde non posse Episcopum accipere in hoc casu etiam Comestibilia, vt secum asportaret, docet Piasec. in prax. par. 2. cap. 3. num. 73. nec fragmenta quae remanent in mensa, sed illa eroganda pauperibus, & notatum est supra cum Genuens. nisi sint paruissimae quantitatis. Nec etiam finita visitatione, dum discedit à locis visitatis recipere posse munera, tenet Barbos. in Collec. Doctor. ad dictum cap. 3. Concil. Tridentin. num. 28. in fin.

19 Supradicta procedunt etiam cum Notario, siue secretario, aut scriba visitationis, is enim nequit aliquid accipere pro suis laboribus scribendo, vel transcribendo, vt notauit in prax. Episcop. ver. visitatio §. 6. dub. 4. Nald. in summ. verbo visitare num. 2. Grat. discept. for. cap. 57. n. 22. Nouar. noui iur. pontif. pract. concl. titul. de visit. concl. 5. alias 122. num. 50. qui refert ita voluisse Sacram Congregationem. Sed si visitati petant copiam actorum, debent soluere salarium, vt post Genuens. & Ricc. testatur ipse Nouar. loc. cit. supradicta quod Notarius visitationis nihil recipere possit procedunt, siue Notarius babeat salarium de publico, siue non prout aduertit Genuen. eod. loc. cap. 20. concludit Ricc. in prax. par. 1. resol. 546. num. 4. licet in contrarium eodem num. videntur sentire Nuncius, qui mittitur ante diem, qui aduentum visitatoris annunciet visitatis dignus est mercede, & illa solui debet à visitatis, ita probat Manriq. qq. moral. par. 1. quaest. 80. per totum, quod non quando nunciatio commodè fieri potest per literas sine expensis.

20 De poenis, & censuris, quas incurrit Episcopus, vel alius visitator & familiares visitantis, recipientes aliquid à visitatis vltra victualia, vide late P. Thes. in prax. Ecclesiast. 2. par. verb. visitationis occasione procurationem &c. cap. 2. per totum, Bonac. tom. 3. titul. de suspensionib. omnib. in particul. disp. 3. quaest. 5. punct. 4. & alios, obseruantes poenas impositas contra praedictos per Concil. Trid. cit. cap. 3. Disponit enim Concil. quod recipientes aliquid à visitatis praeter victualia teneantur infra mensem ad restitutionem dupli, nec non incurrant in penas latas in cap. exigit de censib. in 6. vbi deciditur, quod si recipientes praedictos infra mensem à die receptionis computandum non restituerint duplum eius quod acceperint, si Patriarchae Archiepiscopi, vel Episcopi sint incurrunt ipso facto ex tunc interdictum ab ingressu Ecclesiae, si inferiores incurrunt etiam ipso iure suspensionem ab officio, & beneficio, quousque duplum praedictum non restituerint. Non ligat tamen de iure poena praedicta quando aliquid recipitur non ab ipsis Ecclesijs visitatis, aut ab eisdem, sed in parua summa, probat Manriq. qq. moral. par. 1. quaest. 16. num. 4. & seqq.

Nota secundò aliquid circa modum procedendi in cau- 21
sis visitationum; cùm enim visitatio sit introducta ad finem admonendi, corrigendi, ac reformandi clerum, & populum cap. procurationes de censib. cap. 1. eodem titul. 6. lib. 6. Concil. Trid. cit. cap. 3. Ideò Episcopus procedere debet contra visitatos cum Charitate, & correctione fraterna, & se abstinere ab inquisitione solemni. Verùm si grauis sit exorta contra visitatos infamia, & scandalum, vel cum contineat praeiudicium tertij tunc potest visitator iudicialiter procedere, & cum solemni inquisitione, & poenam ordinariam imponere, ita Genuens. in prax. Archiepisc. Neapol. cap. 21. num. secundum olim impress. vbi in fine testatur ex hac doctrina curiam Archiepiscopalem Neapolitanam in visitatione non priuasse beneficijs beneficiatos repertos cum titulis inualidis, sed illis statuisse terminum ad impetrandam dispensationem.

Hinc habes Episcopum, vel alium visitatorem non 22
posse vti suspectum recusari quominus penam extraordinariam, quae morum correctionem, & emendationem respiciat, imponere valeat, ita declarasse sacram Congregationem Concil. die 25. Maij 1601. testatur Garz. de benef. par. 3. cap. 2. num. 198. Armendariz in addit. ad recop. leg. Nauar. lib. 1. titul. 6. de visitat. lib. 5. §. 2. num. 7. 8. & 34. vbi secus dicit si Episcopus in visitando modum excesserit Barbos. de potestat. Episcopi 3. part. alleg. 73. num. 38.

Habetur etiam in visitatione non posse Episcopum, vel 23
alium visitatorem proponere edicta contra particulares personas, puta vt quicumque aliquid contra talem Rectorem Ecclesiae denunciet, nam hoc esset in maximum praeiudicium famae clericorum, licet possit se informare ab aliquibus personis bonestis, & fide dignis de parochia, docet Genuen. in prax. cap. 21. num. 8. secundum vltim. impressionem, testatur declarasse Sacram Congregationem Concil. Barbos. in summ. Apostol. decis. verbo visitatio, num. 6. vbi etiam refert fuisse decisum non posse Episcopum in visitatione exigere iuramentum à visitatis, quod meliùs distingue cum Genuens. cit. loc. num. 6.

Nec etiam debere Episcopum visitantem recipere 24
cum fide cartulas, quas saepè rustici contra suos Parochos secretò offerunt ex odio potiùs, quàm rebus veritatis denunciando figurata delicta, aduertit idem Genuens. cit. loc. num. 9.

Collige etiam Episcopum, vel alium Visitatorem pro- 25
cedere in visitatione summariè, & de plano sine strepitu, & figura iudicij, prout aduertit post Graff. decis. aur. par. 2. lib. 3. cap. 28. num. 106. Anton. var. resolut. lib. 1. resolut. 110. num. 13. ex qua ratione à decretis Visitationum prohibetur appellatio, & inhibitio per Concil. Trid. sess. 3. de reformat. cap. 1. sess. 22. de reform. cap. 1. & sess. 24. de reform. c. 10. Verùm haec intellige, quoad effectum suspensiuum tantùm; nam subditi non possunt praetexto appellationis suspendere executionem Visitationis, Lancell. de attent. & innouat. appell. pend. limit. 18. in princ. num. 6. Marchesan. de commiss. par. 1. de commiss. appellat. extra Rom. Cur. cap. 6. nu. 78. Leo Thes. for. Eccl. par. 2. cap. 22. Vbi id etiam procedere ait pendente appellatione ad Sedem Apostolicam, Piasec. in prax. Episcop. par. 2. cap. 3. num. 61. Salgado de protect. Regi tom. 1. par. 2. cap. 10. num. 26. Intelliguntur etiam supradicta de appellatione prohibita quoad effectum suspensiuum, quando Episcopus, vel alius Visitator procedit in visitatione extraiudicialiter ad correctionem morum non compilato processu; sed quando procedit iudicialiter compilato processu ad poenam ordinariam delicti, tunc non solum datur appellatio ad effectum deuolutiuum, sed etiam ad effectum suspensiuum, imò etiam admittitur recusatio, vt benè aduertit Genuens. in prax. cit. cap. 21. num. 5. Gonzal. Mendez de Cambedo diuers. argum. lib. 1. cap. 19. à num. 8. Manriq. qq. moral. par. 1. quaest. 91. num. 12.

Hic aduerte, quando appellatur ab Episcopo suffraga- 26
neo visitante, ac procedente tanquam Sedis Apostolicae Delegato, appellandum esse ad Metropolitanum etiam quoad effectum deuolutiuum tantùm, ita Piasec. in prax. par. 2. cap. 3. num. 61. Zerol. etiam in prax. par. 2. verbo visitatio

tatio §. 3. Barbos. *de potest. Episcopi part.* 3. *allegat.* 73. *num.* 35. *& allegat.* 92. *num.* 14.

27 Aduertendum est etiam, quod licet regulariter non detur appellatio saltem, quoad effectum suspensiuum in causis visitationum, id tamen fallit, si Episcopus in visitatione procedat in exemptos, seu aliàs priuilegiatos contra eorum priuilegia, tunc enim est locus appellationi, etiam quoad vtrumque effectum, Marches. *de commission. part.* 1. *de commiss. appellat. extra Curiam Romanam cap.* 6. *num.* 78. Barbos. *cit. alleg.* 73. *num.* 34. Et si quid attentatum est pendente hac appellatione docto de priuilegio exemptionis, venit reuocandum, ita Lancell. *cit. loc. n.* 4. *à contrario sensu*; licet alias regulariter loquendo non dicantur attentata, nec veniant reuocanda acta facta post appellationem interpositam ab actu visitationis, prout testatur fuisse dictum per Rot. *in vna Concordia Decanatus* 16. *Iulij* 1570. *coram D. Oradino*, Lancell. *cit. loc. num.* 9.

28 Supradictum, quod non detur appellatio ab actibus visitationis, & consequenter attentata pendente tali appellatione non veniant reuocanda, procedunt, non solum in appellatione ab his, quæ in actuali visitatione, per Ordinarium sunt gesta, sed etiam in his, quæ ratione visitationis, per eum dicerentur fieri, vt aduertit idem Lancell. *cit. loc. num.* 10.

29 Solet quandoque Episcopus Visitator videre Bullas Beneficiati, quo in caso notandum est, quod non potest compellere Beneficiatum, qui possedit Beneficium per decennium ad attendendum Bullas, & eius titulum, sed tantum potest illum compellere ad iurandum se habere titulum, docet post DD. *in cap. licet Hels de Simon.* Genuens. *in prax. cit. cap.* 21. *num.* 10. Vbi etiam ait posse Episcopum assumere in se onus probandi defectum tituli contra antiquum possessorem, qui non tenetur ostendere titulum, iuxta doctrinam Abb. & Fel. *in cit. cap. licet Hels.*

30 Nota tertiò, & vltimò librum Visitationis, & in eo conscripta per Notarium facere plenam probationem in iudicio, probat Pauin. *de visit. quæst.* 4. *num.* 24. *&* 34. quem communiter sequuntur alij Anton. *var. resolut. lib.* 1. *cap.* 110. *num.* 2. Ricc. *in prax. part.* 1. *resol.* 905. *per totum*, vbi refert ita voluisse Rot. Roman. 14. *Decembris* 1551. *coram D. Vessano*, & in facti contingentia sic iudicasse. Sed prædicta intelligenda sunt, dummodo liber prædictus conseruetur in Archiuio publico Cancellariæ Episcopalis, & per fidelem Custodem ad id deputatum custodiatur, nec in eo aliquid suspectum appareat, iuxta disposita in *cap. ad audientiam de præscriptionib.* Mascard. *de prob. concl.* 316. *num.* 6. *&* 7. Anton. *cit. loc. num.* 3. Et quod prædicti libri faciant fidem etiam contra tertium, probat validè, Henriq. *qq. moral. part.* 1. *quæst.* 110. *num.* 2. *& seqq.*

31 Aduertendum prima, quod causæ Beneficiales, & Capellaniorum, vel iurispatronatus Matrimoniales, Ciuiles, vel Criminales, quæ breuiter in iudicio sommario, & celeri visitationis expediri non possunt, minimè tractantur in visitatione, prout notat Piasec. *in prax. cap.* 22. §. *negotia quoque Ciuilia*, & sequitur Manriquez *qq. moral. p.* 1. *q.* 91. *num.* 3. *qui num.* 15. refert stylum processandi in causis Visitationis.

32 Secundò, quod decreta, & acta Visitationis, finita visitatione, adhuc durant, & perpetua sunt, & vim legis habent, Sot. *in* 4. *sentent. dist.* 22. *quæst.* 2. *art.* 1. §. *sed minores Prælatis*, loquens de excommunicationibus, & censuris visitationis, sequuntur Auila *tract. de censur.* 2. *part. cap.* 1. *disp.* 2. *dub. vnic.* §. *tertio diuiditur*, *& cap.* 3. *disp.* 1. *dub.* 4. §. *dico secundo*, de Graff. *decis. var. consttent.* 2. *tom. lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 67. & probat rationibus Manriq. *qq. moral. q.* 28. *per tot. part.* 1.

33 Tertiò, quod Visitatores Ecclesiastici possunt syndicari, & tenentur dare syndicatum, probatur ex *cap. ea, quæ* §. *sequentes de stat. Monach.* ibi: *sequentes autem Visitatores perquirant priorum Visitatorum, vestigia diligenter, &c.* vbi gl. *verbo, & commune negligentias*, tenet Amed. Iustin. *de syndic. num.* 3. Auiles *in dictum syndicatus cap.* 1. *num.* 3. Azeued. *tit.* 7. *lib.* 3. *nou. recopil.*

OBSERVATIONES
D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Monasteria Monialium exempta qualiter visitentur.*
2 *Exemptionum species distinguuntur in materia visitationis.*
3 *Ordinariorum appellatione, qui veniant super facultate visitandi.*

De moderatis victualibus, & honesta compositione in aliqua summa pecuniaria, cum qua possit Episcopus expensas suppeditare agit pleno calamo Ventriglia. Si non visitat Episcopus, sed Vicarius Generalis, vel substitutus, non debetur solita taxa, sed medietas, vel minus, Nicol. *in floscul. verb. Visitatio num.* 10.

De visitatione Ecclesiarum exemptarum agendo circa 1
speciem exemptionis determinatio pendet à priuilegij Apostolici tenore, vt qualitate, & qualitate loci.

Circa visitationem Monasteriorum Monialium quamuis exemptorum, locum habet visitatio in ijs, quæ concernunt clausuram, vt conseruetur, & respectiuè restituatur, ex Concil. Trid. *sess.* 25. *de regular. cap.* 5. & clarius ex Constit. 18. Gregor. XV.

Ratio est, quia clausuræ custodia, & visitatio magis consideranda est formaliter, & ab extra, quam materialiter, & ab intra, respectu scilicet Cleri, & populi sæcularis, à quo potius, quam ab ipsis monialibus scandala prouenire solent, idcircò congruum est, huiusmodi munus committere ijs, qui iurisdictionem in eundem Clerum, & populum habent in loco, & coercere possunt, Card. de Luca *de iurisd. discurs.* 26. *num.* 11. *&* 12. vbi limitat, si Monasterium haberet Nuntium Apostolicum in visitatorem.

Aut respectu Regularium prætenditur ius visitandi. Et 2
iuxta Constitutiones Apostolicas præsertim Vrbani VIII. & Innocentij X. Monasteria legitimè non fundata, aut non habentia sufficientem numerum Religiosarum subijciuntur iurisdictioni Ordinarij. Aut quod sub hac lege concessa fuerint, vt subiaceant Ordinario.

Idemque si agatur de Ecclesia exempta, cui annexa sit cura animarum. Vnde competit ius visitandi Sacramenta, Cœmeteria, & alia quæ ipsam curam concernunt, de Luca *in annot. ad S. C. Trid. discurs.* 5.

In ijs locis, in quibus Prælati inferiores ordinariam habent actiuam iurisdictionem etiam cum Clero, & populo, & habent etiam curam Sacramentalem, quoties sint intra diœcesis fines, adeout dici non valeant verè nullius, & de territorio separato materialiter per veritatem, sed non impropriè, & intellectualiter per solam fictionem, tunc quouis priuilegio exemptionis non obstante ex iure delegato per Concilium competit visitatio in ijs, quæ concernunt casus venientes sub delegata iurisdictione, quales sunt circa curam animarum, & administrationem Sacramentorum, & sunt causæ matrimoniales, criminales, approbationes Confessariorum, licentiæ Concionatorum, concursus Parochiarum cum similibus, Card. de Luca *vbi sup.*

Altera species exemptionis est illa, quæ de facto prætenditur per sæculares Magistratus in Hospitalibus, & pijs locis, quæ sub laicorum regimine sint ratione legis fundationis, vel priuilegij Apostolici. Vel quia laicus fundator adhuc viuat. Aut quod sint sub immediata Regia protectione. Quamuis enim pro regula recensum sit, vt exemptio à visitatione speciali nota digna sit, neque sufficiat dicere, vt locus ab Ordinarij iurisdictione, & potestate sit exemptus, & subditus sæcularibus, nisi etiam fiat mentio visitationis. Attamen pro diuersis locorum stylis, & moribus diuersa esse solet praxis.

Ordinarij appellatione non veniunt solum Episco- 3
pi, & Archiepiscopi. Sed etiam alij inferiores Prælati, qui sunt verè, & propriè *nullius*, cum territorio verè, & materialiter separato, abstractè, & independenter à qua-

cunque

eumque alia diœcesi, nam isti Prælati quoque hoc ius visitandi etiam iure delegato habent.

In dictis autem locis *nullius* proprium habentibus Prælatum cum plena, & omnimoda ordinaria, & delegata quasi Episcopali iurisdictione datur quandoque visitatio Episcopi vicinioris, non autem iure suo, & ad eius beneplacitum, sed quando à Sede Apostolica, vel eius vice per Sacram Congregationem Concilij, siue per alteram Episcoporum, ita in tempore iuxta necessitatem, vel oportunitatem demandetur, Card. de Luca *d. discurs. 5. num. 22.*

ANNOTATIO XXV.

De subsidio charitatiuo.

ARGVMENTVM.

Notatur §. I. Quare dicatur, quibus in casibus possit per Episcopum imponi, & exigi, an pluries exigi possit, à quo imponi possit, quomodo illud soluat pensionarius cum Titulari, prædecessor ne an successor, de quibus fructibus illud soluat Capitulum, an illud soluant Hospitalia, Moniales, Ecclesia exempta, Fratres Hierosolymitani, Cardinales, eorum familiares, pauperes, excommunicati, & alij.

§. II. Quantum sit subsidium, qui si exigatur vltra solitum, vel aliqui facti sint exempti, an possit præscribi, vel remitti, quomodo exigendum cum charitate, quomodo procedendum contra resistentes soluere, & an possit exequi in ornamenta Ecclesiæ, vel ferri censuræ in subsidium, & admittat compensationem, vel præferatur alijs creditoribus, & alia ad materiam.

SVMMARIVM.

1 *SVbsidij charitatiui materia ad text. Cap. cum Apostolus §. prohibemus de censibus, & qui DD. materiam exagitent.*
2 *Subsidium charitatiuum, quare sic appelletur.*
3 *Subsidium charitatiuum, vt exigatur, quæ requirantur.*
4 *Subsidium charitatiuum imponi potest, quando pro satisfaciendis oneribus, redditus Ecclesiæ non sufficiunt, quid si satisfecerit de patrimonialibus, & morte præuentus non exegerit.*
5 *Subsidium charitatiuum, vt exigatur requiritur causa manifesta, & rationabilis, quænam ea sit, num. 6.*
7 *Subsidio charitatiuo imponendo, si non consentiat Capitulum, quid erit agendum.*
8 *Subsidium charitatiuum ad hoc vt imponatur, debet adesse causa manifesta, non præsumpta.*
9 *Subsidij charitatiui pro exactione adsunt quædam manifesta causa, & quæ.*
10 *Subsidij charitatiui manifesta causa potest esse grauis expensa pro recuperandis iuribus Ecclesiæ.*
14 *Subsidij charitatiui causa potest esse accessus dispendiosus ad Papam pro communi causa.*
12 *Subsidij charitatiui causa potest esse fabrica Ecclesiæ, vel emptio, pro qua contracta debita, & quando.*
13 *Subsidij charitatiui imponendi iusta causa potest esse accessus ad Principes, & quando.*
14 *Subsidij charitatiui imponendi iusta causa, an accessus ad Concilium Parochiale?*
15 *Subsidij charitatiui exigendi iusta causa an sit receptio Imperatoris, vel Principis in domo.*
16 *Subsidij charitatiui exigendi iusta causa est formalis visitatio.*
17 *Subsidij charitatiui exigendi iusta causa est, quando redditus Ecclesiæ non sufficiunt.*
18 *Subsidij charitatiui imponendi iustam causam arbitratur Episcopus cum Clero.*
19 *Subsidium charitatiuum imp. ..re potest Papa.*
20 *Subsidium charitatiuum petere possunt Cardinales à suis Ecclesijs titularibus.*
21 *Subsidium charitatiuum imponere possunt Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi. Quid de Archiepiscopis cum subditis suffraganeorum, & Capitulo.*
22 *Subsidium charitatiuum possunt imponere coadiutor, & Administrator datus à Papa.*
23 *Subsidium charitatiuum non potest imponere Vicarius sine speciali mandato.*
24 *Subsidium charitatiuum, an petant Prælati inferiores Episcopo.*
25 *Subsidium charitatiuum potest Generalis petere à monasterijs sui Ordinis.*
26 *Subsidium charitatiuum exigitur à Clericis, & quibus.*
27 *Subsidium charitatiuum à quo Episcopus petat lite pendente inter duos.*
28 *Subsidium charitatiuum soluendum Episcopo loci Beneficij illiusque Ecclesiæ.*
29 *Subsidium charitatiuum cui Episcopo soluatur, si dubium sit cuius Diœcesis sit Ecclesia sistens in confinibus.*
30 *Subsidium charitatiuum soluit pensionarius Episcopo loci Ecclesiæ, super qua est reseruatiua pensio, nisi reseruetur cum clausulis solitis.*
31 *Subsidium charitatiuum, quod non soluit Prædecessor, successor soluere dicitur.*
32 *Subsidium charitatiuum soluunt Canonici Ecclesiæ Cathedralis, non tamen de distributionibus quotidianis.*
33 *Subsidium charitatiuum, quando Hospitalia teneantur soluere.*
34 *Subsidium charitatiuum, an aliquando soluat Ecclesia exempta.*
35 *Subsidium charitatiuum non soluunt monasteria; quid in consuetudine.*
36 *Subsidium charitatiuum non soluunt Fratres Hierosolymitani eorumque Vicarij.*
37 *Subsidium charitatiuum non soluunt Cardinales pro suis Beneficijs.*
38 *Subsidij charitatiui à solutione non eximuntur Curiales, & familiares etiam Papæ.*
39 *Subsidium charitatiuum non soluit habens Beneficium pauperis redditus, & cuius.*
40 *Subsidium charitatiuum non soluunt Clerici non Beneficiati, quid de æquitate.*
41 *Subsidium charitatiuum soluit Clericus excommunicatus, licet non faciat fructus suos, &c.*

ANNOTATIO XXV.

§. I.

Ad Text. in Cap. cum Apost. §. Prohib. de censib.

HIc text. desumptus ex Concil. Laterano prohibet, ne Episcopi grauent subditos suos talleis, & exactionibus; permittit tamen pro multis necessitatibus, existente manifesta, ac rationabili causa posse Episcopos ab eis moderatum auxilium postulare, cuius occasione hic communiter DD. reportant materiam subsidij charitatiui, de quo etiam in *cap. conquerente de off. ordinan. & in cap. ex parte eod. tit. de censib. & in Extrauag. vnica §. præmissis de censib. inter commun. tractant glos. in cap. vnico verbo regijs* 10. *quæst.* 3. DD. *in citatis Iurib.* Petrus Duennas *regul.* 89. *verbo charitatiuum subsidium, & regul.* 253. *verbo Episcopus*, Cened. *ad Decretal. coll.* 115. Cassan. *in consuetud. Burgun. vers. item etiam in secundo*, Afflict. *in const. Regn. num.* 2. Menoch. *de arbitr. cap.* 178. Host. *in summ. de off. ordinat. in §. quid pertinent*, Oldrad. *consil.* 104. & 234. Lap. *alleg.* 20. Nauar. *cons.* 7. *alias* 3. *in nou. de censib.* Gram. *decis.* 88. Boer. *decis.* 133. & *seqq.* Purpur. *cons.* 329. *vol.* 1. Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 9. *cap.* 14. *quæst.* 2. 1

quaeſt. 2. Eraſm. à Cochier. *de iuriſd. ordin. in exempt. part.* 4. *quaeſt.* 9. Beller. *diſq. clerical.* 1. *part. tit. de Cler. debit.* §. 12. Ricc. *collect.* 52. *parte prima, & in prax.* 3. *part. reſol.* 87. *& ſeqq.* Tambur. *de Iure Abbatum tom.* 3. *diſp.* 10. Barboſ. *de iure Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 21. *& in ſumm. Apoſtol. deciſ. verbo ſubſidium*, extat particularis tractatus Franciſci Patauini, Bartholomæi de Bellencinis, & Remigij de Banny poſt quos, & aliàs notanda ſunt hic aliqua ad materiam frequentiora.

2 Præmittendum eſt appellari charitatiuum ſubſidium, quia à principio cum charitate peti debet, & non violenter extorqueri, arg. text. *in cap. ex parte de cenſibus*. Dicitur ſubſidium, quia in ſubſidium peti debet, ſcilicet quando facultates Epiſcopi non ſufficiunt ad ſatisfacienda onera, ad exemplum ſubſidiariæ actionis, ideò dictæ, quia datur quando deficit propria, & ſpecialis actio, ita declarant Bellenc. *de charit. ſubſid. quaeſt.* 14. *per totum*, quem ad litteram ſequitur Barboſ. *de iure Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 21. *num.* 1. & 2. Meroll. *Theolog. moral. part.* 3. *diſput.* 7. *cap.* 5. *dub.* 21. *n.* 435.

3 Nota primò, charitatiuum ſubſidium non poſſe per Epiſcopum paſſim exigi à ſuis ſubditis, niſi in neceſſitate, & concurrente maxima, & rationabili cauſa, ita *apertis verbis diſponitur in hoc §. prohibemus*; Ex quibus verbis text. obſeruandum eſt, requiri pro exactione charitatiui ſubſidij neceſſitatem Epiſcopi, ideſt, quod non ſufficiant pro oneribus incumbentibus redditus propriæ Eccleſiæ, eſt commune inter DD. aduertit poſt alios per ſe citatos, Barboſ. *de iure Eccleſ. cit. loc. num.* 2. & Meroll. *cit. loc.*

4 Diximus Epiſcopum poſſe imponere charitatiuum ſubſidium, quando pro ſatisfaciendis oneribus non ſufficiunt redditus Eccleſiæ ſuæ Cathedralis, ex quo collige, quod ſi Epiſcopus habet magnum patrimonium, cum quo poſſit ſatisfacere oneribus incumbentibus, adhuc poteſt exigere charitatiuum ſubſidium, nec ex hoc poſſunt ſubditi ſe excuſare, docet Oldrad. *conſil.* 249. *per totum*, quem ſequitur Bell. *de charit. ſubſid. quaeſt.* 49. *vbi num.* 4. *in fin.* teſtatur hanc opinionem eſſe veriorem, eoque cum ipſo Oldrad. *ampliat. in eo*, quod Epiſcopus de ſuo patrimonio expenderit pro ſatisfaciendis oneribus Eccleſiæ, pro quibus deinde iuſtè impoſuit charitatiuum ſubſidium, ſi illud morte præuentus non exegerit debitè, tranſmitti ad hæredes eius prædictum ſubſidium. Contra principalem ſententiam, tenet Menoch. *de arbitr. caſ.* 178. *num.* 15. quando Epiſcopus habet de proprio, ſed eius opinio vera eſt in ſubſidio debito Domino temporali, nam ita loquuntur DD. per ipſum citat Meroll. *citat. loc. num.* 488.

5 Vltra neceſſitatem exigit hic text. ad hoc, vt exigi poſſit ſubſidium charitatiuum manifeſtam, ac rationabilem cauſam; Vnde non ſufficit, quod concurrat cauſa rationabilis, niſi ſit manifeſta, vt aduertunt DD. in hoc text. præſertim Abb. *num.* 2. Bell. *diſq. cler. prima parte tit. de Cler. debitore* §. 12. *num.* 2. *in fin.* & in hoc introductum eſſe, ne nimis grauentur ſubditi, Bell. *cit. tract. quaeſt.* 16. *in princip.* Merol. *cit. loc. num.* 444.

6 Quæ autem dicatur rationabilis, & manifeſta cauſa, qua ſtante poſſit exigi charitatiuum ſubſidium, remittendum eſſe arbitrio ipſius Epiſcopi determinandum, docent gloſ. *in hoc §. prohibemus verbo rationabilis*, Cardin. *in Clem.* 1. §. 1. *col.* 3. *verſ. tertio quære de excell. prælat.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 178. Gram. *deciſ.* 88. *num.* 3. Boer. *deciſ.* 133. *num.* 1. *& ſeqq. & deciſ.* 134. *num.* 6. Sed cum conſilio Capituli, cùm non poſſit Epiſcopus ſine conſenſu prædicto imponere charitatiuum ſubſidium, prout probat Bellenc. *de charitat. ſubſid. quaeſt.* 10. quem refert, & ſequitur Barboſ. *de iure Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 31. *num.* 5. per text. *in cap. nouit. & cap. quanto de ijs, quæ fiunt à Prælat.*

7 Quod, ſi quæſtio eſt inter clerum, & Epiſcopum, an ſubſit rationabilis, & manifeſta cauſa ad hoc, vt licitè poſſit charitatiuum ſubſidium imponi, eligendos eſſe arbitros ab vtraque parte, iuxta formam iuris defendit Bell. *cit. loc. quaeſt.* 17. poſt Hoſt. Io. And. & Anton. *in cap. cum Apoſtolus de cenſib.* vbi etiam dicit poſſe Epiſcopum compellere Clerum ad eligendos arbitros in caſu, quo illos eligere renuit. Poteſt etiam Clerus appellare ad Metropolitanum, vel alium ſuperiorem, ſed hoc procedit poſt impoſitionem, cùm appellatio non detur niſi à grauamine. Poteſt etiam appellare à ſententia Arbitrorum, prædictorum ad Papam, Merol. *tom.* 3. *diſp.* 7. *cap.* 5. *diff.* 16. *n.* 511.

8 Hæc cauſa pro imponendo charitatiuo ſubſidio cùm debeat eſſe manifeſta, & manifeſtum excludat dubia, ſequitur, quod in dubio non ſit præſumenda, probat Bell. *de charit. ſubſid. quaeſt.* 18. & ſequitur Barboſ. *cit. loc. n.* 23. Merol. *cit. loc. ſub num.* 444.

9 Et licet remittatur arbitrio Epiſcopi, quæ ſit rationabilis cauſa pro imponendo charitatiuo ſubſidio, vt dictum eſt ſupra; tamen afferuntur per DD. nonnulli caſus, in quibus concurrit iuſta cauſa pro imponendo ſubſidio prædicto. Et primò, pro expeditione Bullarum, & conſecratione, ac alijs expenſis factis in promotione Epiſcopi, DD. *in cap. conquerente de off. ordin.* & pro hac cauſa Epiſcopi exigunt primum charitatiuum ſubſidium, prout quotidie practicatur, Bell. *cit. loc. quaeſt.* 16. *ſub num.* 1. Bell. *cit.* §. 12. *num.* 4. qui alios citat Gram. *deciſ.* 88. Barboſ. *de iure Eccleſ. cit. cap.* 21. *num.* 24. Sed in hoc caſu Epiſcopus non exigit charitatiuum ſubſidium, niſi poſt adeptam poſſeſſionem, vt obſeruat Bell. *cit. loc.*

10 Secundò iuſta, & rationabilis cauſa, qua ſtante poteſt Epiſcopus exigere charitatiuum ſubſidium eſt, quando Eccleſia Cathedralis, & Epiſcopus pro ea, pro recuperandis, vel defendendis iuribus, actionibus, ac bonis, ipſius Eccleſiæ erogauit maximas expenſas, ac debita contraxit, quæ redimere non poteſt, vel ſi recuperare non poteſt iura, aut bona prædicta, quia non habet in ære, Menoch. *de arbitr. caſ.* 178. *num.* 5. Boer. *deciſ.* 134. *nu.* 2. Sellen. Bell. & Barboſ. *cit. loc.* & alij communiter. Hinc. ſi magnæ lites moueantur contra bona Eccleſiæ, nec Epiſcopus habet pro ſuſtinendis litibus, ac defendenda Eccleſia poteſt liberè exigere ſubſidium prædictum, Menoch. & alij cit. Tambur. *de iure Abbatum tom.* 3. *diſp.* 10. *quaeſt.* 3. *num.* 4. Merol. *cit. loc. num.* 447.

11 Tertiò, eſt etiam iuſta, & rationabilis cauſa exigendi ſubſidium charitatiuum, quando Epiſcopus pro tractandis, & explicandis negotijs, communibus totius Diœceſis vadit ad Papam, tenet poſt Azor. Barboſ. *cit. cap.* 21. *n.* 25. Merol. *vbi ſupra num.* 449.

12 Quartò, poteſt Epiſcopus imponere charitatiuum ſubſidium, quando fecit magnam expenſam pro fabrica Eccleſiæ ſuæ, pro qua debitum contraxit, nec pro illis ſatisfaciendis ſufficiunt redditus illius; vel pro ſolutione magnæ emptionis factæ, pro vtilitate eiuſdem Eccleſiæ, puta, ſi Epiſcopus emit pro Eccleſia vnum Caſtrum, quod erat valdè neceſſarium ſtatui Eccleſiæ quæ, & ſine quo Eccleſia non erat benè ſecura de ſtatu ſuo alias ceſſante tanta neceſſitate non dicitur, concurrere iuſta, & rationabilis cauſa in emptione facta pro Eccleſia, docet Bellenc. *de Charit. ſubſid. q.* 19. Menoch. *cit. caſ.* 178. *num.* 8. Bell. *vbi ſupra ſub num.* 4. Barboſ. *cit. cap.* 21. *num.* 26. & alij communiter Meroll. *cit. loc. num.* 448.

13 Quintò, iuſtam, & rationalem cauſam exigendi charitatiuum ſubſidium habet Epiſcopus, quando vocatur, & iter facturus eſt ad Papam, Imperatorem, vel Regem ob vtilitatem Eccleſiæ ſuæ; vel totius Diœceſis commune bonum, notat Bellenc. *cit. tract. quaeſt.* 20. Menoch. *de arbitr. caſ.* 178. Barboſ. *cit. cap.* 21. *num.* 27. vbi alios citat, quod intellige vt ſupra quando talem expenſam ſubire non poteſt de per ſe; id tamen non procedit ſi accideret pro priuatis negotijs, vt obſeruat Bellenc. *eod. loc.* latiùs Merol. *cit. loc. num.* 449. *& ſeq.*

14 Sextò dicitur iuſta etiam, & rationabilis cauſa pro impoſitione charitatiui ſubſidij ſi Epiſcopus vocatur ad Capitulum Prouinciale, quia tunc proficiſcitur pro communibus negotijs, Genuenſ. *in prax. cap.* 89. *n.* 13. *ſecundum vlt. impreſſ.* Beller. *diſq. cler. p.* 1. *tit. de Cler. debit.* §. 12. *ſub n.* 4. Barboſ. *de iure Eccleſ. cit. cap.* 21. *num.* 29. alij qui omnes ſequuntur Bellenc. *de char. ſubſid. q.* 21. *qui q.* 20. *circa medium*, dicit ad hoc eſſe etiam iuſtam cauſam ſi Epiſcopus, eſt acceſſurus ad viſitanda limina Apoſtolorum, vt impleat iuramentum à ſe præſtitum; Verùm quia huic obligationi poteſt Epiſcopus per alium ſatisfacere, vt dicendum eſt alibi, videndum eſt ſi redditus Eccleſiæ ſaltem ſufficiant admittendum alium. Prædicta omnia intellige quando fructus Eccleſiæ non ſufficiunt, Quarant. *ſumm. Bull. verb. Concilium Prouincialem n.* 8. Barboſ. *cit. loc. n.* 30.

Septimò

15 Septimò babet iustam causam pro exigendo subsidio charitatiuo Episcopus pro recipiendo Imperatore, vel Principe præsertim si ab eo habet Regalia, ita Bel. *de char. subsid. q.* 22. vbi tenet contra aliquos, quod potest Episcopus etiam cogere cleticos subditos ad solutionem subsidij, Bellenc. *cit.* §. 12. *num.* 4. *in fin.* quod intellige, etiam quando non sufficiunt redditus Episcopi, & quando Episcopus erogât in prædictis expensas ex necessitate, non ex voluntate.

16 Octauò iusta caosa pro exactione cbaritatini subsidij dicitur, quando Episcopus Ecclesias formaliter visitat, ita Abb. *in cap. conquirente num.* 2. *de off. ord.* Boer. *decis.* 133. Bellet. *disq. cler. par.* 1. *tit. de cler. debit.* §. 12. *num.* 4. *ver. quarta*, Barbos. *de potest. Episc. par.* 3. *alleg.* 87. *num.* 35. sed eum hodie Episcopus visitans exigat victualia à diœcesi merito in hoc casu praxis non exigir illud.

17 Nooò iusta causa exigendi charitatiuum subsidium dicitur concurrere quando redditus Ecclesiæ episcopalis non sufficiunt ad substentationem Episcopi, quo casu posse exigete decimas etiam à laicis, cum pro omnibus laboret Episcopus, dicit Meroll. *Theol. moral.* 3. *par. disp.* 7. *cap.* 5. *dub.* 21. *num.* 451. io boc casu praxis non semper admittit charitatiuum subsidinm.

18 Prædicta exempla non restringunt regulam, vt remittatur arbitrio Episcopi cum consensu capituli, & cleti iudicare an intercedat manifesta, & rationabilis causa, pro imponendo charitatiuo subsidio ad finem subleuaodi necessitates ipsius Episcopi, qoibus casibus non solum semel, sed etiam pluries ab eodem Episcopo exigi potest subsidium prædictum, dummodo concurrat causa, vt supra, vt tenent DD. in hoc *tex. præsertim num.* 2. Bell. *cit.* §. 12. *num.* 5. Bellenc. *cit. quæst.* 23. Barbos. *cit. loc. n.* 31. & est communе.

19 Nota secundò potestatem imponendi subsidium charitatiuum primo, & sine dubio competere Papæ eum sit Dominus omnium, ita dicit post Host. *in summ. de censib.* §. *ex quibus caus. & breuiter*, Bellenc. *de charit. subsid. quæst.* 1. *n.* 2. non solum Papa, sed etiam eius Legatus, cui commissum est plenæ legationis officium io sua prouincia, potest imponere charitatiuum subsidium, cum omnia possit, quæ potest ipse ordinarius, idque potest in prouincia sibi delegata, Bellenc. *cit. loc. quæst.* 12. Barb. *de iure Eccles. lib.* 3. *cap.* 21. *num.* 11. Meroll. *cit. loc. num.* 443.

20 Cardinales petere possunt hoc subsidiom ab Ecclesijs suorum titulorum, cum in illis iurisdictionem habent de iure communi, docent Ioan. Monach. *in cap.* 1. *de maior. & obed.* Bellen. *eodem cit. loc. quæst.* 3. Barbos. *vbi supra num.* 10. Gram. *decis.* 88. *sub num.* 1. Dian. 5. *par. tract.* 2. *de potest. & priuil. res.* 55.

21 Item Patriarchæ, Archiepiscopi, & Episcopi possunt sine dubio imponere charitatiuum subsidium in eorum ciuitatibus, & Diœcesibus, *cap. conquerente de off. ordin.* & disponitur in boc cap. cum Apostolus §. cum prohibemus. De Archiepiscopo, quod ooo possit subsidium exigere à subditis suffraganeorum defendit Bell. *cit. tract. quæst.* 2. & latius Barbos. *de iur. Eccles. lib.* 3. *cap.* 21. *num.* 12. *& seqq.* qui respondent contrarijs. Capitulum quoque sede vacante subsistente iusta causa potest esigere subsidium prædictum, *gl. in c. cupientes*, §. *electes verbo aliunde de cler. in* 6. Bellenc. *cit. loc. num.* 36. Meroll. *sup. cit. num.* 441.

22 Coadiutor quoque datus per Papam Episcopo, & Administrator datus ab eadem Ecclesiæ Cathedrali vacaote possunt imponere charitatiuom subsidium, ita tenent Bell. *cit. tract. quæst.* 8. quem refert, & sequitur post alios Barbos. *de iur. eccles. cit. cap.* 21. *num.* 19.

23 Vicarius Generalis Episcopi oon potest exigere charitatiuum subsidium sine speciali mandato ipsius Episcopi, tenent *cit. loc.* Bellen. *quæst.* 11. qui oon solum dicit, qood Vicarius non possit exigere, sed oec imponere talem subsidium, Barb. *vbi sup. n.* 21. & notatum est sopra hac *par. annot.* 12. Meroll. *vbi sup. num.* 442. *in fin.*

24 Prælati inferiores Episcopo non possunt ab ecclesijs sibi subiectis petere charitatinum subsidium, nisi hoc illis in privilegio, vel coosuetudine spectet, tenent Doctores ex hoc c. eum Apostolus, & probat Bell. *quæst.* 4. Tambur. *de iure Abbatum tom.* 3. *disput.* 10. *q.* 2. *n.* 1. & alij adducit per Barbos. *cit. loc. n.* 15. Ricc. *in prax. p.* 3. *resol.* 87. prædicta intellige de Prælatis, quibus non subsunt Ecclesiæ pleno iure. Vnde Abbates, & Priores non possunt exigere tale subsidium ab Ecclesijs sibi non pleno iure subiectis, proot aduertunt *eod. cit. loc.* Bell. *q.* 5. & Barb. *n.* 18. Abbates verò qui babent territorium, & Diœcesim, & quibus subsunt Ecclesiæ pleoo iure, cùm dicantur babere iura Episcopalia possunt imponere boc subsidium, Barbos. *cit. num.* 8. *in fin.* Meroll. *cit. loc. num.* 400. *& seqq.*

Generalis totius ordinis Regularis potest subsidium huiusmodi petere à Monasterijs sui ordinis pro sumptibus necessarijs erogandis in vtilitatem communem Religionis quando aliunde non babet bona sufficientia ad hoc destinata, tenet Tambur. *de iur. Abb.* 3. *tom. disput.* 10. *qu.* 2. *n.* 2. Barbos. *cit. loc. sub num.* 18. 25

Nota tertiò cbaritatiuum subsidium exigendum esse à subditis, dicit hic tex. & vt cognoscatur à quibus subditis sit exigendum distinctiùs notandum est primo exigi à clericis noo à laicis, probat Bellen. *eodem tract. qu.* 26. nisi laici essent vassalli ipsius prælati, qui tunc potest ab eis exigere subsidium iuxta consuetum Gram. ad Affl. *decis.* 136. *& decis. sua* 88. *n.* 3. Secundò exigitur à Clericis Beneficiatis ratione fructuum suorum beneficiorum per hunc text. *& cap. conquerente cit.* Quæ exactio cùm fiat ratione fructuum sequitur quod ad subsidium teneatur, qui percipit fructus etiam, si sit malè fidei possessor, & intrusus, vt aduertit Bell. *quæst.* 34. *num.* 3. Barbos. *cit. cap.* 21. *num.* 32. *in fin.* Meroll. *cit. loc. num.* 454. 26

Si verò inter doos lis vertantur super beneficio, & vous litigantium possidet, posse Episcopum petere subsidium à quo ex eis voluerit, & succumbentem posse repetere solutum, vel comprehensa, defendit Bellen. *cit. q.* 34. *n.* 6. *& seqq.* sequitur Meroll. *cit. loc. n.* 472. sed hæc opinio est contra commune propositum, principium quoad subsidium exigitur à beneficiato ratione fructuum; vnde humanius dicendum est exigeodum esse à possessore, & ab eo qui percipit fructus, qui si deinde venit, condemnandus ad restitutionem fructuum potest retinere solutum pro hac causa, & ita vidi in praxi seruatum, & pro bac opinione faciunt dicta eiusdem Bell. *cit. q.* 34. *in principio*, vbi defendit, quod si quis habeat verum titulom beneficij, sed oon percipiat fructus, quia ab alio occupantur per tyranniam vel immissioneo non tenentur ad solutionem charitatiui subsidij. Alias exigendo ab eo, qui non possidet, grauaretur subditus, quod est prohibitum in boc §. *prohibemus*. 27

Obseruandum est hic, quod tenetur Beneficiatus soluere subsidium Episcopo illius loci, vbi situm est beneficium, & Ecclesia beneficialis licet ipse beneficiatus in alterius Diœcesis est commoratus; vnde si beneficium, siue Ecclesia beneficialis sit sita io vna Diœcesi, & habeat prædia & redditus in alia beneficiatus tenetur soluere subsidium Episcopo loci Ecclesiæ, quæ attendi debet tamquam caput Arg. *l. cum in diuersis ff. de relig. & sumpt. fun.* non autem prædia, quæ sunt accessoria Ecclesiæ, vt *in cap. vnico de consecr. Eccles. vel alt. lib.* 6. Hanc opinionem defendit Bellen. *q.* 35. Barbos. *de iure eccles. lib.* 3. *c.* 21. *n.* 33. post Mor. *loc. per eum cit.* seqoitur Meroll. *vbi supra n.* 473. qui alios citat. Idẽ dicendum est in voa Diœcesi, quæ est subiecta Monasterio in alia Diœcesi; tunc enim soluendum est subsidium Episcopo vbi sita est Ecclesia, prout probat idem Bellen. *q.* 36. 28

Si Ecclesia beneficialis sita est io confinio duarum Diœcesum, & dubium est cui Episcopo competant iura Episcopalia, & collatio in dicta Ecclesia, & tunc relictis aliorum opioionibus, quas refert Meroll. *cit. loc. num.* 497. *& seqq.* dicendum est cum Bellen. *q.* 52. posse Episcopos prædictarum Diœcesum concordare, quod alternis vicibus exigant charitatiuum subsidium, quod si adhuc concordare recusent, potest Archiepiscopus mandare qood alternis vicibus ab illa Ecclesia subsidium charitatiuum, & alia iura Episcopalia percipiantur, sequitur post Azor. Barbos. *cit. loc. num.* 34. 29

Pensionarius quoqoe tenetur soluere charitatiuum subsidium Episcopo loci, vbi situm est beneficium, siue ecclesia super cuius fructus est imposita pensio, licet ipse pensionarius sit alterius Diœcesis, pro rata pensionis, nec pro rata prædicta potest cogi Titularis beneficiatus, cùm teneatur tantum soluere subsidium pro fructibus, qui ipsi remanent deducta pensione, tenet Gigas *de pension. quæst.* 28. *n.* 18. Bellen. *de Char. subsid. quæst.* 37. Grat. Rot. March. *decis.* 20. *num.* 10. Paris. *de confid. benef. qu.* 23. *n.* 7. Bellet. *disq. cler. p.* 1. *tit. de Cler. debit.* §. 12. *num.* 32. Barbos. *de* 30

iur. Eccles. lib. 3. *cap.* 25. *num.* 39. *& seqq.* vbi licet defendat, quod de iure pensionatius teneatur soluere charitatiuum subsidium pro rata pensionis; nihilominus *num.* 44. testatur de stylo pensionem impositam auctoritate Papæ esse liberam ab omni subsidio; Verùm dictum Barbosæ non est simpliciter verum, sed solum quia de stylo solet hodie imponi pensioni, & reseruari cum expressa mentione in litteris, & supplicatione, quod sit libera ab omni onere decimæque Papalis charitatiui subsidij, & similium; ideò stante hac reseruatione, pensio est libera à subsidio prædicto, & est vera opinio Barbos. sed si de huiusmodi libertate non sit facta mentio, non est recedendum à proposita communi opinione, cum non appareat, nec pactum, nec lex in contrarium.

31 Successor etiam in Beneficio, potest cogi ad soluendum subsidium charitatiuum, quod eius prædecessor non soluit, Bellen. *cit. tract. quæst.* 51. Barbos. *vbi supra n.* 38. qui testantur, quod licet possit Episcopus agere contra quem velit siue successorem, siue prædecessorem ad hanc solutionem; tamen de æquitate debet subsidium exigere, ab vtroque pro rata fructuum, quos perceperunt, Meroll. *alias cit. loc. num.* 495.

32 Capitulum, & Canonici Ecclesiæ Cathedralis tenentur, & fortius quam alij ad solutionem charitatiui subsidij, docet Bellenc. *quæst.* 27. non tamen de distributionibus quotidianis, de illis enim non debetur hoc subsidium, quod soluitur de fructibus Beneficij, & distributiones quotidianæ, non veniunt nomine fructuum Beneficiorum, docent Bellencin. *cit. tract. quæst.* 76. Monet. *de distrib. quotid. part.* 3. *quæst.* 9. *num.* 19. *& seqq.* Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell.* §. 7. *proœm. num.* 174. latè Ricc. *in prax.* 3. *p. resol.* 90. *per totum*, Barbos. *de iure Eccles. lib.* 3. *cap.* 21. *num.* 45. & multò minus tenentur Canonici soluere subsidium de Mortuarijs, & oblationibus, quæ fiunt Ecclesiæ, vt testatur idem Bellenc. *cit. loc. num.* 2.

33 Hospitalia causa communis pietatis fundata, si titulum Beneficij habent; vel si sunt fundata Episcopi auctoritate, etiam si titulum Beneficij non habeant, quia religiosa, & sacra loca sunt tenentur ad charitatiui subsidij solutionem; secus est, si sunt fundata sine Episcopi licentia, nec conferantur in titulum, tunc non soluunt subsidium, probat varijs argumentis, Bellenc. *de charit. subsid. quæst.* 38. *per totum*, quem refert, & sequitur Barbos. *cit. loc. num.* 46. *& seqq.* Meroll. *cit. cap.* 5. *num.* 477. Moniales quoque tenentur soluere charitatiuum subsidium exceptis illis, quæ non habent redditus vltra summam 14. ducatorum auri de Camera pro victu cuiuslibet, iuxta Constit. 10. Pij IV. refert Bellen. *cit. loc. num.* 24.

34 Non tenentur soluere charitatiuum subsidium Ecclesiæ exemptæ maximè si exemptio sit pleno iure, docet Bellenc. *cit. tr. quæst.* 32. Erasm. à Cochier. *de iurisdict. ordin. in exempt. part.* 4. *quæst.* 9. Barbos. *de iure Eccles. cit. loc. num.* 53. *qui num. seqq.* Limitatur primò, quando exemptus habet populum non exemptum, quia tunc eius occasione tenetur soluere charitatiuum subsidium. Secundò, quando in priuilegio exemptionis dictum est, quod Ecclesia exempta remaneat cum charitate, cum priori suo Episcopo; quo casu tenetur etiam ad solutionem subsidij, ita Barbos. post Bellenc. Erasm. à Cochier. & alios *loc. cit.* multa ad hunc casum adducit Meroll. *cit. loc.* 3. *diffic. per totum*.

35 Monasteria nec etiam tenentur ad charitatiuum subsidium præstandum Episcopo, quia subsidium est de lege Diœcesana, à qua lege Monasteria sunt exempta, probat post DD. *in cap. dilectus de off. ordin.* Bellenc. *cit. tract. quæst.* 29. Remig. *eod. tract. de charitat. subsid. quæst.* 21. Tambur. *de iure Abbatum tom.* 3. *disput.* 10. *quæst.* 4. *num.* 1. *& seqq.* Barbos. *cit. cap.* 21. *num.* 49. Tenerentur tamen ad subsidium Episcopo soluendum Monasteria, quando id esset ex consuetudine, vt aduertit eodem loc. Barbos. & quando Monasterium haberet Ecclesiam subiectam, quæ solita erat præstare subsidium, quel quando Monasterium haberet populum, ita Bellenc. *cit. cap.* 29. *num.* 3. *&* 5.

36 Fratres S. Ioannis Hierosolymitani siue eorum Vicarij in Parochialibus Religioni prædictæ vnitis, non tenentur ad solutionem charitatiui subsidij, nec compelli possunt, ita voluit Sacra Congregat. Concil. *in Augustana* 4. *Decembris* 1630. penes Bonfadin. *in Thesaur. Ecclesiast. decis. resolut.* 36. *num.* 20. refert Barbos. *summ. Apostolicar. decis. verbo subsidium num.* 3.

37 Cardinales neque tenentur soluere charitatiuum subsidium pro Beneficijs, quæ possident, tenet Roman. *consil.* 498. *num.* 1. *& seqq.* vbi id probat non solum de subsidio imposito ab Episcopo, sed etiam à Papa, Cæphal. *consil.* 2. *num.* 10. *vol.* 1. Bell. *disq. cleric. prima part. tit. de cler. defunct.* §. 12. *num.* 25. Sed limitatur hæc sententia, quando imponitur subsidium, in subsidium fidei Christianæ, nam tunc debetur etiam à Cardinalibus, probat Bellenc. *eod. tract. quæst.* 66.

38 Familiares verò Cardinalium, ac alij Curiales, etiam Papæ familiares, & si varias habeant immunitates, & exemptiones, nihilominus, non reperiuntur specialiter exempti à solutione huius subsidij, ideòque ad illam teneri, nisi aliter disponat consuetudo legitimè introducta, probat Bell. *disq. clerical. cit.* §. 12. *num.* 26. *& seqq.*

29 Habens Beneficium pauperis redditus non tenetur ad solutionem Charitatiui subsidij, & dicitur pauper in his terminis, qui ex redditibus non percipit vltra suum decentem victum, ita Bellenc. *de charitat. subsid. quæst.* 30. Boer. *decis.* 135. *num.* 2. *&* 3. Quarant. *summ. Bull. verbo Concilium Prouinciale num.* 8. Bellett. *disqu. cleric. parte prima tit. de cler. debit.* §. 12. *num.* 19. *&* 20. Barbos. *de iure Eccles. lib.* 3. *cap.* 21. *sub num.* 35. & est commune, & iuri consonum, nam si sæculares pauperes non tenentur contribuere ad onus Collectæ impositæ per Principem, vel communitatem, Bald. *in auth. defuncto c. ad Tertul.* Boer. *cit. decis.* 135. *num.* 3. ergo multo magis, & Clerici.

40 Clerici non habentes Beneficium non tenentur ad subsidium charitatiuum impositum per Episcopum, etiamsi ampla possideant patrimonia, tenet Bellenc. *de charit. subsid. quæst.* 31. qui licet teneat hanc opinionem esse de iure, tamen ibidem *num.* 3. tenet satis æquum videri, quod Clerici ex patrimonio soluent hoc subsidium, indistinctè verò tenent non teneri, Azor. *instit. moral. part.* 2. *lib.* 9. *cap.* 14. *quæst.* 6. *vers. insuper*, Barbos. *de iure Eccles. cit. cap.* 21. *num.* 35. *in fin.* Meroll. *cit. loc. num.* 461. salua consuetudine in contrarium.

41 Aduerte, quod licet Clericus excommunicatus non lucretur fructus Beneficij, & charitatiuum subsidium debeatur ex fructibus prædictis, nihilominus non excusatur à solutione huiusmodi subsidijs, & alias dictus excommunicatus ex suo delicto reportaret commodum, tenet Bellenc. *cit. tract. quæst.* 33. Meroll. *cit. loc. num.* 470. vbi secus esse ait, quando excommunicatio fuit inualida, cuius dictum parum sustinetur, nam in tali casu excommunicatus recuperat fructus.

OBSERVATIONES
D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Subsidium charitatiuum qualiter sit exigendum.*
2 *Episcopus an possit esse Iudex in causa sua.*

1 DE charitatiuo subsidio affluenter agit Ventrigl. & comprobat singulas conclusiones, Barbos. *de potest. Episc. p.* 3. *alleg.* 87. *per tot.* vbi quod exigi debet conuocato Capitulo, & Clero, & Episcopus possit etiam per excommunicationem exigere infra aliquam dilationem esto sit causa propria ratione notorij iuris, & astinentiæ legis, & per edictum, vt *num.* 5.

2 Rectiùs autem Ventrigl. infra in §. 2. *num.* 10. modificat, si Episcopus iustè petat illud, secus si petat sine rationabili causa. Vnde poterit allegari suspectus in causa propria, iuxta Sperellum relatum per Barbos. *vbi sup.* Videndus Card. de Luca *de iurisd. discurs.* 46. *& seq.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Charitatiuum subsidium quantum debeat exigi referuntur omnes opiniones affertur vera, & refelluntur contraria, num. 2.*

2 *Charitatiuum subsidium si exigatur vltra solitum potest appellari, & quomodo admittenda appellatio. Et an possit denegari num. 4.*

5 *Charitatiuum subsidium an debeatur iuxta solitum, si aliqui facti sint exempti.*

6 *Charitatiuum subsidium non potest praescribi contra Episcopum, licet possit contra alios debitores.*

7 *Charitatiuum subsidium, quando possit aliquibus remitti.*

8 *Charitatiuum subsidium exigendum est cum charitate, & an possint compelli subditi. Et possit exequi in ornamenta diuinis dedicata num. 9. Et si profertur excommunicatio, casu quo charitatiuum subsidium est impositum sine manifesta causa, excommunicatio est nulla num. 10. Et an possit opponi interdictum num. 11.*

12 *Charitatiuum subsidium an admittat compensationem, & quomodo praefratur alijs creditoribus n. 13. An ad illud teneatur collector illius num. 14. Et an cedat commodo conductoris omnium redditum Ecclesia num. 15.*

ANNOTATIO XXV.

§. II.

1 Disponitur in hoc *cap. cum Apostolus §. prohibemus*, Episcopum debere postulare à suis subditis moderatum subsidium, cuius occasione notandum est aliquid circa quantitatem, siue summam huiusmodi subsidij, quanta scilicet debeat esse, vt dici possit moderata, in quo quidem casu multa dixerunt DD. tenuerunt multi subsidium debere esse quartam partem annui redditus, ita decisum refert in Sacro Consilio, Afflict. *decis.* 136. Gram. *decis.* 88. *num.* 4. Ricc. *collect.* 52. *in princip. parte prima*, sed haec sententia loquitur de subsidio debito per laicos, vt patet ex eius lectura, & esse secundum constitutionem Regni potius, quam secundum ius commune, testatur Boer. *decis.* 135. *num.* 9. *in fin.* Alia opinio est Antonij de Alexandro *in cit. decis.* 88. Gram. *in fin.* quae tenet subsidium esse dimidiam generalia Collectae, & haec opinio non probatur nec iure Pontificio, nec Caesareo, vt asserit Menoch. *de arbitr. cap.* 179. *num.* 3. Aliqui verò tenent charitatiuum subsidium, non debere excedere quantitatem, quam exigit Episcopus in visitatione loco procurationis, ita tenent Francis. Patin. *tract. de char. subsid.* quem refert, & sequitur Boer. *decis.* 134. *num.* 10. Bellencin. *eod. tract. quaest.* 41. *per text. in extrauag. Benedicti* 12. *quae incipit vas electionis*. Verùm quia haec extrauag. non est vsu recepta, vt testantur Boer. & Bellen. *cit. loc.* ideò, de hac opinione dubitatur, ita Menoch. *de arbitr. cas.* 179. *num.* 3. *vers. tertia*, refert Barbos. *de iure Ecclesiast. lib.* 3. *cap.* 21. *sub num.* 6.

Nouissimi verò, & magis communiter tenent quantitatem charitatiui subsidij non esse iure taxatam, sed merito remitti arbitrio Episcopi, qui illam determinabit considerata dispositione huius tex. *cap. cum Apostolus §. prohibemus*, in quo prohibetur Episcopis subditos grauare; & considerata qualitate loci annui redditus, mensarum ab Episcopo faciendarum, & similibus, ita tenet Menoch. *de arbitr. cit. cas.* 179. *num.* 4. sequutus originalem opinionem, Cardinal. *in hoc cap. cum Apostolus quaest.* 7. *& in cap.* 1. *col.* 2. *de excess. praelat.* sequitur Bellett. *disqu. clerical. par.* 1. *titul. de cler. debit.* §. 12. *num.* 12. Hodie verò declaratum est per Sacram Congregat. *negot. Episc. & Reg. praepos. sub die* 17. *Ianuary* 1589. Episcopos non posse cogi subditos ad soluendum charitatiuum subsidium vltra taxam solitam, refert Barbos. *de iure eccles. cit. cap.* 21. *num.* 7. *& in summ. Apostolorum decis. verbo subsidium num.* 2. Et solitum dicitur, quod saltem per duas vices seruatum est, vt in simili dicimus res solita concedi, quae per duas vices concessa est, Barbos. *de dictionib. dict.* 376.

2 Ex dictis collige primò, corruere sententiam illorum, qui defendunt non posse Episcopum exigere charitatiuum subsidium vltra taxam appositam in cit. extrauaganti vas electionis; Primò, quia diximus extrauag. non esse vsu receptam. Secundò, quia stante praedicta declaratione Sacrae Congregationis, qua mandatur exigi subsidium iuxta solitum, sequitur quod siue solitum sit intra, siue extra taxam praedictae extrauagantis est permissa, qui tenent opinionem praedictam sunt, Bellen. *tract. de charit. subsid. quaest.* 62. & Ricc. *in prax.* 3. *par. resol.* 89. qui etiam defendunt nec etiam vigore consuetudinis, nisi sit ita antiqua, cuius contrarium memoria hominis non recordetur, posse Episcopum excedere taxam praedictam, quod dictum etiam corruit; nam dum Congregatio admittit solitum acceptat consuetudinem.

Collige secundò, si Episcopus exigat charitatiuum subsidium vltra solitum, grauat subditos; & proinde permitti debet illis à tali grauamine posse appellare ad legitimum superiorem, iuxta dicta per Boer. *decis.* 134. *num.* 5. Gramat. *decis.* 88. *num.* 3. Menoch. *de arbitr. cas.* 179. *num.* 4. Bellett. *disq. cleric. par.* 1. *tit. de cleric. debit.* §. 2. *num.* 14. Sed hic aduertendum est, quod si appellatur in causa subsidij charitatiui impositi propter necessitatem alimentorum Episcopi, vel pro aliqua alia dilationem non recipiente, tunc appellatio non debet admitti saltem, quoad effectum suspensiuum, iuxta dicta per Bellen. *cit. loc. quaest.* 55. *per totum*. 3

Collige tertiò, non posse Capitulum sede episcopali vacante statutum condere, illoque subsidium charitatiuum episcopo debitum minuere, quia Capitulum non potest Ecclesiae vacanti praeiudicare, nec tale statutum valet, etiamsi esset iuratum, & modernus Episcopus potest non obstante tali statuto iurato exigere subsidium, iuxta solitam taxam, etiam si Episcopus esset creatus vnus ex Canonicis, qui iurarunt, tenet Lap. *alleg.* 20. quem sequitur Bellenc. *cit. tract. quaest.* 45. 4

Collige quartò, quod non solum potest appellare subditus, quando Episcopus intendit exigere subsidium charitatiuum vltra taxam, sed etiam potest illi denegare subsidium, non tamen in totum, sed tantum pro rata, quae excedit solitum, cum quantitas debita ab indebita sit facilè separabilis; proinde non debet vtile per inutile vitiari, iuxta *regul. vtile lib.* 6. tenet Bellen. *eodem cit. tract. quaest.* 46. *per totum*. 5

Collige quintò, quod solitum subsidium est adeò soluendum, vt si aliqua Ecclesia, quae erat solita certam ratam soluere pro charitatiuo subsidio, sit facta exempta à tali solutione, non ex hoc minuitur totum subsidium solitum solui à toto Clero eiusdem Ciuitatis, & dioecesis, & probatur ex dicto Card. Zabar. *in Clem. praesenti in fin. de censib.* vbi dicit, quod si collectae debentur ab Vniuersitate alicui tamquam superiori, si iure superioritatis eximit aliquos à solutione, exemptio singulorum non proderit Vniuersitati, ita tenet Bellenc. *de charit. subsid. quaest.* 59. *per totum, vbi num.* 3. dicit, quod si tot eximerentur, vt notabiliter caeteri grauarentur in praestando integrum subsidium, possunt reliqui solitum subsidium denegare, Meroll. *cit. loc. num.* 527. 6

Nota primò, quod non possunt subditi contra Episcopum praescribere charitatiuum subsidium, quia hoc esset praescribere contra charitatem, & praescriptio non haberet iustam causam, item leuis non currit praescriptio, ita tenet Abb. *in hoc cap. cum Apostolus de censib.* Barbos. *de iure Eccles. lib.* 3. *cap.* 21. *num.* 56. insequens opinionem Bellen. & Azo. Rot. *in antiqu. decis.* 766. Sed hic aduertendum est, quod Ecclesia particularis non potest praescribere contra Episcopum, vt non teneatur soluere subsidium, benè tamen potest praescribere contra alias Ecclesias, vt reliquae Ecclesiae teneantur ad praestationem integri subsidij etiam pro rata, quae competeret huic Ecclesiae singulari; Ita declarat Bellen. *quaest.* 50. *num.* 7. *& seq.* multa Meroll. *cit. loc. diff.* 11. *per totum*. 7

Nota secundò, quod Episcopus, vel alius Praelatus cui competit charitatiuum subsidium non potest eximere subditos suos ab illius praestatione, quia hoc subsidium principaliter debetur, pro vtilitate Ecclesiae, vt constat obseruanti causas propter quas imponitur. Sed hoc intellige, vt non possit Episcopus generaliter eximere omnes suos subditos à tali solutione non solum in praeiudicium successorum; 8

ſerum; ſed nec in præiudicium ipſius in futurum, ita, vt non poſſit adueniente cauſa neceſſaria exigere charitatiuum ſubſidium; Sed benè poteſt liberare vnum, vel aliquos ſuos amicos à tali ſolutione, non tamen in præiudicium aliorum, ſicut etiam poteſt adueniente neceſſitate imponendi ſubſidium, ſuis proprijs expenſis neceſſitatibus prouidere, ita docet communiter DD. præſertim Bellen. *quæſt.*47.

8 Nota tertiò, circa formam exigendi charitatiuum ſubſidium, quod à principio illud cum charitate à Prælatis peti debet, non tamen violenter extorqueri, arg. *cap. ex parte de cenſib.* docet Hoſt. & reliqui DD. *in cap. congruente de eff. ordin.* qui ibidem præſertim Imol. dicit, quod ſubditi debent illud liberè, & ſponte ſoluere, nec expectare compulſionem. Quod, ſi ſubditi benignè requiſiti, adhuc ſubſidium ſoluere negligunt, poſſunt, per ipſummet Epiſcopum compelli, & conſtringi ad ſolutionem, non ſolum per captionem pignorum, vel carcerationem perſonæ, ſed etiam per excommunicationem, prout docet Bellen. *quæſt.* 15. Sed prudentiùs agent Epiſcopi deuenientes ad cenſuram in ſubſidium.

9 Aduertendo, quod pro exactione charitatiui ſubſidij non debent per exactores loco pignoris capi, vel diſtrahi Calices, libri, vel alia ornamenta diuinis officijs deputata, prout notat Bellen. *quæſt.*15. *num.*3.

10 Et licet dictum ſit poſſe Epiſcopum excommunicare denegantes charitatiuum ſubſidium, id tamen intelligendum eſt, quando iuſtè petit illud, ſed ſi petat ſine manifeſta, & rationabili cauſa, & ſic contra iura, ſi excommunicat illud negantes excommunicatio eſt ipſo iure nulla, tenet Hoſt. *in ſumm. tit. de cenſib. §. fin. in fin.* Cardin. Zabar. *in Clem. ſi beneficiorum de decim. q.* 15. Bellen. *quæſt.*24.

11 Non poteſt tamen Epiſcopus apponere generale interdictum contra ſubditos denegantes charitatiuum ſubſidium, quia pro nullo pecuniario commodo poteſt apponi generale interdictum, per *Extrauag. Bonifacij VIII. incipienti prouidè attendentes*. Dictum eſt generale interdictum; nam particulare contra certam Eccleſiam denegantem ſubſidium, poteſt Epiſcopus apponere, cum Extrauag. prędicta non loquatur niſi de generali cuius diſpoſitio, nec etiam habet locum, quando Epiſcopus denegantes ſubſidium prædictum excommunicauit, & excommunicati in ea perſtiterunt, tunc etiam poteſt Epiſcopus generale interdictum apponere, nec in hoc caſu obſtat Extrauag. prædicta, quia interdictum non apponitur pro ſolutione, ſed pro conuenientia, ita docet Bellen. *quæſt.*25. quem ad literam, ſequitur Ricc. *in prax.* 3. *part. reſol.* 87. *ſecundum vltim. impreſſ.*

Dubitatur, ſi Epiſcopus petat à ſubdito charitatiuum ſubſidium, an poſſit ſubditus petere, quod fiat compenſatio eius, quod ſibi debet Epiſcopus.

12 Reſpondetur regulariter loquendo admittendam eſſe compenſationem dummodo debitum ſit ex eadem ſtatione, iuxta *text. in l.* 1. *C. de compenſat.* Fallit tamen hæc ſententia primò, quando impoſitum eſt ſubſidium ob cauſam alimentorum ipſius Epiſcopi, tunc enim non admittitur compenſatio, per *text. in l. ea C. de compenſat.* Secundò, fallit ſententia, quando Epiſcopus debet nomine proprio, & ex perſona ſua, non tanquam Epiſcopus, tunc nec admittitur compenſatio, ita declarat Bellene. *quæſt.*53. Grat. *diſcept. for. cap.* 728. *num. vltimo*, & alij communiter.

13 Nota quartò, quod Epiſcopus concurrente cius quouis alio creditore illi præfertur in exactione charitatiui ſubſidij in bonis Clerici debitoris, nam cenſus ſuperiori debitus ante omnia ſolui debet, Ioan. And. & Anton. de Butr. *in cap. cum ſe de ætat. & qual.* Hoc tamen non procedit, quando creditum fuit contractum ſciente Epiſcopo, nam tunc Epiſcopus concurrit cum alijs creditoribus, ita Bellenc. *quæſt.*62. *per totum, qui quæſt.*63. tenet, quod ſi Epiſcopus concurrit cum Collectore exigente ſubſidium impoſitum per Papam præfertur Collector Papæ, Meroll. *cit. loc. num.* 529. *& ſeqq.*

14 Nota quintò, quod collector ſubſidij charitatiui eſt exemptus ab illius ſolutione, prout probat Bellene. *de charit. ſubſid. quæſt.*54. & refert Meroll. *loco infra cit.* 15. *difficult.*

Nota ſextò, quod ſubſidium charitatiuum cedit commodo, & vtilitati conductoris cui Epiſcopus locauerat omnes fructus ſui Epiſcopatus, probat Bellenc. *cit. tract. de charit. ſubſid. quæſt.* 64. per text. *in l. vſufruct. legato §.* 1. *ff. de vſufruct. ex in l. item, ſi funds in princ. eod. tit. & l. prætor ait §. quod de fructibus ff. de bon. auct. iudic. poſſid. & Clem. ſtatutum de elect.* ſequitur Meroll. *Theol. moral.* 3. *part. diſp.*7. *cap.*5. *diſp.*17. *num.* 514. *& ſeqq.* niſi aliud ex coniecturis iudicari poſſit. Quod, ſi ſubſidium impoſitum eſt tempore vnius conductoris, & ſoluitur tempore alterius, debetur primo conductori, quia debitum eſt contractum tempore illius, probatur ex *l. defuncta ff. de vſufruct. ex l. Iulianus §. ſi fructus ff. de action. empt.* & tenet Meroll. *eod. cit. loc. num.*518. 15

OBSERVATIONES
D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Cathedraticum, ſeu Synodaticum, quod ſit.*
2 *Cathedraticum an ſit certa ſumma.*
3 *Conſuetudo attenditur etiam circa inobſeruantiam.*
4 *Remiſſum non cenſetur niſi expreſſè dicatur.*

Prolixè Ventrigl. tractat de charitatiuo ſubſidio. Affinis eſt materia de Cathedratico, ſeu Synodatico, quod exigit Epiſcopus à qualibet Eccleſia in ſignum ſuæ ſubiectionis, *cap. placuit* 13. *quæſt.*1. *cap. olim de cenſib.* 1

Cathedraticum eſt certum, & ſoluitur in duobus ſolidis, ſiue beneficium ſit pingue, ſiue minus, vt in *d. cap. placuit*, Bich. *deciſ.*8. *num.*15. Et Epiſcopus habet iuris aſſiſtentiam exigendi ab omnibus Rectoribus Parochiarum, Barboſ. *alleg.*86. *de Epiſc. num.*40. Fagnan. *in cap. conquerente de offic. ordinar. num.*44. 2

Cathedraticum, ſiue Synodaticum eſt acceſſorium ad conuocationem Synodi, & de iure communi non debet excedere duos ſolidos pro qualibet. Attenditur tamen conſuetudo non licet ſolidus importet vnum aureum, tamen Neapoli ſoluantur quinque caroleni, vt Pac. Iordan. *part.*7. *tract.*10. *tom.*2. *num.*108. Et in Dalmatia non ſoluitur, quia Epiſcopi exigunt à Parochis quartam decimarum, vt Pac. Iord. *vbi ſup. num.* 112. 3

Remiſſum non cenſetur Cathedraticum, niſi expreſſè dicatur gloſ. *in d. cap. olim de cenſib.* Vnde licet à Romano Pontifice Eccleſia eſſet pleno iure libera adhuc ſoluitur Cathedraticum. Et exempti ſoluunt Epiſcopo ad cuius Synodum accedere tenentur, Tuſc. *lit. S. concluſ.* 132. Accedere autem non tenentur exempti Prælati *nullius* ſi conuocent Synodum, & indicent concurſus Parochialium. Aliter qui non ſunt nullius, Card. de Luca *in Miſcell. Eccleſ. diſcurſ.* 1. *num.* 100. 4

De hac materia vide quæ ſcripſi in Gratian. *diſcept.*620. *per tot.*

ANNOTATIO XXVI.

De Oblationibus.

ARGVMENTVM.

Notatur de nomine, origine, & quotuplex ſit oblatio, de quibus bonis non recipienda, à quibus perſonis non eſt recipienda, quomodo dicitur dari in Eccleſia, & cuius vtilitati cedat, quid de oblationibus factis capellæ, oratorio, Sacerdoti, vel Epiſcopo celebranti, vel in Miſſis de ſponſo, aut tempore Iubilæi, in purificatione Mulierum, Benedictione nuptiarum, ouorum, & Domorum. Quid de Sacris Imaginibus in pariete domus priuatæ, vel in conſecratione Eccleſiæ. Quando debeantur, vel non Parocho. Quid

Quid de factis Regularibus, quid si in Ecclesia adsit Rector, & Capellanus. Oblationes, quando sunt de præcepto, & an tunc possint constringi debitores, & non possint denegari; possunt per alios occupari, quando cedant vtilitati Clericorum, vel sint erogandæ in vtilitatem Ecclesiæ, & quid si factæ sint pro celebratione Missarum, & alia ad materiam.

S V M M A R I V M.

1 *DE oblationibus notatur, qui materiam tractent. Et quæ dicitur oblatio num. 2. Quibus modis oblatio accipiatur n. 3. In quo differat à primitia n. 4. Et quid appellatione oblationis contineatur n. 5.*

6 *Oblationes originem habuerunt tempore Abel, & Noe. Et quotuplex sit oblatio n. 7.*

8 *Oblationes non sunt recipiendæ ex bonis iniustè, & illegitimè acquisitis, quod declaratur.*

9 *Oblationes quibus prohibentur offerre, & quando possint recipi à publicis peccatoribus.*

10 *Oblationes non sunt recipiendæ ab infidelibus.*

11 *Oblationes quomodo dicantur fieri in Ecclesia.*

12 *Oblationes factæ Ecclesiæ cedunt Beneficio Rectoris de iure. Qui etiam per substitutum potest illas recipere num. 13. De consuetudine vero possunt alteri spectare.*

14 *Oblationes factæ Capellæ, vel Oratorio cui cedant. Et cuius intuitu præsumuntur factæ num. 15. Et quod si sint Oratorio, vel Confraternitatis habentis propriam Ecclesiam num. 16.*

17 *Oblationes, quæ fiunt ad manus Sacerdotis in Missa cui spectant. Quid si fiant in Missa, quam celebrat Episcopus in Parochia num. 18.*

19 *Oblationes, quæ fiunt in Missa de sponso, quàm celebrat Parochus in aliena Diœcesi, cui debentur.*

20 *Oblationes, quæ fiunt tempore Iubilæi in Ecclesia Cathedrali cui competant.*

21 *Oblationes, quæ fiunt in purificatione Mulierum, in Benedictione Nuptiarum, ouorum, Domorum, tempore paschatis, & similium ad Parochum spectant.*

22 *Oblationes, quæ fiunt Imagini sistenti in pariete domus priuatæ spectant à Parochum, quod limitatur num. 23. & declaratur num. 24. Et quid si in dicta Imagine aperiantur miracula, & cum concursu populi concurrant oblationes notabiles n. 25.*

26 *Imago in vna Ecclesia ad quam habetur populi concursus, & oblationes, non debet transferri ad alios.*

27 *Oblationes, quæ fiunt in consecratione Ecclesiæ, vel consecratione Episcopi cui cedant.*

28 *Oblationes intra Parochiæ limites debentur Parocho Ecclesiæ Cathedralis excluso Episcopo. Et an Parochus excludat confraternitates in oblationibus factis in oratorio num. 29. Et quid si dotes sint contemplatione confraternitatis, num. 30.*

31 *Oblationes non debentur Parocho, quando constat fuisse datas alterius contemplatione.*

32 *Oblationes factæ Regularibus, & Monasterijs illis cedunt, & quando Regulares possint recipere oblationes, & eleemosinas inter Missarum solemnia.*

33 *Oblationes cui debeantur Rectorine, an Capellano, qui exercet curam animarum.*

34 *Oblationes factæ imagini in oratorio depictæ debentur oratorio, & ei, qui præest oratorio.*

35 *Oblationes non sunt de præcepto, nisi in quatuor casus hic enumeratos.*

36 *Oblationes debentur de præcepto postquam per decem annos solitæ fuerunt solui.*

37 *Oblationes cum debentur ex præcepto, debitores possunt compelli etiam pœna excommunicationis, & an per subtractionem Sacramentorum.*

38 *Oblationes non possunt denegari per Parochianos sub prætextu, quod Parochus teneatur mittere Candelas in die Purificationis B. Virginis.*

39 *Oblationes non possunt occupari per laicos, possunt tamen recipi in duabus casibus, vt hic.*

40 *Oblationes, quando cedunt commodo Clericorum, & quando sint erogandæ in vtilitatem Ecclesiæ.*

41 *Oblatio, vel legatum factum Capitulo pro celebratione Missarum perpetua est conuertendum in emptionem.*

ANNOTATIO XXVI.

§. Vnicus.

Ad tex. in cap. Causa 13. de verbor. significat.

IN hoc tex. dicuntur oblationes, quæcumque de pro- 1
prijs, & licitis rebus Ecclesiæ à fidelibus offeruntur, illæque a sæcularibus possideri non possunt, cuius tex. occasione notanda sunt hic aliqua de oblationibus, de qua materia habetur etiam *in cap. cum inter hoc eodem tit. cap. quia, cap. sanctorum, & cap. hanc 10. quæst. 1. cap. nulli 12. quæst. 2. cap. ex transmissa de præscript.* & alibi, tractant DD. in dictis Iuribus, Mar. Socin. Troil. Maluit. & Andr. Barb. particularibus tractatus de oblationibus, Fusc. *de visit. lib. 1. cap. 4.* Leo *Thes. for. Eccles. par. 13. num. 12. & seqq.* Rebuff. *de decim. quæst. 1.* Capel. Tholos. *quæst. 483.* Monet. *de decim. cap. 2. & cap. 3.* Card. Tusch. *tom. 5. lit. O. concl. 11.* Isidor. Moscou. *de maiestat. vtilit. Eccles. lib. 1. par. 3. cap. 2.* Hieron. Carat. *in opusc. de iur. Paroch. tit. 3. cap. 3.* S. Thom. *2. 2. quæst. 85. art. 3.* Azor. *instit. moral. par. 1. lib. 7. cap. 27. quæst. 8. & cap. 28. quæst. 6. & 9.* Suar. *tom. 1. de relig. lib. 8. cap. 3.* Filliuc. *tract. 27. cap. 7. quæst. 1.* Layman *Theol. mor. lib. 4. tract. 6. cap. 7.* Bell. *disqu. cler. par. 1. tit. de bon. Cler. §. 3.* Ricc. *in prax. 4. parte resol. 296. & seqq. & collect. 1113. & 1265. 4. par.* discipulus eius Nouar. *Lucer. Regul. verbo oblationes,* idem Ricc. *& Arch. Neapol. par. 4.* Marescot. *var. resol. lib. 2. cap. 42.* Aldan. *compend. canon. resol. lib. 1. cap. 13.* Maceraten. *var. resolut. lib. 1. resolut. vlt. cap. 2.* Gennen. *in prax. Cur. Arch. Neapol. c. 72. secundum vltim. impress.* Sell. *select. cap. 27.* Bonac. *tom. 2. titul. de precept. Eccles. disp. vlt. quæst. 5. punct. vlt.* Barbos. *de off. & potest. Episcopi par. 3. allegat. 80. num. 11. & seqq. in tract. de appell. verb. iur. sign. appellat. 172. de off. & potest. paroch. cap. 24. de iure Eccles. lib. 3. cap. 23. & summ. Apostolicar. dec. verbo oblatio,* Lotter. *de re Benefic. lib. 1. quæst. 30. num. 28. & seqq. & alij,* in quibus terminis notanda sunt aliqua principaliora, & ad intelligentiam,

Præmittendum est cum text. oblationes dici quæcum- 2
que de proprijs, & licitis rebus Ecclesiæ à fidelibus offeruntur; vel alio modo, dicitur oblatio actus exterior religionis, cùm offertur Deo aliquid in recognitionem supremi dominij, & ad significandum sacrificium, quo anima fidelis, se ipsam offert Deo, ita Fusc. *de visitat. lib. 1. cap. 24. num. 1.*

Oblatio duobus modis accipi potest largè, & strictè. Pri- 3
mò modo continet omnes actiones per quas quæcumque res ad diuinum cultum exhibentur, & omnia illa, quæ Deo Optimo Maximo offeruntur, & hoc modo sumpta oblatio continet etiam in se decimam, & primitiam, prout optimè probat Barbos. *de iur. Eccles. lib. 3. cap. 3. num. 1.* Secundò modo, & strictè accipitur oblatio pro rebus illis, quæ intuitu religionis immediatè Deo offeruntur ab hominibus absque immolatione, vel scilicet in vsum Ecclesiæ, vel in vsum Ministrorum, iuxta illud Matth. *cap. 5. si offers munus tuum ad Altare &c.* docet Sot. *de iust. lib. 9. quæst. 3. artic. 1.* Tusch. *tom. 5. lit. O. concl. 11. num. 1.* Et hoc stricto modo sumpta oblatio differt à decimis, quia oblationes offeruntur immediatè in cultum, & honorem Dei; Decimæ verò offeruntur in sustentationem ministrorum Ecclesiæ tamquam ipsis debitæ, S. Thom. *2. 2. quæst. 85. art. 3.* Azor. *instit. moral. par. 1. lib. 7. cap. 38. quæst. 6. & 9.* Bonac. *2. tom. tit. de precept. Eccles. disp. vltima quæst. 5. punct. vltim. num. 3. vers. ex dictis.*

Non tamen differunt oblatio, & primitia, quia nomine 4
oblationis intelligitur, quicquid Deo in recognitionem dominij, & excellentiæ ipsius offertur siue sint primi fructus, siue sit alia res mobilis, siue immobilis, ita Bonac. *cit. loc. num. 3.*

Con-

5 Continentur quoque appellatione oblationum omnia mobilia, & immobilia, quæ dantur Ecclesiæ siue in Ecclesia, siue extra, prout colligunt DD. ex hoc tex. *cap. causam*, Oldrad. *consil.* 293. *num.* 6. Item continetur sub hac appellatione, & venit nomine oblationum, quicquid offertur ad Altare, Isidor. Moscon. *de maiest. Militantis Ecclesiæ lib.* 1. *par.* 3. *cap.* 3. *fol.* 466.

Hinc eleemosynæ, quæ offeruntur Curatis Ecclesiæ, vel Ecclesiæ pro Missis, orationibus, vel pro mera eleemosyna, oblationes dicuntur, Lap. *alleg.* 58. Roman. *cons.* 344. *num.* 3. Tusch. *cit. loc. concl.* 11. *num.* 5.

6 Antiquissimus oblationum vsus originem habuit tempore Abel iusti, qui obtulit Deo de primogenitis gregis sui, & de ouibus eorum *Gen.* 4. & tempore Noe, qui ædificato Altare Domino tollens de cunctis pecoribus, & volucribus mundis obtulit illa in holocausta super Altare *Gen.* 8. refert Fusc. *de visit. lib.* 1. *cap.* 24. *sub num.* 1. Barbos. *de iure Eccles. cit. cap.* 23. *num.* 4. vbi testatur in lege Gratiæ antiquissimum etiam fuisse oblationum vsum.

7 Oblatio duplex est alia spiritualis, alia temporalis. Spiritualis est cum offertur Deo Patri corpus, & sanguis Christi; de hac oblatione remitto me ad summistas de Sacramento Eucharistiæ tractantes. Temporalis autem oblatio de qua hic tractatur, triplex est, prima species cùm datur à Christiano aliquid Ecclesiæ, vel ipsi Deo inter viuos, vel ad impetrandam remissionem peccatorum, vel ad reddendam gratiam Deo pro beneficijs acceptis. Secunda species oblationum est, quæ fit à Christianis causa mortis per legatum, vel aliam dispositionem piam sacram in vltima voluntate. Tertia species est, quæ à Christianis ad Missam fieri solet iuxta facultates eorum, ita distinguit Fusc. *de visitat. lib.* 1. *cap.* 24. *num.* 2.

8 Nota primò, ad illa verba huius tex. *de proprijs, & licitis rebus*, non esse admittendas oblationes rerum iniustè acquisitarum, vt habetur etiam ex *cap. transmissa de decim. cap. quia in omnibus de vsur. & cap. super eo de raptor.* quod intellige, vt non solum, non sint recipiendæ oblationes rerum, quæ obnoxiæ sunt restitutioni, vt sunt bona quæsita per furtum, vsuram, & simili modo, vt loquitur Bonac. *cit. punct. vltimo num.* 4. *vers. dixi*, & colligitur ex verbis huius textus, qui requirit, quod oblationes fiant de rebus proprijs; sed nec etiam sunt recipiendæ oblationes de rebus, quæ non sunt obnoxiæ restitutioni, sed sunt propriæ, ac illicito modo acquisitæ, vt loquitur Barbos. *de iur. eccles. cit. cap.* 23. *num.* 13. & colligitur clarè ex hoc tex. & verbis supra positis, ex quibus habemus recipiendas esse oblationes non tantum de rebus proprijs offerentis, sed de rebus licitis, idest licito modo quæsitis, ex qua ratione non recipiuntur oblationes à Meretricibus, vt notat Barbos. *cit. loc.*

9 Hinc gl. *verbo dona in cap.* 2. *dist.* 90. dicit prohiberi oblationes offerri primò dissidentibus fratribus *cap. oblationes* 90. *dist.* Secundò opprimentibus pauperes, vt in *eod. cap.* 3. Tertiò sacrilegis *cap. diuino* 12. *quæst.* 2. Quartò extrahentibus seruos suos ab Ecclesia *cap. minor* 12. *quæst.* 2. Quintò raptoribus *cap. super de raptor.* Sextò vsurarijs *cap. quia in omnibus de vsur.* Septimò pœnitentibus *cap. eos quos de consecr. dist.* 4. ita numerat Barbos. *cit. cap.* 23. *num.* 14. *& seqq.* & intelligit de oblationibus, quæ fiunt in Altari. Octauò Meretricibus publicis, vt dicit eadem *cit. gl.* Prædicta licet de iure sint, tamen, quando bona non sunt obnoxia restitutioni, nec alteri debita, secluso scandalo possunt à publicis peccatoribus recipi oblationes, docet idem Barbos. *cit. cap.* 31. *num.* 20. *in fin. qui num.* 21. intelligit prohibitionem prædictam de oblationibus voluntarijs, secus ex necessarijs, & debitis iusto titulo, etsi aliter diceremus, quis ex suo peccato commodum reportaret; Vnde ex illicitis acquisitis non tamen restitutioni obnoxijs deberi decimam probat, Bonac. *cit. loc. disp. vltima quæst.* 3. *punct.* 3. *num.* 3. *vers. maior difficult. & punct. vltim. num.* 4. *vers. dixi, aut modo, & seqq.* tenet secluso scandalo posse liberè recipi oblationes à publicis peccatoribus modò non obstet peculiaris prohibitio, vt in casibus propositis, in quibus nec etiam procedit opinio nisi postquam quis per sententiam est condemnatus de crimine, cum non teneamur quemquam euitare ante condemnationem, vt patet ex Concil. Constantiensi in *Extrauag. ad euitanda.*

Nota 2. in tex. ibi: à fidelibus non esse recipiendas oblationes infidelium, ne cum illis videamur communicare, quod prohibitum est, prout idem dicitur de hæreticis alijsque excommunicatis declaratis, Fusc. *de visit. lib.* 1. *cap.* 24. *num.* 10. Bonac. 2. *tomo titul. de præcept. Eccles. disp. vltima quæst.* 5. *punct. vltim. num.* 4. *vers. ex quo sequitur.* Ecclesia enim non recipit oblationes ab infidelibus, nisi fortè damnum passa est ab eisdem, quo casu recipit potius titulo restitutionis, quam oblationis, vt habetur in *cap. quanto de vsur.* & aduertit Barbos. *de iure Eccles. lib.* 3. *cap.* 23. *sub num.* 13.

10 Nota 3. textum huius cap. causa, oblationes vocare, quæ Ecclesiæ offeruntur, quia, quod priuatæ personæ offertur, non dicitur propriè oblatio, sed potius donatio, vel eleemosyna, etiam si Ecclesiasticæ personæ donetur, notat Barb. *cit. loc. sub num.* 13. Vel alio modo intelligi potest tex. oblationes fieri Ecclesiæ; idest in Ecclesia, quia oblationes faciendæ sunt in Ecclesia diebus Dominicis, vel alijs festiuis, *cap. omnis Christianus de consecrat. distinct.* 1. declarat Fusc. *de visitat. lib.* 1. *cap.* 24. *num.* 3.

11 In cuius Beneficio cedant oblationes factæ in Ecclesia. Dicendum est de iure communi regulariter loquendo, oblationes cedere beneficio Rectoris Ecclesiæ parochialis, siue offerantur intra Ecclesiam parochialem, siue alteri Imagini, siue Capellæ extra Ecclesiam Parochialem, sed intra fines Parochiæ, *cap. quia, cap. sanctorum, & cap. hanc* 10. *quæst.* 1. *cap. nullus* 12. *quæst.* 2. *cap. ex transmissa de præscript.* habet enim parochus intentionem fundatam super oblationibus, quæ fiunt intra parochiam, *cap. quoniam de diuinis, cap. pastoralis de his, quæ fiunt à Præl.* & Parocho debentur iure Parochiæ *cit. cap. quia, & cap. sanctorum*, docent Abb. *in reb. de paroch. num.* 4. Host. *num.* 1. *in fin.* Innoc. & Butr. *ibidem*, Capell. Tholos. *decis.* 483. Fel. *in cap. dilectus num.* 1. *de off. ordin.* Bell. *disq. cler. par.* 1. *titul. de bonis cleric.* §. 3. *num.* 4. *& seqq.* qui multos citat Bonac. 2. *tom. de præcept. Eccles. disp. vltim. quæst.* 5. *punct. vltim. num. vltim.* Barbos. *de iure Eccles. lib.* 3. *cap.* 23. *num.* 22. *& alij communiter.*

12 Ampliantur supradicta, vt non solum possit per se, sed etiam per substitutum parochus recipere oblationes, ita, vt possit hoc deputare etiam laicis, qui oblationes percipiant, & custodiant, dummodo illa non percipiant de Altari, quia inhonestum est, vt laici super Altari ponant manus, Archid. & Gemin. *in citat. cap. Sanctorum* 10. *quæst.* 1. Butr. & Abb. *in cap. decernimus de iudic. col.* 1. & ibi Dec. *col.* 14. *in* 4. *quæst.*

13 Dixi de iure communi, quia, si de consuetudine in aliquo loco alteri, quam parocho conferuntur oblationes, seruanda est, quia consuetudo vim legis habet, Marian. Socin. *de oblat.* Filiucc. Suar. & alij, quos refert & sequitur Bonac. *cit. loc. num.* 5. *vers. dixi*. Hinc consuetudinem in hac materia oblationum esse omnino seruandam, quando de mente offerentis non constat, nec ius resistit, docet Aufrer. ad Capell. Tholos. *decis.* 483. *cit.* Ferr. *consil.* 278. Marescot. *variar. resol. lib.* 2. *cap.* 42. *num.* 2.

14 Ex dictis collige primò, quod si fiant oblationes Capellæ existenti in aliqua Ecclesia etsi appareat oblationes fuisse factas intuitu ipsius Capellæ, non verò intuitu Ecclesiæ adhuc Parocho debeantur, idem etiam dicendum est de Capella, seu oratorio existente extra Ecclesiam, sed intra limites parochiæ, tenent Genuens. *in prax. cap.* 72. *num.* 3. Ricc. *in prax.* 4. *par. resol.* 297. *in princip.* Barbos. *de iure Eccles. cit. cap.* 23. *num.* 25. qui alios citat, & ampliat sententiam etiam si in Capella, seu oratorio, vbi oblationes fiunt erecta essent distincta beneficia, adhuc etiam in dubio oblationes parocho debentur, Rot. *decis.* 38. *num.* 2. *par.* 2. *recent. & in Hispalen. primitiarum* 3. *Martij* 1622. *coram D. Nauarro.*

15 In dubio enim oblationes factæ Altari, Capellæ, vel Oratorio, præsumuntur factæ intuitu Ecclesiæ, non verò intuitu Altaris, Capellæ, vel Oratorij, nisi appareant coniecturæ in contrarium, vt quia in Altari, Capella, vel Oratorio esset imago alicuius Sancti cuius intuitu fierent oblationes, ita Genuens. & Barbos. *cit. loc.* & latius Ricc. *cit. resolut.* 297. *num.* 3.

16 Restringe prædicta quando oblationes fiunt Oratorio vel Confraternitatibus, quæ habent propriam Ecclesiam, quia tunc oblationes conuerti debent in vtilitatem huius Eccle-

Ecclesiæ non parochiæ, vt ampliat Ricc. *cit. loc. num.* 1. & seruat praxis; & quando fiunt Capellæ in aliqua Ecclesia existenti, tunc etiam non parocho, sed ipsi Ecclesiæ quæruntur, vt docet Ricc. *cit. loc. num.* 2.

17 Oblationes, quæ fiunt ad manus sacerdotis in Missa, ex consuetudine ferè communiter recepta pertinent ad Parochum, vel ad alium sacerdotem, ad cuius iurisdictionem Altare spectat; modò non offerantur sacerdoti in stipendium sui laboris, quia tunc sacerdoti, non parocho debentur, ita docet post Regin. & Azor. Bonac. *cit. punct. vltimo num. vltimo, vers. penultimo*; sed melius dicendum est cum Ricc. *cit. resolut.* 297. *num.* 7. oblationes, quæ fiunt sacerdoti celebranti in dubio cedere Ecclesiæ Rectori.

18 Oblationes verò, quæ fiunt in Missa, quam celebrat Episcopus in parochia, cedunt Episcopo non parocho, quia tota Diœcesis est parochia Episcopi, docent Genuens. *cit. cap.* 72. *num.* 8. Ricc. *alleg. resol.* 297. *num.* 7. quidem sententiam limitant, quando Episcopus longam moram traheret, & nimis frequenter celebraret in parochia, Bellett. *disqu. clerical. par.* 1. *tit. de bonis cleric.* §. 3. *num.* 49. *& seqq.* qui id optimè etiam limitat, quando Episcopus celebraret in loco exempto, quia tunc oblationes erunt illius, ad quem spectant iura parochialia, Fel. *in cap. dilectus num.* 1. *vers. & adde de off. ordin.*

19 Similiter oblationes, quæ fiunt in Missa de sponso, quæ celebratur à Parocho in aliena parochia cedunt beneficio celebrantis, cum eius contemplatione dentur, tenent citatis locis Genuens. *num.* 12. & Ricc. *in fin.* licet alias indistinctè oblationes, quæ fiunt sacerdoti celebranti in aliena Parochia, cedant in beneficium Parochi eiusdem parochiæ, non verò celebrantis, Abb. *in cap. pastoralis num.* 9. *de his quæ fiunt à Præl. sine consens.* Felin. *cit. cap. dilectus num.* 1. *vers. ex his infertur*, Bellett. *disqu. cleric. cit.* §. 7. *num.* 71.

20 Item oblationes, quæ fieri solent tempore Iubilæi in Ecclesia Cathedrali non quæruntur Episcopo, sed Archipresbytero, seu parocho eiusdem Ecclesiæ, qui exercet Curam Animarum cum ipse Parochus habeat intentionem fundatam de iure communi in omnibus oblationibus, vt firmatum est supra tenent Genuens. *cit. cap.* 72. *num.* 14. & Ricc. *cit. resol.* 297. *num.* 6. testantes sic fuisse decisum per Rot. *in vna Beneuentana spolij* 2. *Decembris* 1585. *coram D. Orano, & in collect.* 1113. 4. *par.* sequitur Bell. *disqu. cleric. loc. supra cit. num.* 52.

21 Vlterius oblationes Candelæ, & similium, quæ fiunt in purificatione mulierum in honorem oblationis turturum, vel columbarum factæ per Beatam Virginem in eius Purificatione cedunt etiam beneficio Parochi, imò ad ipsum Parochum, spectat recipere Mulierem ad Purificationem, ita vt nec possit alius sacerdos etiam Regularis purificare Mulieres, etiam si vellet oblationes dare Parocho, tenent Genuens. *in prax. cit. cap.* 72. *num.* 13. Bellett. *allegat.* §. 3. *num.* 9. *&* 10. Idem dicendum est de oblationibus, quæ fiunt in benedictione Nuptiarum, in benedictione ouorum, domorum, & similium, nam huiusmodi benedictiones à solis Parochis fieri possunt exclusis alijs sacerdotibus etiam Regularibus, & consequenter oblationes eius beneficio cedunt, prout aduertit Genuens. *cit. loc.* referens has benedictiones esse de consilio non verò de præcepto.

22 Oblationes quoque factæ alicui imagini sistenti in pariete domus priuatæ, non quæruntur domino domus, sed Parocho, & Ecclesiæ parochiali intra cuius fines sita est imago, Abb. & Imol. *in cap. pastoralis de his, quæ fiunt à Prælat. sine consens.* testatur de communi Marian. Soccin. *de oblat. libell.* 18. *quæst.* 6. Genuens. *in prax. cap.* 72. *num.* 1. Bellett. *cit.* §. 3. *num.* 3. *voluit Rot. Romana in vna Calaguritana oblationum* 21. *Decembris* 1588. *coram D. Pamphilio testatur* Marescott. *variar. resolut. lib.* 2. *cap.* 42. *num.* 4. 5. *&* 6. Ricc. *collect.* 1265. *par.* 4.

23 Limitatur hæc sententia primò, quando oblationes sunt factæ intuitu domini domus, quia esset pauper, vel quia tales oblationes ad pios vsus conuertebat. Secundò, si offerens sciebat oblationes conuerti in vtilitatem domini domus. Tertiò, si donetur imagini brachium, vel pes, qui eidem imagini deficit; in his enim casibus oblationes cedunt domino domus, non autem Ecclesiæ parochiali iuxta dicta per Genuens. *cit. loc.* & Ric. *in prax.* 4. *par. resol.* 297. *num.* 4. qui vlterius addunt non posse Episcopum compellere dominum domus, vt destruat imaginem, nisi in casu, quo populus abuteretur dicta Imagine, vel esset periculum Idolatriæ, & tunc sine populi scandalo destrui debet.

Hæc limitationes non carent difficultate, nam certum est in iure, laicos esse incapaces oblationum, nisi illis darentur ex causa puta pro reparatione Ecclesiæ, vel ob alium honestum vsum, prout declarat Leo *Thes. for. Eccl. par.* 2. *cap.* 12. *num.* 25. Proinde melius dicendum est cum Lotter. *de re Benef. lib.* 1. *quæst.* 30. *num.* 32. quod quando oblationes datæ sunt merè incapaci, tunc quia incapax non potest illas habere, & offerens est contemplatus certam personam, siue locum, ex quo exclusit parochum, illos posse arbitrio Episcopi in pios vsus distribui, prout voluit etiam Mant. *de tacit. & ambig.* Genuens. *lib.* 13. *cap.* 21. *num.* 38. 24

Limitatur secundò sententia, quando in Imagine in loco priuato depicta, aperiuntur miracula, vel magna mouetur deuotio, & cum maximo concursu populi concurrunt oblationes notabilis quantitatis, & valoris, tunc enim oblationes prædictæ non cedunt in vtilitatem Ecclesiæ parochialis, sed applicantur illi loco priuato, non vt priuato, sed Deo per illam Imaginem repræsentato, in ædificationem Ecclesiæ, vel Capellæ, vel aliud opus pium, arbitrio Episcopi, docent Leo *Thes. for. Eccles. par.* 2. *cap.* 12. *num.* 27. *& seqq.* Fel. *in cap. dilectus num.* 1. *de decim.* Bellett. *disqu. cler. cit.* §. 3. *sub num.* 3. 25

Aduertendum est ad supradicta, quod Imago existens in aliqua Ecclesia, ad quam habetur concursus, & oblationes offeruntur, non debet per Episcopum ad aliam Ecclesiam, vt Capellam transferri contradicente Rectore Ecclesiæ, vt voluit Rot. *in vna Hispalen. translationis Imaginis* 9. *Martij* 1598. *coram D. Pamphilio.* 26

Oblationes, quæ fiunt in consecratione Ecclesiæ, cedunt in vtilitatem Episcopi consecrantis, sicut etiam cedunt beneficio Episcopi, non verò assistentis oblationes quæ fiunt in consecratione Episcopi, docet Genuens. *in prax. cap.* 72. *num.* 9. *&* 10. Ricc. *cit. resolut.* 297. *sub num.* 7. Vbi etiam refert casum, si consuetudo sit, vt oblationes, quæ fiunt in die Dominico debeant esse Prælati, & in festo principali debeant esse Episcopi, si festum principale occurrat in die Dominico, tunc oblationes factæ contemplatione Dominicæ cedunt Prælato, aliæ verò cedunt Episcopo, voluit etiam Genuens. *cit. cap.* 72. *num.* 11. 27

Supradicta, quæ diximus in dubio oblationes cedere beneficium Parochi procedunt etiam in parocho Cathedralis Ecclesiæ, cui debentur oblationes factæ in eadem Ecclesia non autem Episcopo, voluit Rota *in vna Beneuentana spolij* 2. *Decembris* 1585. *coram Orano, & Sacra Congregatio Concil. in Cauen. teste Rot. in Iunen. Sarzanen. oblationum* 8. *Februarij* 1627. *coram D. Merlino*, quam refert Barbos. *de off. & potest. Paroch. cap.* 24. *n.* 29. *& in sum. Apostolicarum decis. verbo oblatio num.* 2. Hæc opinio procedit non solum in oblationibus factis in Ecclesia parochiali, sed etiam Sacris Imaginibus intra fines Parochiæ, in dubio enim semper Parochus excludit Episcopum, prout hanc sententiam esse magis communem, & receptissimam testatur Barbos. *de iure Eccles. lib.* 3. *cap.* 23. *num.* 29. *licet referat contrarium tenentes.* Quando verò oblationes fiunt Imagini extra limites parochiæ, absque dubio spectant ad Episcopum, vt tenet idem Barbos. 28

Excludit quoque Parochus Confratres ab oblationibus factis etiam in oratorio ipsorum confratrum intra limites parochiæ, quia illæ cedunt etiam parocho loci, prout ita testatur fuisse resolutum Maceraten. *variar. resol. lib.* 1. *resolut.* 112. *& vltima cap.* 2. Hæc tamen procedunt, dummodo aliter non disponat consuetudo, quæ salnatur etiam, quod propria auctoritate Confratres recipiant oblationes, dummodo illas in pios vsus non proprios conuertant, Marescot. *variar. resolut. lib.* 2. *cap.* 42. *num. vltim.* 29

Procedunt etiam prædicta, quando non apparet, oblationes fuisse datas contemplatione confraternitatis; Vnde est, quod legatum factum Capellæ, in qua est confraternitas Corporis Christi, debetur Ecclesiæ, & illius Rectori, non verò Confraternitati, nisi testator exprimat con- 30

fraternitatem, vel nisi appareant coniecturæ offerentem voluisse offerre Confraternitati, ita Genuens. *in prax. cap.72. num.4.* Ricc. *coll.113. part.4.*

31 In suprapositis enim omnibus casibus in alijs qui afferri possunt, semper addenda est declaratio suprapostita, nempè, quod tunc oblationes cedant parocho, quando non apparet ex coniecturis illas fuisse olim datas, vel oblatas, siue destinatas ad certum vsum, nempè pro Missis celebrandis, pro fabrica proficienda, perficienda, &c. tunc enim non parocho, sed cui oblatæ fuerunt, vel destinato operi pio cedunt, prout explicat Barbos. *de iure Eccles. cit. cap.23. num.30.* post alios communiter.

32 Hinc si oblationes fiunt in Monasterijs, vel locis Clericorum Regularium, eisdem Regularibus debentur, *cap.1. de statu Monach. cap. nimis el 1. de excell. Prælat.* Marescott. *var. resol. lib.2. cap.41.* Bellett. *cit.* §. 3. *num.* 2. Ricc. *decis.* 172. *num.3. 4. part.* Rota *diuers. in nouiss. decis.* 37. *& 402. in vlt. impress. apud Guerilios Venetijs anno* 1636. Nouar. *Lucer. Regul. verbo oblationes num. 2. qui num. 1.* dicit, quod possunt à Regularibus recipi oblationes, & eleemosynæ inter Missarum solemnia, & se vertere ad populum, & generalem confessionem pro eo facere sistendo in medio Altaris, non autem illo discedendo, & Ecclesiam circuendo, testans sic fuisse decisum *in Nullius Prouinciæ Rauennat. 15. Septembris* 1629. nouissimè Barbos. *summ. Apostol. decis. verbo oblation. n.3.*

33 Hic notandus est casus, quem habui in facto annis elapsis, videlicet, in quadam Ecclesia Parochiali adest Rectoria vnita certo Canonicatui, quæ tamquam simplex confertur, cum eius Rector non exerceat curam animarum, cura verò exercetur per Perpetuum Capellanum; intra fines huius Ecclesiæ Parochialis, cùm fuissent factæ quædam oblationes cuidam Immagini disceptabatur inter Rectorem, & Capellanum, cui illæ competerent. Interrogatus Respondi illas deberi Capellano non Rectori, qui non exercet curam Animarum. Primò, quia, vt notatum *est supra vers. in cuius beneficio*, oblationes debentur Parocho iure Parochiæ, sed in casu nostro Parochus est Capellanus, qui curam animarum exercet, non verò Rector, qui liberatus est à cura, ergo illi debentur oblationes. Secundò, per text. *in cap. hanc 10. quæst. 1.* mandatur oblationes dandas esse sacerdotibus seruientibus, sed in casu nostro seruit Curæ Capellanus, non Rector ergo illi dandæ sunt oblationes. Tertiò, quia oblationes factæ in Ecclesia Cathedrali, cedunt beneficio Parochi illius Ecclesiæ, non verò Episcopi ea ratione, quia parochus exercet curam animarum, vt notatum est supra *vers. supradicta*, cum Rot. & Sacr. Congregat. Concil. Ergo à simili, & multo fortius, si in hoc Episcopus cedit parocho, ergo multò magis debet cedere Rector, qui non exercet curam animarum. Quartò, probatur etiam à simili; oblationes, quæ fiunt in Ecclesijs Curatis Ordinum Militiarum spectant ad Rectores, seu Vicarios, qui exercent animarum curam, non verò ad commendatarios, seu Præceptores, prout post alias firmat Barbos. *de iure Eccles. lib. 3. cap. 23. num. 8.* Hæc militant tantum in oblationibus, quid in decimis dicendum est alibi.

34 Notandum est supra cui cedant oblationes factæ Immagini depictæ in pariete domus priuatæ; Hic aduertendum est, quod si oblationes fiant Immagini depictæ in pariete alicuius oratorij illæ cedunt ipsi oratorio, Abb. *in cap. 1. num. 4. de stat. Monach.* Dec. *consil.* 148. *num.* 1. Maor. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 13. cap. 21. num.* 38. *vers. cæterum*, qui testatur de communi Lotter. *de re benefic. lib. 1. quæst. 30. num. 33.* & generaliter oblationes debentur ei, qui tali Immagini præest dummodo non sit incapax, Lotter. *eod. loc.*

35 Nota quartò, quod fideles non tenentur de præcepto ad dandas oblationes saltem ex consuetudine communiter recepta, nec etiam in diebus festiuis, docet Fusc. *de visit. lib. 1. cap. 24. num. 4.* qui refert ita sentire Theologos omnes, tenet etiam post alios Barbos. *de iure Eccles. lib. 3. cap. 23. num. 9.* testans in iure non reperiri oblationes de præcepto. Hæc sententia, licet communiter sit recepta, tamen etiam communiter limitatur in quatuor casus. Primò, si consuetudo extaret, vt quia parochiani soliti fuerunt in certis festiuis diebus oblationes dare parocho. Secundò, si parochus indigeat, nec congruam habeat substentationem. Tertiò, cùm debentur oblationes per modum census, pensionis, aut conuentionis antea factæ cum Ecclesia. Quartò, cùm debentur ex testamento, legato, donatione, vel voto, in his enim casibus obligantur de præcepto fideles oblationes dare; Etsi recusant, aut negligunt, possunt per superiores constringi, ita tenet S. Thomas 2. 2. *quæst. 86. art. 1.* Fusc. *cit. loc. num.* 5. Ricc. *in prax. resol. 296. num. 3. 4. part. secundum vltim. impress.* Barbos. *cit. cap. 23. num.* 10.

36 In his terminis tenentur ex consuetudine fideles ad oblationem, postquam per decem annos illas præstiterunt, prout docet Ricc. *cit. loc.* qui dicit hanc consuetudinem videri receptam per decem annos, prout etiam testantur Nauar. Azor. & Suar. quos refert, & sequitur Barbos. *de iure Eccles. lib. 3. cap. 23. num. 11. qui num. 12.* docet post alios, quod licet hæc consuetudo à principio fuerit voluntaria, post quam acceptata est, & legitimè præscripta, est obligatoria, Gutier. *Canon. quæst. lib. 1. cap. 21. num. 140.*


37 In prædictis casibus, in quibus tenentur parochiani ad præstandas oblationes, possunt cogi, si illas soluere negligant, etiam pœna excommunicationis, Sot. *de Iust. lib. 9. quæst. 3. art. 1.* Gutier. *cit. loc. num.* 139. Non tamen potest Parochus cogere parochianos in casu prædicto, per subtractionem Sacramentorum, quia diceretur grauis iactura, tenet Fusc. *de visitat. lib. 1. cap. 24. num. 6.* Leo *Thes. for. Eccles. part. 2. cap. 3. num. 35.*

38 Non possunt parochiani denegare oblationes Parocho sub prætextu, quod parochus teneatur mittere Candelas ad ædes ipsorum in die Purificationis B. Virginis; non quia prohibetur parocho mittere Candelas prædictas ad ædes sæcularium; sed quia iuxta laudabilem, & obseruatam ab Ecclesia Vniuersali consuetudine in Ecclesia populus eas recipere tenetur, voluit Sacra Congregatio super negotijs Episcoporum, & Regularium præposita *in vna Foglinen. in anno* 1581.

39 Nota vltimò *text. in hoc cap.* causam expressè prohibere oblationes aliquo prætextu occupari à laicis, etiam per potestatem sæcularem, & de hoc latè Fusc. *cit. loc. num. 7.* Nec etiam possunt recipere laici oblationes à clericis sub prætextu consuetudinis, quæ potius abusus dicenda est, tenet Ricc. *in prax. 4. parte resol. 296. num. 5.* Barbos. *de iure Eccles. cit. loc. num. 6.* Hæc tamen sententia fallit in duobus casibus; primò, quando oblationes dantur laico pro illis conuertendis in pium opus, & ad tempus, vel in oblatione Candelarum in die Purificationis B. Virginis, in his enim casibus licitè accipiuntur oblationes à laicis. Imò Clericis, renuentibus oblationes in his casibus dare, possunt cogi, Bellet. *disq. Cler. 1. part. tit. de bonis Cleric. §. 3. num. 33.*

40 Aduertendum est hic, quod oblationes cedunt beneficio ipsius Parochi, vel alterius personæ cuius contemplatione datæ sunt, iuxta supra notata, quod tamen intelligitur nisi ille datæ sint pro certo pio opere puta, pro fabrica, &c. tunc enim parochus, vel alius Rector ad proprium vsum, non potest illas erogare, sed tenetur ad opus decimarum erogare, vt communiter notant DD. Hinc si facta est oblatio, vel legatum Canonicis puta ducentorum aureorum pro celebratione perpetua Missarum, legatum non potest diuidi inter Canonicos, sed est conuertendum in annuos redditus, vt perpetuo celebrentur Missæ, Genuens. *in prax. cap. 72. num. vltimo.* Similiter oblationes factæ, seu datæ prætextu Voti, Clericus non facit suas, sed illæ cedunt vtilitatibus Ecclesiæ, *cap. inquirendum*, vbi Abb. *n. 2. de testament.* Bellett. *disqu. Cleric. part. 1. titulo de bonis Cleric. §. 2. num. 11.*

(·.·)



OBSER-

OBSERVATIONES D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Oblationes, quæ fiunt imagini repertæ intra fines Parochiæ, an pertineant ad Parochum?*
2 *Regula an sit certa.*
3 *Episcopus an possit transferre imaginem ad aliam Ecclesiam?*
4 *Controuersia agitata inter Episcopum, & Parochum.*
5 *Distinguitur opinio.*
6 *Quid de administratione oblationum.*
7 *Alia distinctio super antiquis imaginibus.*

1 Oblationes, quæ fiunt imagini repertæ intra fines Parochiæ, an pertineant ad Parochum? Posita situatione intra fines Parochiæ fundatam habet Parochus intentionem super iure percipiendi oblationes, iuxta communem traditionem Canonistarum *in rubr. de Paroch.* Genuens. *in prax. cap.* 72. *num.* 1. Ventrigl. *num.* 22. Merlin. *decis.* 257. Card. de Luca *de Paroch. discurs.* 32. *num.* 4. laudans Ventrigliam.

2 Quod tamen neque certam, & determinatam regulam generalem habet, quoniam quoties oblationes sunt magnæ, magnusque est populi concursus, præclusus tum est Ordinario arbitrium, ita benè regulatum, vt in eodem loco Ecclesia ad imagines honorem ædificetur, vt practicatum pluries testatur de Luca *vbi sup. num.* 5. vbi quod praxis doceat in tot insignibus Ecclesijs, quæ in orbe Catholico extant, ita initium habentes.

3 Non posse autem Episcopum, vel Ordinarium transferre huiusmodi imaginis ad aliam Capellam, vel Ecclesiam cotradicente Parocho decisum refert Marescott. *lib.* 2. *var. cap.* 42. *num.* 10. Ventrigl. *num.* 26. allegatus per Card. de Luca *vbi sup. num.* 6.

4 Apud antiquiores nimium controuersa fuit quæstio inter Episcopum, & Parochum, an oblationes, vel eleemosinæ, quæ fiunt alicui Capellæ, vel imagini existenti in Ecclesia Parochiali, vel etiam extra eius limites ad vnum, vel alterum pertineant, & quateous ad neutrum, eiusnam debeat esse administratio, ex relatis abundè per Merlin. *vbi sup.* Attamen iuxta generalem oaturam quæstionum inuolutarum assistit magis regula Parocho, quam Episcopo. Quæ plures patitur exceptiones. Primò, vbi expressè, vel etiam adminiculatiuè, & coniecturaliter constet de voluntate facienðum oblationes, vt ipsi Ecclesiæ certis vsibus applicari debeant, non autem vt ipse Rector iiopinguetur, & fic in priuatos vsus, & io priuatam vtilitatem Parochus conuertat, tunc absque dubio hæc voluntas seruari debeat, eaque cuicumque iuris dispositioni præualeat.

5 Præterea in ambiguo vbi ipsarum oblationum qualitas eandem verisimilem voluntatem præseferre videatur, quia nempè oblationes, & eleemosinæ essent magnæ, vel etiam minutæ, quæ tamen ob nimiam frequentiam magnæ quoque dici mererentur, & verisimilem præseferre voluntatem, deuotorum, vt pro fabrica, vel ornatu, aut dote illius Capellæ, vel Ecclesiæ deseruirent, vt regulariter pro communi vsu verius dicendum videtur, & in praxi magis receptum videtur.

Vlterius distinguendum. Aut agitur de imagine de nouo reperta, seu etiam de antiqua, ad quam ob aliquas contingentias, siue miracula vera, vel opinata populus eum eleemosinis, & oblationibus confluat. Et tunc qualescumq; illæ sint subditis limitationibus eadere debeant. Probabile enim est, quod populus pro gratijs acceptis, vel speratis ad illam imaginem recurrendo id agat animo donandi ipsi imagini, & frequentiùs, vt sumptuosa Ecclesia construatur, & dotetur, vt ornetur, non autem ad donandum Parocho, vel Prælato.

6 Solumque intrat quæstio super administratione, & regula magis assistit Parocho. Adbuc tamen prohibendus non est Episcopus, vti parochus, habere superintendentiam quandam, & rationes videndi Card. de Luca *de decim. discurs.* 19. *num.* 12.

7 Aut agitur de antiquis Ecclesijs, vel imaginibus, ad quas singulis annis populus ex consuetudine cum oblationibus, & eleemosinis confluit, vt in Ecclesia S. Antonij Viennensis, & in Ecclesia S. Mariæ Angelorum Assisij in die Portiunculæ, & tunc istæ pertinent ad Rectorem vti fructus. De oblationibus latè scripsi in Gratian. *tom.* 2.

ANNOTATIO XXVII.

De Decimis.

ARGVMENTVM.

Notatur §. I. De quibus fructibus sint soluendæ, quæ, & quando debeantur deductis expensis, Parocho debentur, qui in hoc dicitur habere iuris assistentiam, & intentionem fundatam, quid si parochiæ non sunt distinctæ, vel prædia sunt sita intra certam Parochiam, vel debentur Episcopo, quo Parocho debentur decimæ, si debitor duo habeat domicilia; vel primum mutauit, aut dubitetur, si decimæ sint prædiales, vel personales, quid de decimis molendinorum. Ab omnibus Parochianis debentur decimæ etiam ab Ecclesiasticis à Regibus, & Principibus, vel infidelibus; Quid de Regularibus, aut Pauperibus, vel nouo emptore, vel legatarijs.

§. II. Quomodo, & quando decimæ possint tolli in priuilegio, & quo aut consuetudine, & qua, vel compositione, & quando. Quando solui debeant personales, & quando reales, an antequam petantur, vel sit monendus Parochus in recollectione fructuum. Quando, & quomodo non possint per laicos præscribi, quid & priuilegio, vel locatione. Commoda solutionis decimarum: & an non soluentibus possint sacramenta denegari. De decimarum vsurpatoribus, vel non soluentibus, & illarum quasi possessio exigendi quomodo probetur, & alia ad materiam.

SVMMARIVM.

1 *Decimarum materia, & DD. qui de ea tractent. Quæ sit Decima, n.* 2. *Et quotuplex n.* 3.
4 *Decima est soluenda de omnibus fructibus. De examinibus, & aluearibus Apum, n.* 4. *De frumento, vino, leguminibus, & similibus, n.* 5. *De lino, canape, creco, & fæno, n.* 6. *De fructibus Arborum, n.* 7. *De fructibus Animalium, n.* 8. *De venatione, n.* 9. *De saccharo, n.* 10. *De prouentibus Molendinorum, n.* 11. *De negotiatione, n.* 12.
13 *Decima personales debentur deductis expensis secus decima prædiales, quæ debentur nec deducto semine.*
14 *Decima Parochi spectant, & Parochi habent ad illam intentionem fundatam, num.* 18. *etiam quod cura exerceatur per Vicarium perpetuum, num.* 16. *Etiam exclusiuè quoad Episcopum, num.* 15.
17 *Decima debentur Capitulo, vel Monasterio, cui est vnita Ecclesia Parochialis non autem Vicario.*
18 *Parochus in iudicio non tenetur probare sibi competere decimas, & contrarium spectat allegantis probare, & in possessorio ex sola iuris assistentia obtinebit, n.* 19. *Nisi hæc iuris assistentia redderetur turbida, n.* 20. *Et quando reddatur turbida, num.* 21.
22 *Parochus non habet iuris assistentiam percipiendi Decimas in diœcesibus, in quibus Parochia non sunt distincta. Nec ex prædijs, quæ non sunt intra certam Parochiam, num.* 23. *Nec in decimis debitis Episcopo, num.* 24.

25 *Decima debentur Ecclesia Matrici, etiam si intra illius fines erigatur noua parochia.*

26 *Decima personales debentur Parocho à quo recipiuntur Sacramenta, & quid si quis mutauit domicilium; Vel habeat duo domicilia, num. 27. Et quid si dubitetur, an decima sint personales, vel pradiales, num. 28.*

29 *Decima ex Molendinis debentur Parocho intra cuius Parochia sunt Molendina, etiam si dominus illorum sit alterius Parochia.*

30 *Decimas tenentur soluere, Parochiani omnes. Quando Infideles, num. 31. Reges omnes, & Principes, num. 32. Quando Episcopi, num. 33. Quando Parochus, num. 34. Quando Sacerdotes, & Clerici, & ex quibus bonis, num. 35. & 36. Quando Monasteria, & loca pia, num. 37. 38. & 39. Et quid de colonorum, bonorum, Regularium, num. 40.*

41 *Decima debentur à Regularibus, qui communicant priuilegio cum alijs Regularibus exemptis ab hac solutione nisi in communicatione sit facta expressa mentio priuilegij Decimarum.*

43 *Decima quando soluunt pauperes. Et an debeantur Clericis diuitibus, num. 44.*

45 *Decima quando debeantur in quasitis ex legato eleemosyna, & donatione.*

46 *Decima praterita an debeantur à nouo corpore, & possessore.*

ANNOTATIO XXVII.

§. I.

Ad Text. in cap. nuncios de Decimis.

1 IN hoc text. ponitur regula, quod de omni fructu sit soluenda decima, de qua materia tractant Andreas Hispanus *in tract. Doctor. tom. 15. part. 2. fol. 142.* Petrus Rebuff. *ibidem fol. 125.* Tyndarus *ibidem fol. 123.* Henricus Canitius, & Ioaones Petrus Moneta, omnes in specialibus tract. de decimis, Couarru. *var. resol. lib. 1. cap. 17.* Alphons. Aluarez Guerrero *in speculo iuris Pontif. cap. 66.* Belluga *specul. princip. rub. 13. §. tractemus*, Petrus Gregor. Tholosan. *Syntag. Iuris lib. 2. tit. 20. & in partit. iuris Canon.* Anastas. Germon. *de sacror. Immun. lib. 3. cap. 17.* Leo *Thes. for. Eccles. part. 2. cap. 12.* Camil. Borrel. *de praestantia Regis Cathol. cap. 59. & in summ. decis. tom. 1. tit. 19.* Rendina *in promptuario recept. sentent. tom. 2. tit. 26.* Cardos. *in prax. Iudicum, & Aduocatorum verbo decima*, Cancer. *variar. resol. parte prima cap. 23.* Campanil. *diuer. Iur. Canon. rubr. 12. cap. 13. num. 149. & seqq.* Molfes. *in promptuario triplicis iuris titul. de Benef. cap. 4.* Miran. *Manual. Pral. tom. 2. quast. 49.* Guttier. *Canon. lib. 2. cap. 21.* Ricc. *collect. 192. part. 1. & collect. 1136. part. 4. in prax. 2. part. resol. per plures resolutiones*, Loter. *de re benef. lib. 1. quast. 20. num. 73. & seqq.* Barbos. *collect. ad rub. de decim. in decretalia, de iure Eccles. lib. 3. cap. 26. & seqq.* Maresc. *variar. resolut. lib. 1. resolut. 77.* Tambur. *de iure Abbatum tom. 1. disp. 15. quasit. 18.* Maranta Dignissimus Episcop. Auuenacen. *3. part. resp. 13. & resp. 59.* Cardinal. Tusc. *tom. 2. littera D. conclus. 64. & 65.* Scipio de Rubeis *in aphorismis Episcopor. verbo decima*, Antonius Scoppa *de iure non scripto lib. 1. cap. 53.* S. Thom. *2. 2. quast. 87.* vbi Caietan. Aragon. & alij, S. Antonin. *in sum. part. 2. tit. 9. cap. 3.* Soto *de iust. lib. 9. quast. 4.* Valentia *tom. 3. disp. 6. quast. 5.* Eminentissimus, & immortalis memoriæ Cardinal. Bellarm. *in controuers. Catholic. tom. 1. part. 2. controuers. 5. generalis lib. 1. de Clericis cap. 23.* Card. Tolet. *in instruct. Sacerdot. lib. 6. cap. 28.* Suar. *de Relig. tom. 1. tract. 2. lib. 1. cap. 9. cum seqq.* Azor. *institut. moral. part. 1. lib. 5. cap. 25. & seqq.* Lessius *de iustit. lib. 2. cap. 39.* Filliucc. *quaest. moral. tom. 2. tract. 27. cap. 7. & seqq.* Fagundez *in quinque Eccles. præcepta pracept. 5.* Layman. *Theolog. Moral. lib. 4. tract. 6.* Bonac. *tom. 2. de pracept. Eccles. disp. vltima q. 5.* & alij, quos plena manu adducit Barbos. *in collect. ad rubr. de decim. in Decretal.* qui materiam abundantius tractant vnde aliqua ad vsum frequentiora hic notanda sunt.

2 Præmittendum est decimam describi hoc modo, est omnium bonorum licitè quæsitorum quota pars Deo, eiusque ministris diuina institutione, humana verò constitutione, dictante etiam naturali ratione debita, ita Turrecrem. *in cap. reuertimini num. 7. 16. quast. 1.* Couar. *lib. 1. var. cap. 17. num. 2.* Monet. *de decim. cap. 2. in princ.* alio etiam modo describit Barbos. *de iure Eccles. lib. 3. cap. 26. n. 2. & 3.*

Diuidunt nonnulli DD. decimas in tres species, & dicunt nempè prædiales, seu reales, personales, & mixtas; sed alij verius dicunt decimas esse, vel prædiales, vel personales; prædiales, quæ debentur ex fructibus prædiorum; personales verò, quæ debentur ex fructibus humana industria quæsitis, ita Barbos. *cit. loc. n. 10.* post alios multos.

Quomodo inter se differant prædictæ duæ species oblationum, & de quo iure sint, vide latè Barbos. *cit. cap. 26. à princip.* & alios DD. citatos.

3 Nota primò, decimas soluendas esse de omnibus fructibus, vt disponitur in *hoc text. cap. nuncios, & in cap. non est, & cap. ex parte il primo de decimis*, quod intellige de omnibus fructibus ex prædio, vel hominis ministerio productis, notat Ricc. *in praxi 2. part. resol. 109.* Barbos. *de iure Eccles. lib. 3. cap. 26. §. 1. num. 1.* dummodo sint legitimè acquisiti, vt aduertit gl. *in hoc eod. text.*

4 Adducit specialiter text. decimas soluendas esse de Apibus, idest de examinibus, & aluearibus, Azor. *instit. moral. part. 1. lib. 3. cap. 35. q. 9.* Similiter de fructibus eorum, idest de cera, & melle, vel de pecunia recepta ex venditione mellis, & ceræ, Rebuff. *de decimis quast. 8. num. 15.* Monett. *eod. tract. cap. 4. num. 18.*

5 Quod cùm text. loquatur generaliter decimas soluendas esse de omnibus fructibus, sequitur primò, quod sit soluenda de frumento, & vino, vt in *cap. non est hoc titul. de decim.* & non solum de frumento, sed etiam de siligine, spelta, & alio grano, aduertit Ricc. *in prax. 2. part. resol. 109. sub num. 1.* vbi etiam dicit soluendam esse decimam de leguminibus, puta fabis, & similibus, quod declarat Moneta *de decim. cap. 4. num. 11.* quando colligitur magna quantitas leguminum deberi integram decimam, sed quando colligitur parua quantitas, ita vt tantum sufficiat ad quotidianum vsum, tunc deberi loco decimæ quantum pro vnico die sufficiat. De Palea quoque deberi decimam, firmat Suar. *tom. 1. de relig. lib. 1. de diuino cultu c. 34. n. 2.* Amendal. ad Franch. *decis. 114. num. 3.*

6 Debetur quoque decima ex lino, & Canape, & Croco, Monet. *cit. cap. 4. num. 8.* De fœno quoque deberi habetur in *cap. peruenit de decim.* quod intellige de fœno, quod redigitur in falcibus alligatum, Rebuff. *de decim. quast. 8. num. 9.* Quando verò crescit pro pascuis iumentorum soluenda est decima in pecunia, sicut soluitur de omnibus oleribus, & herbis, Rot. *in Pampilonen. Vicaria 5. Iulij 1593. coram Gipsio*, de pascuis habetur in *cap. commissum de decim.* De milio etiam, & lupinis, refert Ricc. *cit. resol. 109. sub num. 1.*

7 De fructibus omnibus arborum debetur decima puta de Nucibus, Amygdalis, Castaneis, *cap. decima 16. quast. 1. cap. non est, & cap. homines de decim.* Monet. *cit. cap. 4. n. 5.* Ricc. *cit. resol. 109. sub num. 1.* De oliuis nisi per multum temporis spatium ob earum exiguitatem soluta non fuerit, voluit Rot. *in vna Ciuitanen. decimarum 26. Martij 1618. coram D. Verospio*, De lignis, Rebuff. *de decim. q. 8. n. 26.* Monet. *cit. cap. 4. num. 13.* quod extendit etiam ad ligna cedrina, Ricc. *cit. resol. 109. num. 2.* & ad folia mororum, saltem ex consuetudine, Seraph. *decis. 827.*

8 De fructibus animalium debetur quoque decima puta de fœtibus postquam nutriti sunt nec indiget lacte materno alias, si statim postquam nati sunt consignarentur, decimatio esse inutilis, Vincent. de Franc. *decis. 114.* vbi Amend. *num. 1.* refert Sacrum Consil. iudicasse animalia, pro decima deberi supra annum non vero infra, quod procedit, vbi consuetudo aliàs non disponeret, nam si consuetudo esset, quod statim debeant dari esset seruanda, docet Ricc. *in prax. 2. part. resol. 252. num. 2.* qui alios citat. De lacte etiam ac lana, & alijs fructibus similibus debetur decima illi Ecclesiæ Parochiali, in cuius territorio animalia pascunt; quod si in hyeme pascant in vna Parochia, & in æstate in alia, vel in vna morentur, & in alia pascant continuo, tunc decimæ diuidendæ sunt inter bas parochias, iuxta doctrinam glos. *in verbo personales in cap. ad Apostolica de decim.* quam exornat Barbos. *de*

iure

iure eccles. lib. 3. cap. 26. §. 1. num. 12. Amend. ad Franch. cit. decis. 114. num. 6.

9 De venatione quoque debetur decima, ita disponitur in cap. non est de decim. quod idem est de aucupio iuxta doctrinam Monet. de decim. cap. 4. num. 21. quem refert & sequitur Barbos. de iure Eccles. lib. 3. cap. 26. num. 13. Et eodem modo debetur de piscatione, & piscibus, deciditur in cap. peruenit de decim. & fuit dictum in vna Vlixbonen. decimarum piscium 22. Ianuarij 1569. coram D. Oradino, quod intellige deductis expensis factis in emendis, & reficiendis retibus, & alijs ad piscationem necessarijs, prout post Fagund. obseruat Barb. cit. loc. num. 10. in fin.

10 Ex sacharo deberi decimam, voluit Put. decis. 80. lib. 1. in correctis, Rot. in Mediolanen. decimarum 8. Februarij 1610. coram D. Morquemont. apud Farinac. decis. 223. par. 1. recent. & licet alias saccharum dicatur fructus industrialis; tamen ad effectum decimæ habetur pro fructu naturali, Barbos. cit. loc. num. 9. quæ decima debetur, & est soluenda in sacchato iam confecto manu industriali, non verò in cannis, prout latè discutit Ricc. collect. 192. par. 1.

Soluantur quoque decimæ de lapidicinis, auri, & argenti fodinis, & metallinis, refert Ricc. cit. resolut. 109. in praxi 2. par. in fin. consequenda, ex pecunia ex his redacta, Barb. loc. cit. num. 23.

11 De prouentibus molendinorum soluitur decima, cap. peruenit hoc tit. de decim. & iam si molendini sint ad ventum, cap. ex transmissa eod. tit. notat Ricc. cit. resol. 109. sub num. 1. nec dubium facit, quia venti non nascuntur in terra, quia contrarium deciditur, quia venti, & Mare obediunt Deo; & etiam quia terra in qua est molendinum, subiacet oneri decimarum, ita Gennens. pract. Eccles. quæst. 198. num. 5.

12 De negotiatione soluendam esse decimam vbi viget consuetudo, tenent DD. quod intellige de lucro quæsito in negotiatione, deciditur in cap. pastoralis eod. tit. de decim. Idem de stipendio militum, & lucro aduocatorum, & procuratorum, Leo Thes. for. Eccles. par. 2. cap. 12. num. 21. multa Barbos. cit. loc. num. 18. & seqq. vbi num. 25. quærit, an de hæreditate, legato, vel donatione sit soluenda decima, & quæstionem latè discutit.

13 Hæ enim decimæ personales soluuntur deductis expensis. Decimæ verò prædiales sunt soluendæ absque aliqua impensarum deductione, probatur ex cap. pastoralis, cap. non est, & cap. tua nobis hoc tit. de decim. & notant DD. communiter. Rationes verò huius differentiæ habentur, apud Barbos. cit. cap. 26. §. 1. num. 35. & seqq. Bonac. tom. 2. titul. de precept. Eccles. disp. vnic. quæst. 5. punct. 3. num. 19. Campanil. diu. iur. canon. rubr. 12. cap. 13. num. 15. in fin. qui id etiam ampliat, vt debeantur nec deducto semine, Capyc. decis. 20. num. 1. Franc. Marc. decis. 198. num. 1. par. 2.

14 Nota 2. decimam, seu ius percipiendi decimam hodie solis Parochis competere, cum ipsi soli spiritualia ex obligatione officij ministrent. Hinc Parochus dicitur habere intentionem fundatam respectu omnium decimarum suæ parochiæ, Ricc. in prax. 4. par. resolut. 295. num. 1. Rota in Conchen. decimarum 11. May 1615. coram D. Pirouano, etiam quoad decimas debitas à prædijs nouiter cultis, iuxta decisionem Seraph. 802. & Ludou. 449. plenè, id adducit Barbos. cit. loc. §. 2. num. 1. & seqq. Vnde dici solet ius decimandi sequi Parochiam etiam curam animarum exerceant Vicarij perpetui cum his sola congrua debeatur, Mohed. decis. 5. de dec. Crescent. decis. 2. eod. tit. Verall. decis. 339. par. 3. Rot. in recent. par. 2. decis. 153. sub num. 2. & decis. 579. sub num. Etiam quando cura animarum habitu est penes Capitulum, Ludou. decis. 174. num. 3. fuit dictum in vna Aquilegien. congrue 23. Ianuarij 1613.

15 Ampliatur primò, suprapositа conclusio, vt illa procedat etiam ad excludendum Episcopum, qui excluditur à Parocho, quoad perceptionem decimarum, post diuisionem Parochiarum, licet enim de iure communi ante diuisionem prædictam omnes decimæ ad Episcopi distributionem spectarent, Cau. 1. §. has verò decimas 8. quæst. 7. Put. decis. 361. num. 5. lib. 1. in nou. Post tamen diuisionem huiusmodi Episcopi ius prædictum à se abdicarunt, parochis communicando, retinendo solam pro ipsis principale dominium percipiendi nouos fructus, quartam seu aliam quotam, quæ licet recipiantur de manu Parochi, non verò de manu laicorum, hoc factum est gratiæ maioris commoditatis Episcoporum, ita ponderando tex. in cap. conquerente de off. ordin. voluit Rot. apud Ludouis. decis. 519. n. 2. & 3. refert Marant. 3. par. resp. 59. num. 24. Vbi multos de more suo adducit DD. & Rot. Decisiones, & firmat Episcopum, hanc quotam non à laicis, sed ab ipsis parochis exigere posse, post Lotter. de re benef. lib. 1. quæst. 20. n. 81. & seqq. qui cum Rot. decis. 520. num. 1. par. 1. in recent. latè probat ad decimas dimissas per laicum concurrere Episcopum, pro gratia prædicta, & parochum coæqualiter, sed de hac quarta alibi latiùs dicemus.

16 Ampliatur secundò, proposita conclusio decimam Parocho deberi; itaut si cura animarum per Vicarium exerceatur, etiam perpetuum adhuc illæ debentur Rectori non Vicario, cùm spectent ad illum penes, quàm est cura animarum habitu, illi verò, qui curam animarum actu exercet, debetur tantum congrua portio, nec aliud prætendere potest, testantur fuisse decisum per Rotam Romanam pluries, & signanter in vna Aquilegien. congrua 23. Ianuarij 1613. coram D. Sacrato, Beltram. ad Ludouis. decis. 174. num. 8. & Lotter. de re benef. lib. 1. quæst. 20. num. 73. & seqq. qui id etiam procedere respectu noualium, tenet per tex. in cap. cum contingat de decim.

17 Hinc Capitulo, vel Monasterio, cui est vnita Ecclesia Parochialis debentur decimæ non autem Vicario; vt in casu dictæ decis. Aquilegien. Tambur. de iure Abbatum tom. 3. in fin. decis. 102.

18 Ampliatur tertiò, eadem conclusio adeò competere decimas Parocho, vt habeat de iure communi fundatam intentionem, quoad omnes decimas existentes intra limites suæ Parochiæ, firmat Ricc. in prax. 4. par. resol. 295. n. 1. quem refert & sequitur Barbos. de iur. Eccles. lib. 3. cap. 26. §. 2. num. 8. qui testatur sic fuisse per Rot. decisum in Conchen. decimarum 11. May 1617. coram D. Pirouano, & in Ciuitaten. Decimarum 18. Iunij 1618. coram D. Verospio, Grat. discept. for. cap. 595. num. 25. Et est commune apud omnes, ex qua communi sententia deducunt in praxi, quod in iudicio Parochus in petitorio, non tenetur probare decimas sibi competere, sed contrarium allegantì incumbit omnes probandi, cùm in hoc casu ius assistat Parocho, voluit Rot. in vna Taurinen. decimarum 22. Aprilis 1605. coram D. Manzanedo, quam refert, & sequitur Marescott. variar. resol. lib. 1. cap. 11. num. 14. nouissimè Barbos. de iure Eccles. cit. loc. num. 9. & est indubitatum.

19 In possessorio etiam ex hac sola iuris assistentia, probata tamen prius possessione, datur etiam manutentio Parocho in ius percipiendi decimas, prout voluit Rota apud Seraphin. decis. 1497. num. 2. & per totum, quem sequitur Lotter. de re benef. cit. quæst. 20. num. 96. Beltram. ad Ludou. dec. 312. in fin. post Maresc. var. resolut. lib. 1. cap. 11. n. 14. & seqq. sequitur Barbos. de iure Eccles. lib. 3. cap. 26. §. 2. num. 10. qui cum opinione Rotæ aliter tenet non probata possessione.

20 Prædicta vera sunt, sed non procedunt, quando prædicta iuris assistentia redditur turbida, tunc enim per eam non datur Parocho manutentio, voluit etiam Rot. in vna Montis Regalis iurisdictionis 20. Decembris 1596. coram D. Penia DD. apud D. Coccinum decis. 261. num. 1. Redditur enim turbida prædicta iuris assistentia, quando limites parochiæ, non sunt liquidi, prout habetur apud eumdem Coccinum cit. loc. num. 1. & sequitur Lotter. allegat. quæst. 20. num. 98. vbi multa ad hanc materiam.

21 Item hæc iuris assistentia, quæ fauet Parocho in causa decimarum, in possessorio redditur etiam turbida, & nihil operatur, quando agitur de percipienda decima ex illis prædijs quorum Domini degunt in aliena parochis, in qua recipiunt sacramenta, quia in hoc casu non attenditur iuris fundamentum, sed consuetudo, Abb. in cap. cum sint homines de decim. num. 5. & 6. Rot. in Calaguritana 16. Iunij 1606. coram D. Litta, Marescott. cit. cap. 11. n. 17. Alios casus, in quibus hæc iuris assistentia non operatur, vide apud Marescott. cit. cap. 11. ferè per totum.

22 Suprapositа conclusio, quod decimæ Parocho debeantur, & quod habeat ipsa in illis fundatam intentionem, limitatur primò, in illis Diœcesibus, in quibus parochiæ

non

non sunt distinctæ, tunc enim Episcopo debentur decimæ, quia solus Episcopus dicitur vniuersalis Parochus totius diœcesis ad tex. in cap. fin. vbi gl. de Paroch. fuit dictum in vna Ciuitaten. decimarum t8. May t618. coram D. Verospio, prout testatur Barbos. de iur. Eccles. lib. 3. cap. 26. num. 15. & probatur limitatio ex eo, quod ante diuisionem Parochiarum omnes decimæ erant sub maoo Episcopi, nec ad alium pertinebat illarum distributio cap. t. §. has verè decimas t6. quæst. 6. Put. decis. 63t. num. 5. lib. t. in nou. Lotter. de re Benef. cit. quæst. 20. num. 79.

23 Limitatur secundò, in decimis debitis ex prædijs, quæ non sunt infra certam Parochiam, tunc enim decimæ ex illis debitæ spectant ad Episcopum, tamquam ad proprium, & immediàtum Parocbum, cap. quoniam de decim. in fin. vbi gl. Abb. & alij, Barbos. de iur. Eccles. cit. cap. 26. §. 2. num. 14. Hinc firmaot DD. in praxi, quod ad hoc, vt parochus possit in iudicio obtinere, in causa decimarum necesse habet liquidare limites Parochiæ, D. Coccin. decis. 26t. num. t. & 2. vbi fuit dictum malè ioferri ad eosdem limites e a limitibus alicuius territorij, aut iurisdictionis per doctrinam Host. in cap. super eo num. 3. & 1t. de Paroch. & in cap. querimoniam num. 2. vbi Butr. num. 6. de iur. patron. Felio. in cap. cum causam de probat. num. 12.

24 Limitatur 3. in decimis debitis Ecclesiæ Cathedrali, illæ enim ad Episcopum spectaot, tamquam ad proprium, & immediatum Parochum, ita intelligendum esse, tex. in cap. dudum de decim. testatur Barbos. de iure Eccles. lib. 3. cap. 26. §. 2. num. t2. Rebuf. de decim. quæst. 7. num. t3. D. Coccio. decis. 38. num. t. qood intellige si Ecclesia ipsa Cathedralis, sit Parochialis, Lotter. de re Benef. cit. quæst. 20. num. 102.

25 Ad prædicta nota primò, quod si intra limites alicuius Ecclesiæ Matricis nouiter erigatur Ecclesia Parochialis decimæ debentur Ecclesiæ Matriei, nisi eas Episcopus oon Parocho ad præscriptum Concilij Trid. assignauerit, ita voluit Sacra Congregatio Concil. Trid. interpretum die t1. Martij t6t7. refert Lotter. cit. loc. num. t09. Barbos. vbi sup. num. 19. in fin. licet cootrarium de iure probari possit.

26 Nota secundò, decimas personales deberi tantum parocho, per quem recipiuntur sacramenta Ecclesiastica, per tex. in cap. ad Apostolica vers. nou. de decim. & cap. final. de Paroch. Rota Romana in decis. adducta, per Tamb. de iure Abbatum tom. 3. in fin. decis. 97. num. 3. & est commune apud omnes, & licet mutato domicilio debeantur decimæ Parochiæ in qua quis contraxit domicilium, ac sacramenta recipit; tamen, si quis discedat à Parochia oon animo transferendi domicilium, puta caosa negotij, mutandi aerem, vel recreandi animum, & simili, etsi per accidens recipiat sacramenta eatra parochiam, soloere tenetur decimas Ecclesiæ Parochiali, à qua discessit noo perpetuo extra illam permansurus, probat ea tex. in cap. 3. de sepult. in 6. Barbos. de iure Eccles. lib. 3. cap. 26. §. 2. num. 26. vbi n. 28. coocludit, quod si quis eatra suam Parochiam per magnam anni partem laborat, & per accidens ratione abseotiæ alibi sacramenta percipiat, nihilominus decimas persooales, soluet proprio Parocho domicilij.

27 Quando verò quis duo habet domicilia in diuersis Parochijs, & in vtroque æqualiter moratur, decima est diuidenda nisi babitet in vno domicilio principaliter, & in alio accessoriè; nam tunc soluere debet, vbi habet principale domicilium, ita post Rebuff. Suar. & Fagundez, firmat Barbos. cit. loc. num. 29. Decimæ verò prædiales, quæ ratione prædiorum debentur, spectant ad parochiam intra cuius fines sita sunt prædia, cap. super eo de Paroch. cap. cum in tua, & cap. contingat de decim. Rebuff. de decim. quæst. 6. & etiam testatur de magis vera, & communi opinione Grat. discept. for. cap. 595. num. 15. & seq.

28 Quod si dubitetur an decimæ siot prędiales, an verò personales, & proinde cui debeantur, ao parocho domicilij, vel parocho, vbi sita sunt prædia, tunc recurrendum esse ad consuetudinem, prout voluit Rot. in vna Placentina decimarum t0. May t628. coram D. Coccino, quam adducit Tambur. de iure Abbatum tom. 3. in fin. decis. 98. n. 2. In dubio verò, quando oon adest consuetudo, iudicandæ sunt potius decimę prædiales, quam personales, firmat post alios per eum adductos Barbos. de iure Eccles. cit. §. 2. num. 36. vbi num. 37. discutit quid dicendum de decimis onium, quæ ad varias partes transeunt, vide etiam Bonac. tom. 2. de præcept. eccles. disp. vltim. q. 5. punct. 3. n. t6.

Decimæ quoque quæ soluuntur ex molendinis, de- 29
bentur Rectori Ecclesiæ Parochialis intra cuius fioes sunt moleodina, licet Domini alibi domicilium babeant, & percipiant sacramenta, siue pecunia pro pensiooe soluatur, siue triticum, vel quid simile, siue sint ad aquam, siue ad ventum, vel alterius generis, Rebuff. de decim. quæst. 8. num. 6. Monet. eod. tit. cap. t4. num. 35. quos refert & sequitur Grat. discep. for. cap. 595. num. t. & 2t.

Nota 3. qood ad solutionem decimarum tenentur fide- 30
les omnes Parochiani, nisi specialiter sint exempti; regula est indubitata, & probatur ea teat. in cap. ex transmissa, & cap. à nobis de decim. & etiam ratiooe, nam decimæ institutæ sunt in sustentationem eorum, qui sacramenta ministrant ergo par est, vt ab illis omnibus soluantur, qui sacrameota de manu sacerdotum recipere debeot.

Iofideles quoque tenentur ad solutiooem decimarum 31
prædialium de bonis possessis io terris Ecclesiæ subiectis similiter, & Paganos ex illis prædijs, ex quibos antequam ad ipsos peruenerunt, decimæ soluebantur; & ratio est, quia res transit cum onere suo, & bona dicuntur subiecta iuri decimandi ad fauorem illius Ecclesiæ intra cuius fines, sita sunt, deciditur in cap. 4. de vsuris, Tusc. concl. 80. Bonac. tom. 2. disp. vnica de præcept. Eccles. quæst. 5. punct. 3. num. 6. probat latè Barbos. de iure Eccles. lib. 3. cap. 26. num. 4. Ricciul. de iure personar. extra grem. eccles. existent. lib. 2. cap. 9. num. 5. & seqq. Vbi videri potest, an infideles tenentur ad solutionem decimarum, vti de decima formali, an verò vti de onere annexo. Decimæ verò personales non debentur ab infidelibus secundum magis communem senteotiam, de qua Ricc. eodem loc. num. t. & seqq. Barbos. vbi supra num. 3.

Reges omoes ac principes tenentur ad decimarum so- 32
lutionem, Monet. de decim. cap. 5. num. 26. & etiam Papa nisi se ipsum eximat, Bonac. tom. 7. de præcept. Eccles. disp. vltim. quæst. 5. punct. 3. num. 6. vers. addo, etiam post Suar. & Filliuc. per eum adductos.

Episcopi quoque tenentur soluere decimas ex bonis ea 33
qoibus antea decimæ soluebantur, Tusch. tom. 2. concl. 65. Monet. de decim. cap. 6. Bonac. loc. supra cit. sub num. 6. De bonis quæ percipiunt tamquam Episcopi, ex bonis Mensæ Episcopalis, non teoentur soluere decimas alteri, sed solum Summo Pontifici, ita Panorm. cap. 2. de decim. Monet. cap. 5. Filliuc. tract. 27. cap. 7. quæst. 6.

Parochus quoque tenentur soluere decimas de prædijs 34
sitis intra terminos alterius Parochiæ illi Ecclesiæ, in cuius Parochia sita sunt prædia, loquor de bonis Ecclesiæ, quia de boois patrimooialibus non est dubium, docent Rebuff. lib. 2. de decim. Monet. eodem tract. cap. 4. num. 79. & cap. 5. num. 6. probat post alios Bonac. tom. 2. de præcept. Eccles. disput. vltima quæst. 5. punct. 3. num. t3. quia id procedere dicit non obstaote coosuetudine in contrarium.

Sacerdotes etiam ac alij Clerici tenentur soluere deci- 35
mas ex redditibus, & lucris acquisitis temporali, ac sęculari titulo, puta emptionis hæreditatis, vel alio simili, probaot Genuens. practic. ab. Eccles. quæst. 630. Barbos. de iur. Eccles. lib. 3. cap. 26. §. 3. nu. t0. & seq. qui alios citat. id etiam ampliant DD. vt teneantur soluere decimas de eo, quod percipiunt ea patrimonio, ad cuius titulum fuerunt promoti ad Sacros ordines, teneot Mart. de iurisdict. par. 4. centur. 1. cap. 49. num. 8. idem Barb. sub cit. num. t0. post Bonacin. tom. 2. de præcept. Eccles. disp. vltim. quæst. 5. punct. 3. num. 8. qui id indubitatum dicit de Clericis, qui ab alijs recipiuot sacramenta; sed dobitare videtur de sacerdotibus, qui non suscipiunt ab alijs sacramenta; verùm clarius dicendum est sacerdotes, dummodo oon siot Parochi de bonis prædictis soluere teneri decimas, nam certum est semel in anno Sacrameotum pœnitentiæ, & in mortis articulo alia sacramenta recipere à Parocho, pro quorum susceptione, rationabiliter decimæ soluuntur, vt benè aduertit Genuens. cit. quæst. 630. in fin.

An autem teoeatur Clericus soluere decimam de reddi- 36
tibus quæsitis, & bonis Beneficialibus, vel alio spirituali titulo duplex est senteotia, & vtraque babet Classicos Doctores, verum probabilior videtur illa, quod adhuc tenetur ad soluciooem prædictam, vide quæstiooem fusè positam per Barbos. de iure Eccles. cit. §. 2. num. t0. vers.

tertius

tertius est casus, & vers. altera sententia, vbi adducuntur omnes alij.

37 Monasteria quoque ac loca pia omnia tenentur de iure soluere decimas prædiales, nisi ob necessitatem excusentur, vel aliquo priuilegio eximantur cap. à nobis de decim. Verùm hodie ferè omnes Regulares sunt exempti à solutione decimarum, ex specialibus priuilegijs Summorum Pontificum, testatur Nouar. Lucer. Regul. verbo decima num. 2. Regulares verò in particulari exemptos à solutione decimarum, numerant Tambur. de iure Abbatum disp. 15. quæst. 18. tom. 1. & Barbos. de iure Eccles. lib. 3. cap. 26. §. 3. num. 17. & seqq. qui testatur Regulares omnes priuilegio iure scripto, à solutione decimarum esse liberos.

38 Fallit hæc exemptio Regularium à solutione decimarum, primo respectu bonorum ac prædiorum nouiter quæsitorum, per Regulares, ex quibus antea soluebantur decimæ, dum enim perueniunt ad manus Regularium transeunt cum onere suo, & consequenter Regulares teneotur illas soluere Rectoribus Parochialium ad instar erant, obligati laici, antequam bona ad Monasteria transiuerint, sic pluries iudicatum fuisse per Sacram Congregationem, testatur Nouar. lucer. Regul. verbo Decima n. 7. post Abbat. in compend. canon. resol. lib. 3. tit. 9. num. 25. Verùm hoc intellige nisi priuilegio Regularium comprehendantur etiam hæc prædia.

39 Notandum est hic, quod licet Regulares non teneantur soluere decimas de animalibus, quæ nutriunt, vt probatur ex cap. ex parte tua el primo, vbi gl. verbo laborum, vbi DD. communiter, Monet. de decim. cap. 4. num. 16. & seq. Tamen id intelligendum est de animalibus, quæ ipsimet Religiosi nutriunt, quod si alijs nutrienda darent tenerentur soluere decimas, ita Anchar. in eod. cap. ex parte col. 1. Rebuff. de decim. quæst. 14. num. 57. Dicuntur autem ipsi ea nutrire, si alijs custodienda traderent, qui vesperè ad Monasterium reducant, ita Rebuff. eod. loc.

40 Coloni verò prædiorum Regularium, pro eorum portione Colonica, Arrendatores, seu emptores tenentur soluere decimas, & ratio est, quia secundum veriorem, & magis receptam sententiam priuilegia exemptionis à solutione decimarum sunt personalia, non autem realia, & ideò non transeunt ad Colonos, vel Arrendatarios, seu emptores prædictos, voluit Rot. in vna Placentina decimarum 17. Decembris 1584. coram Domino Blanchetto, refert Seraphin. decis. 827. num. 2. Ptolom. decis. 94. eadem Rot. in Pampilonen. decimarum 15. Decembris 1615. coram Domino Coccino, & decis. 23. par. 2. diuers.

41 Obserua primò, quod per communicationem priuilegiorum omnium, non censetur facta communicatio priuilegij eximentis à solutione decimarum, quia licet hæc communicatio tribuat ei, ad cuius fauorem emanauit, omnia priuilegia, quæ communicantur perinde, ac si specificè concessa fuissent, Oldrad. consil. 10. & alij communiter; nihilominus non extenditur ad ea, quæ vel concedi non solent, vel magna cum difficultate conceduntur, & in quibus agitur de præiudicio tertij, ad dicta per DD. in l. 1. ff. de leg. 1. vbi Iason. & alij adducit per Rot. in Valentina decimarum 28. Nouembris 1603. coram D. Lancellotto, lata per Marchesan. tom. 1. fol. 639. in qua decisione num. 6. vers. non obstat, deciditur id procedere etiam si inter priuilegia communicata adsint priuilegia, quæ aliud non contineant, quàm exemptionem à solutione decimarum.

42 Obserua secundò, quod priuilegium exemptionis à solutione decimarum concessum alicui ordini, per non vsum vnius Monasterij non solum, non censetur sublatum, quoad alia Monasteria, sed nec etiam quoad Monasterium, in quo priuilegium non fuit in vsu; ratio est, quia per vsum aliorum Monasteriorum, censetur præseruatum ius illius Monasterij; sicut censetur præseruatum ius vnius compatroni, per exercitium alterius in iurepatronatus, Roch. de Curt. de iure patronat. in verbo competens num. 42. & in nostris terminis voluit Rota apud Seraph. decis. 951. num. 2. & decis. diuersor. 240. lib. 4. num. 6. in Conchen. Decimarum 12. May 1623. coram D. Buratto, & in Valentina decimarum 28. Nouembris 1603. coram D. Lancellotto Iuniore.

43 Pauperes quoque tenentur soluere decimas secundum opinionem multorum, quos refert, & sequitur Barbos. de iure Eccles. lib. 3. cap. 26. §. 2. sub num. 2. Verùm loquendo de pauperibus simpliciter, qui sunt impotentes ad soluendum humanior est contraria opinio, nempè non teneri cùm necessitas legem nullam agnoscat, aut patiatur gl. in l. vn. §. expedire ff. de off. consul. Imò derogat cuicumque legi, & omnem humanitatem excludit, Decian. cons. 51. num. 1. vers. necessitas enim lib. 3. Gugliem. de Bened. in cap. Raynutius in verbo, & vxorem nomine Adelasiam n. 1033. de testam, Bobad. in polit. lib. 2. cap. 18. num. 208. & 317. Hinc si ille, qui tenetur soluere decimas, illis indigeat ad sustentationem, poterit salua conscientia sibi retinere, etiam postquam peruenerit ad pinguiorem fortunam, tenet Cæuall. commun. contra comm. quæst. 729. num. 22. Probatur etiam communi, ac recepta sententia DD. qui tenent quod Moniales, aut aliæ quæcumque Regulares personæ, quorum redditus, & prouentus Ecclesiastici sunt adeò tenues, & exiles, vt de illis substentari nequeant, sed pro habenda vitæ sustentatione sunt coactæ mendicare, & eleemosynas quærere decimas soluere non tenentur, tenet post Mirand. in Manual. Prælatorum tom. 2. quæst. 49. artic. 13. in conclus. Barbos. de iure Eccles. lib. 3. cap. 26. §. 3. Nouar. lucer. Regul. verbo decima num. 5. & alij ex quadam extrauag. Bonif. VIII. incip. decimas. Nec hæc sententia aduersatur totaliter opinioni, Genuens. practic. Eccles. quæst. 201. qui sentit pauperes teneri soluere decimas; sed Ecclesiam adstringi ad commiserendum illorum, ac illis remittere tantùm, quod possint viuere.

44 Ampliatur etiam principale notabile, teneri omnes fideles nisi specialiter eximantur ad solutionem decimarum, ita vt non excusentur, imò adstringi possunt ad hanc solutionem etiam si clerici, quibus debentur sint diuites vel improbi; & ratio est, quia decimæ non debentur ratione inopiæ, vel probitatis, sed ob laborem, quem clerici expendunt in vtilitatem populorum, probant DD. ex illo Matthæi 22. Reddite, quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo, Monet. de decim. cap. 7. num. 32. & 33. Rebuff. eod. tract. quæst. 7. num. 15. Bonac. tom. 2. tit. de præcept. Eccles. disp. vltima quæst. 5. punct. 3. num. 17. & alij communiter.

45 Fallit principalis conclusio in acquisitis per eleemosynam, per donationem, vel per hæreditatem, secundum opinionem Monetæ, Azo. Filliuc. Valent. Suar. & aliorum, quos refert, & sequitur Bonac. tom. 2. cit. loc. num. 3. tenentium decimam non esse soluendam, contra quam sententiam tenent multi, nempè soluendam esse decimam in his casibus ita Abbas in cap. 3. pastoralis num. 3. & seq. de decim. Fagundez præcept. 5. lib. 3. cap. 2. à num. 5. & alij. Verùm hæc controuersia conciliatur, & benè per Barbos. de iur. Eccles. lib. 3. cap. 16. §. 1. num. 28. hoc modo aut fit donatio, eleemosyna, legatum, vel institutio de bonis, & rebus, in quibus fructus non reperiuntur, & tunc procedit, prima opinio negatiua; si verò fiat de rebus fructiferis, simul cum ipsis fructibus, & tunc procedit secunda sententia affirmatiua, cùm res censeatur data, seu relicta cum suo onere, ita tenet & probat Barbos. cit. loc. per gl. in cit. cap. pastoralis, vers. fructus autem, asserens contra hanc distinctionem non posse adaptari, cit. cap. pastoralis.

46 Nouus emptor prædiorum subiectorum solutioni decimarum tenetur soluere, & potest conueniri pro decimis non solutis tempore, quo possedit venditor, quia bona sunt obligata pro solutione decimarum, & transeunt cum onere suo, cap. litteris de pignor. l. Imperatores ff. de public. vbi deciditur pro tributis obligari prædia non personas, habet tamen emptor actionem contra venditorem, qui fructus percepit obnoxios solutioni decimarum, & generaliter contra quemcumque tertium possessorem possunt peti, Matt. consil. 136. num. 12. cap. 4. decis. 20. num. 26. Maresc. var. lib. 1. resolut. 37. num. 10. Hæc vera sunt, & secundum terminos iuris, non tamen negandum est posse Ecclesiam, & eius Rectorem agere pro decimis præteritis contra venditorem etiam, qui percepit fructus prædictos, tenent Tusch. conclus. 65. num. 2. Azor. instit. moral. par. 1. lib. 7. cap. 35. quæst. 2. 5. & 18. & alij, apud Bonacin. cit. punct. 3. num. 15.

OB-

OBSERVATIONES

D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Decimæ an debeantur deductis expensis? Distinguit Ventriglia.*
2 *Inter fructus naturales, & industriales distinguendum.*
3 *Ratio discriminis inter vtramque speciem.*
4 *Ex Molendinis an debeatur decima.*
5 *Dispositio iuris communis qua sit, & quis vsus communis.*

1 Decimæ an debeantur deductis expensis? Ventrigl. *num.* 13. distinguit inter decimas personales, & prædiales, vt secundæ non patiantur, neque deductionem seminis. Secus personales.

Indistinctè negant peductionem expensarum, Moneta *de decim. cap.* 6. *quæst.* 4. *num.* 32. Barbos. *de paroch. cap.* 28. §. 1. *num.* 27.

2 In fructibus naturalibus concedunt plerique, in quorum prouisione principaliter operatur natura, seu Dei beneficientia, sine qua inanis esset illa hominis industria, quæ admixta est, vt sunt fruges, alijque fructus terræ, etiam lana, lac, & fœtus animalium. Secus autem vbi de fructibus, & lucris merè industrialibus. Ex' ea differentiæ ratione, quod decimæ fructuum naturalium sunt de iure diuino. Aliæ verò industrialium sunt de iure humano.

3 Prima species desumpta est, quòd *Domini est terra, & plenitudo eius*, quodque totum id quod percipitur Dei beneficio immediatæ referendum est, & sine cuius gratia, industria, vel operatio humana inanis esset, iuxta dictum Apostoli, quòd *neque qui plantat, neque qui rigat, est aliquid, sed qui incrementum dat, Deus.*

Ideòque sicut non deductis expensis domino temporali fundi debetur responsio fructuum in conuentionali, vel consuetudinaria quota pro eius dominicali responsione, adeovt expensæ pro cultura recollectionis factæ per colonum compensatæ remaneant ab eius colonica portione. Sic à pari quoniam Deus est primus Dominus, qui istam dominicalem portionem sibi reseruare voluit pro sustentatione eius ministrorum.

Vnde ad instar idem introduxerunt Principes cum tributis, & collectis, quæ decimæ assimilatæ sunt, Card. de Luca *de decim. discurs.* 18. *num.* 19.

Hæc ratio non cadit in fructibus industrialibus, in quibus natura nihil operatur. Quoniam licet istud emolumentum Dei gratiæ, & beneficio quoque referri debent, dum nisi ipse dedisset, & in dies conseruaret vires tam corporis, quàm mentis id sequi non posset. Attamen est auxilium magis remotum, & mediatum. In naturalibus autem magis proximum, & immediatum.

Ac etiam quia in industrialibus, vt plurimum magnæ solent esse impensæ, adeovt si istarum deductio non fieret, sed decima ex omnibus percipienda esset, plus obtineret decimator, quam ipsemet fructuum perceptor.

4 Exactio decimarum an debeatur ex Molendinis ad aquam? Casus est expressè decisus per *cap. pastoralis de decim.* vt ex Molendinis decimæ debeantur, quod etiam dicitur in *cap. peruenit, & cap. ex transmissa eod. tit.* & firmant communiter Doctores relati per Monet. *cap.* 5. *quæst.* 4. *num.* 35. Camill. *tom.* 3. *cap.* 13. *num.* 10. Barbos. *de iur. Eccles. lib.* 3. *cap.* 26. §. 1. *num.* 24. Et est vniuersalis consuetudo in Hispania, Guttier. *lib.* 2. *canon. qq. lib.* 2. *quæst.* 1. *num.* 33.

5 Dic verius quod ad præscriptum Sacrorum Canonum ex sola industria, & opificio, vel ingenij operatione decimæ debentur etiam ex Aduocatorum, & Procuratorum, & Notariorum, & Scribarum, Mercatorum, Medicorum, & Artificum lucris, vt per Barbos. *de paroch. cap.* 28.

6 Attamen vsus communis docet contrarium. Et meritò quia id magnam pareret confusionem, & lites inextricabiles super huiusmodi lucrorum probatione, & liquidatione, dum ob temperamentorum diuersitatem quotidiana praxis docet, quod aliqui naturaliter timidi, vel auari quamuis multum lucrentur, semper audiuntur dolentes de paruo lucro.

Molendina non dicuntur prædia naturaliter fructifera, 7
adeovt fructus, qui percipiuntur dici valeant naturales, vel saltem mixti ob coæqualem cooperationem naturæ, & industriæ hominis. Sed potius dici debeant fructus merè industriales, cum natura in hoc nihil operetur, sed totus sit effectus industriæ hominis, quæ etiam facit, vt aqua licet sit effectus naturæ operetur antem vti minister velocior. Quoniam etiam muli, & equi operantes in Molendinis quæ dicuntur ad manum, producuntur à natura, & tamen eorum operatio circa huic effectum tota referenda est industriæ, eo modo quo industriales dicuntur omnes fructus, qui percipiuntur à prædijs vrbanis destinatis hominum habitationi, seu alijs officinis, Otthob. *decis.* 193. *num.* 6.

SVMMARIVM.

1 *Decima quomodo possint tolli priuilegio Pontificis. Et an soleat concedi priuilegium exemptionis à solutione decimarum, num. 2. Quomodo hoc priuilegium interpretandum, num. 3. Et an habens priuilegium non soluendi decimas illo fruatur, quoad bona conducta, num. 4. Et an tale priuilegium extendatur ad Noualia, num. 5.*
6 *Decimarum solutio quomodo possit consuetudine in partem tolli. Et quomodo in totum non possit præscribi, num. 7. An possit consuetudine introduci, vt ex certis fructibus non soluatur decima, num. 8. Quanto tempore inducatur hæc consuetudo, num. 9. 10. & 11.*
12 *Decimarum super solutionem, quandò possint compositio, vel transactio fieri, & à quo, tam de futuris, quàm de præteritis decimis, num. 13.*
14 *Decima personales, quando solui debent. Quando prædiales, num. 15. Et quando decima animalium, num. 16.*
17 *Decima an solui debeant antequam petantur. Et an admonendus sit Parochus, antequam fructus reponantur in horreis, num. 18. Non tamen tenentur Parochiani deferre decimas ad domum Parochi, num. 19.*
20 *Decima an sit soluenda ab eo, qui malitiosè agrum non colit. Vel ob negligentiam, num. 21.*
22 *Decima non possunt à laicis præscribi quouis tempore: Possunt tamen illas habere ex priuilegio Apostolico, num. 23. Et an post immemorabilem possessionem habitam per laicos præsumatur concessio Apostolica, num. 24. Et quid si adsit fama priuilegij prædicti, num. 25.*
26 *Decima non possunt præscribi per laicos contra Ecclesiam, secus tamen contra laicos, qui illas habent ex priuilegio.*
27 *Decima quando debeant laicis concedi per Papam, & per hanc concessionem, quid dicatur concessum, num. 27.*
28 *Decima quomodo possint laicis locari. Et an ad vitam conductoris, num. 29.*
30 *Decimarum solutio, qua afferat commoda. Non soluens illas peccat, num. 31. Et potest excommunicari, & quomodo, num. 32. Et si sit factus impotens ad soluendum potest absolui, num. 33. Et etiam si commodè soluere non potest, num. 34.*
35 *Decimas non soluentibus an possint denegari sacramenta. Et decedentibus an possit negari sepultura, num. 36.*
37 *Decimarum solutio est commendanda, per Regulares in eorum sermonibus, & confessionibus si ad hoc fuerint requisiti per ordinarios.*
38 *Decimas vsurpantes, quas pœnas incurrunt, & num. 39. Et quomodo sint vsurpantes prædicti absoluendi, num. 40.*

41 *De-*

41 *Decimas non soluentes an possint puniri interdicto personali.*

42 *Decimarum in causa quis sit Iudex, & in quem possit compromitti. In hac causa quomodo procedendum sola facti veritate inspecta num. 43. Et appellatione remota num. 44. Et exceptionem compensationis non obstante num. 45.*

46 *Decimas exigendi quasi possessio quomodo probetur.*

47 *Decimas quando exigit Ecclesia à Meretricibus.*

48 *Decimas soluens coactus sine protestatione an praiudicet priuilegio exemptionis. An priuilegium extendatur ad bona postea acquisita num. 49. Et an hoc priuilegium habeat pater, qui habet in filios num. 50.*

ANNOTATIO XXVII.

§. II.

Ad tex. in Cap. nuncios de Decimis.

5 NOta primò, posse Summum Pontificem particulari priuilegio eximere io totum, vel in partem aliquas personas à solutione decimarum, dummodo remaneat Parocho sufficiens sestentatio; Non tamen potest in totum tollere ius decimarum, quia in hoc casu decimæ censentur de iure diuino, *cap. tua de decim. secus in primo, ita gl. in cap. à nobis in verbo exemptio de decim.* vbi Ostiens. Ioan. Andr. & Panormit. Decian. *consil.* 113. *num.* 3. Rebuff. *de decim. quæst.* 13. *num.* 103. Couar. *var. lib.* 1. *cap.* 17. *num.* 9. Ferret. *consil.* 123. *num.* 5. Guttier. *Canon. quæst. lib.* 2. *cap.* 21. *num.* 29. Socin. Sen. *consil.* 297. *num.* 5. *lib.* 2. Azor. *instit. moral. lib.* 7. *cap.* 37. *quæst.* 6. Menoch. *consil.* 176. *num.* 1. *lib.* 3. Solorzan. *de Indiar. gubernat. lib.* 1. *cap.* 21. *num.* 52. Tamburin. *de Iure Abbatum tom.* 1. *disp.* 15. *quæst.* 18. *num.* 30. late Barbos. *de iure Ecclef. lib.* 3. *cap.* 26. §. 2. *num.* 13. *qui num. præced.* quomodo possit in hoc casu Summus Pontifex priuilegium concedere, stante quod Canonistæ tenent decimas esse de iure diuino.

2 Prædicta licet vera sint, & indubitata apud omnes, tamen exemptio hæc à solutione decimarum non solet concedi, nisi magna cum difficultate, & causæ cognitione, Ioan. Andr. *in cap. dudum num.* 5. *vers. ratio diuersitatis de priuileg.* Rot. *in vna Valentina decimarum* 28. *Nouembris* 1603. coram D. Lancellotto relata per Marchesan. *tom.* 1. *fol.* 639.

3 Hinc est, quod priuilegia eximentia à solutione decimarum non sint amplianda, sed restringenda, vt minus lædant, quam fieri poterit, Seraph. *decis.* 827. *num.* 1.

4 Ex quibus infertur etiam, quod, qui habet priuilegium non soluendi decimas, si conduxerit aliena territoria pro illis, sine dubio decimas soluet, quamuis illa colat proprijs manibus, & sumptibus, *cap. dilecti de decim.* Suar. *de Relig. lib.* 1. *cap.* 18. *sub num.* 5. Eodemque modo, si is, qui tale priuilegium habet, territoria sua alijs locauerit, conductores soluere tenentur decimas, *Clem.* 1. *de decim.* Rebuff. *de decim. quæst.* 14. *num.* 47. & hoc etiam si priuilegium liberaret à solutione decimarum ipsos religiosos de terris, quas per se, vel per alios excoli faciunt, adhuc etiam coloni tenentur ad decimas, iuxta decisa per Rot. *in antiq. decis.* 5. *aliàs* 363. *de priuileg.* apud Put. *dec.* 510. *lib.* 2. Bisignet. *decis.* 1. *de decim.* Quod intellige si priuilegium est concessum personis, quia tunc personas non egredietur, secus si esset reale concessum rebus, quia tunc ad colonos transiret, cùm priuilegium reale, & rei concessum sequatur rem pœnas quemcunque vadat, ita ex optimè distinguit Rot. *in cit. decis. in antiq.*

5 Infertur quoque ex dictis priuilegium non soluendi decimas, non extendi ad noualia, ex proposita conclusione odibilitatis huius priuilegij, probat Couar. *lib.* 1. *var. cap.* 17. *num.* 13. Rodriq. *in compend. quæst. Regul. resolut.* 50. *num.* 6. Bonac. *tom.* 2. *titul. de præcept. Eccles. disp. vltim. quæst.* 5. *punct.* 5. *prima propos. num.* 3. *vers. vltim.* Barbos. *de iur. Eccles. lib.* 3. *cap.* 16. §. 2. *num.* 14. qui post Couar. *eod. loc. cit.* respondet ad argumentum, quod posset in contrarium adduci; nempè priuilegium de percipiendis decimis extendi ad noualia, secus tamen est, si priuilegium sit concessum Ecclesiasticis, Meroll. *tom.* 3. *disput.* 6. *cap.* 6. *num.* 243.

Nota secundò, posse consuetudinem, & præscriptio- 6
nem liberare Parochianos ab obligatione soluendi partem decimarum, præsertim, vbi Parochus suam habuerit sufficientem substentationem, habet enim consuetudo vim, & efficaciam, per quam prædicta obligatio auferatur; decima, quoad quotam est de iure positiuo, merito consuetudine, quæ vim habet legis humanæ, tolli potest, probant *glos. vltima in cap. in quibusdam §. fin. de decim. per tex. in c.* 2. §. *vbi autem de decim. lib.* 6. Couar. *lib.* 1. *var. cap.* 17. *num.* 8. Siluest. *in sum. verbo decima num.* 9. *& seq.* Sot. *lib.* 9. *de iustit. quæst.* 4. *art.* 1. *col. antepenult.* Caiet. *in summ. verbo decima*, Guttier. *Canon. lib.* 2. *cap.* 21. *n.* 31. Monet. *de decim. tract.* 5. *quæst.* 1. *num.* 89. Rebuff. *eod. tract. quæst.* 13. *num.* 46. Grat. *discept. for. par.* 3. *cap.* 595. *num.* 16. Bonacin. *tom.* 2. *tit. de præcept. Eccles. disp. vltim. quæst.* 5. *punct.* 5. *num.* 5. Barbos. *de iur. Eccles. lib.* 3. *cap.* 26. §. 3. *n.* 64. *& seqq.* Marant. *tom.* 3. *resp.* 59. *num.* 47. Mant. *decis.* 341. *num.* 8. Seraph. *decis.* 1204. Cabed. Lusit. *decis.* 205. *num.* 2. *par.* 1. Rot. *par.* 1. *tom.* 2. *in recent. decis.* 485. *num.* 4. *& in Nouarien. decimarum* 26. *February* 1631. *coram D. Peruano, & alij communiter.* Prædicta vera sunt in decimis realibus. In personalibus verò consuetudo, & præscriptio potest in totum tollere obligationem soluendi decimas, quia tales decimæ sunt introductæ iure positiuo, non verò diuino, Abb. *in cap. in aliquibus, vbi tex. & glos. de decim.* Couar. *cit. cap.* 17. *num.* 8. Paris. *cons.* 25. *num.* 7. *lib.* 4. Barbos. *cit. cap.* 26. *num.* 7. *qui alios citat.* & aduertit, dummodo congrua sustentatio Parocho remaneat.

Libertas verò non soluendi decimas in totum præscribi, 7
minimè potest, etiam à personis ipsis Religiosis, tenet Rebuff. *de decim. quæst.* 13. *vers. sed libertatem sub num.* 60. Bald. *de præscript.* 5. *par. princ. quæst.* 7. *num.* 3. Marescot. *var. lib.* 1. *cap.* 95. *num.* 28. vbi aduertit, quod contra Ecclesiam parochialem non debet Monachus allegare præscriptionem, sed consuetudinem. Hoc etiam procedit, vt libertas prædicta minimè præscribi possit, etiamsi per mille annos constat non fuisse solutum, per text. in *cap. causam vbi omnes DD. de præscript.* Triuis. *decis.* 29. *num.* 15.

Ex dictis infertur valere consuetudinem, vt ex certis 8
fructibus non soluatur decima, & quod decimæ vni Ecclesiæ debitæ, alteri soluantur, & quod ex eodem prædio vna Ecclesia maiores decimas percipiat, & alia minores, ita post Couar. Monet. & alios colligit Barbos. *cit. loc. n.* 66. *& seqq.*

Quanto tempore introducatur hæc consuetudo non 9
soluendi decimas, distinguendum est, aut sumus inter duas Ecclesias, & sufficiunt decem anni, quia in hoc casu consuetudo non est contra, sed præter ius, tenet Rot. *diuers. decis.* 163. *par.* 2. *num.* 4. apud Caualer. *dec.* 73. *&* 95. & apud Tambur. 3. *par. de iure Abbatum decis.* 99. *num.* 3. Aut agitur inter priuatos, & Ecclesiam, vt quia prætenditur consuetudo, non soluendi decimas à parochianis, & tunc tempus quadraginta annorum requiritur, ad introducendam enim consuetudinem contra ius Ecclesiæ tale tempus requiritur, D. Thom. 2. 2. *quæst.* 89. *art.* 1. *ad* 5. Monet. *de decim. cap.* 5. *num.* 103. Couar. *var. cap.* 17. *num.* 8. Bonac. *tom.* 2. *de præcep. Eccles. disput. vltim. quæst.* 5. *punct. vltim. num.* 7. *versic. ad hoc qui alios citat.*

Ad præscriptionem verò in hoc casu requiritur tempus 10
quadraginta annorum cum titulo, vel saltem immemorabile sine titulo, ita post Mascard. Couar. Tusch. & alios tenet Bonac. *cit. num.* 7. *in princip.* & Barbos. *allegat. cap.* 26. §. 3. *in fin.* Dian. *resolut. Moral. par.* 5. *tract.* 14. *Miscell.* 2. *resolut.* 42. Marant. *controu. iur. par.* 3. *respons.* 59. *num.* 48.

Ad inducendam verò consuetudinem, vt vnà cum Re- 11
ctore admittantur ad participationem decimarum alij Beneficiati eiusdem Ecclesiæ, requiritur spatium temporis immemorabilis, cum ius in tali casu resistat, nam Rector habet de iure fundatam intentionem in decimis, voluit Rota *in vna Toletana primitiarum* 22. *Aprilis* 1587. *coram D. Bubalo*, & refert Genuens. *prax. Curiæ Archiep. Neapolit. cap.* 56. *num.* 8. *secundum vltim. impress.*

Nota 3. posse personas Ecclesiasticas compositionem 12
facere nomine suarum Ecclesiarum, super decimas futuras; itaut vni Ecclesiæ debitæ alteri soluantur, dummodo

ad id interueniat auctoritas Episcopi, vel alterios legitimi superioris iurisdictionem Episcopalem habentis, præstita præuia causæ cogoitione. Probat ex *cap. multiplici de decim.* & à contrario casu ex *cap. veniens de transac.* Barbos. *de iure Eccles. lib. 3. cap. 26. §. 4. num. 24.* Sed notandum est, quod licet textus prædicti probent posse transigi, seu componi super decimis; tamen ex illis non colligitur sufficere Episcopi consensum, prout tenet Barbos. & alij. Proindè verius dicendum est requiri assensum Apostolicum, non solum quando compositio fit cum laicis, sed quando fit inter duas Ecclesias, tenet post Azor. Monet. Suar. Molfes. & alios, quas citat Bonac. *tom. 2. tit. de cler. debit. §. 5. num. vltim.* & probatur ratione, nam secundum magis communem, & veram opinioοem inter duas Ecclesias, non potest fieri alienatio bonorum, ac iurium Ecclesiæ sioe assensu Apostolico, vt firmaui ego ipse *prima parte annot. 1. §. 2. num. 18.* & io compositione intercedit alienatio, vt ibidem probatum est. In terminis tamen primæ opinioois dicendum est ralem compositionem ligare tantum componeotem, non verò successores, vt aduertit Bell. *cit. loc.* & melius Marescor. *variar. lib. 2. cap. 95. num. 31.* Posset etiam admitti prima opinio, quando compositio, siue transactio induceret paruum, aut nullum præiudicium, vt quia esset super loco, vel rempore solutionis, vel quid simile, tuoc sufficeret auctoritas Episcopi etiam si cum laicis fieret, vt aduertit Barbos. *cit. loc. num. 25.*

13 Prædicta quæ dicta sunt de decimis futuris mioimè procedunt io decimis præteritis; nam de illis potest parochus non solum com Ecclesiasticis, sed etiam cum laicis componere, sine auctoritare superioris nec etiam Episcopi, quia in boc casu compositio oon præiudicat iuribus Ecclesiæ, sed solum respicit commodum parochi, cui spectant rales decimæ, ita *gl. & DD. in cap. de reb. Eccles. non alien.* Barbos. *cit. loc. num. 27. & alij communiter.*

Nota 4. tempus, quo solueodæ sunt decimæ, & primo
14 decimæ personales soluendæ sunt statim, ac expletum est negotium, super quo debentur, & sic in fine illius, quod idem ac dicere post lucrum acquisitum; & ratio est, quia hæc decima debetur ex lucro, ergo post illud quæsitum soluenda est, nisi aliter consuetudo disponat, quæ seruanda est in loco suo, *gl. in cap. 1. vers. annus 16. quæst. 7.* Layman *lib. 4. tit. 4. tract. 6. cap. 5. num. 2.* Campan. *diuers. iur. Canon. rubr. 12. cap. 13. num. 160.* Bonac. *tom. 2. tit. 2. de precep. Eccles. disp. vltim. quæst. 5. punct. 4. num. 1. qui alios citat.*

15 Secundò, decimæ prædiales debentur statim ac recollecti sunt fructus, ex quibus debentur, vt cum scilicet debitor reduxit fructus ad communem vsum, probatur ex *cap. cum homines de decim.* docent Neapolitan. *ad consuetud. Neapol. verum num. 48.* Molfes. *ad easdem consuetud. par. 5. quæst. 9. num. 2.* Mohedan. *decis. 68. alias 2. sub rubr. de decim.* quod si debitor decimarum prædialium est negligens fructus colligere, ac illos ad communem vsum adducere, tenetur decimas soluere, postquam præterijt tempus competens, intra quod ex communi vsu, & obseruantia id potuerit, ita Campan. *cit. cap. 13. sub num. 160.*

16 Tertiò, decimæ animalium debentur postquam filij lacte non indigent, sed pascunt, ita Oldrad. *consil. 236.* Rebuff. *de decim. quæst. 6. num. 30.* de Franch. *decis. 114.* vbi addentes Thor. *in compend. dec. verbo decima animalium,* Bonac. *cit. loc. sub vers. decimas vero,* Anoa *cons. 65. num. 5. vol. 1.* Hinc non deberi decimam de animalibus, nisi post annum, refert fuisse decisum in Sacro Concilio Neapolit. Amend. de Franch. *cit. decis. 114. num. 1.* & ratio est, quia infra annum præsumuntur lacte indigere.

17 Nota 5. decimas de iure communi soluendas esse tempore debito, vt supra, statim antequam petaorur, nisi aliter disponat consuetudo, nam debitum soluendi decimas non pendet à petitione, illius, cui soluendæ sunt, cùm ob ipsum oon fueriot impositæ, etsi in vtilitatem ipsius respiciant. Sic etiam dies dicitur interpellare pro creditore, & vnusquisque tenetur soluere debitum etiam non interpellatum, probatur etiam per verba tex. in *cap. cum homines de decim.* ibi, *mandamus quatenus eos cogatis, vt decimam statim fructibus collectis persoluant,* tenet Monet. *de decim. cap. 6. conclus. 3. & alij,* quos refert, & sequitur Bonac. *tom. 2. titul. de precep. Eccles. disp. vltim. quæst. 5. punct. 5. nu. 2. in fin.* Barbos. *de iure Eccl. lib. 3. cap. 26. §. 2. num. 23.* Hinc est, quod si quis constituto tempore non soluit decimas, vel illas tardius soluit, peccat mortaliter, ita post alios tenet Campanil. *diuers. iur. Canon. rubr. 12. cap. 13. num. 155.* Barbos. *cit. loc. num. 22. & alij.* Verùm quoad peccatum mortale, remitto me ad Casistas, pro ounc dico opioionem banc cootinere maximum rigorem, & excusarem debitores decimarum, si essent parati soluere, quoties per Parochum, vel eius procuratorem fuerint petitæ decimæ, vt videtur post alios sentire idemmet Barbos. *ibi. num. 21.*

Non solum tenentur parochiani tempore debito statim 18
soloere decimas absque interpellatione, sed obligantur etiam admonere Parochum, vt decimam recipiat antequam fructus, ex quibus decimæ debentur in horrea reponantur, alias daretur locus fraudibus, & vnusquisque vocandus est, in quo interesse habet, & hoc oisi aliter disponat consuetudo, & in locis, in quibus soluitur verè decima pars fructuum, nam vbi soluitur quota, & certa pars, non procedit periculum fraudis, aduertit Bonac. *cit. quæst. 5. punct. 4. num. 3.* Barbos. *cit. loc. decis. 283.*

Non alligantur parochiani secundum magis commu- 19
nem, & veriorem sententiam DD. deferre decimas ad domum, vel horrea Clericorum, quia ad hoc nulla lege adstringuntur, tenet Suar. Molfes. Filliuc. Rota, & alij, quos refert, & sequitur Bonac. *tom. 2. titul. de præcept. Eccl. disp. vltim. quæst. 5. punct. 4. num. 3. vers. an vero,* & Barbos. *de iure Eccles. lib. 3. cap. 26. §. 2. num. 24. & alij,* contra Tusch. Gurtier. & Marescot. *var. lib. 2. cap. 95. num. 35.* qui contrarium teoent, quorum sententia eatenus amplectenda est, quatenus iuuatur consuetudioe legitima saltem per decem annos præscripta.

Aduertendum est hic, quod si quis non colit agrum ma- 20
litiosè, oe soluat decimas, adhuc est compellendus illas soluere, ne Ecclesia ex malitia illius damnum patiatur, & probatur primo ex *cap. in aliquibus de decim.* vbi Abb. *in quo tex.* mandatur excommooicari dominos possessionum, qui eas traduot excolendas gentibus, quæ decimas oon soluunt, propter eorum nequitiam in fraudem, vt maiores redditus percipiant. Secundo probatur per singularem doctrinam Archid. *in c. reuertimini 16. quæst. 1.* Vbi optimè notat, quod si rusticus malitiosè differt colligere fructus, ne det decimas, debet compelli ad colligendum. Hinc contra bunc malitiosè oon colenrem agrum, vt fraudet Ecclesiam decima, noo iniustè procedi potest pœnis, & censuris contentis in Concil. Trident. *cap. 11. sess. 22. de reformat.* quibus mulctantur impedientes directè, vel indirectè ministros Ecclesiæ percipere, quæ sibi debentur.

Et non solum si dominus agri malitiosè agrum noo co- 21
lat, sed si ob solam negligentiam cùm potest illud non colit, vel coli non fecit postquam enim fuit monitus, & coli non fecit est cogendus ad solutionem decimæ, tantò magis si Parochus afferat domino colonos; decima igitur prædialis est de iure diuino, & Deo debetur, qui decima priuari ob negligentiam eorum, quibus agrum dedit. Vlterius nos tenemur agros colere, quia sumus colooi illorum respectu Dei, iuxta illud Sacræ Scripturæ. *Terra mea est, vos autem agricolæ, & coloni mei estis,* vode est quod negligentia non debet excusare.

Nota 6. communiter DD. affirmare laicos esse incapa- 22
ces decimarum; illi enim oon possunt decimas possidere, vnde communiter etiam asserunt laicos, non posse illas præscribere etiam per immemorabile teiopus, *cap. cum causa de præscript. cap. dudum de decim.* licet enim præscriptio centeoaria habeatur loco tituli legitimè constituti, *l. hoc iure §. ductus aquæ, vbi gl. ff. de aqua quot. & æstiua,* & babeat vim priuilegij, vt probatur in *cap. super quibusdam §. præterea, & ibi gl. de verbor. signif.* & etiam habeat vim legis, *l. 1. §. fin. & l. in summa in princ. ff. de aqua pluuia arcend.* notat Abb. *consil. 71. vol. 2.* Fel. *in Rubr. & cap. cum nobis, & cap. si diligenti col. 7. de præscript.* nihilominus præscriptio oon procedit contra id, quod specialiter à tota Ecclesia super spiritualibus statutum est atque decretum, quia esset cum maximo peccato, imò credere posse præscribere cootra præceptum Ecclesiæ, saperet hæresim; merito Ecclesiæ hanc præscriptionem communiter damnoant DD. quos refert, & sequitur Barbos. *de iure Eccles. lib. 3. cap. 26. §. 2. num. 50.* & reprobauit Rota

apud

apud Paul. de Rubeis *decis.* 103. *num.* 10. *tom.* 3. *diuers. alias par.* 7. *recent. & in Corduben. decimarum de Lucena* 29. *Maij* 1638. *coram D. Corrillo, & in eodem* 7. *Febr.* 1639. *coram D. Merlino, & statutum erat per Conc. Lateranen. celebratum anno* 1189. *ab Alexandro Papa III.*

23 Non tamen ex hoc negandum est posse laicos decimas possidere ex legitima concessione Apostolica, nec huic sententiæ adoersatur, citatum Concil. Lateranen. quia Papa est super omnia Concilia, *cap. sicut dist.* 15. *cap. quodcumque* 24. *quæst.* 1. Statuta enim Conciliorum interpretatur, & tollit *cit. cap. sicut & cap. nec licuit dist.* 17. *cap. statutum de elect. in* 6. *Clem. ne Romani §. sanè de elect.* multa ad id adducit Matt. *de iurisd. par.* 2. *cap.* 43. *num.* 61. *& seqq. Constitutione enim Concilij Lateranen.* Solum prohibetur Prælatis inferioribus à Papa decimas concedere laicis, vt aduertunt DD.

Ex dictis dubitatur an saltem post immemorabilem possessionem ioris decimandi habitam per laicos, præsumatur concessio Apostolica, & perinde sit dicendum laicos non esse molestandos in perceptione illorum.

Respondetur, in hoc casu per lapsum temporis data etiam obseruantia inuestituræ non præsumitur concessio, siue confirmatio Apostolica post dictum Conciliuup Lateranen. vt fuit relatum per Rot. *in vna Placentina decimarum* 31. *Ianuarij* 1586. *coram D. Bubalo*, & ratio est, quia sicut in dictis iuribus sublata est vis ioductiua præscriptionis ex cursu temporis, ita etiam censetur sublata vis inducendi præscriptionem concessionis, siue confirmationis, quæ si & lapsu temporis præsumeretur, frustratoria redderetur dispositio, *cap. cum causam de præscript.* quæ verbis, & non rebus imposita esset contra *l. primam, & secundam C. comm. de leg.* Quid enim prodest prohibere decimas posse vllo vnquam tempore præscribi à laico, si laicus posset allegare præsumptionem concessionis Apostolicæ.

24 Limitantur supradicta, quando probatur fama priuilegij concessi à Romano Pontifice, vel inferioribus Prælatis ante Concilium Lateranen. prædictum, tunc enim per lapsum temporis immemorabilis præsumitur concessio, vel confirmatio Apostolica, vel alterius legitimi superioris ante Concilium citatum, ita tenent magis communiter DD. in *cap. cum Apostolica de his, quæ fiunt à Præl. sine consensu cap.* Gabr. *de præsumpt. concl.* 1. *n.* 22. *fuit dictum in vna Toletana decimarum* 27. *Aprilis* 1584. *coram D. Blanchetto*, & in alijs adductis per Barbos. *de iure Eccles. lib.* 3. *cap.* 26. §. 2. *num.* 53. voluit etiam Marescott. *var. lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 4.

25 Diximus laicos non posse decimas præscribere vllo vnquam tempore ex citato Concilio Lateranen. & alijs iuribus, quod intelligendum est contra Ecclesiam, quod si decimæ possidentur per laicos ex legitima concessione, vel ex donatione, & confirmatione Apostolica, tunc possunt præscribi spatio 40. anoorum præcedente titulo, latè Barbos. *cit.* §. 2. *num.* 54. *& seqq.*

26 Diximus decimas posse concedi laicis per Summum Pontificem; Verùm in Summus Pontifex non debet facere nisi ex iusta causa, scilicet fauore Fidei, vel scilicet ex terris quas ipsi laici à Saracenorum, vel hæreticorum manibus eripuerunt, ita Host. *in cap. quon. tit. de decim. num.* 13. *vers. sed non debet*, prout hac de causa Summus Pontifex Benedictus anno 1340. concessit Regi Alfonso XI. pro se, & successoribus decimas, quæ vulgo Tertiæ noncupantur, pro expugnandis Christianæ Religionis inimicis, refert latius Lasorte *de decima venditionis cap.* 19. *num.* 36. tradit Palac. *rep. rubr.* 37. *num.* 13. Merch. *illustrium quæst. cap.* 89. *num.* 6. & Gutierez *lib.* 1. *quæst.* 14. *num.* 4. Eadem ratione decimæ Regni Granatæ fuerunt concessæ Regni Ferdinando, & Elisabeth.

27 Facta igitur hac concessione ex iusta causa principaliter de redditibus decimarum; non est intelligendum ius spirituale percipiendi decimas illis fuisse concessum cuius laici sunt incapaces, *cap. causam de præscript.* sed tantom eis conceditur facultas percipiendi, fructus suo nomine, qui fructus sub nomine decimæ includuntur; qui quidem non censentur res spirituales, vel Ecclesiasticæ, sed potius res temporales, *cap. fin. ne prælat. vices suas, cap. vestra de locat.* latè Redoan. *de spol. cleric. quæst.* 14. *à num.* 14. & ideò laici illorum sunt capaces, prout asserit etiam Bal. *in l. si vsusfructus in lect. antiqua ff. de iur. dot.* referens, quod licet ius decimarum, non possit laicis concedi, tamen perceptio fructuum, qui veniunt sub nomine decimæ concedi potest, & hoc modo dicit Papam concessisse decimas Regi Francorum, ita D. Thom. 2. 2. *quæst.* 100. *art.* 4. Garz. *de exemptis cap.* 9. *num.* 97. Laert. *cit. loc. num.* 32. Grat. *discept. for. cap.* 238. *num.* 38.

Eodem supradicto modo, possunt decimæ locari laicis, 28
quæ locatio intelligitur de fructibus decimarum, & cura collectionis, non autem de iuro decimandi, qood neqne ad modicum tempus locari potest, *gl. in cap. quamuis in verbo concesserit vers. sed ius percipiendi de decim.* Abb. *in cap. ad hæc num.* 4. *quæst.* 2. *eod. tit.* Bero. *consil.* 21. *num.* 8. *lib.* 1. Et hoc intelligendum est, dummodo fiat locatio per triennium, nam ad longum tempus non potest fieri, quia in locatiooe ad longum tempus transfertur dominium, *l.* 1. *quod autem de superficie*, & in specie ita distinguit Castr. *in l. vsusfructus col. vltim. in princip. vers. vnde facit num.* 3. *ff. solut. matrimon. post glos. in cap. quamuis de decimis*, Abb. *in cap. ad hæc in fin. eod. tit.* Imol. *in cap.* 2. *col. vltim. in princ. num.* 7. Card. Mant. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 5. *tit.* 3. *num.* 12. *in fin.* dixi ego ipse generaliter de fructibus Ecclesiæ, *prima par. annot.* 1. §. 1. *num.* 12. *&* 13.

Et licet sit, qui teneat posse fructus decimarum locari 29
ad vitam conductoris, cum tale tempus dicatur modicum, cùm possit conductor intra breue tempus decedere, *ita glos. in cap. quamuis de decim.* & seroat Rot. per Mohed. *decis.* 4. *&* 248. *&* 250. *aliàs* 7. *&* 9. *de locat.* Id tamen intelligitur, dummodo talis locatio ad vitam fiat de licentia, & auctoritate superioris, *cap.* 1. *de rebus Eccles. non alien.* Cardin. Mant. *cit. loc.* Rebuff. *de decim. quæst.* 10. *n.* 34. *vers. sed ex causa, vbi num.* 33. *in fine*, addit dummodo locatio, non fiat Iudæo, aduertit optimè Grat. *discept. for. cap.* 238. *num.* 24.

Nota 7. debitores decimarum liberè eas soluere debere; 30
nam illarum solutio multa affert bona. Primò sanitatem confert corpori. Secundò vbertatem fructuum. Tertiò remissionem peccatorum. Quartò dona cælestia, ita Ioan. Andr. *in cap.* 1. *de decim. in* 6. Guid. Pap. *decis. aliàs quæst.* 266. *num.* 3. Goffred. *in sum. verbo decima num.* 24. *qui num.* 23. notat, quod ex subtractione decimarum multa mala proueniunt. Primò præuaricatio diuini mandati. Secundò, quia cùm olim homines solnentes decimas, bonis omnibus abundarunt, *vt in cap. maiores* 16. *quæst.* 7. nunc quia decimas non soluunt, ad nihilum conuertuntur, *c. decima* 16. *quæst.* 1. Tertiò, quia Dominus nobis locustas, nec plagas amouit, *c. reuertimini* 16. *quæst.* 1. Quartò, quia quod non accipit Christus, tollit Fiscus, vt in *cit. cap. maiores*, quibus addo aliud malum; nam licet conductor non teneatur ad solutionem pensionis propter sterilitatem, tenebitur si non soluit decimam, ita Gemin. *in cap.* 1. *de decim. lib.* 6. Guid. Pap. *citat. num.* 3.

Hinc est, quod non soluentes decimas, vt notatum est, 31
supra; & contra eos possit exequutiuè procedi, habet enim decima exequutionem paratam, vt post Abbatem, tenet Campan. *diuers. iuris Canon. rubr.* 12. *cap.* 13. *num.* 155. *in fin.* & est soluenda ante omnem censum, & tributum, per tex. in *cap. cum non sit de decim.* & notat Genuens. *practic. Eccl. quæst.* 198. *sub num.* 2. Et in hac causa incipi potest à præcepto cum monitiooes, sub pœna excommunicationis, vt infra tot dies soluatur quantitas decimarum, Ricc. *decis. cur. Archiepis. Neapol.* 380. *par.* 4.

Et cùm peccent non soluentes decimas, sequitur, quod 32
possint postquam fuerint moniti excommunicari, *cap. tua nobis de decim.* à qua excommunicatione oon possunt absolui, nisi postquam plenè satisfecerit, Conc. Trideot. *sess.* 25. *cap.* 12. *de reform.* & non solum posse, sed debere excommunicari, probat text. in *c. omnes decimæ* 16. *quæst.* 1. *cap. peruenit, c. ad hæc, & cap. ex parte il* 2. *de decim.* Monet. *in simili tract. cap.* 8. *quæst.* 6. *num.* 64. Mol. *de iust. tract.* 2. *disput.* 756. *num.* 4. censuit Rot. *in Bertusen. decimarum* 11. *Maij* 1609. *coram D. Marquemont. impress.* per Marches. *de commiss. par.* 1. *pag.* 675. *& in Martulen. decimarum* 31. *Ianuarij* 1614. *coram D. Sacrato.*

Obserua, quod si qois sua culpa decimam non soluit 33
propter quod fuit excommunicatus, si quando ad confessionem accedit, sit factus impotens ad soluendum, potest

absolui solutione non facta; ea ratione, quia Concil. in cit. cap. 12. non prohibet absolui nisi eum, qui pro tunc tenetur restituere, quique peccat non restituendo, Nauar. in Manual. cap. 17. num. 17. Valer. diff. vtriusque fori verbo absolutio diff. 5. num. 5. qui vlterius addit non requiri, quod confessarius ab hoc pęnitente recipiat Iuratoriam cautionem, sed sufficere, quod pęniteus proponat, & promittat satisfacere, cum primum poterit, Nouar. in singularib. Iuris Canonici tit. de absolut. conclus. vnica alias 6. num. 5.

34 Et in hoc casu potest absolui non solum, qui simpliciter restitutionem facere non potest, sed qui nec commodè, ita Valer. cit. loc. & Nouat. eod. loc. num. 3. Et ratio est, quia satisfacere non posse dicitur, qui commodè satisfacere nequit, Nouar. in Manual. cap. 27. num. 48. Ricc. decis. cur. Archiep. Neapolit. 198. par. 3.

35 Solet hic dubitari, an possit parochus denegare sacramenta his, qui decimas soluere non curarunt, tenent multi posse simpliciter, ita Siluest. Suar. & alij, quos citat Ricc. decis. Curia Archiepiscopali Neapol. 195. in princip. D. verò Thom. 2. 2. quæst. 186. art. 1. ad tertium videtur tenere posse denegari sacramenta prædicto debitori ab alio sacerdote, non verò ab eo, cui debentur decimæ, ne videatur aliquid exigere pro sacramentorum administratione, vel secundum Caiet. ibid. vers. fin. ne videatur partes superioris vsurpare; alij verò tenent, quod si Parochus videat non soluentem decimas, non paratum recedere à peccato ob non solutionem, tamquam deuitans participare in peccato mortali, cum illo potest ei denegare sacramenta ita Campanil. diuers. iur. canon. rubr. 12. cap. 156. ad fin. Riccius verò decis. cur. Archiep. Neapol. 193. cit. videtur inclinare in humaniorem sententiam nempè, quod si videt Parochus scandalum oriri posse ex hac denegatione sacramentorum, & possit alia via decimas recuperare, non potest sacramenta denegare, affirmans à contrario sensu, remoto scandalo posse denegare sacramenta.

36 Tenent nonnulli DD. quos refert & sequitur Barbos. de iure eccles. lib. 3. cap. 26. §. 4. num. 19. non soluentes decimas priuari Ecclesiastica sepultura, per tex. cap. prohibemus de decim. verùm, quia tex. non loquitur simpliciter de non soluente, sed de vsurpante, & pro se recipiente decimas, & Ecclesiæ non restituenti, prout dictant verba illius, quæ sunt hæc, si quis verò receperit, & Ecclesiæ non reddiderit, Christiana sepultura priuetur. Propterea dicendum est iure non probari, quod simpliciter non soluens decimas, sit sepultura priuandus, prout optimè loquitur de non restitnenre, Lauot. var. elucubrat. tit. 2. cap. 2. n. 48. & ante eum Medices de sepult. quæst. 11. num. 32. & proinde opinio est damnata in praxi.

37 Non solum debitores decimarum tenentur liberè decimas soluere, vt supra, sed etiam Regulares præsertim Prædicatores, & Minores tenentur in eorum sermonibus, & alibi minimè retrahere fideles à solutione decimarum, & verbo, & opere eos hortari ad prompto animo soluendum, deciditur in cap. 1. de decim. in 6. cuius dispositionem Eugenius IV. moderauit ad fauorem Patrum Prædicatorum concedens, quod dicti patres non teneantur facere conscientiam de decimis in confessionibus, nisi quando fuerint requisiti ab ordinarijs, & tunc sufficere pro conatu inducere pęnitentem ad solutionem, non tamen teneantur absolutionem denegare, ita post Colleuat. Priuileg. & Mirand. testatur Barbos. de iure Eccles. lib. 3. cap. 26. §. 4. num. 20.

38 Grauius quoque puniuntur vsurpantes, & impedientes decimas, primo enim per Concil. Trid. sess. 22. cap. 11. de reform. quicumque decimas Ecclesiæ alicuius, aut beneficij, aut loci pij in proprios vsus conuertere, illosque vsurpare præsumpserit, seu impedire, ne ab ijs, ad quos iure pertinent, percipientur; excommunicationem incurrit, à qua solus Papa absolnit facta restitutione integra. Et Patronus Ecclesiæ si tale crimen commiserit, vltra excommunicationem, eo ipso priuatur iure patronatus. Clerici autem fabricatores talis delicti, seu consentientes eidem, præter prædictas pœnas, beneficiorum priuationem ipso facto incurrunt, & inhabilitatem ad alia beneficia, & insuper ab Ordinario suspendendi ab exequutione suorum ordinum.

39 Secundò per Bullam in Cœna Domini cap. 17. incurrunt excommunicationem Papæ reseruatam vsurpantes decimas, ad quascumque Ecclesiasticas personas pertinentes ratione Ecclesiarum, vel Beneficiorum. Varijs etiam pœnis puniuntur Religiosi vsurpantes decimas, de quibus in Clem. Religiosi de decim. ad quæ multa P. Thesaur. prax. Eccles. par. 2. verbo decimas cap. 1. & Barbos. de iure Eccles. lib. 3. cap. 26. §. 4. num. 22. & seqq.

40 Aduertendum est hic confessarijs, qui virtute Bullæ Cruciatæ vellent absoluere prædictos fraudantes, vel subtrahentes decimas; quia tamquam Delegati tenebuntur seruare formam præscriptam per Concil. Trid. sess. 25. cap. 12. de reform. quatenus prohibet absolui prædictos; nisi plena satisfactione facta; alias nulla esset absolutio, ita notat post Nouar. P. Valerus diff. vtriusque for. verbo absolutio diff. 5. num. 5.

41 An autem contra renitentes soluere decimas, possit Vicarius imponere interdictum personale, & sic prohibere ingressum Ecclesiæ, vide latè Ricc. decis. Cur. Archiep. Neapol. decis. 380. par. 4. per totum.

42 Quomodo Iudex Ecclesiasticus sit competens in causa decimarum, & an Iudex laicus possit aliquo casu, se intrommittere in causa prædicta, vide latè adducta per Mart. de iurisdict. par. 2. cap. 42. num. 12. & seqq. Barbos. in l. Titia 35. ff. solut. matrim. num. 39. & seqq. Cæuall. tract. de cognition. per viam viol. quæst. 25. per totum, latius Grat. discept. for. c. 238. per totum, Bonac. tom. 2. tit. de præcept. Eccles. disp. vltim. quæst. 5. punct. 6. Barbos. de iur. Eccles. lib. 3. cap. 26. §. 4. num. 1. & seqq. An verù causa decimarum possit compromitti in laicum, vide eumdem Grat. discept. cit. num. 89. & seqq. Vbi etiam quando valeat compositio, seu transactio super decimis. An mulier possit esse Arbitra in tali causa num. 86.

43 Quisquis sit Iudex in tali, aduertere debet, procedere debere in tali causa, sola facti veritate inspecta, nec disputandum esse in ea de apicibus iuris, cap. dua 18. quæst. 2. l. si fideiussor §. 2. ff. mandat. Archid. in cap. scriptum ad finem vers. secundum alios 6. quæst. 3. Grat. cit. loc. num. 86. & summariè, præcipuè, quando inter Clericos controuertitur, quibus de iure debeantur decimæ, Clem. 2. de iud. & sine aliqua iuris solemnitare procedi potest, prout benè notat Barbos. de iure Eccles. cit. §. 4. num. 5.

44 Vlterius procedere debet in causa decimarum appellatione remota, cum à sententia super decimis non detur appellatio, iuxta notata per Marosc. var. resolut. lib. 1. resolut. 77. num. 4. & resolut. 112. cap. 17. vers. secunde, quia à sententia, quæ doctrina communiter intelligitur, quoad effectum suspensiuum, non autem deuolutiuum, prout post alios notat Barbos. cit. loc. num. 7. Qui etiam credit dari appellationem simpliciter, quando hæc causa est inter duas Ecclesias concedentis de iure decimandi, & quando agitur cum persona Ecclesiastica, prætendente habere priora iura in decimis.

45 Similiter eadem ratione, non est retardanda solutio decimarum, & exequutio sententiæ illarum; sub prætextu compensationis, quæ non admittitur contra decimas, per gl. in cap. decima 16. quæst. 1. Rebuff. de decim. quæst. vltim. vbi num. 22. dicit, nec propter sterilitatem esse retardandam solutionem prædictam, sequitur Barbos. cit. loc. num. 9.

46 Dubium est inter DD. an ad probandam quasi possessionem exigendi decimas, sufficiant testes singulares puta, si vnus dicat Rectorem collegisse frumentum, alter dicat collegisse fabas, &c. vel si vnus deponat de vno tempore, & alius de alio; quo in casu DD. qui tenent tales testes sufficere, sunt maiores numero, & grauiores, vt videre est apud Mascard. de probat. conclus. 483. num. 2. proinde eam opinionem tamquam magis communem tenenda esse, docet Gabriel. comm. conclus. lib. 1. tit. de testib. concl. 2. num. 33. nec de ea potest dubitari cum tractatur de possessorio, & de iure percipiendi decimas, quia in tali causa non requiritur, tam exacta probatio quemadmodum requireretur, si de decimis esset quæstio, prout optimè notat Seraph. decis. 1314. num. 4. Vlterius in his terminis aduertendum est, quod probata quasi possessione decimandi generaliter est manutenendus Rector in possessione exigendi omnes decimas, in particulari sufficit enim, quod possessio sit probata respectu aliquo-

aliquorum, & extenditur ad alios, quando sumus in iure vniuersalis, & alius non est in possessione, ita post alios tenet Seraph. *decis.*561. *num.*1. *&* 2. *& decis.*1295. *num.*6.

47 Obserua hic, quod Ecclesia non recipit decimas personales, à meretricibus ratione scandali, ne videatur earum peccata fouere, docet D. Thom. 2. 2. *quæst.*86. *art.*3. Suar. *tom.*1. *lib.*1. *cap.*32. *num.*9. Rebuff. *de decim. quæst.*5. *num.*19. Barbos. *de iure Eccles. lib.*3. *cap.*26. §. 2. *num.* 32. Vbi idem dicit de histrionibus; vnde est, quod dum Ecclesia à meretrice decimas non vult exigere, videtur remittere, & proinde non tenetur, itavt nec tenetur illas distribuere in pios vsus, prout aduertit post Suar. *loc. citat. num.*10. *in fin.* Ricciul. *tract. de personis, quæ in stat. reprob. versari lib.*2. *cap.*36. *num.*3. qui id procedere dicit in meretrice publica, secus in fœmina occultè peccante.

Tenetur tamen meretrix, & ab ea Ecclesia decimas exigit, quando ad pœnitentiam conuersa est, ita communiter DD. præsertim Suarez, Ricciullus, & Barbos. *loc. cit.* quod intelligit Riccinl. *num.*6. de decimis futuris, non autem præteritis tempore peccati.

Diximus Ecclesiam, non recipere à Meretrice decimas personales, quia decimas reales recipit, & ad illas tenetur meretrix cum in illis non militet ratio scandali, cum sint debitæ ex prædijs, quæ cum tali onere transeunt ad quoscumqne successores, aliàs Meretrix esset melioris conditionis, quam alij, quod non est dicendum, ita DD. communiter sequentes D. Thom. 2. 2. *quæst.*87. *art.*2. post glos. *in cap. ex transmissa verbo licitè de decim.* nouissimè notant Riccinl. & Barbos. *cit. loc.* Eadem ratione dicit Barbos. *num.* 37. decimas esse recipiendas ab vsurario, vel alio iniustè detinente ex fructibus prædij, quod pecunia vsuraria, vel malè retenta comparatur. Et generaliter, quando sit recipienda, vel non decima ex fructibus illicitè acquisitis, latè discutit Barbos. *cit.* §. 1. *num.*29. *& seqq.*

48 Quæres primò, habens priuilegium exemptionis à solutione decimarum fuit coactus ad soluendum, & cum effectu soluit nulla facta protestatione coactè, & non spontè soluere, an sibi præiudicet.

Respondetur, per talem solutionem etiam sine protestatione non induci præiudicium priuilegio, & immunitati prædictæ; ratio est, quia solutio, actus contrarius, priuilegio fuit coactè facta, & proindè per eam non censetur priuilegio renunciatum, tenet Bellenc. *tract. de charit. subsid. quæst.*61. Verùm quoad solutum, dicendum est non posse repeti in foro exteriori, iuxta doctrinam Seraph. *decis.*1411. *in fin.* quem refert, & sequitur Meroll. *tom.*6. *disp.*7. *cap.*74. *num* 4.

49 Quæres secundò, an priuilegium exemptionis, & immunitatis à solutione decimarum concessum N. rebus suis, extendatur ad bona quæsita post priuilegium.

Respondetur affirmatiuè, quia priuilegium de sui natura habet, vt extendatur ad augumentum, si concessum est principali, ita Albert. Brun. *tract. de augument. conclus.*9. & à simili, priuilegium immunitatis à collectis extenditur ad bona postea quæsita, Bart. *consil.* 59. *num.* 4. *vol.* 1. Bald. *consil.* 1 ta. *num.* 4. *lib.* 2. Couar. *lib.* 1. *var. cap.* 13. *vers. decimo quintò*, aperitur Ricc. *collect.* 1441. deciditur principalis sententia per text. *in cap. quia circa de priuil.* docet glos. *ibidem, & in cap. ex part.* 3. *de decim.* Fab. Anna *consil.*61. *num.*15. *lib.*1. Suarez *tom.*1. *de relig. lib.* 1. *de diuin. cult. cap.*19. *num.*9.

Quæres tertiò, an pater habens duodecim filios, & immunis ab oneribus præsertim realibus, sit etiam exemptus à solutione decimarum.

Respondetur negatiuè, sicut etiam dicimus in simili casu talem patrem non esse immunem à solutione laudemij, docent Alex. *consil.*123. *num.*4. *vol.*5. Amed. de Pont. *tract. de laudem. quæst.* 46. Alex. Trentacinq. *lib.*1. *variar. titul. de iure Immunit. vers. septimo*, declaratur Meroll. *tom.*3. *disp.*6. *cap.*3. *num.*125.



OBSERVATIONES D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Fauore Parochorum an competat via executiua pro decimis.*
2 *Quid si per tempus antiquum decimæ non sint exactæ, vel sit dubium.*
3 *Decimæ an debeantur ex noualibus.*
4 *Intellectus Barbosæ, text.* in cap. ex parte de decim.
5 *Card. de Luca confutat Barbosam.*

Fauore Parochorum pro decimis an competat via executiua? Regula est affirmatiua ex assistentia iuris quam habent Parochi, est apud Dunozett. *decis.* 990. *n.* 1. Roias *decis.*391. *num.*3. Card. de Luca *de decim. discurs.*15. *num.*13. 1

Secus erit si per antiquum tempus decimæ non fuerint exactæ, vt ob temporis antiquitatem in iudicijs exequutiuis rescribi solet ex stylo Signaturæ de appellatione suspensiua, & vbi de praxi iudicij exequutiui probabiliter dubitari potest, vt exemplificat idem de Luca *vbi sup. num.*4. 2

Decimæ an debeantur ex nouis fructibus ex prædijs sterilibus, per text. *in cap. ex parte de decim.* quæ noualium exemptio oritur, quia non nisi cum magno sumptu, & labore sequi solet, ideòque isti fructus ex causa onerosa, & correspectiua percipi dicitur, & est effectus potius propriæ industriæ, quàm elargitio naturæ, & nullum Parocho præiudicium parari dicitur, dum bona aliàs erant sterilia. 3

E contra agens Barbos. *de iur. Eccles. lib.*3. *cap.* 26. §. 3. *num.* 17. de noualibus, dicit vt id procedat respectu fructuum deseruientium pro vsu proprio tantùm. 4

Præterea quod hoc priuilegium reuocatum sit per Concilium Lateranense registratum in *cap. nuper de decim.* 5

Vtrique intellectui occurrit Card. de Luca *vbi sup. discurs.*4. *num.*7.

Prædium incultum, quod sit explicat text. *in cap. quid per nouale de decim.* enunciando prædium inculti dici illud, de quo memoria non habetur, quod quandoque cultum fuerit.

ANNOTATIO XXVIII.

De Legatis pijs.

ARGVMENTVM.

Notatur §. I. Quid sit legatum pium, quomodo, & quando tale dicitur factum pauperibus, & miserabilibus personis etiam consanguineis. Legatum dotis, quando dicatur pium. Quomodo sit distribuendum legatum factum pauperibus, an possit executor illud pro se retinere, si pauper sit, vel distribuere pauperibus consanguineis ipsius, vel testatoris; legatum factum pauperibus in dubio intelligitur de pauperibus loci domicilij testatoris, quid si dictum, sit de pauperibus venientibus ad portam. Legatum factum Ecclesijs, Monasterijs, & alijs pijs locis, quomodo, & quando dicatur pium, si non designata Ecclesia, cui debeatur, si factum sit omnibus Ecclesiæ loci, an debeatur postea constructis, vel si factum sit Ecclesiæ, in qua elegit testator sepulturam, quid si postea est mutata electio, quid si Ecclesia destruatur, an possit fieri Ecclesiæ construendæ. Quando iudicetur legatum factum intui-

intuitu Ecclesiæ, vel Rectoris, aut alterius superioris, vel administratoris, quid de Sacro Canonicis, vel facto Clericis Regularibus. Legatum factum Monasterio in genere, cui debeatur. Dicitur pium legatum factum pro constructione sepulturæ, pro ornamentis Ecclesiæ, pro exoneratione conscientiæ, & restitutione malè ablatorum, pro refectione pontium, viarum, & murorum, factum fauore libertatis, vel causa studij, pro Missis celebrandis, factum concubinæ, vt ad viram meliorem redeat, pro anima, & alia, in quibus notantur casus particulares in praxi.

§. II. Quomodo, & quando Episcopus dicatur executor piorum legatorum. De Iurisdictione Tribunalis Fabricæ Sancti Petri de Vrbe, & quæ legata pia exigat. Quomodo legatum, vel testamentum ad pias causas non sequitur solemnitates de iure ciuili, sed valeat factum coram Parocho, & duobus testibus, vel quandoque potest probari. Indebitè solutum non repetitur, & ante inuentarium debetur; Nec patitur diminutio, si patrimonium non sufficiat; Et quando, & quomodo possit Episcopus commutare pias dispositiones, & alia ad materiam.

S V M M A R I V M.

1 Legatorum piorum materia, & DD. qui de illa loquuntur.

2 Legatum pium quale sit.

3 Legatum factum pauperibus, & miserabilibus personis dicitur pium. Et quid si factum pauperi consanguineo, num. 4.

5 Legatum factum pauperi, quem testator ignorabat diuitem, vel factum scienter diuiti pro anima cui cedat.

6 Legatum factum Nobili, quando dicatur pium; Et quando factum Pauperibus possit inter Nobiles distribui, num. 7.

8 Legatum factum possidenti multa alia bona, quando dicatur pium.

9 Legatum dotis, quando dicitur pium, & num. 10. Et quæ requirantur, vt pium dicatur legatum, n. 11.

12 Legatum pro Monacanda puella pium dicitur, vbi etiam alia de legato dotis pauperibus puellis facto quomodo distribuendum.

13 Legatum factum pauperibus, debetur pauperibus loci testatoris, & quid si mutauerit Domicilium.

14 Legatis factis pauperibus in distributione, an sit præferendus iustus minus iusto. An consanguineus extero, num. 15. An Moniales viris, num. 16. An senex iuueni, num. 17. An pauperior, minus pauperi, num. 18. An dignior minus digno, num. 19. Et an Regulares mendicantes alijs egenis, num. 20.

21 Legatum factum pauperibus an possit vni distribui. Et quæ quota sit vnicuique pauperi distribuenda.

22 Legatum factum pauperibus an possit pro se retinere executor si pauper sit; vel consanguineis suis distribuere, num. 23.

24 Legatum factum pauperi, qui præmoritur testatori cui debeatur.

25 Legatum factum pauperibus, an possit solui ante tempus præfixum à testatore.

26 Legatum factum pauperibus eligendis per hæredem, & œconomos Ecclesiæ, non potest solui pauperibus electis per œconomos, tantum licet sint plures.

27 Legatum factum pauperibus venientibus ad portam, an possit alijs distribui.

28 Legatum factum incapaci cui debeatur. Et factum pauperi ob necessitatem, an debeatur necessitate cessante, vel superueniente, num. 29.

30 Legatum factum pauperibus intelligitur de pauperibus domicilij testatoris, quid de exteris habitantibus in dicto loco.

31 Legatum pium dicitur, quod factum est Ecclesiis Monasterijs, & alijs pijs locis. Et si factum est Ecclesiæ non explicato nomine, cui debeatur, num. 32.

33 Legatum factum Ecclesiæ Sanctæ Mariæ, si plures sint Ecclesiæ huius inuocationis in loco nominato, vel vna in suburbio, & altera in ciuitate, cui debeatur.

34 Legatum factum Ecclesiæ parochiali, cui debeatur, si testator duas habuit parochiales Ecclesias.

35 Legatum factum Ecclesiæ alicuius Sancti, quæ in Ciuitate, vel Diœcesi non reperitur, cui debeatur.

36 Legatum factum Ecclesiæ Parochiali simpliciter cui debeatur, si testator in vna parochia testatus est, & in alia defunctus.

37 Legatum factum omnibus Ecclesijs an debeatur postea constructis.

38 Legatum factum Ecclesiæ in qua elegit sepulturam, an debeatur si mutata est electio.

39 Legatum factum Ecclesiæ cui debeatur, si destruatur.

40 Legatum factum Ecclesiæ construendæ, an sit validum.

41 Legatum factum Ecclesiæ, in qua est confraternitas, vel Collegium cui debeatur, & cui legatum factum Altari, vel Capellæ.

42 Legatum factum Episcopo, vel Rectori, an debeatur Ecclesiæ, & quando iudicetur factum intuitu Ecclesiæ.

43 Legatum factum Canonicis cui debeatur, & quomodo diuidendum.

44 Legatum factum Clericis Regularibus acquiritur Ecclesiæ. Et an possit acceptari inuito Regulari, cui est factum, & quid si creatus sit Episcopus, n. 46.

45 Legatum pecuniæ factum Canonicis cum onere Missarum an sit conuertendum in emptionem.

47 Legatum factum Monasterio in genere, cui debeatur, & quid si in eodem loco sint Monasteria Virorum, & Mulierum.

48 Legatum quando possit relinqui Fratribus Minoribus. Et cui debeatur legatum factum Professo sub nomine proprio, num. 49.

50 Legatum factum pro constructione sepulturæ dicitur esse pium, quid si quantitas legata non sufficiat ad constructionem.

51 Legatum factum pro ornamentis Ecclesiæ dicitur pium, & an possit commutari per Episcopum, si Ecclesia non indigeat ornamentis.

52 Legatum factum Ecclesiæ construendæ valet, imo, & potest institui heres, & an valeat donatio illi facta.

53 Legatum factum Ecclesiæ construendæ debetur vnà cum fructibus medij temporis. Et quid si non potest construi in loco designato, num. 54.

55 Legatum factum pro exoneratione conscientiæ, & emendandis furtis factis, atque pro restituendis malè ablatis pium dicitur. Et cui est soluendum, num. 56. Et an executor ad distribuendum hoc legatum possit conueniri à creditoribus testatoris, num. 57.

58 Legatum pro malè ablatis incertis cedit vtilitati Fabricæ Sancti Petri.

59 Legatum factum Ecclesiæ pro salute animæ, an credendum sit factum pro malè ablatis.

60 Legatum pro malè ablatis est restituendum in quantitate petita, si testator voluit stari iuramento petentis.

61 Legatum factum pro malè ablatis, & exoneratione conscientiæ est irreuocabile. Minuit legitimam filiorum, num. 62. Debetur etiam rupto testamento, num. 63. Non comprehenditur in statuto, quod de legatis soluatur gabella, num. 64. Si hæc pia causa est substituta, non intelligitur cum illa clausula si sine filijs decesserit, num. 65. Et substituta Matrem excludit, num. 66. Fauore illius potest damnatus testari, num. 67. Donatio pro hac causa non reuocatur per superuenientiam filiorum, num. 68. An hæc dispositio probet contra tertium, num. 69. Hoc legatum integrè debetur, nec vllam defalcationem

nem admittit, num. 70. Quid si malè ablata non ascendunt ad quantitatem legatam, num. 71.

72 *Legatum factum pro refectione, & constructione pontium, viarum, & murorum Ciuitatis, vel Castri, vel pro custodia quando dicitur pium.*

73 *Legatum fauore libertatis dicitur pium, & censetur purum. Ac pro excarcerando detento, siue pro causa ciuili, siue criminali, num. 74.*

75 *Vxor se obligare potest, vel partem fundi dotalis alienare pro excarcerando viro.*

76 *Legatum pro libertate an minuat legitimam, & præferatur alijs, remissiuè.*

77 *Legatum annuum fauore libertatis debetur in principio anni. Et præsumitur casu cancellatum, num. 78.*

79 *Legatum factum pro excarcerandis potest expendi ad impediendum proximè carcerandum, ne carceretur.*

80 *Legatum factum causa studij, quando dicatur pium.*

81 *Legatum librorum dicitur causa study, & intelligitur de libris tempore testamenti.*

82 *Legatum pro studio, quo loco solui debeat. Et quo tempore, num. 83.*

84 *Legatum pro Missis pium dicitur. Et præsumitur factum fauore testatoris, num. 85. Et non potest acceptari, nisi seruata dispositione Decretorum Sacræ Congregationis, & cum licentia Ordinarij, num. 86. Quod repudiatum semèl cedit Fabricæ, num. 87. Et quid si Missæ non possunt celebrari in Ecclesia, vel Altari designato, vel Ecclesia sit interdicta, vel nulla designata est Ecclesia, num. 88. Quomodo probetur satisfactio Missarum, num. 90.*

90 *Missarum numerum non potest Episcopus reducere, & quid si in fundatione cautum sit, quod Episcopus possit.*

91 *Legatum factum confessario est pium; & an hæc qualitas confessarij sit probanda, num. 92.*

93 *Legatum factum concubinæ, vt ad frugem melioris vitæ redeat, dicitur pium etiam si Mulier sit diues.*

94 *Legatum factum filio Monacho, vel filiæ Moniali, quando dicatur pium. Et quando factum Filio Clericando, num. 95.*

96 *Legatum pro anima relictum pium dicitur. Et quid si testator legando pro anima non expresserit quantitatem, num. 97. Et quid si dixerit pono animam meam in manibus Titij, num. 98.*

ANNOTATIO XXVIII.

§. I.

Ad Text. in Cap. tua nobis de testam.

1 IN hoc text. Gregorius Papa IX. scribens Episcopo Momon. statuit Episcopos teneri exequi piam fidelium dispositionem secundum defunctorum voluntates, cuius occasione nonnulla, hic notanda sunt de legatis pijs, & illorum executione, iuxta communem sensum DD. qui tractant hanc materiam in hoc loco. Ciuilistæ omnes in *l. 1. C. de sacros. Eccles.* Mant. *de coniect. vltim. volunt. lib.6. tit.3.* Clar. *lib. 3. §. testamentum quæst. 5. & seqq.* Gabr. *commun. conclus. lib.3. tit. 3. de leg. conclus. 1. & seqq.* Tiraqu. *de priu. pia caus.* Euerard. *in loco à libert. ad piam caus. & in loco ad aliment. ad piam caus.* Tusc. *tom. 5. lit. L. conclus. 106.* Marta *de success. legal. tom. 2. part. 4. quæst. 18. art. 4.* Michael. Crass. *§. testamentum quæst. 17.* Baltas. Thomas. *tract. 10. tit. de pia causa,* Mascard. *de probat. vol. 2. conclus. 967.* Bertachin. *in repert. verbo legatum pium,* Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 115.* Sebast. Med. *opusc.* Didac. Spin. *in specul. testam. glos. 28.* Gutier. *pract. lib. 1. quæst. 45.* Azeued. *lib. 3. num. 9. tit. 14. lib. 8. nouæ recep.* Ioan. Valer. *de different. inter vtrumque for. verbo legatum diff. 3.* Azor. *inst. moral. part. 2. lib. 3. cap. 40.* Mar. Anton. *var. resolut. final. cap. 40.* Genuens. *practicab. Eccles. quæst. 65. & quæst. 574. & in prax. cur. Archiep. Neap. cap. 24. secundum vltim. impress.* Ioan. Baptista Thoro *in summ. priu. pior. caus.* Sanch. *de matrim. lib. 1. disp. 4. n. 9. & seqq.* Surd. *de aliment. tit. 1. quæst. 91.* Bonac. *tom. 2. tit. de contract. disp. 3. quæst. 17. punct. 8. §. 2.* Ricc. *collect. decis. part. prima collect. 215.* Barbos. *de iure Eccles. lib. 3. cap. 37. & in sum. Apostolic. decis. verbo legatum,* Carol. Marant. *part. 1. prima controu. per plura resp. & ferè per totam,* Nouar. *priuil. pia caus.* Diana *tom. 7. tract. 5.* Meroll. *3. part. disp. 7. dub. 8.* & alij multi, disponitur de eadem materia in Concil. Trid. *sess. 22. cap. 6. & 8. de reform.* Hic verò notanda sunt aliqua ad praxim vtiliora, & ad finem cognoscendi quousque se extendat dispositio huius textus.

Nota, illam dici piam dispositionem, seu pium legatum, quod relinquitur pro honore Dei, vel Sanctis, vel pro salutem animæ, vel in aliud quodcumque pium opus, ita docet post glos. *in auth. similiter verbo causas, C. ad leg. Falcid.* & ferè innumeros DD. per eum adductos Maranta *part. 1. controuers. resp. 28. num. 2.* Alij verò, & breuius dicunt illud dici legatum pium, quod pro anima relinquitur, ita Guid. Pap. *quæst. 576. num. 3.* glos. & Bart. *in l. si quis Titio ff. de leg. 2. & in l. Fusius §. 1. ff. ad Trebel.* Sal. *in repet. l. 1. C. de Sacrosanct. Eccles.* Paul. Comitol. *lib. 7. resp. moral. quæst. 4. num. 3.* Bald. *in auth. similiter C. ad l. Falcid.* quia ait dici legatum pium illud propter quod anima testatoris, vel cuiusuis Catholici subleuatur. 2

Ex dictis collige primò, dici legatum pium, quicquid relinquitur pauperibus, & egenis pupillis, viduis, peregrinis, auxilio proprio destitutis, vel ratione morbi, vel ætatis, expositis, & similibus quibuscumque miserabilibus personis in honorem Dei Omnipotentis, *l. id quod pauperibus C. de Episcopis, & Cler. & in auth. de Ecclesiast. tit. col. 9. §. si quis in nomine magni Dei cap. 6.* Abbat. *in cap. relat. num. 7. de testam.* & alij communiter, quos refert, & sequitur Marant. *cit. loc. resp. 13. num. 52.* qui vlterius addit dici legatum pium relictum diuiti pro anima testatoris, & proinde posse cogi per Episcopum legatarium ad distribuendum legatum pauperibus, probat latè Genuens. *practicab. Eccles. quæst. 447. per totum,* contra Roman. *in cit. auth. similiter C. ad leg. Falcid. num. 6.* contra quem fuit etiam decisum in Senatu Sabaudiæ, refert Anton. Faber. *lib. primo tit. 2. C. de Sacros. Eccles. diffin. 7. fol. 3.* Contrarium etiam tenet Barbos. *cit. loc. de iure Eccles. n. 6.* de Franch. *decis. 565. n. 5.* 3

Solet tamen in hoc casu dubitari, si legatum factum est pauperi consanguineo, an iudicetur pium; ita vt in eo procedat regula huius textus, & potiatur priuilegio piæ causæ partem negatiuam, tenent Classici DD. nempè Bald. Rom. Dec. Cæphal. Alciat. Menoch. & Sanchez loc. allegat. per Barbos. *de iure Eccles. lib. 3. cap. 27. nu. 10. in princip.* pro quorum opinione adducitur text. *in l. tutor §. quæ tutoribus ff. de excus. tutor.* & alij relati, per Merol. *tom. 1. d. part. 1. cap. 2. num. 849. vers. aliqui volunt.* Verùm contraria opinio nempè, quod censeatur pium, tenent alij magis communiter, quam opinionem præstant, valdè Mant. *de coniect. vltim. volunt. lib. 6. tit. 3. num. 25.* & Genuens. *pract. Eccles. quæst. 574. num. 3. & seqq.* cui respondent cit. text. *§. quæ tutoribus,* & alijs obiectionibus, sequitur P. Valer. *diff. for. inter vtrumque for. verbo legatum diff. 3.* post alios, quos refert Meroll. *cit. loc. vers. alij verò, sub vers. & primo,* & nouissimè Barbos. *cit. loc.* qui alios citat *sub vers. contrarium verò.* Verùm prædicti omnes admittunt opinionem dummodo legatum, non sit excessiuum, sed proportionatum ad necessitatem pauperis subueniendam, alias non iudicaretur pium, nisi in eo fieret mentio paupertatis, quia tunc etiam si esset excessiuum, iudicaretur pium, Barbos. *cit. loc.* post Ciarlin. *controuers. forens. cap. 33. num. 101. cum seqq.* nec huic opinioni omnino contrariatur Marant. *controu. for. resp. 3. num. 8. & 9. part. 1.* 4

Potest hic dubitari, si legatum fiat pauperi, quem testator ignorabat esse diuitem, an dicatur pium. 5

Respondetur, non esse pium respectu legatarij diuitis, sed respectu aliorum pauperum; debet enim in hoc casu legatum auferri à diuite, & dari pauperibus, tenet Bald. *in tit. 1. C. de Sacros. Eccles.* & sequitur Genuens. *practicab. Eccles. quæst. 447. num. 8.* Sed, si testator legauit scienter diuiti pro eius testatoris anima, adhuc legatum pium iudicatur; præsertim cessante fraude, ita post Tusc. *concl. 106. num. 20. 22. & 25. & concl. 332. num. 40.* tenet Carol. Marant. *tom. 1. controuer. iur. resp. 13. num. 54. qui num. 55.* ex hoc colligit, quod potest Episcopus exequens piæ causæ dispositionem diuitem compellere, vt legatum prædi-

prædictum in pauperes distribuar. Procedunt enim in hoc legato dispositiones, & priuilegia de legatis pijs loquentia, Anton. Faber. cit. lib. 1. tit. 2. C. de Sacrosf. Ecclesf. diffic. 7. fol. 3. testans, sie decisum in Senatu Sabaudiæ, quem etiam refert Marant. cit. loc. & notatum est hic
3 supra vers. ex dictis; Et hæc est magis recepta sententia, licet sit qui contrarium sentiat, vt est Mant. de coniect. vlt. volunt. lib. 6. tit. 3. num. 29. & seq. qui indistinctè tenet nunquam legatum diuiti factum dici pium.

Vlterius adeò legatum factum pauperi dicitur pium, vt si factum sit Nobili, qui bonorum satis non habet, vt possit viuere secundum suæ nobilitatis, & dignitatis conditionem, adhuc dicitur pium, ac secundum dispositiones piæ causæ iudicari debet, tenet Bald. in l. si quis ad declinandum num. 5. de Episc. & Cler. Tiraquel. de Nobilit. cap. 20. num. 148. Mant. de coniect. vltim. volunt. cit. lib. 6. tit. 3. num. 31.

7 Vnde est, quod si testator pauperibus distribui voluit legatum, quod amplum est, & magni momenti, potest illud inter Nobiles pauperes distribui, secus est, si legatum est paruum, tunc enim non potest inter Nobiles etiam pauperes distribui, docet Mant. de coniect. vlt. volunt. lib. 8. tit. 5. num. 3.

8 Et generaliter iudicatur legatum pium etiam, quod relictum est possidenti multa bona, quæ tamen non conueniunt qualitati, & conditioni suæ personæ; cùm in hoc casu non consideretur, an quis aliquid habeat necne, cum necesse sit vt bona satis habeat, vt possit viuere secundum suam conditionem, Menoch. de arbitr. cap. 65. num. 8. Tiraquel. de Nobilit. cit. loc. quem etiam sequitur Grat. discept. for. cap. 105. num. 30.

9 Legatum quoque factum pro maritandis puellis pauperculis, pium dicitur, & multò magis, cùm ipsa dos pia causa sit, ad text. in l. cum ii §. si in eaff. de condit. & demonstrat. & proinde in tali dispositione militat regula huius text. & gaudet priuilegijs piæ causæ, Barbos. de iure Ecclesf. lib. 3. cap. 27. num. 17. post Sanch. de matrim. lib. 1. disp. 4. num. 9. Marant. controuersf. tom. 1. resp. 3. num. 30. qui alios multos adducit, & probat per plures numeros sequentes.

10 Et licet, vt dictum est, dos pia causa sit, vt cum multis tenet Marant. cit. loc. num. 28. tamen in nostris terminis requiritur, quod dos disponatur fauore pauperis puellæ, non intuitu affectionis, & consanguinitatis, sed intuitu pietatis.

11 Ad hoc enim, vt pia causa dici possit duo necessariò requiruntur, nempè pietas personæ, & causa pietatis, idest, vt legatum sit factum pauperi, & intuitu pietatis, ita docet Bald. in l. illud num. C. de Sacrosf. Ecclesf. quem refert, & sequitur Sanch. de matrim. lib. 1. disp. 4. num. 9. Hanc doctrinam intellige, quando constat legatum esse factum intuitu affectionis, vel consanguinitatis; nam si sumus in dubio, etiam, quod sit factum consanguineis pauperibus, adhuc præsumendum est esse intuitu pietatis, & proinde pium, vt cum frequentiori opinione notatum est supra hic vers. solet tamen.

12 Supradicta procedunt non solum, quando legatum factum est pro maritandis puellis pauperculis. Sed etiam, & fortius, si pro monachandis illis, & proinde dicitur quoque in hoc casu pium relictum, & procedit dispositio huius text. iuxta doctrinam Bald. in cit. l. illud num. 2. notat Barbos. de iure Ecclesf. lib. 3. cap. 27. num. 161. & alij omnes.

Imò legatum factum pro maritanda certa determinata persona, debetur etiam, si dicta persona Religionem ingrediatur, colligitur ex §. sed & hoc auth. de Sacrosf. Eccl. coll. 9. & auth. nisi rogati C. ad Senat. Consul. Trebell. tenent communiter DD. refert Sanch. de matrim. lib. 1. disp. 33. num. 29. Id procedere, quando ex coniecturis non constat testatorem intellexisse de nuptijs; puta, si legauit puellæ, si nubat certæ personæ, vel si tertio legauit dummodo certam puellam duxerit in vxorem; Vel si testator loquutus est negatiuè, idest lego Titiæ, si non nupserit, in his enim casibus non debetur legatum, si puella Religionem petat, docet post Menoch. Mantic. & alios per ipsum citatos, Sanch. vbi supra num. 30. & seqq. Meroll. tom. 3. disp. 7. cap. 5. quæst. 1. diff. 3. num. 337. & seqq. vbi num. 344. tenet cum magis communi opinione, quod si legatum factum est pro maritandis puellis non determinatis, sed indefinitè, distribui non potest puellis Religionem ingredientibus, nisi legatum esset ad matrimonio collocandas nepotes testatoris, quia tunc dari posset nepti monachandæ, ita etiam Sanch. de matrim. lib. 1. disput. 33. num. 31. & seq. qui alios refert.

Posset hic dubitari an legatum factum pro maritandis puellis orphanis, valeat distribui habenti matrem tantùm, vel habenti patrem, sed ei inutilem. Et dicendum est posse; primò, quia appellatione orphanorum, in fauorabilibus venit habens tantùm matrem. Secundò, quia quæ habet patrem inutilem, satis dicitur orbata parentibus, ita post alios Grat. discept. for. cap. 666. num. 3. & 7. faciunt dicta per Franeb. decisf. 100. num. 18. qui dicit, quod mulier habens virum inutilem gaudet priuilegio Viduarum, est originalis doctrina Iasf. in l. fin. num. 3. ff. de off. eius.

Alia est etiam difficultas his terminis, an legatum factum pro dote puellarum pauperum, possit erogari iam maritatis, cui difficultati communiter dicitur, quod si testator legauit ad dotandas puellas, legatum potest dari iam noptis sine dote, vel cum modica dote, si vir sit pauper, & non possit onera matrimonij sustinere, Bald. Nouell. de dote part. 5. num. 12. Sanch. de matrim. lib. 7. disp. 91. num. 93. Genoensf. practicab. Ecclesf. quæst. 387. Sed si legatum factum sit pro puellis maritandis, non potest dari iam maritatis, Bald. in l. fin. num. 11. C. de sent. quæ sine certa quant. Saoch. & Genuensf. cit. loc. Et si legatum factum est pro maritanda certa puella debetur, quamuis illa tempore testamenti sit maritata, tenent quos sequuntur, & referunt Saneb. cit. loc. num. 65. & Meroll. tom. 3. disp. 7. cap. 5. num. 352. contra Mant. & Genuensf. Non tamen potest distribui legatum factum ad maritandas mulieres, viduis maritandis, ex coniecturata mente testatoris, probatur per l. boues §. hoc sermone ff. de verbor. signif. Iasf. in l. duobus §. si ei num. 2. de iureiur. Mant. de coniect. vltim. volunt. lib. 5. tit. 5. num. 21. Sanch. cit. loc. disp. 91. num. 55. Genuensf. practicab. Ecclesf. quæst. 388. Meroll. tom. 3. disp. 7. cap. 5. num. 365. & seqq. qui alios citat. Et secus dicit, si legatum factum, non est distribuendum inter mulieres pauperes, & quando vidua primum matrimonium non consumauerat, vel fuerat irritum, quando non reperiuntur puellæ ætate nubiles, & quando legatum factum est simpliciter mulieribus, pauperibus, quibus in casibus legatum potest solui etiam viduis maritandis.

Quæritur, quæ admitti possunt ad legatum factum pro maritandis puellis pauperibus Capuæ videlicet,

& Respondetur posse admitti non solum puellas, quæ Capuæ originariæ sunt, sed etiam quæ Capuæ domicilium contraxerunt, nam qui efficitur ciuis alicuius loci ratione domicilij maximè in fauorabilibus est commune apud omnes. Verùm concurrente cum originaria, hæc semper est præferenda; ciues enim originarij præferentur ciuibus ratione domicilij, Capiblanc. de auctor. Baron. prag. 10. num. 75. Valenz. consf. 73. num. 52. & in proprijs terminis Meroll. tom. 3. disp. 6. cap. 6. num. 181. vers. limitatur verò. Vbi etiam probat ad tale legatum posse admitti etiam puellas expositas Capuæ, cum præsumantur ciues illius loci, in quo expositæ sunt. Verùm in concurrentia debet præferri originaria, Nouar. quæst. for. part. 1. quæst. 161. num. 3. Similiter, potest admitti puella Capuæ Baptizata, nam ibidem dicitur renasci, & per Baptismum contrahitur ciuilitas, refert decisum in Reg. Camera Moles decisf. 53. dummodo non fuerit Baptizata, Capuæ in fraudem, Grat. discept. for. cap. 75. num. 16. Non tamen esset admittenda puella, cuius mater prægnans, Capuam petijt ad hunc finem, & statim nata puella patriam reuerterat, quia prædicta non gaudet priuilegijs talis loci, refert etiam fuisse pluries decisum Moles cit. decisf. 52.

Solet in his terminis difficultari, quomodo sit satisfaciendum legatum factum pauperibus, in quo casu dicendum est. Primò, tale legatum distribuendum esse pauperibus loci, in quo testator habuit domicilium, quia in eodem loco præsumitur testatorem habuisse maiorem affectionem, l. si quis ad declinandam §. vbi autem, & l. nulli §. sit autem de Episcopis, & Cler. gl. in cap. si pater verbo pauperes de testam. in 6. Fel. in cap. sicut num. 4. de simon. Tiraquel. de priuil. pia causa priu. 56. Maotic. de coniect. vltim. vol. lib. 8. tit. 5. num. 2. Surd. de alim. tit. 1. quæst. 93. num. 13. 13

num. 13. & alij, quos refert, & sequitur Meroll. cit. loc. num. 376. Qui id vlterius procedere dicunt etiam si quis testatus fuerit extra locum domicilij. Et, si testator in vno loco diutiùs vixerit, & ibi maiorem partem fortunarum habuerit, si deinde ad alium locum domicilium transtulerit, ibique breui decesserit, tunc legatum distribuendum est pauperibus primi domicilij, ita Mant. cit. loc. num. 2. vers. sed hoc in fin.

14 Item concurrentibus ad legatum factum pauperibus, pauperibus æquali egestate laborantibus præferendus est iustus, iniusto, & magis bonus, minus bono, quia circa eleemosynam hic ordo seruandus est, per tex. in c. non satis 86. distinct. vbi Præpos. num. 21. in fin.

15 Similiter in tali legato præferendi sunt consanguinei testatoris exteris, dummodo sint eodem modo pauperes, c. cæterum dist. 86. cap. peruenit 1. quæst. 3. Maior enim est pietas in alendis consanguineis pauperibus, quam in exteris, Abb. in cap. peruenit num. 1. de Arbit. & in cap. vt super col. fin. de reb. Eccl. non alien. Surd. de aliment. tit. 1. quæst. 93. num. 2.

16 Vlterius ad legatum pium, factum pauperibus debent prius admitti pauperes Moniales, quam viri, quia indigentia in Monialibus est magis periculosa, quam in alijs, cap. 1. de stat. regul. in 6. & cæteris paribus Monasterium Monialium dicitur locus pauperior, & magis pius, probat latius post alios, Surd. de alimen. tit. 1. quæst. 93. num. 25.

17 Eodem modo in legato prædicto, debet præferri senex Iuueni cęteris paribus, quia senex est debilior iuuene, & in eleemosyna eroganda præfertur, cap. consideranda 86. dist. Ripa in tract. de remed. ad conser. vbert. num. 136. & refert Surd. cit. loc. num. 27. qui num. 28. eadem ratione dicit inualidos, & infirmos præferendos esse validis, & sanis, §. si quis autem vnum in Auth. de Eccles. tit.

18 Dubitari solet in distributione facienda legati, facti pauperibus, an scilicet præferri in illo debeant pauperiores. In qua dubitatione dicendum est. Primò, concurrente pauperiore, qui extrema laborat indigentia, præferendum esse alijs pauperibus etiam consanguineis, & domesticis, quia illi prius subueniendum est, gl. in cap. non satis 86. dist. Ripa cit. tract. num. 174. Surd. cit. quæst. 93. n. 38. Secundò, si inter pauperes, qui concurrunt ad legatum prædictum non adest, qui laborat extrema necessitate, adhuc est præferendus pauperior cæteris paribus, quia vbi maior est periculum, ibi potius est succurrendum, l. 1. §. sed et si quis ff. de Carb. edict. cap. quiescendum 43. dist. Bal. in l. cum multa num. 3. vers. & ista est veritas, C. de donat. ante nupt. Mant. de coniect. vlt. volunt. lib. 8. tit. 5. num. 4. Surd. de alim. cit. quæst. 93. num. 16. & seqq. Grat. discept. forens. cap. 211. num. 25. & seq. Tertiò, si testator elegit, & deputauit certam personam ad distribuendum legatum inter pauperes electus, & executor prædictus non tenetur eligere magis pauperem, nam valet electio eius, qui pauper est, ad dicta per Bal. in l. id quod pauperibus quæst. 22. C. de Episcopis, & cleric. & in l. cum quidam de leg. 2. Bart. in l. vnum ex familia §. 1. in fin. ff. de leg. 2. Et hoc quoad forum Cæsaris, quod verò ad forum Dei tenetur omninò eligere pauperiorem, & causam magis piam, alias suam grauat conscientiam, prout notant Surd. cit. loc. num. 21. & Grat. vbi supra num. 27. contra Mant. loc. supra alleg. num. 6. pro quorum opinione facit, quia in dubio censetur relictum factum pauperiori, Alber. cons. 69. num. 8. Dec. cons. 72. col. pen. in primis, vers. & ideo debent, & alij, quos refert, & sequitur Grat. cit. loc. num. 28. Non tamen obligatur executor ad restitutionem, Meroll. cit. loc. num. 381.

19 Et generaliter loquendo legatum prædictum factum pauperibus, prius dignioribus debetur, quia semper digniores sunt prius eleemosyna subleuandi, argum. l. cum quidam ff. de leg. 2. notat post alios Surd. de alimen. cit. quæst. 93. num. 29. & alij, qui ex hoc principio deducunt pauperem nobilem, præferendum esse ignobili, & eo magis, quia infelicissimum infortunij, genus inter omnes mundi aduersitates aliquando fuisse felicem, c. consideranda, vbi gl. 86. dist. Surd. & Grat. cit. loc.

20 Ex dictis etiam colligitur, data æquali indigentia præferendos esse Religiosos mendicantes alijs egenis in legato pauperibus facto, faciunt dicta superius vers. item concurrentibus, vbi dictum est præferendum esse magis bonum, & perfectum minus bono, & perfecto, cum Religiosi Mendicantes perfectiorem vitæ statum elegerint, probat post alios Surd. de alim. tit. 1. quæst. 93. num. 35. & seqq. & faciunt dicta per Mantic. cit. titul. 5. num. 7.

Obserua hic, quod ex legato prædicto pauperibus facto non potest erogari vnicuique pauperi, nisi quantum sufficit ad subleuandum eius paupertatem, neque potest distributor transcendere mensuram distributionis, ita docet post Bal. in repet. 1. num. 31. de Sacros. Eccles. Mant. de coniect. vltim. volunt. lib. 8. tit. 5. num. 5. Nec si dixerit testator, quod legatum distribuatur inter pauperes, potest vni tantum pauperi legatum concedi, ita Bart. in l. 1. de option. leg. Bal. cit. loc. num. 31. Alex. consil. 109. num. 7. lib. 7. qui licet hoc intelligat, nisi aliter appareat ex coniecturis voluisse, vni tantum pauperi legatum erogari; tamen in hoc casu coniecturæ aliæ non sunt inquirendæ, cum sub plurali loquutione, sit loquutus testatur, quæ loquutio vno solo non est contenta, l. vltima ff. ad Treb. l. vbi numerus ff. de testibus. Et confirmatur, quia maior est pietas, & charitas, quæ pluribus prodest, Fel. in cap. omnes num. 4. 1. dist. probat Mant. cit. loc. num. 18. 21

Quæro, an executor datus à testatore ad distribuendum legatum pauperibus possit, si pauper est aliquid pro se, & sua familia retinere. 22

Respondent regulariter aliqui non posse per tex. in cap. tua nos de testam. & docet Card. Zabar. in clem. 1. col. penult. vers. vigesimu secundo de testam. & non solum, non potest aliquid pro se retinere, sed nec etiam aliquid potest dare filijs suis, si pauperes sint, ita Cald. cons. 31. de testam. tenent alij, quos refert, & sequitur Diana tom. 8. tract. 5. resol. 46. posse executorem pauperem, vel Regularem sibi consanguineis pauperibus, vel Monasterio aliquid distribuere, & hæc opinio in foro conscientiæ est secura, licet prima in foro fori verior sit, quoad ipsum executorem. Fallit tamen hæc opinio, quando executor, vel eius filij sunt valdè pauperes, & in summa necessitate constituti, tunc potest aliquid pro se, vel eius filijs retinere executor prædictus, ita idem Cald. cons. 39. cit. su. Bened. Capr. cons. 54. num. 18. quos refert, & sequitur Mant. de coniect. vltim. volunt. lib. 8. tit. 5. num. 9. vbi num. 11. & seqq. inuenies, quando executor prædictus possit ad præfatum legatum admittere suos filios spurios pauperes. Et quomodo possit eligere filium spurium testatoris, de Franch. decis. 565. num. 4. Dian. cit. loc. resol. 48.

Et quod idem executor possit ad dictum legatum admittere, & eligere suos consanguineos verè pauperes, nullam habet controuersiam, & docent Bal. in l. illud num. primo de Sacros. Eccles. Rom. in auth. similiter num. 3. ad leg. Falcid. Par. cons. 45. num. 15. vol. 3. Quoad verò consanguineos testatoris, non solum possunt eligi, sed debent præferri, vt dictum est supra vers. similiter. Quod, si testator legauit certam quantitatem distribuendam suis consanguineis pauperibus, debet executor eligere, & distribuere legatum in pauperes consanguineos proximiores, etiam si alij consanguinei sint pauperiores, docet post alios à se relatos Surd. de aliment. tit. 1. quæst. 93. num. 4. 23

Hic aduertendum est, quod si legatum sit factum certo pauperi, qui testatori præmoriatur non debetur hæredibus legatarij, nec euanescit, sed ad alium pium vsum conuerti debet iudicio Episcopi, qui finis non euanescit per mortem legatarij, docent Bart. in l. pater §. Tusculanus ff. de leg. 3. Abb. in cap. nos quidam num. vltimo de testam. & alij, quos refert, & sequitur Marant. controuers. tom. 1. resp. 9. num. 61. Sicut eodem modo dicimus legatum factum, pro maritanda certa puella paupertate grauata, si moriatur puella nominata, alia dotanda est, vt aduertit idem Abb. Tiraqu. de priu. pia caus. priu. 38. quod totum intelligunt DD. nisi testator contemplatus sit personam legatarij, non pietatem, Meroll. citato loco num. 360. 24

Dubitari potest in his terminis an executor, vel hæres præuenire possit tempus præfixum à testatore in distributione legati, facti pauperibus, & dotis dandæ pro maritandis puellis. In qua dubitatione verior videtur sententia affirmatiua, quia nullum præiudicium considerari potest, quoad futuros pauperes, nam legatum potius 25

credendum est fuisse factum, pro salute animæ testatoris; cui magis expedit celerius legamm solui ex ipsius defuncti tacita, & præsumpta voluntate, quæ habetur pro expressa. Et dilatio censetur potius data ad fauorem hæredis, qui potest illi renunciare; Et cùm simus in incertis pauperibus, & puellis non cadit affectio in futuris, quia possit verificari in præsentibus; ita, & latius probat Bald. *in l. post mortem num.* 10. *versic. sed pone testator C. de fideicomm.* Dec. *in l. cum in tempus in princ. de reg. iur.* Couarru. *in hoc cap. tua num.* 5. *de testament.* Mant. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 8. *tit.* 5. *num.* 20. Carthar. *dec.* 35. Anchar. *consf.* 2. *in* 2. *dub.* qui testatur de veriori opinione Grat. *discept. for. cap.* 73. *num.* 1. Vasqu. *de success. progress. lib.* 3. §. 26. *num.* 14. contra Bart. *in l. cum pater* §. *a filia de leg.* 2. Angel. & Ias. *in cit. l. post mortem num.* 6. Simon de Pręt. *de interpret. vltim. volunt. lib.* 5. *dub.* 2. *interpretat.* 1. *num.* 74. & Genuens. *practicab. Eccles. quæst.* 220. contra quos verior est prima sententia, quam etiam ex neotericis tenet Diana *tom.* 8. *tract.* 5. *resol.* 51. post Roderiqu. & Vasqu. per ipsum adductos post Metoll. *cit. loc. num.* 325.

Similiter, si testator legauit distribui pro eius anima, certam pecuniæ quantitatem post mortem suam inter pauperes, posse ab hærede etiam in vita ipsius testatoris distribui, de Franch. *dec.* 706. vbi addentes Ricc. *collect.* 512. *&* 769.

26 Dubitari etiam solet, si testator voluit pauperes, quibus distribuendum est legatum, vel puellas quibus danda est, dos eligit, per eius hæredem, & œconomos, siue Magistros certæ Ecclesiæ, qui plures sunt, & hæres vnus, quomodo eligant, & an possint Magistri eligere contradicente hærede. Et dicendum est Magistros, licet sint tres, vel quatuor, & plures, non habere maiorem vocem in electione prædicta, quam hæres habet, sed tantum possunt illi plures, quantum ipse hæres, & probatur per test. in *Auth. causa quæ*, vbi glos. Bald. & Paul. de Castr. *C. de Episc. & Cleric.* Ex quibus habemus, quid si committitur aliquid Capitaneo, & Antianis, tantum potest Capitaneus solus, quantum omnes Antiani, conferunt dicta Bertran. *consf.* 157. *volum.* 1. *part.* 1. qui tenet, quod si iurisdictio competit Decano, & Capitulo, tantam iurisdictionem habet Decanus, quantum Capitulum, probatur etiam ex *l. si quis Attio*, vbi vsusfructus relictus Attio, & hæredibus, debetur Attio, & hæredibus, id est medietas Attio, & altera medietas hæredibus, & in *l. Titius fundi ff. de hæred. instit.* coniuncti in re certa habentur pro vno, quoad diuisionem hæreditatis faciendam cum alio instituto.

27 Hic aduerte, quod legatum relictum per testatorem distribuendum pauperibus venientibus ad portam suæ domus, non potest distribui alijs pauperibus, nec etiam Hospitio, in quo sunt pauperes infirmi, probat multis argumentis Genuens. *practicab. Eccles. quæst.* 215.

Collige secundò, legatum alimentorum factum pauperi dici pium; probatur ex supradictis, & ex *l. nulla ff. de alim. & cib. leg.* aduertit Barbos. *de iure Eccles. lib.* 3. *cap.* 27. *num.* 18. Vnde est, quod licet legatum certè quantitatis regulariter non censetur, factum causa alimentorum; si tamen fiat pauperi præsumitur, factum in causam alimentorum, *l. cum hi*, §. *si annuum ff. de transact.* Bart. *in l. seruus ff. annu. leg.* Natta *consf.* 379. *num.* 2. *& seq.* Mant. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 3. *interpret.* 1. *dubitat.* 3. *solut.* 2. *num.* 7. *post medium*, Caualcan. *de vsufr. mulier. relict. num.* 166. Surd. *de alim. tit.* 9. *q.* 8. *num.* 14.

28 Et licet legatum incapaci factum puta seruo, &c. minimè debeatur; tamen, si est alimentorum saltem, si non ratione, æquitate debetur, ita Bald. *in l. id quod pauperib. num.* 27. *vers. vel potest dici C. de Episcopis, & Cler.* Bart. Castr. & alij *in l. serue alieno* §. 1. *ff. de leg.* 1. Ias. *in l. si victum n.* 6. *ff. de re iud.* multa Surd. *de alim. tit.* 3. *q.* 4. *n.* 13.

29 Hic aduerte, quod legatum alimentorum factum pauperi ob eius necessitatem, si ad pinguiorem fortunam venerit, non debetur; quia, quod statutum est ob paupertatem locum habet quatenus illa durat, & ea cessante non procedit, quod propter eam inductum est, *l. non tantum* §. *cos*, qui ibi, nisi facultates eorum adusta fuerint, *ff. de excusat. tutor.* Tiraqu. *in tract. cessan. cau. p.* 1. *num.* 179. *& num.* 193. Surd. *de alim. tit.* 2. *quæst.* 5. *num.* 7. Est enim generale, quod legatum erogatum ob necessitatem, non debeatur nisi necessitate exigente, fuit dictum *in Fauentina bonorum* 27. *Iunij* 1609. *coram D. Ludouis. decis. eiusdem* 443. *num.* 1. & refert Marant. *controuers. lib.* 1. *resp.* 35. *num.* 3. qui contrarium refert in legato alimentorum, *eodem loc. num.* 15. Quod, si iterùm pauperias, & necessitas superuenit, legatum resurgit, ita notat post alios Surd. *cit. tit.* 5. *q.* 7. *num. fin.*

Aduerte etiam siue legata sint alimenta, siue legatum sit aliud, quid distribuendum inter pauperes intelligitur, in dubio de pauperibus proprij domicilij testatoris, ita glos. *in cap. si pater verbo pauperes de testament. in* 6. Abb. *in cap. indicante num.* 4. *eod. tit. de testam. & cap.* 99. *num.* 5. Surd. *de alim. tit.* 1. *quæst.* 92. *num.* 12. *& seqq.* Marant. *controuers. part. prima resp.* 4. *num.* 97. qui alios refert dictum est supra *num.* 13. Idque ampliatur etiam si pauper sit alienigena, sed tamen incolit ciuitatem domicilij testatoris, quia adhuc censetur eiusdem ciuitatis, & ciuium gaudet priuilegio, glos. *in cap. statutum* §. *cum verò, super verbo eiusdem ciuitatis, & super verbo vnam dictam de rescript. in* 6. aduertit Genuens. *practicab. Eccles. q.* 217. *vers.* 1. *conclus.* post Bertrand. *consf.* 82. *vol.* 1. *part.* 1. 30

Collige tertiò, dici pium legatum, imò inter pia præcipuum, quod factum est Ecclesiæ Monasterijs, & alijs pijs locis, in quibus senes, debiles, & Infantes, & aliæ personæ miserabiles, & languidæ aluntur, & alia charitatis opera exercentur, Specul. *instrum. edit. num.* 62. indubitatum est, & colligitur ex *cap. relatum* 11. *de testam. & ex l. priuilegia C. de Sacros. Eccles.* & proinde in eo locum habet dispositio huius text. *cap. tua nobis*, & gaudet priuilegijs omnibus piæ causæ, Genuens. *practicab. Eccles. q.* 166. *num.* 3. 31

In his terminis controuertunt DD. cui debeatur legatum simpliciter factum Ecclesiæ, quæ in specie non est expressa per testatorem. Alij enim dicunt legatum esse nullum tanquam incertum, *argum. l. si ita fuerit post princip. & l. si de pluribus de reb. dub. & l. cum ex pluribus de manum. testam.* in quibus iuribus vitiatur legatum ratione incertitudinis. 32

Alij verò dicunt legatum deberi Ecclesiæ Romanæ, tamquam excellentiori, & eum sit caput aliarum Ecclesiarum, totius orbis terrarum, *l. inter Claras de sum. Trin. & fid. Cath.* & verba testamenti debent intelligi de nobiliori significatione, *l. his verbis ff. de hæred. instit.* refert Mant. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 8. *tit.* 6. *num.* 3. *&* 4. Vltimi verò tenent legatum prædictum deberi Ecclesiæ eius ciuitatis, in qua testator habuit domicilium, & hæc est magis communis, & verior sententia, prout testatur *eod. loc.* Mant. *num.* 4. *vers. tertia*, est verior opinio post alios per se relatus, & est decisum in §. *si quis in nomine in Auth. de Eccles. tit.* & hanc dicit esse Ecclesiam ipsius testatoris, Marant. *controuers. tom.* 1. *resp.* 4. *num.* 96. & Ecclesiam parochialem, Barbos. *de iure Eccles. lib.* 3. *cap.* 24. *n.* 92.

Sed si testator legauerit Ecclesiæ Sanctæ Mariæ v. gr. & in Ciuitate plures sunt Ecclesię huius inuocationis, nec apparet ex coniecturis de qua Ecclesia loquutus est, legatum debetur Ecclesiæ parochiali ipsius testatoris, si vocetur sub titulo Sanctæ Mariæ, iuxta supradicta hic *vers. praced.* & dicta per Barbos. *cit. loc.* post Mant. *cit. tit.* 6. *nu.* 6. *vers. sed aduertendum*. Sed si Ecclesia parochialis non habet talem inuocationem, sed aliæ sint Ecclesiæ, quæ illam habent, tunc legatum debetur Ecclesiæ pauperiori talis inuocationis, nisi aliter appareat ex coniecturis, dicimt in cit. §. *si quis in nomine*, glos. *indicante in verbo monasterio de testament.* aduertit Mant. *cit. tit.* 6. *num.* 6. Barbos. *cit. num.* 92. qui testatur de communi. Si verò vnica Ecclesia talis inuocationis Sanctæ Mariæ non in ciuitate, seu loco testatoris inueniatur, sed in eius territorio illi debetur legatum, iuxta decisionem text. *cit.* §. *si quis in nomine.* 33

Si testator legauerit Ecclesiæ, vel suæ Ecclesiæ parochiali, & duas habuerit Ecclesias parochiales, in quibus æqualiter, & promiscuè sacramenta recepit, nec ex coniecturis appareat de qua loquutus sit testator, tunc est locus gratificationi Episcopi, refert Couarru. *cap. indicante de testament. num.* 2. Costa *in cap. si pater verbo pauperes num.* 13. *de testam. in* 6. Barbos. qui alios cit. *alleg. cap.* 27. *num.* 93. Dixi procedere gratificationem Episcopi, nisi appareat ex coniecturis de qua Ecclesia senserit testator. Coniecturæ verò sunt, si in vna ex dictis Ecclesijs testator sepul- 34

sepulturam elegerit; si alteram magis diligebat. Si in vna magis, quam in altera versari consueuit, ita Mant. *de coniect. vltim. volunt. lib. 8. tit. 6. num. 6. vers. sed aduertendum in fin. & vers. seq.* Vel si vna ex dictis Ecclesijs, erat intra propriam parochiam testatoris, ita Couar. *cit. cap. indecante sub num. 2.*

35 Quod, si legatum relictum est Ecclesiæ alicuius Sancti, quæ in Ciuitate, & Diœcesi testatoris non inuenitur, deberi Ecclesiæ Cathedrali, tenet Mant. *de coniect. vltim. volunt. cit. tit. 6. num. 7.* Genuens. *in prax. cap. 72. num. 5. vltima impress. post cap.* & Fel. per eum adductos, & alij innixi dispositioni text. *si quis in nomine cit. Auth. de Eccl. tit.* Sed verè text. prædictus non dicit legatum deberi Ecclesiæ Cathedrali, sed Ecclesiæ ciuitatis, in qua testator domicilium habuerit, quam cum Maranta, & Barbos. *diximus vers. in his terminis*, dici Ecclesiam Parochialem, sed verè pro Cathedrali, facit magis communis sententia.

36 Solent in hac materia quærere DD., si testator legauerit Ecclesiæ Parochiali, simpliciter, Sancti nomine non expresso, & tempore testamenti habitabat in vna parochia, & tempore mortis in altera, cui parochiæ debeatur legatum.

Respondent nonnulli DD. deberi legatum Ecclesiæ, in qua erat testator tempore testamenti, ea ratione, quia in legatis attenditur tempus testamenti, per *l. si ita ff. de aur. & argen. leg. l. si cognatis ff. de reb. dub. & l. peto §. frater ff. de leg. 2.* vbi legatum factum cognatis debetur illis, qui erant tempore testamenti non ijs, qui erant tempore mortis, tenent Roman. *in Auth. similiter num. 91. C. ad leg. Falcid.* refert Mant. *de coniect. vltim. volunt. lib. 8. tit. 6. num. 18.* Et hoc nisi legatum credendum est fuisse factum habita consideratione ad sepulturam, & consequenter debetur Ecclesiæ parochiali, in qua erat tempore mortis, nisi alibi elegerit sepeliri, vt aduertit idem Mant. *cit. loc.* post Ioan. Andr. & Domin. *in cap. cum quis de sepult. in 6.*

Alij verò DD. contrarium respondent ad quæsitum, & tenent etiam quod legatum, sit magnæ quantitatis, & excedat onus sepulturæ deberi Ecclesiæ parochiali, in qua erat tempore mortis, si testator in totum mutauerat domicilium, adducunt *l. placet, & l. seq. ff. de liber. & posth.* Ex quibus argumentant inspiciendum esse tempus mortis, tenet Petr. de Anchar. *in cit. cap. cum quis de sepulturis*, quam sententiam iudicat magis æquam, & iuri consentaneam, Boer. *decis. 176. num. 4.* & sequitur Mantic. *cit. loc.* post relata contraria sententia, qui benè respondet ad *l. quas in contrarium adducunt aduersarij*. Hæc secunda sententia videtur magis communis, & probabilior. Tertiam sententiam tenet Genuens. *practicab. Eccles. quæst. 399.* quæ licet sit singularis est tamen æquitati proximior, nempè legatum prædictum deberi Ecclesiæ parochiali, quæ maius onus sustinuit in habendo curam parochiani testatoris, *arg. text. cap. cum quis de sepultur.* Vbi in principio disponitur Canonicam portionem deberi Ecclesiæ parochiali, in qua parochianus audit diuina, & percipit sacramenta, quasi iura considerent onera. Vnde iudicat ipse Genuens. esse contra rationem naturalem prædictum legatum tolli ab Ecclesia, in qua testator per plures annos habitauit, & percepit sacramenta, & dari Ecclesiæ, in qua testator per paucos dies habitauit, & mortuus est. Prædicta procedunt, nisi aliter appareat ex coniecturis plura in his terminis vlterius, Marant. *controuers. part. 4. resp. 88.*

37 Vlterius, si legatum sit factum omnibus Ecclesijs ciuitatis, ad illud non admittuntur Ecclesiæ postea constructæ, docent Bald. *in l. qui filiabus in fin. principij de leg. 1.* & ibidem Rapha. Cuma. & Imol. *num. 1. & num. 2.* qui restringendo sententiam dicit legatum prædictum censeri, factum tantum Ecclesijs constructis tempore testamenti, non tamen ijs, quæ fuerunt constructæ post testamentum, adhuc viuo testatore, hanc etiam opinionem, sequitur Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 8. tit. 6.* contra Ias. *in d. l. qui filiabus num. 12. & 13.* qui admittit ad legatum prædictum etiam Ecclesias futuras, cui opinioni, & eius rationibus benè respondet Mant. *cit. loc. n. 10. & seqq.*

38 Obserua etiam, quod si legatum sit factum Ecclesiæ, in qua testator elegit sepulturam, si deinde testator reuocauerit electionem, & alibi sepeliri elegit, dicitur quoque ademisse legatum, cùm enim cessat causa finalis legati, cessat quoque legatum, *l. cum tale §. falsam causam de condit. & demonstrat. & l. demonstratio §. quod autem vers. at si conditionaliter eod. tit.* Et defectus causæ futuræ, facit legatum deficere, *l. Epistolam in princ. ff. ad Trebell.* Et legatum relictum ob causam, tacita voluntate intelligitur ademptum, si causa non impleatur, *l. 2. de his, quæ sub modo*, tenent hanc opinionem Bald. *in l. si filia §. fin. ff. famil. herciscund. & in l. 1. C. de falsa causa ad leg. n. 12.* Abb. *in cap. in nostra num. 14. de sepult.* Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 12. tit. 2. num. 33.* Cancer. *lib. 3. variar. cap. 20. num. 184.* Genuens. *practicab. Eccles. quæst. 448.* Thor. *in sum. priu. piar. caus. priuil. 213.* Papon. *lib. 2. tit. 8. arrest. 5.* Marant. *controuers. resp. 9. nu. 59. tom. 1.* qui alios citat. Prædicta procedunt, quando sepultura fuit causa finalis legati, secus tamen est, quando fuit tantum causa impulsiua, tunc enim legatum non censetur ademptum, prout optimè probat argumentis, & auctoritatibus, Marant. *cit. resp. 9. per totum.*

Obserua quoque, quod si legatum factum sit Ecclesiæ 39
certæ, si illa destruatur, legatum non fit caducum, Grat. *discept. for. cap. 131. num. 15.* sequitur Marant. *cit. resp. 9. num. 68.* & proinde legatum prædictum Ecclesiæ Romanæ debetur, vt ijdem Grat. & Marant. notant; quod procedit, quando legata est certa quantitas; sed si legata fuerunt alimenta ministris Ecclesiæ contemplatione Ecclesiæ, si Ecclesia constructa perierit, legatum alimentorum non debetur, quia cùm sit factum ijs, qui Ecclesiæ inseruiunt, cessante seruitio, cessat legatum, firmat Surd. *de alim. tit. 5. q. 6. n. 25.* & sequitur Gratian. *cit. loc. n. 21.*

Eodem modo debetur legatum factum Ecclesiæ construendæ, quæ deinde non potuit construi, probat idem Marant. *cit. resp. 9. num. 69.* qui alios adducit. Et quod Ecclesiæ, vel hospitali construendo, absque scrupulo legati possit, & hæreditas relinqui, docet Gratian. *discept. forens. cap. 358. num. 1. tom. 2.* post Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib. 8. tit. 6. num. 12.* licet non possit donari secundum Abb. *in cap. nos quidem num. 2. de testam.* qui rationem diuersitatis reddit, etiamsi nec locus ædificij fuerit designatus, Meroll. *tom. 3. disp. 6. cap. 39. num. 15.*

Quæres, quid dicendum, si testator reliquit scuta mille pro construenda Ecclesia, quam deinde ipse testator in vita sua ædificauit, erogatis tantum quincentis.

Respondetur, posse Episcopum exigere ab hæredibus reliquos quincentos, & illos conuertere in vtilitatem ipsius Ecclesię, ita Meroll. *3. part. disp. 7. cap. 5. num. 359.*

Legatum, si fiat Ecclesiæ in qua est Confraternitas, 41
vel collegium, debetur ipsi Ecclesiæ, non verò Confraternitati, siue collegio, quia illius contemplatione potius censetur, factum *argum. l. statua ff. de vsufruct.* Innoc. & Ioan. Andr. *in cap. cum super de caus. poss. & propr.* Mant. *de coniect. lib. 8. tit. 6. num. 15.* Eodem modo legatum relictum Altari alicuius Capellæ, intus Ecclesiam constructæ debetur Rectori Ecclesiæ, non verò Altari, tenet Abb. *in cap. 1. num. 3. de success. ab intest.* notatum est de oblationibus hoc *lib. annot. 25.* Quod sanè intelligendum est, nisi legatum factum sit intuitu Altaris, non Ecclesiæ, & Altare habeat distincta bona, tunc etiam legatum debetur Rectori Altaris non Ecclesiæ, Felin. *in cap. dilectus num. 4. de off. ordinat. & in cap. ex parte 5. num. 4. de rescript.* Mantic. *de coniect. lib. 8. tit. 6. num. 16.* Et hoc nisi ex coniecturis appareat legatum, factum fuisse intuitu confraternitatis, vel Altaris, quia tunc confraternitati, vel Altari debetur, vt notat idem Mantic. & sequitur Genuens. *in prax. cap. 72. nu. 4. secundum vltimam impress.* qui nonnullas coniecturas pro confraternitate, vel Altari adducunt.

Quærunt hic DD. legatum, factum Episcopo, vel Re- 42
ctori Ecclesiæ, cui debeatur, Ecclesiæ ne, an Episcopo, vel Rectori? Et communiter respondent, quod aut legatum, factum est ab extraneo, aut à propinquo; in primo casu, videtur factum intuitu Ecclesiæ, & proinde illi debetur; in secundo verò casu censetur, factum intuitu personæ, & proinde illi non Ecclesiæ debetur; prædicta intelliguntur vera, nisi coniecturæ pro altera parte præponderent, explicat latè Mantic. *de coniectur. vltima*

volunt. lib.8. tit.6. num.17. & seqq. Et non solum, quando factum est legatum à propinquo, censetur factum intuitu personæ, sed etiam qoando factum est ab amico familiari, is enim consanguineo æquiparatur, Bald. in l. vt vam num.6. de sust. & iur. Ias. in l. qua dotis num. 74. ff. solut. matrim. Tiraquel. in l. si vnquam num. 79. de renocand. donat. Bald. in auth. licentiam num. 2. de Episcop. & Cleric. Couar. tom.1. in cap. requisisti num.7. de testam. Similiter, si legatum factum fuit Episcopo, vel Rectori benemerito, tunc adhuc censetur factum intuitu personæ, Socin. in l. cimbus num. 14. de reb. dub. & alij, quos refert, & sequitur Mantic. de coniect. cit. tit. 6. num. 19. Qui vlterius num. 20. addit, quod legatum factum Episcopo, vel Rectori propinquo, familiari, vel benemerito etiamsi sit expressum nomen Dignitatis iudicatur factum contemplatione personæ, Abb. cons.93. num.2. lib.2. Sicut è conuerso, quando legatum factum est Episcopo, vel Rectori, ab extraneo censetur factum intuitu Ecclesiæ, etiam si testator expressit nomen proprium Episcopi, vel Rectoris, Abb. cit. loc. & in cap. requisisti num.23. Bart. Paul. Castr. Socc. sen. & alij in l. cimb. de reb. dub. Ruin. cons. 202. num. 13. lib. 2. Mant. & Couar. cit. loc. contra Card.

Quod, si testator legauit Episcopo, vel Rectori Ecclesiæ ob causam, quæ respicit fauorem ipsius Ecclesiæ, vel animæ testatoris, tunc quia in ambiguis est inspicienda causa legati, l. vxorem in princ. de leg. 3. merito censetur factum legatum intuitu Ecclesiæ, Bart. in l. pater filius §. Tusculanus in fin. & in §. fundum cit. tit. & in l. cum pater §. dulcissimis de leg.2. Soc. in cit. l. cimb. num.14. Eodem modo conseruat factum legatum intuitu Ecclesiæ, si qualitas rei legatæ id demonstrat, puta, si legatæ sint vestes Ecclesiasticæ, calix, patena, & similia DD. communiter in cit. cap. requisisti de testam. Soc. in d. l. cimbus num. 14. Mant. cit. loc. vers. secundo debet post num. 19.

43 Legatum verò factum Canonicis, debetur ipsis Canonicis non autem Ecclesiæ, docet Abb. in cap. requisisti de testam. vbi etiam Couar. num. 10. Socin. qui testatur de communi in l.2. ff. de reb. dub. sequitur Mant. de coniect. vlt. volunt. lib.8. tit.6. num.22. Genuens. in prax. cap. 72. n. 7. & practicab. Eccles. quæst.401. Menoch. de præsumpt. lib.4. præsumpt.113. num.6. Grat. discept. for. cap. 533. num. 18 Barbos. de cap. & canon. cap.44. num.26. & alij, qui omnes aduertunt legatum prædictum spectare Collegio, & Mensæ Capitulari, non autem singulis de Capitulo; & proinde non esse diuidendum æqualiter inter Canonicos, sed esse diuidendum inter eos eo pacto, quo cætera ipsius Capituli bona diuidi solent, & plus vni, quàm alteri detur, habito respectu Ordinis Sacri, seu antiquitatis, vel alterius qualitatis vniuscuiusque secundum Ecclesiæ statuta, & consuetudinem, ita DD. prædicti, ac etiam Cæuall. comm. contra comm. quæst.278. ad med. part.1. Et licet sint, qui contrarium sentiant, tamen hanc contrariam sententiam declarant citati Authores locum habere, quando adessent coniecturæ, quod Canonici fuerint contemplati, vt singuli, puta, si præcesserint merita singulorum, vel si legatum non possit conuenire ipsi Collegio, sed singulis, ita Grat. Barbos. & alij supracitati.

44 Debetur tamen legatum Ecclesiæ, & non Clericis, quando Clerici non essent sæculares, sed Regulares, qui non possunt habere proprium, cap. requisisti de testam. Socin. in l. cimb. in fin. ff. de reb. dub. & in l. 1. num.20. & 21. ff. de vulgar. & pupill. Grat. cit. cap.533. num. 15. in fin. qui etiam damnat consuetudinem admittentem legata, acquiri Religioso, per sententiam Calder. cons.4. de consuetud.

45 Hic aduerte, quod si legata fuerit notabilis quantitas pecuniarum Canonicis pro Missis celebrandis, non possunt Canonici post mortem testatoris diuidere inter se pecuniam, & celebrare Missas iuxta eleemosynas solitas dari pro celebratione Missarum, sed tenentur pecuniam conuertere in annuos redditus, & in perpetuum celebrare Missas conuenientes redditibus; & hoc nisi aliud ex coniecturis appareat, vel nisi modica pecunia, sit legata, probat Genuens. in prax. cap.71. num. vlt. in annotat. & practicab. Eccles. quæst.41. num.3. & hoc potissimum ex coniecturata mente testatoris, cui vtilius est, quod in perpetuum celebrentur Missæ, latè Marant. part.1. controuers. resp.29. per totum.

46 Diximus legatum factum Clericis Regularibus omnino cedere beneficio Ecclesiæ, vel Monasterio, non verò ipsis Regularibus in particulari. Idque ampliatur, vt etiam inuito Regulari, cui factum est legatum possit à superiore Monasterij acceptari, Bald. in l. ex repudiatione num.1. de fideicomm. Nisi legatum sit factum sub conditione, si Regularis creatus, sit Episcopus, tunc enim post impletam conditionem, legatum non cedit vtilitati Monasterij, sed Ecclesiæ Episcopalis, licet secus pendente conditione, Mant. de coniect. vlt. vol. lib.8. tit.6. num.27.

Quod, si legatum factum est simpliciter Monasterio, 47 intelligitur de Monasterio posito in patria ipsius testatoris, prout docet Paris. cons. 24. num. 4. lib. 3. & sequitur Mant. cit. tract. lib.8. tit.6. num. 8. Genuens. in prax. cap. 72. num.15. Verum, si in dicto loco plura Monasteria reperiantur, legatum censetur factum Monasterio pauperiori, tenent communiter DD. per text. in §. in nomine Auth. de Ecclesiast. tit. argum. l. si quis ad declinandum §. vbi autem vers. sin autem de Episc. & Cler. glos. in cap. indicante in verbo Monasterio de testam. Socin. sen. in l. qua conditio §. cum ita num. 2. de condit. & demonstrat. & est commune; & si concurrat Monasterium Monialium, & Virorum cum æquali paupertate, præferri debet Monasterium Monialium, quæ pauperiores iudicantur, & proinde debent magis subueniri, quam Viri, qui possunt sibi melius prospicere, Mantic. cit. tit. 6. num. 6. vers. & ex hoc, & alij multi, quos congerit Barbos. de iure Eccles. lib.3. cap.27. nu.94. vbi etiam refert, quod inter ipsas Moniales præferri debent illæ, quæ post malam vitam ad meliorem conuersæ sunt Religiosis Virginibus, quod intellige concurrente æquali paupertate.

Quæ legata possint relinqui, & quæ non, atque acce- 48 ptari per Fratres Minores de Obseruantia Sancti Francisci, vide latè adducta per Marant. tom.1. controuers. resp.41. vbi in hac materia adducit Decretum Sacræ Congregationis Fabricæ Principis Apostolorum de Vrbe, & Barbos. de iure Eccles. lib.3. cap.27. num.75. & seqq.

In his terminis generaliter notandum est, quod lega- 49 tum factum professo, etiam expresso nomine proprio, Monasterio debetur, quia censetur factum contemplatione Ecclesiæ, argum. text. Clem. dudum in verbo indirectè de sepult. etiam si interim professus moriatur, l. filiosfamilias, vbi Bald. & Socin. num. 4. de condit. & demonstrat. de Ponte cons.6. num.72. & 73. lib. 2. Marant. controuers. tom.2. resp.5. num.32. Hinc ex tali legato deberi quartam Episcopo, firmat Lauor. var. elucubr. titul.11. cap.16. n.89.

Collige quartò, dici legatum pium, quod relictum est 50 pro sepultura, & Monumento construendo, Tiraquel. de priuileg. piæ caus. in præfat. col. 19. in paruis vers. item legatum factum ad restitutionem, Menoch. de præsumpt. lib.4. præsumpt.115. num.25. Intrigliol. singul.97. num.150. Ricc. in prax. 4. part. resol.352. num.2. Nouar in addit. ad Franch. decis. 565. vers. & quod pro sepultura, Barbos. de iure Eccles. lib.3. cap.27. num. 20. qui alios citat. Et vlterius addit dici legatum pium, quicquid relictum est pro sepultura, & pro sepeliendis mortuis, seu funeris impensa. Ex hoc casu sumptus pro constructione sepulturæ debeat commensurari, iuxta defuncti facultates, l. si quis sepulchrum §. funus ff. de relig. & sumpt. fun. Quod si certum legatum factum, sit pro constructione sepulturæ sub certa forma, puta centum ducatorum, si illa centum non sufficiunt, conuerti possunt in alium pium vsum arbitrio Ordinarij, seu in aliam sepulturam, docet Lauor. var. elucub. tit.2. cap.9. num. 92.

Collige quintò, dici pium legatum, quod relictum est 51 pro ornamentis Ecclesiasticis, vel pro eis, seu pro fabrica Ecclesiæ, vel luminaribus, vel alijs ad diuinum cultum temporalem, vel perpetuum pertinentibus, cap. fin. de testam. notat Specul. tit. de instrum. edit. nu.62. in fin. Quod si Ecclesia non indiget ornamentis posse per Episcopum legatum in talem causam commutari in alium pium vsum, probat abundanter Genuens. practicab. Eccles. q.214. num.4. & seqq. licet ipse in fine eiusdem quæstionis consulat recurrendum esse ad Sedem Apostolicam, vt tutiùs agatur, & faciunt infra dicenda.

Non solum potest testator legare, quod construatur 52 Ecclesia, sed etiam potest Ecclesiæ construendæ legare aliquam quantitatem, cap. nos quidem de testam. l. seruos ff. de aliment. & cibar. legat. vbi Bart. dicit, non solum

posse

posse legati tali Ecclesiæ, sed etiam posse institui, sicut posthumus alienus, l. Gallus §. ille casus ff. de liber. & posthum. licet Ecclesiæ construendæ donari non possit, cap. Abbate sane de sent. & re iudic. in 6. nisi quando donatio fit alijs, qui promitterent illam restituere Ecclesiæ ædificandæ, tunc enim adest persona, cum qua contrahitur; vel nisi Notarius stipularet pro Ecclesia construenda, in his enim duobus casibus, valet etiam donatio facta Ecclesiæ construendæ, ita Bart. in d. l. seruos, contra quam sententiam mordicus defendit Grat. discept. for. cap. 358. num. 34. veriorem esse sententiam indistinctè valere donationem factam Ecclesiæ construendæ, quasi promissio fiat Deo, qui pro Ecclesia est præsens, & acceptat, qui benè resp. cit. capit. Abbate sane.

53 Aduerte, quod legata facta Ecclesiæ construendæ, vel alio pio loco construendo debent tradi sine aliqua diminutione, ita vt etiam fructus medij temporis sint illi assignandi, quia dies in hoc casu non dicitur apponi fauore hæredis, sed Ecclesiæ, nam si illa fuisset constructa tempore testamenti, testator reliquisset de præsenti non in diem, ita Abbas in cap. nos quidem num. 7. de testament. vbi etiam Cardin. col. vltim. in princ. quæst. 8. & Imol. col. 3. in fin. num. 16. probat Genuens. practicab. Ecclesi. quæst. 248. & Grat. cit. cap. 358. num. 15. & seqq. qui num. 20. & seqq. ampliat dictum etiam si fuisset per Episcopum data dilatio hæredi ad construendam Ecclesiam, quia talis dilatio, non debet hæredi prodesse, vt faciat fructus suos, Bart. cons. 58. in fin. lib. 2.

54 Quod si Ecclesia, vel Monasterium in certo loco construi legatum, ibidem non possit ædificari; tunc potest Episcopus illud in alio loco construi mandare, & sic locum commutare, Monet. de commut. vltim. volunt. cap. 5. num. 330. Gambac. de off. leg. lib. 6. num. 227. & seqq. Barbos. de iure Eccles. lib. 3. cap. 27. num. 49. & patebit latius ex infra dicendis, quando Episcopus possit pias dispositiones commutare.

55 Collige 6. dici legatum pium, quod factum est pro exoneratione conscientiæ, & pro emendandis furtis factis, atque pro restituendi malè ablatis, incertis, distribuendum pro tali causa Ecclesijs, pauperibus, ac alijs pijs locis, vel miserabilibus personis, dicitur enim hoc legatum quasi Deo factum, & pro salute animæ, dicit Addit. ad Specul. tit. de instrum. edit. num. 62. lit. G. & proinde dici multo magis, quam alium pium, cum absolutè necesse sit, hæc debita restitui ad effugiendum æternæ damnationis periculum, & gaudere priuilegijs omnibus piarum causarum, asserit Marant. controuers. tom. 1. resp. 22. num. 14. & seqq. Nouar. in addit. adde Franch. decis. 565. vers. adde autem, & in trac. de incert. & mal. ablat. priuil. 1. num. 11. & 12. Thor. in summ. priuil. piar. caus. priuil. 112. col. fin. & priuil. 250. Monet. de commut. vltim. volunt. cap. 4. quæst. 3. num. 52. Grat. discept. for. cap. 379. ferè per totum, Valer. de diff. inter vtrumque for. verbo legatum diff. 3. in fin. Bonac. tom. 2. de contract. disp. 3. quæst. 17. punct. 8. §. 2. in prima propos. verbo idem censeo.

56 Hoc legatum exequitur hoc modo, primo soluitur Domino, à quo acceptum fuit, si inueniri potest, quia si peracta diligenti perquisitione, inueniri minimè potest, tunc pauperibus, vel alijs pijs operibus elargiendum est, nec necessario elargiendum est pauperibus, cum sufficiat illud solui quoque pio operi; & tunc dicitur solutum Christo Domino, qui est hæres vniuersalis omnium incertorum, probat abundanter, & doctè iuxta sui morem. Marant. controuers. 1. lib. resp. 22. num. 60. & seqq. qui num. 62. ex hoc dicit nullum ius competere pauperibus ad petendum hoc legatum, licet licitè possit illud eis dari, & solui. Sed hodie ex priuilegio Fabricæ Sancti Petri, hoc legatum potest exigi per commissarios Fabricæ, vt dicemus infra §. 2. versic. similiter cedunt.

57 Dubitatur, an executor datus ad soluendum legatum hoc male ablatorum, vel furtis factorum possit conueniri à creditoribus testatoribus ad soluenda debita maturata in vita testatoris. Pars affirmatiua potest defendi, quia lapsis solutionum terminis dicitur defunctum iniuriam inferre creditoribus non soluendo; vnde peccat in non soluendo in termino, & frangitur promissio cap. 1. & 3. de pactis; Et dicto termino elapso retinetur alienum inuito Domino, l. doli §. circa de except. dol. Vnde merito videtur dicendum posse executorem prædictum compelli ad solutionem, tenet Specul. tit. de instrum. edit. num. 69. vers. septuagesimo tertio, de hoc autem quæritur, vbi Addit. lit. D. & sequitur Archid. in cap. si res in princ. quæst. 6. & videtur sentire Vincent. de Franch. decis. 612. num. 4. Pars negatiua, & sic opinio, quod talis executor siue ad emendanda furtis facta, idest pœnas propter delicta incursas, siue ad restituendum malè ablatum, non possit conueniri à creditoribus prædictis, videtur iuri conformior, iuxta notata per Alber. in dictionar. vers. furtis facta ad fin. & Bald. in l. id quod pauperibus quæst. 8. num. 21. C. de Episcopis, & cler. Capr. de execut. vltim. volunt. membr. 6. num. 138. quos videtur sequi in vtroque executore tam furtis factorum, quàm malè ablatorum, Grat. discept. for. cap. 329. num. 11. & seqq. qui num. 16. & seqq. Vlterius probat, quod legatum factum ad satisfaciendum creditoribus, non dicitur ad pias causas, & inter satisfactiones debitorum, & pios vsus sit differentia, iuxta dicta per Tiraqu. de priu. pia caus. in præfat. in fin.

Legatum hoc pro exoneratione conscientiæ, ac malè 58
ablatis incertis, potest liberè per R. Fabricam Sancti Petri exigi, nam prædictæ Fabricæ applicata fuerunt per Pium V. ac declarauit Sacra Congregatio, prout refert post Quarant. Marant. controuers. resp. 22. num. 82. par. 1. quæ Fabrica potest legata prædicta vindicare etiam ab Ordinarijs locorum, prout disponitur per Sacram Congregationem alleg. declaratione.

Dubitatur in his terminis, an legatum factum Ecclesiæ, 59
vel alio pio loco, pro salute animæ præsumatur factum pro malè ablatis, & restitutione facienda, vel potius ex liberalitate. In qua dubitatione tenet Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 6. tit. 3. num. 34. & alij, quod prædictum legatum credendum est fuisse factum ex liberalitate, & pro remissione peccatorum, non verò pro malè ablatis in dubio. Contrariam sententiam defendit Genuens. practicab. Eccles. quæst. 439. in fin. nempè credendum est legatum, fuisse factum pro restitutione, si testator negociationem, vel exercitium exercuit, in quibus solent committi fraudes, vel si habuit malam famam vsurarij.

Potest testator grauare hæredem, vt restituat malè ab- 60
lata tantæ quantitatis, secundum quam iurauerit petens illa, cuius iuramento statur, Ioan. Andr. in cap. quamquam de vsur. in 6. Bald. in l. 1. C. de Sacros. Eccles. Bursat. cons. 226. num. 108. vol. 3. Sicut potest Episcopus stare iuramento petentis vsuras, si testator grauauerit hæredes de restituendo malè ablata, dummodo præcedat aliqua notitia, Io: Andr. & Bald. cit. loc. Ang. de Aret. trac. de testam. in gl. item reliquit pro incertis, & malè ablatis.

Conferunt DD. huic legato facto pro malè ablatis, pro 61
exoneratione conscientiæ, atque pro emendatione satisfactorum nonnullos fauores, & priuilegia. Primò dicunt illud esse irreuocabile, & habere vim confessati debiti, licet sit factum parte absente, Angel. in l. cum quis decedens §. Codicillis de leg. 3. Afflict. decis. 164. num. 5. Franc. Marc. decis. 46. par. 1. Viui. decis. 412. num. 24. lib. 3. Genuen. practicab. Eccles. quæst. 170. Nouar. ad decis. de Franch. 565. vers. tertium priuileg. Marant. qui omnes adducit controuers. tom. 1. resp. 22. num. 16. & seqq. An verò tale legatum factum in primo testamento iudicetur reuocatum per secundum testamentum, in quo de illo non fit mentio, Genuens. practicab. Eccles. quæst. 485. Marant. cit. loc. num. 24.

Secundò dicunt DD. hoc legatum factum pro exonera- 62
tione conscientiæ, ac restitutione malè ablatorum minuere legitimam filio debitam, ita notat Marant. cit. loc. n. 21. vbi refert omnes pro hac sententia post Nouar. cit. loc. vers. sextum priuilegium, & in tract. de incertis, & male ablat. priuil. 5. num. 5. & seq. & priuil. 6. num. 8. & seq. & hæc est magis vera, & communis sententia contra Ioan. Dominic. Coscia I. C. Comitem Palatinum, & in almo Gymnasio Neapol. iuris Pontificij professorem primarium virum non vulgaris litteraturæ in suis respons. Miscell. quæst. 6. n. 8. qui tenet, quod legatum ad exonerationem conscientiæ, non minuat legitimam cuius opinio vera est in alijs pijs legatis, vt dicemus inferiùs.

Tertiò DD. fauore huius legati facti pro restitutione 63
malè ablatorum, & exoneratione conscientiæ dicunt illud deberi rupto testamento ob præteritionem filiorum

fa-

factam, siue scienter, siue ignoranter, iuxta dispositionem Auth. ex causa c. de liber. praeter. tenet Bald. Angel. & Imol. in l. filio praeterito ff. de inust. rupt. & in l. miles §. miles ff. de milit. testam. Ias. & alij in cit. Auth. ex causa, & in l. precib. C. de impub. Tiraq. de priuil. pia caus. priu. 68. Vasq. de success. resolut. lib. 1. §. 8. num. 61. Genuens. practicab. Eccles. quaest. 484. in fin. Nouar. in addit. ad Franch. decis. 565. vers. quintum priuilegium, Marant. cit. resp. 22. num. 23. Vbi dicit, quod non reuocatur per superuenientiam liberorum, quia dicitur legatum non voluntarium, sed necessarium.

64 Quartò, Statutum disponens, quod de legatis debeatur gabella, vel quod insinuentur non comprehendit hoc legatum factum pro exoneratione conscientiae, & restitutione malè ablatorum, incertorum, docet Bald. in l. si seruo ff. de hered. institut. Corset. in verbo statutum 18. Brun. de legib. in verbo Gabella, quos refert, & sequitur Nouar. ad decis. de Franch. adde autem in fin.

65 Quintò, filio instituto ac grauato restituere haereditatem intelligitur, si sine filijs decesserit per tex. in l. cum auus ff. de condit. & demonstr. & l. cum acutissimi C. de fideicommis. vbi DD. communiter. Verùm fauore huius dispositionis piae, pro exoneratione conscientiae, & restitutione malè ablatorum, si illa sit substituta, non intelligitur illa conditio, si sine filijs, &c. tenet Soc. in cit. l. cum auus col. 25. Dec. in l. generaliter col. 3. C. de instit. & substitut. Gabriel. lib. 3. conclus. 2. num. 15. Menoch. de praesumpt. lib. 4. praesump. 89. num. 125. & alij, quos refert, & sequitur Nouar. ad decis. de Franch. 565. secundum priuilegium, & proinde dispositio cit. l. cum auus, non habet locum, quando testator praedictam piam causam apponit.

66 Sextò, communiter dicimus tacitam pupillarem substitutionem, non habere locum contra Matrem, l. vltim. de instit. & substitut. l. precibus C. de impub. & alijs substit. l. iam hoc iure ad fin. de vulgar. & pupil. substitut. nisi aliud ex coniecturis appareat, Bart. in l. in testam. num. 3. C. de testam. milit. multa Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 5. tit. 15. per totum; tamen fauore huius dispositionis factae pro exoneratione conscientiae, & restitutione malè ablatorum, incertorum, si ipsa pia causa est substituta matrem excludit in hoc casu, ita tenet Mant. cit. tit. 15. num. 34. & seqq. post Angel. in cit. l. precibus num. 5. vers. idem dico, Paul. Castr. num. 8. Alex. num. 6. Ias. num. 8. vers. inter alias, Dec. num. 14. Curt. Iun. num. 29. & 30. Riminald. num. 135. nouissimè Nouar. in addit. ad decis. de Franc. decis. 565. vers. quartum priuilegium.

67 Septimò, damnatus ad mortem naturalem, non potest testamentum facere, nec etiam ad pias causas, Bart. in repet. l. 1. n. 26. C. de Sacros. Eccles. Abb. in rubr. de testament. num. 11. qui testatur de communi, & in consil. 63. volum. 1. & hoc de iure Digestorum, secus de iure Nouellarum, ex quo iure potest damnatus testari, nisi delictum publicationem irrogat, latè Baiard. ad Clar. lib. 3. §. testamentum quaest. 21. num. 2. & seqq. Attamen fauore legati, & dispositionis pro exoneratione conscientiae, & restitutione malè ablatorum praedictorum, potest damnatus praedictus etiam pro crimine, pro quo imponitur publicatio, & de iure Digestorum testari, Ioan. And. in c. quamquam in verbo dominus meus, vbi etiam Anch. notab. 14. & Gemin. ver. omnes autem colum. 6. vers. sed pone de vsur. in 6. Bal. in l. vltima col. 3. vers. & ideo, c. sit non compet. iud. Roman. consil. 164. & consil. 199. col. vltim. Decian. trac. crim. lib. 2. cap. 17. num. 4. & 5. 1. vol. qui aduertit dummodo constet de malè ablatis.

68 Octauò, licet donatio reuocetur per superuenientiam c. filiorum ad tex. in l. si vnquam C. de reuocand. donat. tamen facta pro restitutione incertorum, & malè ablatorum, ac pro exoneratione conscientiae non reuocatur, & dispositio cit. leg. si vnquam non habet locum in hac dispositione, quia illa non videtur gratuita, sed potius restitutio rei debitae, multa Mascard. de probat. concl. 1280. num. 155. Tiraquel. in l. si vnquam cit. num. 72. Nouar. in ad. ad de Franch. decis. 565. vers. octauum priuilegium.

69 Nnnò, licet confessio facta in testamento regulariter, non probat ad latè tradita per Mascard. de probat. concl. 359. per totum; tamen fauore legati pro restitutione malè ablatorum, & exoneratione conscientiae plenè probat, prout notat idem Mascard. cit. loc. nu. 25. & seqq. Marant. 1. tom. controuers. resp. 22. num. 25. & seqq. qui alios citat, & est commune; ita etiam dicimus supra vers. conferunt habere vim confessati; quod non procedit in praeiudicium tertij, vt contra Paris. consil. 10. num. 134. vol. 2. tenet post alios Mascard. eod. loc. num. 31. & seq.

70 Decimò, fauore huius legati pro exoneratione conscientiae, & restitutione malè ablatorum, tenent DD. quod de tali legato non debetur vlla portio Canonica Episcopo licet ex alijs pijs legatis deberetur, Bald. in l. si quis §. in omnibus num. 23. vers. sed modo c. de Episcop. & Cler. Maresc. variar. resolut. lib. 1. resol. 112. cas. 58. vers. sed quidquid. Hoc enim legatum adeò integrè debetur, vt nullam admittat diminutionem, quamuis haereditas, non sufficiat ad solutionem aliorum legatorum, Tusch. lit. L. conclus. 144. num. 4. & lit. M. conclus. 23. num. 3. & 6. Surd. de alim. tit. 8. priuileg. 30. num. 20. qui dicunt, quod legatum praedictum deducitur ante omnia alia legata, Marant. par. 1. controuers. resp. 22. num. 36. qui alias citat DD. & etiam si alias non constet de malè ablatis, nisi per confessionem testatoris, probat Surd. cit. loc. num. 10. vers. vt tamen contra alios per ipsum relatos.

71 Quaero, si testator reliquit pro malè ablatis centum, quae deinde fuerunt reperta, non excedere quinquaginta, an teneantur haeres alios quinquaginta, qui supersunt erogare in alium pium vsum.

Resp. difficillimum esse hanc probationem, malè ablata non correspondere quantitati legatae; nihilominus, si hoc verè sciri potest, distinguendum est, si testator dixit nolle centum praedicta expendi in aliam causam, tunc non tenetur haeres nisi ad quinquaginta; sed si hoc non dixit, erogandi sunt alij quinquaginta in alios pios vsus, ita Add. ad Specul. tit. de instrum. edit. num. 62. Lit. G. ad fin. Genuens. practicab. Eccles. quaest. 527. Meroll. tom. 3. disp. 7. cap. 5. num. 362.

72 Collige septimò, connumerari inter piam causam, & dispositionem legatum, vel donationem factam pro refectione, & constructione pontium, viarum, murorum, & fossatorum ciuitatis, & castrorum, & similium, ea ratione, quia praedicta deseruiunt etiam pauperibus, & miserabilibus personis, quae inibi inhabitant. Sicut eadem ratione dicitur pia dispositio, quae facta est pro custodia Ciuitatis, & locorum, tenet Specul. cit. tit. de instrum. edit. sub nu. 62. vers. item etiam, & vers. vel ad refectionem, Alex. in l. 1. §. ad municipum ff. ad leg. Falcid. Ioan. Andr. in cap. sua nobis versic. alios de decim. Nauar. cap. 7. num. 93. & de reddit. Eccles. monit. 26. quaest. 1. num. 2. Bald. in l. quod pauperibus C. de Episcopis, & cler. Nouar. in addit. ad Franch. decis. 565. vers. & pro refectione, & vers. dicitur etiam. Et hoc maximè, si concurrit necessitas, quia tunc nulli dubium est, quia dicatur pia causa, Barbos. de iur. Eccl. lib. 3. cap. 27. num. 21.

73 Collige octauò, dici legatum pium, quod factum est fauore libertatis, Bart. in l. proxime in fin. de iis, quae in testam. delen. Bal. in l. vnica circa finem vers. ad hanc pietatis rationem de commun. ser. manu. Roman. consil. 428. num. 2. Socin. sen. cons. 116. num. 24. in fin. & in l. 1. num. 5. ff. solut. matrim. qui omnes loquuntur de libertate seruo legata. In quo legato tenent DD. esse deducendam coniecturam fauore libertatis, etiam quod verba testamenti repugnent; vnde libertas relicta sub conditione, censetur purè data, notat post alios Mant. de coniect. vltim. vol. lib. 6. tit. 3. n. 47. qui vlterius addit, quod fauore libertatis fit extensio de persona ad personam, de quo etiam per idem Mant. eod. tract. lib. 3. tit. 19.

74 Non solum est legatum pium factum pro seruis captiuis liberandis; sed etiam pro detentis in carcere, soluere enim à carceribus in illis detrusos pium omnino opus est, Bal. in l. illud nu. 1. C. de Sacr. Eccles. Tiraquell. de pia caus. in praef. fol. 10. vers. item relictum col. 4. & leg. 16. connub. gl. 8. num. 286. & seqq. Surd. decis. 86. num. 15. Gizzarel. decis. 4. num. 29. & seqq. Rot. decis. 63. par. 2. diuers. Grat. discept. for. cap. 108. in princ. Barbos. de iure Eccles. lib. 3. cap. 27. num. 14. Marant. par. 1. controuers. resp. 3. num. 52. qui n. 53. tenet multò magis dici miserabilem detentum in carcere, quàm qui aegestate premitur, per tex. in l. si quis ad declinandum C. de Episcopis, & cler. Et haec procedunt, siue quis detineatur in carcere pro debito priuato, siue pro maleficio, semper enim pia causa est carceratos praedictos liberare,

rare, notat post multos per eum relatos, Marant. *cit. loc. num. 54. & seq.* Gratian. *cit. cap. 108. num. 5.*

75 Hinc fauore huius pijssimæ causæ inductum est posse Vxorem alienare partem fundi dotalis, aut se obligare pro redimendo virn è carceribus, secundum magis communem, & veriorem opinionem, quia prohibion alienandi fundum dotalem, non extenditur ad alienationem necessariam, Surd. *decis.* 86. Thes. *decis.* 223. *num.* 7. Et licet aliqui DD. loquantur io casu redemptionis captiuorum, tamen idem in liberatione à carceribus pro viro, ita Surd. Thes. *loc. cit. & alij*, Rota *decis. 62. num. 5. par. 2. diuers.* Et in Regun passim conceduntur Regij assensus, pro obliganda Vxoris dote ad finem excarcerandi virum.

76 An autem fauore libertatis, hoc legatum pro liberandis captiuis, vel excarcerandis in carcerem detentis minuat legitimam, & præferatur aliæ piæ causæ, vide latè adducta per Barbos. *de iure Eccles. lib. 3. cap. 27. num. 15.* vbi refert DD. pro vtraque sententia.

77 Vlterius fauore libertatis disponitur in iure, legatum factum pro tali causa in anno, deberi in principio anni, non io fine, statutum est in *l. si ita fuerit libertas relicta ff. de manumiss. testam.* quem fauorem extenduot DD. ad omnia alia pia legata, & piam causam, Rom. *in Auth. similiter C. ad leg. Falc. in l. qui hoc anno ff. de verb. oblig.* Salic. *in l. 1. C. quand. dies leg. ced.* Angel. *in l. ex his eod. tit.* Euerard. *in loc. à libertate ad piam causam.*

78 Alium quoque fauorem conferunt DD. legato facto in causam libertatis, & est, quod si reperiatur deletum, siue cancellatum præsumitur inconsultò, & caso deletum, si noo constet de mandato testatoris, & eius voluntate, ita deciditur *in l. proximè ff. de his, quæ in testamento delentur.* Quod communiter dicuot DD. procedere, in quauis alia pia causa, ita Bart. *in cit. l. proximè in fin. & in §. nomen* Roman. *in auth. Similiter C. ad leg. Falcid.* Tiraqu. *de priuil. pia caus. priuil. 16.* Rendina *in promptuario receptor. sentent. de leg. titul. 65. num. 31.*

79 Conceduot DD. legatum factum pro liberatione carceratorum, posse expendi in impediendo, ne quis in carcerem detrudetur, quando certum est proximè detrudendum, nisi legato illi subueniatur, ita post Diana *4. par. tr. 4. Miscell. resolut. 140. versic. nota tertio.*

80 Collige nonò, dici quoque legatum pium, & fauorabile, ac causæ piæ æquiparari legatum factum causa studij, probatur apertè in text. *l. 1. ff. solut. matrim.* Tiraquell. *de priuileg. pia caus. in præfat.* Grat. *discept. for. cap. 254. n. 46.* & potissimum ratione, quia hoc legatum respicit publicam vtilitatem, & causam fauorabilem, Marant. *par. 1. controuers. resp. 129. num. 49. qui alios citat:* & licet sit, qui de hoc dubitet; vnde dixeruot aliqui legatum prædictum factum pauperi, vel pro studio Sacræ Theologiæ, ac Sacrorum Canoοum dici pium, quasi contrarium sentientes extra hos casus, tamen magis communis, & recepta sententia tenet indistinctè, hoc legatum dici pium, saltem largo modo, sicut pium dicitur legatum factum pro custodia Ciuitatis, & refectione murorum, ex quo publicam causam, concernunt Barbos. *de iure Eccles. lib. 3. cap. 27. num. 19.* post Ciarlin. & Magdalen. per ipsum adductos, Grat. *discept. for. cap. 62. num. 4.* post Bal. *in l. 1. col. 12. de leg. 2.*

81 Legatum librorum dicitur causa studij, & eandem sortitur naturam, probat abundanter Grat. *cit. loc.* quod intelligitur de libris, quos testator habebat tempore testamenti, itaut si post legatum testator alios libros comparauerit, noo veniunt in legato, nisi de illis expressè dictum sit, Bald. *cons. 284. num. 1. vol. 2.* Mant. *de coniect. vltim. volunt. lib. 3. tit. 11. num. 2.*

82 Io hoc legato facto pro subsidio studij aduertendum est. Primò, quod illud præstari debet io loco, in quo legatarius studio incumbit, Bal. *in l. sed et si susceperit §. si liberis ff. de iudic.* Duen. *regul. 161. num. 12.* Peregr. *de fideicommiss. art. 53. num. 6. ad med.* Sim. de Præt. *de interpret. vltim. volunt. lib. 4. dub. 11. interpr. 1. num. 108. fol. 432.* Nam ex conditione personarum, talem præsumendum est fuisse voluntatem legantis, Bart. *in l. item illa col. fin. ad medium vers. quod semper num. 13. de constit. pec.* per tex. in *l. ad personas de iureiur. & in d. §. si liberis in fin. 2. notab.*

Fallit tamen suprapposita sententia, quando fuit solitum legatum alibi solui, vbi enim cœpit debitor soluere, ibi cogitur perseuerare in solutione, *l. si fideicommissum §. fin. de iudic.* Ias. *in l. 2. ad fin. vers. in secunda parte num. 9. C. de fideicomm.* Semper enim, quod quæritur, vbi solutio est facienda, attenditur consuetudo, Bart. *in l. suo victu num. 1. de oper. liber.* Vnde cùm hæres ita consueuerit, præstare videtur, ex hoc quasi contrahere cum legatarijs, *l. ex maleficijs §. hæres de act. & oblig.* Et per vnicum actum solutionis inducitur hoc solitum, *l. mela, §. quid ergo de alim. & cibar. leg.* Alex. *cons. 5. num. 23. col. fin. vers. non obstat etiam lib. 5.* quicquid aliud prætendat probare in puncto iuris, Surd. *de alim. tit. 4. quæst. 16. num. 35.* cuius opinio est minus vera, & reprobata per Grat. *discept. for. cap. 62. num. 5.* & ipsemet Surd. testatur contra ipsum seruari in praxi.

83 Quando verò debeatur hoc legatum in subsidium Scolaris studentis, dicendum est, quod cùm hoc legatum soleat esse annuum, & cedere in alimenta scolaris, si taxatum est per testatorem io certa quantitate pecuniarum, vel in alia summa ad arbitrium boni viri, legatum, debetur in principio anni, iuxta decisionem tex. in *l. à vobis ff. de annu. legat.* & colligitur clarius ex infra dicendis; Si verò non est legata pecunia, sed certa quantitas fructuum, puta frumenti, vini, olei, & similium, & tunc dicendum est, si sunt legati fructus taxatiuè, ex fundo scilicet Semproniano, & tunc est soluendum legatum tempore recollectionis fructuum eiusdem prædij, Castr. *in l. ex conducto §. si vis tempestatis num. 4. column. prima ad med. vers. videntur enim ff. locat.* Abbas *in cap. propter sterilitatem col. penult. eodem titul.* Natt. *cons. 86. num. 2.* Simon de Præt. *de interpr. vltim. volun. lib. 5. dub. vltim. num. 29. & seqq. fol. 572.* Bal. *in l. 1. num. 5. vers. pone C. de fideicomm.* Bart. *in l. quod te ff. si cert. petat.* Grat. *discept. for. cap. 62. num. 7. & seqq. qui num. 10.* tenet, quod si cùm dictis fructibus legata est pecunia, adhuc ratione coniunctionis, & tamquam io eodem legato connexa debet solui tempore solutionis fructuum, ad dicta per Bart. *in l. si legatarius §. 1. de leg. 3.* Fel. *in cap. 2. num. 38. vers. fallit quinto de rescript. & aliorum.* Sed, si simpliciter legati sunt fructus puta vinum, frumentum, &c. nulla facta designatione prædij, tunc soluendi sunt fructus in principio anni, non expectato tempore recollectionis, cùm hæres sit debitor generis, quod semper consistit, tenet Bart. *in l. qui hoc anno circa finem verbo fallit secundo de verbor. oblig.* per tex. in *l. firmior §. pater annua ff. quand. dies leg. ced.* Grat. *cit. loc. num. 15.* post Surd. *de aliment. tit. 4. quæst. 17. num. 23.* qui testantur hanc esse veriorem sententiam contra *gl. in cit. §. pater annua in verbo initio.* Cuius periculo debeat deferri hoc legatum, hæredis ne, vel legatarij, vide eumdem Grat. *cit. loc. num. 12. & seqq.* Vbi etiam an pro dicto legato competat actio executiua.

84 Collige 10. dici pium legatum, & habet priuilegia omnia piæ causæ, factum pro Missis celebrandis, & anniuersarijs, & hoc duplici ratione. Primò, quia hoc legatum fieri solet Ecclesiæ, & supra probatum est, relictum Ecclesiæ dici pium. Secundò, quia esto, quod non fieret Ecclesiæ, sed priuato Sacerdoti, adhuc pium dicitur, cùm illud fiat pro animæ salute, *auth. & cum de appellatione cognoscit. §. si vnum de prædictis circa med. glos. in l. si quis Titio ff. de legat. 2.* Tiraquell. *de priuil. piæ caus. in præfat. vers. item relictum pro anima,* notat Specul. *tit. de instrum. edit. num. 62. ad fin. & dictum est in princ. huius annot. vers. nota 1.*

85 Hoc enim legatum pro Missis celebrandis censetur relictum fauore testatoris magis, quam fauore legatariorum, & onus Missarum fuisse causam finalem legati, vt scilicet anima testatoris è pœnis purgatorij liberata, citiùs ad cœlum euolet, ad tex. in *l. Titio centum in princip.* vbi Bart. & Paul. *& in l. illis liberis in fin. ff. de cond. & demonstrat.* aduertit Marant. *post alios relatos par. 1. controuers. resp. 5. num. 1. & seqq.* Vbi inuenies latè discussum quomodo, & qua ratione licitè sacerdos recipit pecuniam, vel aliud stipendium pro sacrificio Missæ, de quo etiam aliqua Grat. *discept. for. cap. 350. num. 30. & seqq.*

86 Aduertendum est, quod in receptione legatorum factorum pro celebratione Missarum seruanda sunt nouissima decreta S. Congreg. de mandato Sanctissimi Vrbani VIII. edita 21. Iunij 1625. & publicata 22. Septembris eiusdem anni, quæ omnia adducit Nouar. *lucer. Regal. verbo Missæ num. 24.* inter quæ adest decretum, in quo mandatur non posse superiores Ecclesiarum secularium recipere onus

per-

perpetuum Missarum, sine licentia in scriptis Episcopi Ordinarij, & Regulares sine licentia Generalis, vel Prouincialis gratis concedenda. Quam licentiam non prohibet eadem Sacra Congregatio concedi nisi prius constiterit Episcopo, aut Generali, vel Prouinciali Sacerdotes Ecclesiæ, cui factum est legatum, vel iniunctum onus posse satisfacere oneri iniungendo, & alijs oneribus antiquis, & legatum respondere adiunctis secundum morem cuiusque ciuitatis, vel Prouinciæ, ita Sacr. Congreg. in decretis prædictis, de quibus etiam apud Vulp. *in prax. cap.51.n.35.* Barbos. *de iure Eccl. lib.3. cap. 27.n.66.*

87 Aduertendum est, quod hæc legata solent, quandoque esse nimis grauata oneribus Missarum, & proinde Rectores Ecclesiarum illa repudiant, tunc enim, semel facta repudiatio ius quæritur Fabricæ Sancti Petri, nec amplius facta semel repudiatione, potest Ecclesia ad legatum venire, probat Marant. *part. 1. controuers. resp.32. per totum.*

88 Legatum cum onere Missarum est satisfaciendum in Ecclesia, quam testator designauit; voluntas enim testatoris pro lege seruanda est; Quod si nullam designauerit Ecclesiam Missæ sunt celebrandæ io Ecclesia, in qua testator sepeliri voluit, ita docet Marant. *part. 1. controuers. resp.4. num.98.* Et si Missæ nequeant celebrari in Ecclesia designata, debent illæ in alia celebrari, vel in alio Altari, si Altare constitutum, est impeditum, puta, quia violatum, vel alias impeditum patet ad sensum, & refert post alios Barbos. *de iure Eccles. lib. 3. cap. 27. num. 50. & seqq.* vbi etiam tenet, quod Sacerdos celebrans in non determinata Ecclesia cum potest in Ecclesia determinata, non satisfacit; sed si Missæ non possunt celebrari propter interdictum, tunc legatum conuertendum est in alium pium vsum, ootat Marant. *loc. cit. respons. 5. n.53.* Barbos. *vbi supr. n. 46. & seq.*

89 Obserua, quod poterant Episcopi ex facultate eis tradita per Concil. Trident. *sess. 24. de reform. cap. 4.* in Synodo Diœcesana re dil'genter examinata Missarum numerum reducere, vt notant etiam DD. Verùm hodie, hæc facultas omninò denegatur Episcopis, vt dispositum est in citat. decreto Sact. Congregationis iussu Vrbani Octaui edito *vers. 1.* ad quod decretum declarauit eadem Sacra Congregatio omninò recurrendum esse pro reductione prædicta, ad Sedem Apostolicam. Nisi in fundatione Beneficij expresse cautum sit, posse Episcopum reductionem prædictam facere, ita disponit declaratio citata, non enim Sacra Congregatio violauit legem fundationis, Nouar. *Lucer. Regul. verbo Missa num.26.*

90 Postremò io his terminis dicendum est, quod legatum prædictum pro celebrandis Missis, probatur fuisse satisfactum iuramento Curati, Prioris, Guardiani, vel Sacerdotis, & aliorum quibus fuit factum, tenet Mascard. *de probat. concl.709. num.2.* quem refert, & sequitur Vulp. *in prax. cap.10. num. 13.* licet contrarium videatur tenere Ricc. *in praxi tom.3. resol.365. num.4.* qui dicit standum esse libro Sacristiæ.

91 Collige vndecimò, pium dici legatum, ac comprehendi sub dispositione huius text. *cap. tua nobis*, ac illi competere priuilegia omnia piæ causæ factum confessario, indubitatum est apud omnes; imò præfertur in solutione alijs pijs legatis, & creditoribus chirographarijs, cùm in honorem Dei, & satisfactionem peccatorum factum sit, Ioan. Baptista Thoro *in sum. Priuil. piar. caus. priuil.56. in fin. & singul. 2.* Marant. *part. prima controuers. resp. 15. num.36.*

92 Quod si qualitas Confessarij fuit causa finalis legati, est omnino probanda ad hoc, vt consequi possit legatum, ita Bald. *in l. eam quam C. de fideicommis.* Genuens. *practicab. Eccles. quæst.292.*

93 Collige duodecimò, pium dici legatum, ac illi conceduntur priuilegia omnia piæ causæ, quod factum est concubinæ, vt ad frugem melioris vitæ deducantur, Bald. *in l. Imperialis circa princip. vers. ibi spem C. de nupt.* Barb. *in cap. relatum il 1. num. 15. de testament.* Mant. *de coniect. vltim. volunt. lib.6. tit.3. num.32.* Bonac. *tom. 2. de contract. disput. 3. quæst. 17. punct.8. §. 2. num. primo vers. idem censeo*, Marant. *part. 1. controuers. resp. 3. num. 35.* quod procedit etiam, si legetur mulieri diuiti ad hunc finem, adhuc pium diceretur legatum, quia concurreret pietas in causa, licet non in persona, ita P. Sanchez *de matrimon. lib. primo disput.4. num. 9. versic. vltimo.*

Collige decimotertiò, dici legatum pium, & sortiri naturam piæ causæ, quod factum est filio, vel filiæ monacho, vel moniali, quando Monasterium est pauperrimum; secus, si Monasterium est diues, tunc enim legatum censetur factum affectionis, non pietatis causa, & proinde non dici pium, & non solum, si factum est filio, sed etiam si factum est consanguineo vsque ad quartum gradum, vsque enim ad hunc gradum præsumitur affectio, & non vltra, ita Nouar. ad decis. de Franch. 565. *versic. praterea dicitur.* 94

Vlterius dicitur pium legatum, & huic præcedenti simile, quod factum est per patrem filio, qui voluerit Clericari, nam Clericatus adeò dicitur causa pia, vt præponderet, vt vincat solam qualitatem sanguinis, docet Riminal. Iun. *cons.672. num.56.* & sequitur Genuens. *practicab. Eccles. q.178. num.3.* 95

Collige vltimò, quicquid pro anima relictum est, pium dici legatum, & causam piam continet ad text. *in §. 1. vnum de prædictis auth. vt cum de appell. cognosc.* Abb. *in cap. relatum num.7. de testam.* Tiraquell. *de priuil. piæ caus. in præfat. vers. item relictum pro anima*, Nouar. in addit. ad decis. de Franch. 565. *vers. & quod omne relictum*, & alij multi, quos refert, & sequitur Marant. *part. prima controuers. resp.13. num.48.* 96

Hinc, si testator dixit lego pro anima mea, & non expressit summam fauore animæ, debet fieri distributio, vsque ad quantitatem conuenientem, iuxta dignitatem personæ, facultatem, & numerum liberorum defuncti, *argum. l. pater ff. de leg. 2. & l. si quis §. 3. ff. de relig. & sumpt. fun. facit cap. cum tibi de testam.* Genuens. *practicab. Eccles. quæst.444. num.33.* 97

Quod si dixerit testator pono animam meam in manibus Titij, fiet interpretatio, vt testator intelligatur dixisse instituo Titium hæredem, vt dispenset bona pauperibus, Bobad. *in l. 1. C. de Sacros. Eccles.* Genuens. *cit. loc. quæst. 447. num.7.* 98

OBSERVATIONES
D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *LEgatum dotis relictum consanguineis, an sit pium, & dos, an sit causa pia.*
2 *Testator si leget Lelsæ si non nupserit, si puella ingrediatur religionem, an consequatur legatum?*
3 *Opinio Ventrigl. refellitur.*
4 *Testator si pauperibus distribuit velit legatum magni momenti, an possit distribui consanguineis pauperibus si nobiles sint? De opinione Ventrigl. dubitatur.*
5 *Paupertas an sit plenè probanda ad sustinendum legatum pium relictum alicui pauperi?*
6 *Testamentum an sit ad pias causas instituto aliquo, vt oret Deum?*
7 *Fauor filiorum an præualeat causa pia?*
8 *Vxor pauper consequitur quartum existentibus filijs, quid non existentibus, & instituta causa pia?*
9 *Expenditur Reg. de Marin. resol.348. lib.1.*
10 *Fontanella immeritò reijcitur per Reg. de Marin.*
11 *Testes in testamento ad pias causas, an debeant esse omni exceptione maiores?*
12 *Notarius testans extra regitum. an sit simplex testis?*

LEgatum dotis relictum consanguineis an sit pium? Negat Ventrigl. *num.11.* Quia ad hoc vt dos sit causa pia, duo requiruntur. Nempè pietas personæ, & causa pietatis, idest vt legatum sit factum pauperi, & intuitu pietatis, ita ex Bald. & Sanch. relatis *num.11.* 1

Dos neque est causa pia, nisi accedant alia, Tiraqu. *de caus. pia in præfat. vers. item cum dos*, Surd. *decis.86. n. 12.* Fontanell. *de pact. nuptial. tom. 1. claus. 4. glos. 21. part. 2. num.12.*

Aliter dicendum, si legetur dos puellis pauperibus de familia iuata Ventrigl. *num.* 12. ex Bal. & Barbos. & Velasc. *consult.* 108. *num.* 17. Fontanell. *claus.* 7. *glos.* 6. *part.* 6. *num.* 41.

Beneuerùm nonnulli opinantur attendendum causam naturalem potius sanguinis, & non accidentalem paupertatis, & proinde unu esse pium legatum, Staiban. *resol.* 23. *n.* 36. & 48. Caualer. *decis.* 212. Seraph. *decis.* 1149. Gizz. ad Reg. Latr. *decis.* 180. *num.* 7.

2 Testator si leget Leliæ, si non nupserit, an debeatur legatum, si puella religionem ingrediatur? Ventrigl. *n.* 12. negat.

3 Contrarium puto verius, quia conditio impeditiua matrimonij habetur pro non scripta, *l. quoties*, & *l. cum tale* §. *Mania*, & §. *si arbitratu ff. de condit. & demonstr.* Sanchez *de matr. lib.* 1. *disp.* 34. *num.* 4. Altograd. *cons.* 77. *lib.* 2. Econtrario Testator potuit prohibere nuptias carnales, quia vitam religiosam desiderauit habendo finem melioris, & perfectionis vitæ, Reg. Latro *consult.* 149. *num.* 32.

4 Si Testator pauperibus distribui voluit legatum, quod amplum, & magni momenti est, posse illud inter pauperes nobiles distribui, ex Mantic. tradit Ventrigl. *num.* 7. Secus si paruum sit.

Contrariam opinionem magis piam pro nobilibus pauperibus de familia censeo ratione charitatis ordinatæ, & ea strictiori causa pietatis, dum pauper nobilis præferendus venit ignobili, vt idem Ventrigl. *num.* 15. & 19. maior enim pietas in alendis consanguineis.

5 Paupertas an sit plenè, & concludenter probanda, vt sustineatur testamentum minus solemne factum ad fauorem pauperis tamquam pia dispositio? Affirmandum videtur cum Bart. *in l. ex diuersa* §. *vltim. num.* 9. *ff. sol. matrim.* pluries Rota *vt decis.* 327. *part.* 12. *recent. num.* 20.

6 Testamentum an dicatur ad pias causas, si institutus sit hæres, vt oret Deum pro anima Testatoris? Negat Rota *d. decis.* 327. *num.* 22. *part.* 12. *recent.* Nam dicta verba potius monitionem, quam onus præseferunt, cùm etiamsi hæres Deum non orauerit, dispositio est perfecta, & bona hæreditaria consequenter.

7 Fauor filiorum an præualeat causæ piæ, seu liceat arguere à liberis ad pias causas? Pro affirmatiua stant glos. *in cap. fin.* 17. *quæst.* 4. Marta *de success. legal. part.* 4. *q.* 8. *art.* 5. *num.* 4. Et id nedum respectu legitimæ, sed vltra simpliciter, & absolutè, Soc. iun. *cons.* 180. *num.* 76. *lib.* 4. Rota *decis.* 74. *num.* 9. *part.* 2. *diuers.*

Conuenit, quod ex consuetudine Bulgari mulier existentibus filijs vsufructuaria relicta non consequitur nisi alimenta. Cæterùm si filij postea moriantur consequatur plenum vsufructum, Surd. *de alim. tit.* 2. *quæst.* 15. *per tot.* Si tamen post filios sit pia causa substituta, adhuc pia causa substituta non gaudet priuilegio filiorum, sed vxor totum vsumfructum consequitur, Marescott. *var. lib.* 1. *cap.* 29. *num.* 18. Fontanell. *clausul.* 5. *glos.* 8. *part.* 12. *n.* 17. & 29. vbi quod ad alios, quam ad filios non extendatur fauor filiorum, ne priuentur vsufructu integro, quia id esset crudele in necem filiorum.

8 Diuersa est quæstio, an sicut vxor pauper vsumfructum quartæ, vt *Auth. præterea C. vnde vir. & vxor.* existentibus filijs, ita etiam habeat pia causa instituta. Nam vxor quartam in vsufructu consequitur, ita probat, & decisum refert Fontanell. *num.* 29.

9 E contrario Reg. de Marin. *lib.* 1. *resol.* 348. *num.* 1. tenet contra causam pia pro vxore taxando erroneam opinionem Fontanell. Ex quo nullibi legatur ex *cap. in præsentia de probat.* quod pia causa obtineat locum filiorum.

10 Immeritò autem de Marin. carpit Fontanellam, cum iste laudet decisionem sui Senatus, & efficacia adducit argumenta fundamentalem assignans rationem. Nam quidquid pijs causis relinquitur censetur animæ suæ relinquere, qua nihil quis habeat charius. Et non agitur de interpetranda voluntate testatoris, sed de legis dispositione intelligenda, quæ facilè à liberis ad pias causas extenditur. Ex materia *d. Auth.* præterea sit odiosa valdè. Quinimò irrationabilis à Doctoribus reputata.

11 Testes in testamentis factis ad pias causas coram Parocho, & duobus testibus ex dispositione textus *in cap. cum esset de testam.* debent esse omni exceptione maiores, Paris. *cons.* 24. *num.* 14. *lib.* 3. Mantic. *de coniectur. lib.* 6. *tit.* 3. *num.* 6. Rota *decis.* 404. *part.* 13. *recent. num.* 8. & 9.

Notarius testans extra rogitum nihil magis probat, 12
quam testis, Cyriac. *controu.* 444. *num.* 4. Gratian. *discept.* 973. *num.* 43. Et super identitate cedulæ testamentariæ non sufficit vt vnicus, & identitas ita debet probari, vt excludatur possibilitas suppositionis alterius cedulæ, latè Rota *d. decis.* 404. *part.* 13. *recent. num.* 15.

SVMMARIVM.

1 *EPiscopus est executor piorum legatorum. Et an id etiam dici possit de alijs inferioribus Prælatis, num. 2. Et an Episcopus tamquam Sedis Apostolicæ Delegatus, num. 3. Et an possit testator disponere, quod Episcopus non se intromittat in hac executione, num. 4. Et quid si testator dixerit omnia relinquere conscientiæ executori, num. 5.*

6 *Fabrica Sancti Petri, an habeat iurisdictionem priuatiuè, quoad Episcopos in executione piorum legatorum.*

7 *Episcopus an possit intra annum executioni demandare pia legata.*

8 *Fabrica Sancti Petri successit in locum Episcoporum in executione legatorum piorum post annum. Et quando consequitur ex legatis pijs quintam partem, vel medietatem, num. 9. Quando interesse legatorum, num. 10. Et quando fructus, num. 11. Et quando redditus exactos non satisfactis oneribus, num. 12. Quid si hæres satisfecerit post annum, non tamen præuentus, seu citatus per commissarios, num. 13.*

14 *Fabrica Sancti Petri consequitur legata facta incapacibus. Et quando legata facta Fratribus Minoribus Sancti Francisci, num. 15. 16. 17. & 18.*

19 *Fabrica Sancti Petri consequitur legata omnia pia repudiata, & quomodo debet esse repudiatio. Et à quo facienda, num. 20.*

21 *Fabrica, quando consequitur legata annua pro annis non adimpletis.*

22 *Fabrica consequitur omnia legata incerta, & pro malè ablatis, & illa habet intentionem fundatam, & potest auocare ab ordinarijs.*

23 *Fabrica non exigit quintam, vel medietatem vt supra, quando facta deductione legatum non potest exequi. Et quid si adest impedimentum, quid agendum, num. 24.*

25 *Fabrica non se intromittit in executione piorum legatorum, nisi post annum à die mortis testatoris, nisi testator ipse breuiorem terminum assignauerit executioni legatorum. An hic anni terminus possit coarctari, num. 26. Vel currat impedito, & ignoranti, num. 27.*

28 *Testamentum coram Parocho, & duobus testibus ad pias causas valet. Quid de testamento nullo, num. 29. Vel de testamento facto coram duobus tantum testibus sine Parocho, num. 30. Vel facto coram testibus fœmines, & non rogatis, num. 31. Et quid si hæredis institutio sit facta in personam laicam, an valeant legata pia coram duobus testibus, num. 32. Quid de legatis non pijs, num. 33.*

34 *Legatum pium factum coram confessario tantum an valeat.*

35 *Legatum, & alia dispositio pia non indiget solemnitatibus de iure ciuili, sed solum solemnitatibus de iure gentium, & naturali. Hinc non requirit scripturam, num. 36. Nec certam formam verborum, num. 37. Vbi etiam quid si factum sit sola scriptura testatoris. Et quid de facto nutu, num. 38.*

39 *Legatum pium indebitè solutum, an repeti possit.*

40 *Legatum pium an debeatur inuentario non confecto, si hæreditas non est soluendo.*

41 *Legatum pium an patiatur diminutionem si patrimonium non sufficiat. Et quando possit ab Episcopo commutari. 42. Quæ causa requiratur ad commutationem num. 43. 44. 45. Iusta causa commutationis numerantur num. 46. Et iusta causa est si legatum non possit solui personæ, cui factum est num. 48.*

47 *Episcopus an possit commutare onera apposita in fundatione Beneficij.*

48 *Legatum pium cuius consensu commutetur ab Episcopo. Et quid in commutatione legati facti Hospitali num. 49.*

50 *Legatum, si non potest exequi nisi post aliquod tempus, an possit commutari ab Episcopo.*

51 *Legatum pium, non potest commutari sine iusta causa nisi à Papa, etiamsi mutatio esset in melius, & accederet consensus hæredis.*

52 *Legata pia solui debent hæreditate non adita. Et sunt iudicanda perpetua in dubio num. 53.*

54 *Legatum Cereorum pro eleuatione Sanctissimi in Missis an augeatur si augentur Missæ.*

55 *Executores testamentorum, qui possint esse.*

NNOTATIO XXVIII.

§. II.

1 ITem dicit tex. in hoc cap. tua nobis de testam. Episcopum teneri exequi facere pias, fidelium dispositiones, deducunt ex illo regulam DD. Episcopos esse executores omnium piarum dispositionum, etiam inter laicos, & vigore legum Imperialium, ita admittuntur Episcopi ad Iurisdictionem prædictam, in l. hæreditas §. si defuncto in fin. ff. de pet. hæredit. l. nulli prope finem, C. de Episcopis, & Cler. Auth. de Eccles. tit. §. si quis ædificationem collat. 9. disponunt Canones non solum hic, sed etiam in cap. nos quidem in cap. si hæredes, in cap. Ioannes eod. tit. de testam. in Clem. quia contingit de relig. domib. & in Can. qui oblationes 13. quæst. 2. Iuuat Concil. Trid. sess. 22. de reformat. cap. 8. in princ. consentiunt DD. vtriusque fori, prout omnes adducit Marant. par. 1. controuers. resp. 24. num. 1. & seqq. & Barbos. de iure Eccles. lib. 3. cap. 27. num. 22. & seqq. Quomodo hæc iurisdictio competat Episcopo cumulatiuè, nec autem priuatiuè, quoad seculares Iudices, vide Cæuall. de cognit. per viol. 2. par. quæst. 84. num. 12. & Meroll. 3. par. disp. 7. dub. 8. num. 101. cap. 5. Marant. eod. cit. loc. num. 9. & seqq. vbi etiam quomodo Tribunal Fabricæ Sancti Petri successit loco Episcoporum.

2 Hæc enim facultas exequendi pias fidelium dispositiones non solum competit Episcopis, vt in hoc textu, sed omnibus alijs Prælatis Episcopo inferioribus habentibus quasi Episcopalem Iurisdictionem, prout notat Abb. in cit. cap. Ioannes num. 2. de testam. vbi etiam Couar. num. 2. Molin. de iust. tract. 2. disput. 250. col. vltim. probat per tex. cit. cap. Ioannes, Barbos. de iure Eccles. lib. 3. cap. 27. num. 32. & 33. quo Prælatos Episcopo inferiores procedere in has causas cumulatiuè, non priuatiuè, quoad Iudices seculares, refert ex mente Sacræ Congregationis Eminentiss. Cardinalium, Marant. cit. resp. 24. num. 10.

3 Episcopis enim non solum iure ordinario, sed etiam tamquam Sedis Apostolicæ Delegatis conceditur facultas prædicta exequendi pias fidelium voluntates, vt disponit Concil. Trid. cit. cap. 8. & aduertit Barbos. de iure Eccles. cit. loc. num. 22. & seqq. Bonac. de contract. lib. disp. 3. q. 17. punct. 8. §. 10. num. 1. Marant. cit. loc. resp. 22. num. 52. & alij communiter; qui vlterius extendunt facultatem prædictam, etiam ad alia legata non pia, cum pium sit voluntates defunctorum executioni debitæ demandare, non tamen ad partis instantiam, sed ex officio, notat Francis. de Ponte cons. 37. num. 7. & seqq. volum. 2. Marant. in specul. 4. par. num. 11. distinct. iudic. num. 6. Baldassar. Thomas. tract. 10. tit. 2. cap. 94. num. 222. Barb. vbi supra, Marant. cit. resp. 22. num. 53. & resp. 20. num. 16. & seqq.

4 Solent hic quærere DD. an possit testator disponere, quod Episcopus non se intromittat in executione piorum legatorum, nec executores possint compelli ab Episcopo ad reddendas rationes. Et indubitatè respondent non esse validam talem dispositionem, nec tollere facultatem, quam Sacri Canones Episcopo concedunt, & opinionem probant, per hunc tex. cap. tua nobis, ex illis apertis verbis, licet etiam à testatoribus id contingerit interdici, vbi gl. & DD. omnes, per Clem. vnicam in fine de testamentis, ibi, quocumque non constante, per Auth. de Eccles. tit. §. si quis autem pro redemptione, ibi, licet præcipuè à testatoribus, aut donatoribus interdictum sit eis, habere in hoc aliquod participium; Et hoc communi ratione, quia priuata dispositio testatoris, non potest generalem constitutionem legis, vel canonis immutare, cap. requisisti eod. tit. de testam. l. nemo potest ff. de leg. 1. gl. cit. in hoc cap. tua nobis verbo interdici, tenent Couar. in hoc cap. tua nobis num. 6. & seqq. Francis. de Ponte cons. 37. num. 6. & 7. lib. 2. Mart. de iurisdict. par. 4. cent. prima cas. 88. num. 14. Thor. priuil. 239. & priu. 102. colum. 2. in fin. Marant. resp. 22. num. 51. & Barbos. num. 42. locis proximo citatis, Diana tom. 8. tract. 5. resol. 56. Meroll. 3. par. disput. 7. cap. 5. dub. 8. diff. 6. num. 123.

Ampliatur suprapofita, quod si testator relinquat di- 5
stributionem quantitatis legatæ conscientiæ executoris, adhuc distribuens tenetur reddere rationes ad effectum, vt si malè distribuat per Superiorem emendetur, arg. gl. verbo teneamus in Clem. 1. de iure patronat. probat Padilla in l. cum quidam num. 11. ff. de leg. 2. testans sic fuisse pluries decisum, & refert Barbos. de iure Eccles. lib. 3. cap. 23. num. 42. in fin. qui num. 41. Vlterius probat post multos per se relat. id procedere etiam si testator secundos executores constituat interdicatque, ne ad Episcopum executio deuoluatur. Et num. 40. tenet non solum posse, sed teneri de præcepto Episcopum exequi testatoris mandata. Contrarium tenet quando dati sunt secundi executores, Marant. cit. loc. resp. 32. num. 21.

Limitatur tamen supradicta facultas Episcopis concessa 6
exequendi, pias fidelium voluntates post annum post erectionem Tribunalis Fabricæ Sancti Petri, cui Tribunali hodie spectat facultas prædicta priuatiuè, quoad Episcopos post annum, vt dictant priuilegia ipsius Tribunalis, & refert Ricc. in prax. 2. par. resol. 376. num. 2. Thor. in summ. priuil. pia caus. priuil. 259. nec à prædictis, quoad hoc discedit, Marant. 1. par. controuers. resp. 2. num. 25. & seqq. Ipse enim Maranta, probat contra Ricc. validis rationibus per hanc facultatem concessam Fabricæ Tribunali priuatiuæ, quoad Episcopos non esse derogatum Iurisdictioni Episcoporum, detrahendi quartam Canonicam ex legatis prædictis iure communi Episcopis competenti, sed tantum reuocatam esse facultatem cognoscendi de legatis prædictis, & illorum satisfactione post annum.

Quo in casu aduerte, quod licet sit abdicata Episcopis 7
facultas prędicta cognoscendi de legatis pijs prædictis post annum, post quod tempus competit iurisdictio Fabricæ Tribunali, non per hoc excluditur, quin possint Episcopi intra annum executioni demandare pias dispositiones, vt benè aduertit Marant. cit. resp. 2. num. 20. & par. 3. resp. 68. num. 37. Vbi refert sic declarasse Sacram Congregationem. Quod credo intelligendum esse consentiente hærede, vel alio, cui competit quibus à iure indultus est annus intra quem possunt executioni demandare legata prædicta, & etiam benè notat idem Marant. cit. loc. resp. 4. num. 21. & 34. Si enim habent annum, non possunt intra illum cogi. Vel etiam intelligi potest, post sex menses in legatis omninò pijs, quæ intra sex menses adimplenda sunt iuxta dispositionem Auth. de eccles. tit. §. si autem heres, & tenet post Abb. Couar. Padill. & Molin. Barbos. de iure Eccles. lib. 3. cap. 27. num. 28. Diana tom. 8. tract. 5. resol. 53. qui tenet posse Episcopum restituere tempus anni, datum hæredi. Imò quando nullum est impedimentum ex parte hæredis legitimum, potest Episcopus cogere hæredem ad executionem piæ voluntatis etiam infra sex menses licet non possit per se exequi nisi elapsis sex mensibus, vt docet de communi Meroll. 3. par. disp. 7. cap. 5. dub. 8. diff. 4. num. 116. post alios per se relatos.

De facultate, & Iurisdictione Tribunalis Reuerendæ 8
Fabricæ Sancti Petri de Vrbe, vide Quarant. summ. Bull. verbo Fabrica Sancti Petr. & Ricc. in praxi 2. par. resol. 377. cum alijs resol. præced. & subseq. plura Marant. par. 1. controuers. resp. 41. num. 15. & seqq. Successit enim Fabrica Sancti Petri in locum Episcoporum in executione piorum legatorum, & dispositione post annum, itaut sicut

anno

anno elapsò data hæredis, vel executoris negligentia, olim facultas prædicta ad Episcopum deuoluebatur, ita nunc eodem termino elapso deuolutio fit ad Fabricam, ita notat *eod. loc.* Marant.

9 Consequitur enim Fabrica Sancti Petri ex legatis, hæreditatibus, & pijs dispositionibus certis factis pro vna vice locis, vel personis pijs cum onere, vel sine si intra triennium adimpleta non sunt medietatem, iuxta disposita in declarationibus facultatum prędictæ R. Fabricæ relatis per Quarant. *sum. Bull. verbo Fabrica Sancti Petri vers. quoniam iuxta fol.* 541. disponit constitutio Pij V. *edita anno* 1589. *qua incipit, exigit* 97. *in Bull. tom.* 2 *fol.* 298. refert Ricc. *in prax.* 2. *par. resolut.* 377. Ad quod aduertit, & bene Marant. *par.* 1. *controuers. resp.* 41. *num.* 19. tunc demum Fabricæ deberi prædictam quintam partem, vel medietatem, quando, & postquam disponentium voluntates debitæ executioni demandatæ sunt, & effectu sequuto, iuxta prædictam Bullam Pij Quinti §. 1. *in fin.* in illis verbis, *Si, & postquam iuxta tenorem priuilegiorum, & facultatum sibi concessorum legata huiusmodi executioni debita demandari fecerint*, idem Marant. *cit. loc. resp.* 40. *num.* 40. *& seqq.* Vbi sententiam probat ex dictis verbis, *si & postquam*, quæ faciunt dispositionem solummodò conditionalem, & *resp.* 32. *num.* 36. *eamd. parte*.

10 Non solum exigit Fabrica Quintam, vel Medietatem, vt supra in legatis, & pijs dispositionibus in caso prædicto, sed etiam exigit interesse quantitatis legatæ à die tamen moræ, quæ non dicitur contrahi, nisi elapsò integro anno, probat Marant. *cit. resp.* 40. *per totum*, & exigit postquam adimpleto legato, Marant. *cit. resp.* 32. *num.* 36.

11 Annua verò legata, & dispositiones factæ personis, & locis pijs, vt supra certis, & nominatis cum onere perpetuo Missarum, officiorum, & similium, vel ad tempus, seu certis hebdomadis, vel diebus, pro quorum adimplemento perpetui, vel ad tempus redditus assignati sunt. Si pro præterito adimpleta non sunt pro tempore moræ debentur fructus Fabricæ, in futurum verò postquam adimpleta sunt, cedunt vtilitati legatariorum cum onere iniuncto, notant Quarant. *sum. Bull. verbo Fabrica Sancti Petri vers. annua vero fol.* 541. Supradicta intellige elapso anno, fructus enim legatorum non impletorum exigit Fabrica elapso anno, aduertit etiam ex voto Sacræ Congregationis, Marant. *cit. resp.* 41. *num.* 55.

12 Redditus etiam, & introitus legatorum piorum per superiores Ecclesiarum, vel administratorum piorum locorum exacti, ac oneribus legatorum minimè satisfactis puta Missis non celebratis, vel eleemosynis non distributis pro tempore præterito etiam cedunt beneficio Fabricæ super quibus possunt commissarij illius componere, si eis melius expedire videbitur, refert Quarant. *inter declarationes facultatum R. Fabrica Sancti Petri, verbo Fabrica Sancti Petri versic. quando vero fol.* 541.

13 Hic aduerte, quod in nullo casu competit, R. Fabricæ Sancti Petri exactio cuiusuis partis legatorum, vel fructuum, si hæres, vel alius cui competit legato satisfecit etiam post lapsum cuiusuis temporis, si hæres, vel executor prædictus satisfecerit, antequam œconomus ipsius Fabricæ per citationem eumdem hæredem coarguerit, vt per dicta Roman. *consil.* 228. *num.* 10. tenet Marant. *par.* 1. *controuers. resp.* 40. *num.* 38.

14 Cedunt etiam in vtilitatem Fabricæ prædictæ omnia, & quæcumque legata pia facta personis, vel locis incapacibus, siue à principio fuerint incapaces, siue post factum facti sint tales, habetur latius in declarationibus, & priuilegijs Fabricæ relatis per Quarant. *cit. loc. vers. si autem*, & Ricc. *par.* 2. *resol.* 377. *vers. si autem in prax.*

15 Hinc succedit Fabrica in legatis annuis redditum perpetuorum factis Fratribus Minoribus S. Francisci tam de familia, quàm Reformatis, etiam factis cum onere perpetuo celebrationis Missarum, quia dicti Fratres sunt incapaces prædictorum legatorum, Clemen. *exiui vers. cumque annui redditus de ver. signif.* latè Barbos. *de iure Eccles. lib.* 3. *cap.* 27. *num.* 79. *& seqq.* & Marant. *par.* 1. *controuers. resp.* 41. *per totum, & num.* 39. etiam si indirectè factum sit legatum.

16 Non tamen succedit Fabrica in legatis, factis dictis Fratribus Minoribus Sancti Francisci, quæ vnica solutione, seu præstatione adimplentur, siue sint in pecunia, siue in alijs speciebus, puta frumenti, vini, &c. & stabilium. Dummodo legatum fiat modo licito, & ipsis Fratribus permisso ex constitutionibus eorum, secus si fiat modo illis prohibito puta, si legentur bona mobilia ad excolendum, vel locandum. Et dummodo legati quantitas non sit immoderata, & contra paupertatem, prædictorum enim legatorum sunt capaces prædicti Fratres, & proinde Fabrica non intrat, probat post alios per se rebus, Barbos. *de iure Eccles. lib.* 3. *cap.* 27. *num.* 76.

17 Nec etiam potest prætendere Fabrica Sancti Petri legata annui redditus perpetui facta Fratribus Minoribus prædictis, seu potius Ecclesiæ, & Sacristiæ illorum, non ad ipsorum victum, sed ad certum diuini cultus vsum, puta si sit legatum oleum pro lampadibus, vestes, & ornamenta Ecclesiæ, & Altaris, & similia, quia prædicti Fratres Minores sunt capaces legatorum prædictorum, qui non concernunt commoditates Fratrum, sed diuinum cultum, nec aduersantur illorum paupertati, probant Marant. *par.* 1. *controuers. resp.* 41. *num.* 27. *& seqq.* sequitur Barbos. *cit. cap.* 27. *num.* 8.

18 Nec etiam succedit Fabrica in legato relicto Fratri ex prædicto Minorum Ordine pro libris, & studio Theologiæ, etiam si fuerint annua, & ad vitam legatarij, nam hoc legatum non aduersatur Fratrum paupertati, & proinde non dicitur incapax legatarius, Rodriq. *in resolut. regularib. resolut.* 88. *num.* 8. *& seqq.* Marant. *cit. resp.* 41. *num.* 31. *&* 32. contra Portell. *per eos adductum*.

19 Cedunt etiam vtilitati, & beneficio Fabricæ Sancti Petri quæcumque legata pia, ex quacumque causa facta, quæ non fuerunt acceptata, sed recusata, & refert Quarant. *cit. loc. vers. si autem in fin.* Ricc. *cit. resol.* 377. *eod. versic. in fin.* Vbi id procedere legitur, siue legatum, sit factum incapacibus, siue capacibus. Quo in casu aduerte, quod ad hoc, vt quæratur ius Fabricæ, omninò requiritur repudiatio legati, & quod repudiatio sit simpliciter facta, non qualificata, prout voluit Rot. *in vna Neapolitana Beneficij Ven.* 27. *Iunij* 1625. *coram R. P. D. Buratto*, quam adducit Marant. *par.* 1. *controuers. post resp.* 21. *num.* 9. *&* 11. Quomodo enim repudiatur hæreditas, & quibus actibus inducatur repudiatio, latè Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 12. *tit.* 13. *&* 14.

20 Aduerte, quod hæc repudiatio potest fieri per Prælatum, sine aliqua solemnitate, quia aliud est alienare, aliud acquirere, Cardin. & Abb. *in cap. vna de his, quæ fiunt à maior. part. cap.* Rom. *cons.* 184. vbi Mandos. testatur sic fuisse decisum, per Rotam, Gratia. *discept. forens. cap.* 568. *n.* 57. qui post Roland. *consil.* 15. *n.* 33. *in fin. & alios testatur*, quod hæc opinio seruatur in praxi etiam apud Canonistas de Franch. *dec.* 14. *n.* 18. Et semel facta repudiatione, non potest amplius ad legatum repudiatum redire, Marant. *par.* 1. *controu. resp.* 37. *num.* 1. *& per totum*.

21 Item spectant ad Fabricam Sancti Petri annua legata pia pro maritandis pauperibus puellis facta intuitu pietatis non affectionis, vel remunerationis, si per aliquot annos non fuerunt soluta effectiuè, vel deposita, etiamsi facta sit puellarum electio per eligere debentes. Solum enim spectant ad Fabricam pro annis decursis; in futurum verò debentur puellis Maritandis integrè etiam nominatis antea, ita habetur in Declarationibus relatis per Quarant. *summ. Bull. verbo Fabrica Sancti Petri §. vers. similiter annua.* Et hoc non solum procedit in legatis pro puellis maritandis, sed in omnibus alijs annuis legatis pijs, ex quibus potest Fabrica vindicare annuas præstationes non solutas elapso anno à die mortis testatoris, vt habetur in ijs declarationibus *vers. annua verò pia*, & aduertit Marant. *cit. loc. resp.* 41. *num.* 89. Sed quando legatum cœptum est exequi, & postea per aliquos annos cessatum est ab adimplemento, Fabrica non potest manus apponere, iuxta decisa in vna *Sutrina Monasterij coram Domino Orano* 29. *Aprilis* 1598. relata per Marant. *post resp.* 38. *num.* 4.

22 Similiter cedunt in vtilitatem Fabricæ Sancti Petri omnia, & singula legata incerta pia maximè pro malè ablatis; quæ etiam si ad Ordinarios peruenerint, possunt per commissarios vindicari, ita habetur in priuilegijs eiusdem Fabricæ, & in declarationibus prædictis, refert Quarant. & Ricc. *loc. cit. vers. similiter annua in fine*. Habet enim Fabrica fundatam intentionem in omnibus

nibus relictis incertis, & pro malè ablatis, & exoneratione conscientiæ, vt aduertit Marant. *part.1. controuers. resp.23. num.92.* De hoc legato notata sunt multa hic §.1. *vers. collige 6.*

23 Insuper in declarationibus prædictis relatis per Quarant. & Ricc. *supra cit. loc. habetur vers. insuper*, quod si legata, & piæ dispositiones pro constructione Monasterij, Hospitalis, & similium, vel pro substentatione personarum, & similia infra triennium, non fuerint adimpleta, ita vt alias Fabrica possit deducere quotam, vel medietatem, vt supra, si facta deductione prædicta opera pia negliguntur nec remanent, vt perficere possint, nec voluntas defunctorum obseruatur, tunc Fabrica consequitur tantum fructus legatorum prædictorum à die mortis, si res legata de sui natura, aut alias fructifera sit, & integrum legatum applicatur pio operi.

24 Quòd, si legata prædicta pro constructione Monasterij, & similia exequi non possunt ob aliquod impedimentum; tunc præcipiendum est hæredibus, vel alias grauatis, quod infra competentem assignatum terminum impedimenta remoueant, vel commutationem obtineant à Sede Apostolica alias ipso termino elapso, nec impedimentis sublatis, aut commutatione obtenta, legata valeant commodo, & vtilitate prædictæ R. Fabricæ Sancti Petri, vt legitur in declarationibus prædictis vers. prætereà, apud Quarant. & Ricc. *vbi supra*, apud quos ibidem inuenies cætera, quoad priuilegia, & facultatem eiusdem R. Fabricæ.

25 Obseruandum est hic certum esse Fabricam, non posse se intromittere in executione piorum legatorum, nisi post annum computandum à die mortis testatoris, vt diximus supra, & seruatur in praxi. Verùm hoc intelligitur, quando testator nullum assignauit terminum solutioni legatorum piorum, si verò cessit dies solutionis assignata per testatorem, etiamsi sit infra annum potest Fabrica compellere hæredes, vel alios executores, vt legatis satisfaciant, probant Marant. *part. 1. controuers. resp.41. dub.2. num.56. & 57. vbi num.61.* dicit, quod si Tribunal ante diem termini prædicti agit, inutiliter agit.

26 Solet hoc dubitari, an possit hic anni tempus præfinitum ad executionem vltimarum voluntatum à Iudice restringi, & posse indubitanter responder Barbos. *de iure Eccles. lib.3. cap.27. num.39.* ex coniecturata mente testatoris desiderantis, quantò citiùs adimpleri suas voluntates, *argum. l.1. C. de Sacrosanct. Eccles. l. in testamentis, de regul. iur.* Hanc opinionem verissimam appellat Barbos. *verum in Tribunali R. Fabrica non seruatur*, ea forsan ratione, quia hoc anni tempus est inductum fauore hæredum, prout tenet Marant. *part.1. controuers. resp.40. num.21.* & ipsa Fabrica habet iurisdictionem post annum, vt in dictis declarationibus relatis per Quarant. & Ricc. *vbi supra, vers. quoniam iuxta.* Ergo, quando vult infra annum coarctare terminum, agit sine iurisdictione. Non esset tamen improbanda, opinio Barbos. *in terminis Episcoporum, in quibus ipse loquitur.*

27 An hoc anni tempus currat ignoranti, vel impedito, sunt qui tenent pro vtraque sententia; verùm fauore animæ, & legatorum piorum, fauorabilior videtur illa sententia, quæ tenet currere hoc tempus ignorantibus, & impeditis, ita Surd. *de aliment. tit.8. priuil.32. num.8.* Grat. *discept. for. cap.73. num.13. & 14.* Barbos. *de iure Eccles. cit. loc. num.38.* contra Marant. *cit. loc. resp.40. num. 36.* & alios per ipsum adductos.

28 Nota primò, in his terminis piorum legatorum obseruant DD. quod valet testamentum ad pias causas per Parochum, & coram duobus testibus, nec alia requiritur solemnitas, & numerus testium deciditur expresse in *cap. cum esses, & cap. seq. de testam.* & in praxi Tribunal R. Fabricæ procedit cum prædicto testamento. Hinc DD. disceptant quando, & quomodo ea testamento nullo, & minus solemni debeantur pia legata, & dispositiones, ac cum illo possit Fabrica procedere ad executionem piarum dispositionum; quo in casu dicendum est.

29 Primò, si testamentum est nullum, & nulla hæredis institutio, dicuntur etiam inualida legata pia tamquam accessoria, & proinde non potest Fabrica ad illorum executionem procedere, probatur ea *l.1. ad fin. ff. de vulgar. & l. cum principalis, ff. de regul. iur. cap. accessorium, de reg. iur. in 6.* & ex ratione, quia, vbi ex testamento hæreditas adiri non potest, legata non debentur, *l. si nemo ff. de reg. iur.* Sed ea testamento minus solemni ab hæredibus adiri non potest, sed defertur ab intestato *Instit. de hæredit. quæ ab intest.* Ita probat post alios Barbos. *de iure Eccles. lib.3. cap.27. num.95.* declara, *vt infra, vers. ampliatur proposita conclusio.*

Secundò, non dicitur nullum testamentum, vel alia dispositio facta per testatorem coram duobus tantùm testibus, etiam sine Parocho ad pias causas, sed illa omninò substinetur, per *text. in cap. relatum 11. de testament.* vbi Couar. *num.8.* Tiraq. *de pia caus. in præfat. priuileg.1.* Iul. Clar. §. *testam. quæst.6. num.2.* Boer. *decis.93. num.1. & seqq.* Spinol. *in specul. testam. gloss.31. princip. num.40.* Tusc. *tom.6. litt. P. conclus.333. num.20.* Mascard. *de probat. tom.2. conclus.1176. num.13.* Mant. *de success. legal. tom.2. part.4. quæst.8. art.3. num.2.* Molses. *in sum. tom.2. tract.13. cap.5. num.174.* Thor. *in sum. priuileg. pia caus. priuileg.166.* Caual. *decis.27. num.1.* qui id procedere testatur de iure Canon. & Ciuili, Mant. *de coniect. vltim. volunt. lib.9. tit.3. num.4.* Gizzarel. *decis.46. & decis.47.* Bonac. *tom.2. de contract. disput.3. quæst.17. punct.8. §.2. propos.3. num.4.* Marant. *part.1. controuers. resp.17. num.1.* vbi alios multos cumulat, contrarium tenet Genuen. *practicab. Eccles. quæst.662.* 30

Idque ampliatur etiam si dicti testes sint fœminæ, vt notat Bonac. *cit. loc.* & etiam si vnus ex eis sit proprius Parochus, Marant. *cit. loc. num. 2.* Ac etiam si hi duo testes non sint rogati, vt ibidem Bonac. & Marant. *num.14.* post Gizzarel. *d. decis.47. num.6.* Grat. *discept. for. part.1. cap.93. num. 8.* qui testatur hanc esse veriorem sententiam, contra Boer. *decis.34. num.5.* & Roman. *in auth. similiter special.11. ad leg. Falc.* 31

Ampliatur proposita conclusio valere legata ad pias causas facta coram duobus tantùm testibus, etiam si hæredis institutio facta esset in personam laicam, & sæcularem, & non piam, nam in tali casu licet corrueret hæredis institutio, non tamen corruerent legata, sed illa valerent, tenet Alciat. *in l.1. num.12. C. de Sacrosanct. Eccles.* Tiraquel. *cit. loc. priuil.2. versic. contrarium tamen, & priuil.80. in fin.* Couarruu. *in cap. relatum, num.3.* Spinol. *cit. loc. num.4.* Surd. *decis.292. num.2.* vbi Hodierna Tusc. *conclus.116. num.36. tom.8. litt. I.* Gamma. *decis. Lusitan.380. in princip.* & alij, quos refert, & sequitur Marant. *cit. resp.17. num.7.* contra Grass. §. *testamentum, quæst.18. num.6.* & Ricc. *in prax.2. part. resol.379. in princip.* & hæc est limitatio ad regulam suprapositam, *vers. primo sic testamentum.* 32

Et non solum pia, sed etiam propria legata facta in testamento coram duobus testibus, etiam sine Parocho, de æquitate Canonica valida sunt, secundum opinionem Butr. *in cap. cum esses, num.3. vers. non obstat, de testament.* & Marant. *tom.1. controuers. resp.17. num.5.* 33

Ampliatur vlterius eadem supradicta Conclusio, adhibendam esse fidem legatorum piorum solo dicto Confessoris, cui defunctus peccata sua confessus sit, præsertim, si dictum confessoris sit adminiculis suffultum, per text. in *l. Theopompus, ff. de dot. prælegata, & in l. quam hæredi,* vbi Bart. *ff. de reb. dub.* Viu. *commun. opin. litt. C. verbo confessio, seu & quæ fuerunt dicta lib.1. fol.194.* Thor. *de priuileg. piar. caus. priuil.101. colum.3. vers. in quæ sumus,* & alij, quos refert, & sequitur Marant. *cit. resp.17. num.27. & seqq.* vbi videtur restringere sententiam in legato facto confessario in confessione, pro exoneratione conscientiæ; generaliter tamen, tenet Genuens. *practicab. Eccles. quæst.662. num.3.* 34

Dicendum est omnes solemnitates de iure ciuili introductas in vltimis voluntatibus cessare in dispositione ad pias causas, sufficiunt enim ad validitatem huius dispositionis piæ solemnitates de iure naturali, atque gentium, per text. *in sæpe citat. cap. cum esses, de testam. & cap. relatum,* eodem Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.6. tit.3. num.4. & seq.* Clar. §. *testamentum, quæst.6. num.1. & seq. Rota in Mediolanen. bonorum 1600. coram Iusto,* relata per Farinac. *post primum volum. consil.* Marant. *cit. loc. resp.13. num.58. & resp.17. n.10.* Vnde est, quod in tali dispositione sufficiant duo tantùm testes, etiam si non rogati cum alias dispositum, non sit de iure gentium, sed ciuili, vt dictum est. 35

Hinc

36 Hinc etiam est, quod sustinetur hæc dispositio, etiam si sine scriptura facta sit, sufficit enim, quod de illa constet per duos testes, vel alio legitimo modo, ita Corn. cons. 308. num. 6. & seqq. lib. 3. Boer. decis. 93. num. 4. Couarr. in cap. relatum, num. 11. Genuens. practicab. Eccles. quæst. 662. num. 3. Misinger. cent. 5. obseru. 23. num. 5. Thor. de priuil. piar. caus. priuil. 226. Seraph. decis. 585. Gamma. decis. 380. num. 1. vers. nec obstabit, Marant. qui alios refert cit. resp. 17. num. 24.

37 Hinc quoque testamentum ad pias causas validum est, & firmum, si inueniatur factum quibuscumque verbis, vel indicijs, siue scripturis, modo constet de voluntate disponentis, sicut eodem modo valet testamentum factum inter liberos, l. hac consultissima, §. ex imperfecto, C. de testam. l. fin. cap. famil. hercisc. DD. communiter; nec minus priuilegiata dicitur dispositio inter liberos, quam hæc, quæ fit in piam causam, Couarr. in cit. cap. relatum, primo num. 2. hoc tit. de testam. Tusc. tom. 6. litt. P. concl. 339. & tom. 8. conclus. 119. num. 2. Mart. de success. legal. quæst. 8. art. 1. num. 3. Boer. decis. 93. num. 3. & seqq. Facchin. controuers. part. 1. lib. 4. cap. 3. ad 3. dub. fol. 475. Gizzarel. decis. 46. num. 13. & seq. Et valet re factum sola scriptura defuncti, sine vllo teste, Barbos. de iure Eccles. lib. 3. cap. 27. num. 100.

38 Collige etiam ex dictis valere testamentum ad pias causas nutu factum, nam in his dispositionibus attenditur veritas, & voluntas, quæ nutu deprehenditur, tenet gl. in cap. cum tibi, in verbo dispositionem hoc tit. de testam. vbi etiam Abb. Bal. in l. 1. C. de Sacrosanct. Eccles. Imol. in cap. 2. cit. tit. de testam. Tiraqu. de priuil. pia caus. priuil. 8. Genuens. practicab. Eccles. quæst. 376. Barbos. de iure Eccles. lib. 3. cap. 27. num. 97.

39 Nota secundò, quod legatum ad pias causas, si indebitè fuerit solutum minimè repetitur, ad text. in §. fin. de obligat. quæ ex quasi contract. nascunt. & in l. cum is, §. si ea opinione, & §. si mulier, ff. de cond. indebit. Tiraqu. de priuil. pia caus. priuil. 77. & priuil. 125. Roman. cons. 428. num. 2. Calder. cons. 19. vers. ad secundum, dico de testam. Mart. vote 3. n. 6. Muta decis. 28. num. 10. & seq. Tusc. tom. 6. littera P. conclus. 333. num. 89. Intrigl. singul. 98. num. 108.

40 Dictum est supra in testamentis ad pias causas attendi veritatem, ad quod nota, non solum esse attendendam veritatem pro causa pia, sed etiam contra illam. Vnde licet de iure ciuili, non conficiens inuentarium teneatur vltra vires hæreditatis; Tamen de iure Canonico Ecclesia, vel alia pia causa debet esse contenta veritate, & illam respicere, cum sit cultrix iustitiæ, tenet Tiraquell. de priuil. pia caus. priuil. 88. Molfes. in summ. 2. part. tract. 13. cap. 5. num. 179. Bonac. tom. 2. de contract. disput. 3. quæst. 17. punct. 8. §. 3. propos. 3. num. 4. versic. 5. causa pia, & alij communiter.

41 Difficilis quæstio solet adduci in hac materia, an scilicet legata pia concurrentia cum olim profanis patiantur diminutionem pro rata, si vires hæreditatis non sufficiunt ad soluendum omnia legata pia, & non pia. Pro parte affirmatiua, quod fiat reductio ad vires patrimonij facit. Primò, quod in testamento Militis, in quo licet cesset Falcidia tamen fit hæc diminutio propter defectum Patrimonij, per text. in l. post missionem, ff. ad leg. Falcid. Bart. in auth. similiter C. eodem. Secundò, hæc legata pia diminuuntur propter debitum iure naturæ, per text. in l. si quis ad declinandam, C. de Episcopis, & Cler. Ias. in l. si quis testamento, §. apud Iulianum, ff. de leg. 1. Tertiò, facit regula generalis, quod legata non debentur vltra vires hæreditatis, l. 1. §. is, qui, ff. ad Trebel. & consequenter iniquum esset quosdam legatarios esse melioris conditionis, & esse præferendos, & si alicui legatario facta esset solutio, daretur repetitio cæteris collegatarijs per condictionem indebiti, ita Bal. in l. 2. §. 1. vbi Alex. num. 3. & 4. ff. de condict. indebit. hanc opinionem tenent Bart. & Ias. loc. supra cit. de Franch. decis. 236. Ricc. dec. cur. Arch. Neapolit. 221. Peregr. de fideicommiss. art. 4. num. 58. & seqq. & alij, Costa remed. 84. num. 7. Peregr. decis. 885. Contrarium verò nempè, quod legata pia sint integrè soluenda, & non patiantur detractionem ob defectum patrimonij iudicatur verius. Primò à simili, nam in legato dotis non fit defalcatio, l. 1. vbi Bart. ff. de priuil. credit. & deducitur tamquam æs alienum; sed valet argumentum de dote ad piam causam, cap. 1. §. donare qualiter alia feud. poter. alien. Bart. in l. si ego, ff. de iur. dot. Euerad. in loco de dote ad piam causam ergo. Nec suffragatur dicere, quod legatum dotis filiæ, non patitur diminutionem, quia succedit loco legitimæ, & sic est debitum iure naturæ; quia respondetur, quod omnes pro peccatis nostris efficimur debitores Deo, cap. pro obeuntibus 12. quæst. 12. & fortè legatum pium fit pro restitutione malè ablatorum, quod testator non vult exprimere, cùm non teneatur se infamare. Secundò, quia legatum alimentorum, non patitur hanc diminutionem, latè Surd. de alim. tit. 8. priuil. 30. qui alios refert, sed validum est argumentum de alimentis ad piam causam, latè Euerard. in loco ab alimentis ad piam causam ergo. Tertiò in hac materia desalcationis est attendenda coniecturata mens testatoris, iuxta dicta per Vincent. de Franch. decis. 236. cit. quod, si verùm est, prout verissimum, quis non iudicauerit voluntatem testatoris fuisse, pro integra solutione legatorum piorum, ex quibus consequi sperat remissionem peccatorum, cùm nemo præsumatur immemor salutis æternæ, cap. sanctimus 1. quæst. 7. Hanc opinionem tenent Feder. de Senis cons. 250. Paul. de Castr. in l. si quis testamentum, §. Iulianum, ff. de leg. 1. Tiraqu. priuil. pia caus. 72. Surd. de aliment. tit. 8. priuil. 30. num. 3. Molfes. cons. 13. Costa de port. rat. quæst. 107. num. 3. & seq. & quæst. 140. Roland. cons. 25. volum. 4. Genuens. practicab. Eccles. quæst. 330. num. 2. & seqq. qui respondet decis. de Franch. illam loqui, quando omnia sunt legata pia, tunc priuilegiati vtuntur iure communi, sequitur Viscont. ad dictam decis. Mantiq. qq. moral. quæst. 69. part. 1.

42 Solet in his terminis quæri, an valeat Episcopus commutare legata, & alias pias fidelium voluntates; & communiter respondent DD. posse Episcopum commutare vltimas voluntates ex iusta, & necessaria causa, tamquam Sedis Apostolicæ delegatus præmissa extraiudiciali, & summaria cognitione, nihil in precibus tacita veritate, vel suggesta falsitate fuisse narratum, ita ad litteram disponit Concil. Trident. sess. 22. de reformat. cap. 6. notat Monet. de commut. vltim. volunt. cap. 6. num. 86. & seqq. Barbos. qui alios refert de iure Eccles. lib. 3. cap. 27. Hæc facultas competit Episcopo infra annum sine scrupulo; post verò annum dubium est, si potest Episcopus, cùm ab illo fuerit abdicata facultas cognoscendi de legatis pijs, per priuilegia Fabricæ Sancti Petri, vt dictum est supra, cuius Tribunal, si manus apposuit, non posse, omninò tenendum est, & probatur apertè per declarationes Sacr. Congregationis R. Fabricæ, relatas per Quarant. summ. Bull. verbo Fabrica Sancti Petri, vers. præterea, vbi disponitur, quod si legatum pium ob aliquod impedimentum iuris, vel facti exequi non potest, tunc commissarij teneantur assignare competentem terminum, ad obtinendam commutationem legati à Sede Apostolica. Verùm hoc est intelligendum, postquam commissarij mandarunt impetrari commutationem; antea verò non reperitur lex, quæ tollat hanc facultatem Episcopis.

43 Aduertendum est, quod in commutatione legatorum piorum ex iusta, & necessaria causa, tria concurrere debent. Primum, quod commutatio fiat in alium pium vsum, non tamen profanum. Secundum, quod commutatio fiat in alium pium vsum proximiorem voluntati testatoris, & vtiliorem animæ illius. Tertium, quod intercedat in commutatione consensus hæredis, & legatarij, quorum interesse vertitur, ita notat Barbos. de iure Eccles. lib. 3. cap. 27. num. 59.

44 Diximus cum Concil. Trident. ad hoc, vt possit fieri commutatio vltimarum voluntatum necessario requiri, quod fiat ex iusta, & necessaria causa. Dubitari potest an concorrere debeat in hac causa copulatiuè iustitia, & necessitas, vel sufficit alter de duobus. Sed responderi potest non sufficere, quod concurrat necessitas absolutè, nam requiritur, quod necessitas sit iusta, quod regulariter solet esse. Sufficit tamen sola iusta causa etiam, quod non sit necessaria; cum quavis enim iusta causa, idest probabili, & rationabili potest fieri commutatio, ita tenet Monet. de commutat. vltim. volunt. cap. 6. num. 86. & seqq. & num. 110. quem sequitur Barbos. in collect. DD. ad Concil. Trident. citat. cap. 6. sess. 22. de reformat.

45 Hinc colligitur, quod licet legatum pium possit de

inre,

iure, & facto adimpleti, quia tamen fubeft iufta, & rationabilis caufa ;- iudicio Epifcopi commutandi, poteft fieri commutatio, etiam quod non concurrat neceffitas, notat Syluest. *verbo legatum* 4. §.14. quem refert, & fequitur Ludou. Beia *resp. casuum conscient. part.4. cap.22.* Verùm cùm legata poffunt de iure, & facto adimpleri, non funt de facilè commutanda, cum interfit conferuare fidelium voluntates, ita Barbof. *de iure Eccles. lib.3. cap.27. sub num.55.* Vnde, quando commutatio fit ex fola iufta caufa dicunt DD. Epifcopum non poffe commutare nifi pro vna vice, & de confenfu intereffe habentium, aduertit Ricc. *collect.* 558. *versic. quarta*, Barbof. *cit. cap.27. num.57.*

46 Inter iuftas caufas ob quas Epifcopus vltimas fidelium pias voluntates commutare poteft, numerantur. Primò, fi pecunia legata ad pium vfum non fufficit, tunc enim poteft in alium vfum conuerti, ita Ricc. *cit. collect.558. part.3.* Monet. *de commut. vltim. volunt. cap.5.* Barbof. *de potest. Episcop. part.3. alleg.83.* & alij. Secundò, quando vfus legatus non poteft adimpleri, tunc poteft in alios pios vfus conuerti, Ricc. *cit. loc.* Barbof. *d. alleg.83. num.8.* Guid. Pap. *decis.*556. Munet. *allegat. cap.5. num.332.* Tertiò, fi Monafterium, vel Ecclefia non poteft conftrui in loco per teftatorem defignato, poteft Epifcopus alio in loco conftrui facere, Ricc. *eod. cit. loc. in fin.* & Barbof. *num.10. & de iure Eccles. lib.3. cap.27. num.49.* Quartò, fi legatum factum eft ad vfum minus neceffarium, poteft commutari in alium magis neceffarium Ecclefiæ DD. prædicti citatis locis, Monet. *num.354.* Barbof. *de iure Eccles. num. 54.* Genuenf. *practicab. Eccles. quæst.214.* Quintò, fi aliunde vrgat neceffitas commutandi, nec adiri poffit Summus Pontifex, poteft Epifcopus commutare, Monet. *cit. cap.5. num.348. & seqq.* Barbof. *vbi supra*, & alij. Sextò, quando teftatoris voluntas numquam fuit executa, Ricc. *cit. collect.558. vers. secunda causa*. Septimò, ad finem prouidendi Ecclefiam de neceffarijs paramentis, poteft Epifcopus redditus Capellæ pro Miffis celebrandis conuertere, pro vna vice in emptionem paramentorum, Ricc. *cit. loc. versic. quinta causa*, vbi refert, fic fuiffe decifum in Curia Archiepifcopali Neapolit. Aliàs iuftas caufas commutandi pia legata, vide apud Monet. Barbof. & Ricc. *cit. loc.* Bonacin. *tom.2. de contract. disput.3. quæst.17. punct. 8. §.9. num.4. vers. ex dictis*.

47 Sed aduerte, quòd licet poffit Epifcopus ex caufa commutara legatum pium, non poteft tamen etiam fi vigore pij legati erectum, fit Beneficium commutare onera appofita in fundatione, feu erectione Beneficij, vel Capellaniæ ftatutum eft, in Concil. Trident. *sess.25. cap.5. de reformat.* Sed pro hac commutatione petenda eft Sedes Apoftolica; nifi vrgeat neceffitas commutandi aliunde, nec poffit Summus Pontifex adiri, Barbof. *de iure Eccles. lib.3. cap.27. num.58.* poft Garz. per eum adductum.

48 Hic dubitari poteft, fi factum fit legatum alicui perfonæ intuitu pietatis, fed contemplatione perfonæ, fi non poffit ipfi legatario folui, an dicatur caducum, vel an poffit per Epifcopum commutari in alium pium vfum.

Refpondetur, legatum non dici caducum cum pium fit, licet aliud fit in profanis, fed poffe liberè per Epifcopum commutari in alium pium vfum, dum adimpleri non poteft in fpecie, qua factum fuit, tenet Molfef. *in summ.2. part. tract.13. cap.5. num.186.* Molin. *disput.149.* Bonacin. *tom.2. de contract. disput.3. quæst.17. punct. 8. §.9. num.4. vers. sexto sequitur*, qui fatetur de communi, nifi hæres voluit, quod legatum in tali cafu reuertatur ad hæredem. Hæc de iure nullam habent dubitationem. Sed poft erectionem R. Fabricæ Sancti Petri legata pia omnia, quæ debitæ executioni mandari non poffunt cedunt vtilitati Fabricæ, vt patet ex priuilegijs illis, ac declarationibus relatis per Quarant. *summ. Bull. verbo Fabrica S. Petri, vers. prætereà*.

49 Notatum eft poffe Epifcopum ex caufa iufta, & rationabili commutare pia legata. Verum id intelligendum eft. Primò, hærede requifito, quando ea commutatione grauatur; & ratio eft, quia hæres fuftinet partes defuncti, & probatur per text. *in cap. res quidem hoc, tit. de testam. ibi tecum*, & tenet Bonac. *de contract. disput.3. quæst.17. punct.8. §.9. vers. quod requiratur tom.2.* Secundò, intelligendum eft requifito loco pio, cui fuerat factum legatum, quia iuri confonum non eft, vt quis infcius, & inuitus damnum patiatur, probatur *l. legatum, ff. de vsufruct. legat. & l. legatum, ff. de administr. rer. ad Ciuit. pertinent.* Verùm, fi hæres, vel pius locus prædictus diffentiat, tunc Epifcopus folus poteft commutationes piorum legatorum facere, ex præfumpta voluntate teftatoris, per doctrinam Bart. *in d. l. legatum, ff. de vsufruct. leg.* Genuenf. *in prax. cit. Archiepisc. Neapolit. cap.24. num. 4. secund. vltim. impress.* Barbof. *de potest. Episcopi 3. part. allegat.38. num.6.* Bonac. *cit. num.4. versic. quod requiritur*.

Vlterius, fi Epifcopus intendit commutare in alium pium vfum legatum, fiue hæreditatem relictam Hofpitali ad certum peregrinorum, aut infirmorum, aut aliarum perfonarum genus fufcipiendum, fi in loco, vbi funt dicta Hofpitalia fimiles perfonæ, aut perpaucæ reperiuntur, tunc in hoc cafu particulari vltra requifitionem hæredis, & loci pij, vt fupra Epifcopus tenetur adhibere confilium duorum Canonicorum, qui rerum vfu peritiores fint, per Concil. Trident. *sess.25. de reformat. cap.8.* & aduertit Genuenf. *cit. loc.*

50 Diximus, quid ad hoc, vt poffit Epifcopus commutare vltimas fidelium pias voluntates omnino requiratur iufta caufa, quæ debet efse perpetua de per fe, nam fi eft iufta per aliquod tempus puta, fi impedimentum, propter quid non poteft adimpleri legatum, eft temporaneum, tunc non eft facienda commutatio, fed expectandum tempus commodum, fi non eft exceffiuum, probat Genuenf. *cit. loc. sub num.2. per text. in cap. non est, & cap. quod super, de voto*.

51 Supradictam facultatem, quam concedunt fuperiores Epifcopo commutandi pia legata, & difpofitiones femper intelligunt terminis habilibus ideft concurrente caufa ad præfcriptum Concil. Trid. *cit. cap. 6. sess. 22. de reform.* extra verò caput prædictum nullo modo Epifcopum commutationem prædictam facere, fed pro illa eft fupplicandus Sanctiffimus, ita difponitur *in Clem. quia contingit de religio. domib.* etiam fi commutatio fieret in melius iuxta veriorem opinionem Lop. Imol. & Banil. *in eadem Clem.* & Abb. *in hoc cap. tua nobis, num.4. de testamen.* Genuenf. *in cap.24. sub num.1.* qui etiam ampliat fi accedat confenfus hæredis, adhuc recurrendum ad fedem Apoftolicam firmat principalem fententiam Marant. *tom.3. controuersiar. resp.75. num.10. & seqq.*

52 Nota tertiò legata pia effe foluenda adhuc hæreditate non adita fecundum opinionem Boff. Bel. & aliorum *in l. 1. de sacrosanct. Eccles.* Genuenf. *practicab. Eccles. quæst.554. num.3.* fimiliter fi hæres differat adire hæreditatem iure etiam fi illam repudiet, & hoc infpecta iuris Canonici æquitate, quicquid fit de rigore iuris Ciuilis, firmat poft alios Barbof. *de iure Eccles. lib. 3. cap.27. num.82.*

53 Nota quartò, quod legatum pium nifi aliter caufet difpofitio, vel inducant coniecturæ, iudicari debet perpetuum in dubio. Vnde fi quis inceperit in legato celebrari Miffam in die obitus, vel quid fimile, intelligitur fingulis annis in perpetuum, non pro vna vice, fauore enim, & piæ difpofitionis, fecundum magis æquam, & veriorem fententiam, quam tenet Imol. *in leg. cum pater, §. pater certam de leg. 2. vers. vltimo*, contra Cin. *in ead. leg.* & Imol. fequitur Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.6. titul.4. num. 55.* qui benè refpondent fundamentis contrariæ fententiæ. Et legatum annuum fauore Ecclefiæ, & piæ caufæ iudicatur perpetuum, & debetur etiam vltra eorum annos, prout firmat Genuenf. *practicab. Eccles. quæst.329.* quicquid aliud fit in Legato annuo facto Ciuitati, aut Reipublicæ, quod reftringendum eft ad centum annos, vt notat Genuenf.

54 Nota quintò, Cafum in praxi, quidam deuotus fidelis in fuo teftamento legauit, & mandauit prouideri in perpetuum Candelabrum maius Altaris Maioris certæ Ecclefiæ, vnius Cerei pro lumine ad eleuationem Sanctiffimi in Miffis celebrandis in eodem Altari; executo legato poft multos annos creuit numerus Miffarum, dubitauit hæres an teneretur pro Miffis adcretis. Confultus

refpon-

respondi, quia numerus Missarum multum creuerat, hæredem non teneri motus per dispositionem *text. in capit. quanto de censib. vbi DD.* ibi enim fuerat relictum prandium Religiosis, qui deinde, quia multum creuerant, fuit ditum babendam esse rationem Religiosorum, qui erant tempore mortis testatoris, nisi alias facultates hereditariæ creuerint. Nec facit in contrarium opinio Io: Andr. *in cap. 1. de relig. & vener. Sanct.* qui tenet. Quod grauatus singulis festis ponere certos cereos in offertorio, tenetur etiam in festis nouiter constitutis, nec similis opinio Eremit. *Corpil.* 70. quia prædicti intelligendi sunt data capacitate nisi onus multum creuerit, vt in casu nostro, quos ita intelligit Genuens. *practicabil. Ecclef. quæst.* 552. & ita fuit iudicatum.

Alia quoad hanc materiam piorum legatorum, & signanter quoad priuilegia huius dispositionis inuenies apud Tiraquel. Tor. & Nauar. in peculiaribus tractatis de pia causa, & ante eos apud Euerard. in loco à libertate ad piam causam, & in loco ab alimentis ad piam causam à quo omnes posteri rapuere, & apud Modernos viros, Bonac. Barbos. & alios *vt supra*, à quibus grauis materia est satis abundè tractata ad eos me remitto.

55 Nota sextò, quòd quisquis possit eligi executor piarum dispositionum, prout absolutum est. Hinc primo Mulier possit esse executrix testamentorum maximè ad pias causas probatur ex *l. à filio in princip. ff. de aliment. & cibar. legat.* vbi Bartol. sequitur Bald. *in l. id quod pauperibus 2. col. Cod. de Episcopis, & Cler.* Becius *consil.* 91. *num.* 1. & probat Diana *tom. 8. tract. 5. resol. 4. versic. sed his*, idque etiam procedere in muliere nupta, quæ possit etiam à tertio executrix nominari, ita Carpius *de execut. testam. lib. 1. cap. 7. num.* 35.

Ampliatur suprapofita conclusio, vt executio à testatore proprijs fratribus relicta, censeatur etiam sororibus iniuncta, & appellatione fratrum executorum, sorores etiam comprehendi ea ratione, quia siue sit ex proprietate sermonis, siue per extensionem, fœmininum sub masculino concipitur, maximè in vltimis voluntatibus iuxta doctrinam Costæ *in c. si pater de testament. in 6. 1. par. verbo si vtrumque num.* 1. Menoch. *de præsumpt. lib. 1. præsumpt. 84. num. 2. & sequent.* tenent principalem sententiam Carpius *cit. tract. & loc.* quem sequitur Diana *tom. 8. tract. 5. resolut. 5. vers. sed non desinam contra Eminentissimum Lugum de iust. tom. 2. lib. 1. cap. 7. num.* 324. post Sanch. *in opuscul. tom. 2. lib. 4. cap. 1. dub. 4. num. 7.*

Secundò minor, qui 17. annum compleuit possit esse executor testamentarius ad negotia, prout indubitatum est apud omnes, licet quoad lites aliqui negent iuxta distinctionem Carpij *cit. tract. de execut. testamen. lib. 1. cap. 8. num. 3. & seqq.* quem refert, & sequitur Dian. *cit. loc. res. 6. vers. de hanc*.

Tertiò Clerici absque vllo scrupulo possunt esse executores maximè ad pias causas docet Speculat. *titul. de instrument. edit. §. nunc vero num. 73. & 74.* & alij communiter, & licet aliqui cum dicto Specul. tenent id solum permitti Clericis ad pias causas nihilominus magis communis opinio, & verior, id admittit etiam ad non pias causas, & ratione potissimum, quia officium caritatis est voluntatem testatoris, ad effectum producere *Auth. de hæred. & falcid. in §. si vero expressim*, probatur principalis sententia *ex cap. 2. de testament. in 6.* & ex Sanchez *in opuscul. tom. 2. lib. 4. cap. 1. dub. 40. num. 1.* & Diana *tom. 8. tract. 5. resolut. 7. qui versic. sed hæc*, id dicunt procedere cum Cardinalibus, Archiepiscopis, Episcopis, & omnibus clericis. Non tamen esset hoc permittendum curatis, si id irrogaret præiudicium Curiæ.

Et non solum Clerici seculares, sed etiam Regulares possunt esse executores testamentorum, etiam claustrales, de licentia tamen sui superioris Regularis, per tex. in *cap. final. de testam. in 6. & Clem. vnica eod. tit.* vbi DD. communiter, & id indistinctè etiam ad non pias causas, vt aduertit Cardin. *in dicta Clem. vnica num. 10. vers. 2.* & Io: Imol. *num.* 10. Hæc enim licentia sufficit, si sit obtenta à superiore cuius imperio Regularis immediatè, subest per doctrinam Cardin. *eod. loc. num.* 4. Et à Prælato conuentuali, qui in tali casu posset sibi ipsi etiam dare licentiam, prout probat Diana *tom. 8. tract. 5. resol.* 10. qui alios citat, nec requiri consensum conuentus, docet idem Diana, *& resolut. 11. discutit*, quid inter dignissimos Patres Societatis Iesu.

Fallit tamen suprapofita conclusio in Fratribus Minoribus, qui non possunt esse executores testamentorum, etiam cum licentia superioris per text. in *Clem. exiui de verb. significat.* quot procedere dicunt, etiam si distributio facienda esset inter ipsos Fratres Minores, vel Moniales Sanctæ Claræ, Sanch. *in sum. tom. 2. lib. 6. cap. 11. num.* 27. & Diana *cit. loc. resol. 12. vers. & contrarium*, contra nonnullos per Sanch. ibidem relatos. Hoc tamen limitant Portel. & Rodriqu. relati per Dianam *eod. loc. vers. vltim.* quando Minor relictus est executor cum alijs sæcularibus, quia tunc potest esse executor. An autem Minores Fratres possint dare consilium executoribus, vel illis possit committi electio pauperum, & alia ad hanc materiam, vide Diana *cit. loc.*

Vltimò notandum executori testamenti etiam de causis pijs deberi iustum salarium, dignus est enim operarius mercede sua, non tamen decimam, probat abundè Manriqu. *quæst. moral. part. 2. quæst.* 63. contra Spin. *in spec. glos. 28. num.* 80.

OBSERVATIONES

D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *FAcultas Fabricæ S. Petri in quo vigeat.*
2 *Fabrica S. Petri, an succedat in annuis legatis Fratribus Minoribus S. Francisci?*
3 *Quid si legetur Domui Professæ Societatis Iesu cum onere Missarum.*
5 *Fratres Minores an possint esse executores testamenti.*
5 *Differentia inter Fratres Minores Obseruantia, & Professos Societatis Iesu.*
6 *Collegia Societatis Iesu qualiter possideant stabilia.*
7 *Prælatis inferioribus an competat facultas exequendi legata pia.*
8 *Legata pia si fuerint repudiata, an per restitutionem in integrum regressus competat?*
9 *Legatum Monacagij relictum puellæ inopi, si illa ingrediatur Monasterium, quod dotem non recipit, cui acquiratur legatum.*
10 *Expenditur Reg. de Marin. lib. 1. res. 117.*
11 *Testamentum ad pias causas præcedens si reuocetur simpliciter cum tribus, vel duobus testibus, an induratur reuocatio?*
12 *Testamento simpliciter reuocato, an legata pia reuocata censeantur.*
13 *Legatum pium an debeatur ex testamento imperfecto.*
14 *Expenditur Reg. de Marin. lib. 1. res. 238.*
15 *Verba nolo instituere hæredem Ecclesiam an sint testamentum perfectum? Et quæ verba indicent voluntatem deliberatam.*
16 *Scriptura testamenti eius, qui mandauit vocari Notarium, & testes an sit testamentum.*
17 *Casus refertur in S. R. Consilio desuper ad partes disputatus super velleitate, vel voluntate deliberata disponendi.*

DE facultatibus Fabricæ S. Petri agit Ventrigl. appli- 1
cantis sibi omnia, & quæcumque legata pia personis, vel locis incapacibus, vel renunciata, aut repudiata per loca pia, vel si opera, & onera pia, sint incerta, vt de facultatibus d. Fabricæ plures congesti in principio, & perbellè Rota *decis. 150. part. 12. recent. num.* 40. ibi: *His itaque firmatis cum post mortem Gregorij Religio Hierosolymitana dictam dispositionem repudiauerit, subintrat in eius locum R. Fabrica S. Petri §. si autem in legatis, & hæreditatibus in piam causam relictis, & repudiatis habetur pro substituta, & per fideicommissum vocata*, vt notat etiam
Carol. Matant. *respons. 37. lib. 1.* 2
Quæritur, an Fabrica succedat in legatis annuis redditum

tuum perpetuorum factis Fratribus Minotibus S. Francisci de Obseruantia, & Reformatis cum onere perpetuo celebrationis Missarum? Ventrigl. *num.* 15. affirmat pro Fabrica. Nam dicti Fratres sunt incapaces legatorum etiamsi indirectè sint relicta, Marant. *resp.* 4t. *tom.* 1.

3 Similis casus accidit, & ponderatur contrarium. Et est sequens Fuluia Molella Alatrinæ Ciuitatis instituens hæredes Patres Domus Professæ Societatis Iesu Vrbis mandauit, vt dicti Patres deberent pro eius anima celebrari facere Missam quotidianam, & Anniuersarium. Quare prætenderunt Procuratores d. Fabricæ S. Petri, vt ob Domus incapacitatem stante præsertim dicto onere eis iniuncto celebrationis Missæ quotidianæ intrarent facultates Fabricæ.

E contrario edisserebatur, quod si legatum directum sit in ipsum pium opus, tunc potius videntur executores ipsi Præpositi Domus, & legatum Sacristiæ relictum, vt ex fructibus per sæculares Sacerdotes celebrentur Missæ, vt mos est celebrandi sæculares presbyteros. Nec inconuenit, quod possint relinqui executores ipsi professi quarti voti de licentia Superiorum, vt Sanchez *de præcept. Decalog. lib.* 6. *cap.* 1t. *num.* 17. Add. ad Buratt. *decis.* t4. *lit. A.*

Solaque difficultas in huiusmodi dispositionibus, quæ fiunt fauore Sacristiæ Religiosorum incapacium cadere potest, quando possit esse color quæsitus ad faciendam fraudem regulæ, contra quam ipsi Religiosi remanerent prouisi de redditibus, & sic vbi agitur de Missis celebrandis per ipsosmet Religiosos, ad quorum commodum deberent cedere redditus destinati pro eleemosyna. Secus quando ipsi se non ingerunt, sed solum curam habent, vt Sacerdotes sæculares celebrant. Irrationabile enim esset, quod piè testantibus prohibenda esset executio piorum operum per ipsosmet Religiosos magis obseruantes, Card. de Luca *de regular. discurs.* 63. *per tot.*

4 Obstare autem videtur, quod Fratres Minores non possint esse executores testamentorum, etiam cum licentia Superiorum, per text. *in Clement. exiui de verb. signif.* Ventrigl. *num.* 55. Ergo nec similiter Religiosi Domus professæ, cùm sint verè, & propriè Mendicantes, Fagnan. *in cap. in præsentia num.* 84. *de probat.*

5 Obiectioni occurritur assignando differentiam inter Minores Obseruantes, & Professos quarti voti. Quia incapacitas illa Minorum est etiam de facto circa vsum pecuniæ. Et vlterius illa prouenit à Sacris Canonibus, vt *Clem. exiui de Paradiso*, & ex decreto Concil. Trid. *sess.* 25. *de regular. cap.* 3. per quod statuitur generalis incapacitas Regularium, de Obseruantia, & Capucinorum. Incapacitas Societatis Iesu est potius voluntaria ob renunciationem scilicet voluntariam, quàm ipsius Societatis Professores in eodem Concilio fecerunt, qui in eo aderant, vt testatur Sanch. & alij relati per Fagnan.

6 Ratio dubitandi, quæ oritur ex Collegijs possidentibus bona stabilia, ex quibus initur absque vlla mendicitate, cessat. Nam bona, & redditus esse dicuntur non in Collegiorum priuato dominio, sed sub dispositione Præpositi Generalis. Et respectu Domuum professarum dubitatio non intrat, cùm possint acquirere ad effectum vendendi, non retinendi, vt per Fagnan. *vbi sup. num.* 61. & per Rotam *decis.* 10t. *part.* 10. *recent.* exemplis duorum insignium Cardinalium scilicet Bellarmini, & de Lugo, qui morientes Domum Professam Vrbis scripserunt hæredem, vt Card. de Luca *de regular. discurs.* 23. vbi Ducissa Ceræ reliquerat Religiosis professis quarti voti annua scuta bis centum ad vitam eroganda in multos pios vsus eorundem Religiosorum arbitrio, super quo legato Fabrica manus apposuit. Beneuerùm hæres cum Fabrica se concordauit.

Hinc licet Ventrigl. *num.* 51. tradat regulares de licentia Superioris posse esse executores testamenti, intellige. Nisi pia opera esset incerta. Et nisi essent Minores de Obseruantia, & Capuccini.

Præterea secus si professi quarti voti vti Confessarij vltimæ infirmitatis fuissent relicti distributores certæ quantitatis inter personas à moriente secretè manifestatas, vt non raro contingit.

7 Prælatis inferioribus an competat facultas exequendi pia legata? Ventrigl. *num.* 2. affirmat. Argui potest in contrarium. Quia Episcopus tamquam Sedis Apostolicæ delegatus habet facultatem exequendi legata pia ex dispositione Concil. *sess.* 22. *de reform. cap.* 8. Hodie enim post Concilium, & Apostolicas Constitutiones ferè ad nihilum est redacta iurisdictio inferiorum Prælatorum ob iurisdictionem locorum Ordinarijs delegatam in causis matrimonialibus, & criminalibus, concernentibus curam animarum, administrationem sacramentorum, collationem ordinum, approbationem Confessariorum, Concionatorum, Monasterio Monialium, & alia, vt Rota *decis.* 304. *part.* 1 t. *recent.* Card. de Luca *de iurisd. discurs.* 1. *num.* 9.

8 Legata pia quæcumque non acceptata cedentia beneficio Fabricæ S. Petri. Dubitari potest. An locus pius post factam repudiationem per viam restitutionis in integrum possit redire antequam Fabrica manus apponat, & re integra? Ventrigl. *num.* 2t. refert Marant. *part.* 1. *contr.* 37. *per tot.* negantem.

Ratio arguendi contrarium est. Quia antequam Fabrica manus apponat, potest semper hæres satisfacere, & adimplere legata non satisfacta, vt Ventrigl. *num.* 13. Eodem modo posset Ecclesia restitui in integrum aduersus repudiationem, ex adductis in obseru. 482. ad decis. de Franch.

9 Elegans quæstio est. An legatum monacagij puellæ inopi relictum à Testatore pro anima, si mulier illa Monasterium ingressa fuerit, quod dotem non recepit, vt Ordinis Capuccinorum, remanere debeat penes hæredes Testatoris, vel ad hæredes legatariæ, vel potius ad Fabricam S. Petri?

10 Tractat hanc rem Reg. de Marin. *lib.* 1. *resol.* 117. *n.* 10. *& seq.* & concludit legatum conuertendum ad pios vsus, cùm principaliter fauore animæ sit relictum, quod neque possit renunciari per hæredem.

Comprobat de Marin. ex Gennens. *practicab. Eccles. tricen.* 8. *quæst.* 213. *per tot.* vbi pulchrè voluit, quod si Testator alicui Ecclesiæ pro fabrica, vel ornamentis mille legauerit, & Ecclesia illis non indigeat, legatum illud Episcopi auctoritate in alios vsus commutandum sit, vt testatoris anima suffragium consequi possit.

Pro Episcopo, vt habeat facultatem exequendi infra annum, & commutandi res videtur plena. Sed post annum apponet manus Fabrica S. Petri, & ita censeo.

11 Si præcedit testamentum ad pias causas, & deinde simpliciter reuocetur testamentum coram tribus, vel quatuor testibus, etiam quod effluxerit decennium non inducitur reuocatio testamenti. Quia licet testamentum perfectum cursu temporis decem annorum tollatur, si de contraria mente Testatoris constaret puta coram tribus testibus, ex *l. Sancimus C. de testament.* & dixi obser. 287. ad Præs. de Franch. & in Gratian. *discept.* 763. Attamen d. textus non derogat dispositioni ad pias causas, ita cum Hostiens. & Io. Andr. Bottilier. *differt* 1. *n.* 7.

12 Testamentum simpliciter reuocato sine clausula, *Quia testator velit decedere intestatus*, vtrùm censeantur reuocata legata pia? Negant Reg. Latro *cons.* 71. *num.* 54. Consil. Altom. ad Rouit. *decis.* 57. *ad fin.* & dixi in Gratian. *vbi sup. num.* 5.

13 Legatum pium an debeatur ex testamento imperfecto ratione voluntatis? Reg. de Marin. *lib.* 1. *res.* 238. narrat casum. Quidam grauissima infirmitate pressus testes, & Notarium pro testamento condendo accersiri iussisse, & in hæredis institutionem scribere fecisset inter nonnulla legata vnum ad beneficium capellæ dixit demum hæc verba. *Notaro basta questo per hoggi, mi facci piacere tornar dimani, che col aiuto di Dio lo finiremo, perche per hora non posso più, & fra tanto pensarò meglio, se mi occorrerà altro.* Quo peracto illinc ad duas horas obijt. Exinde dubitatum an legatum pium foret exequendum?

Pro hærede arguebatur. Legata pia non debentur ex testamento imperfecto ratione voluntatis, Dec. *cons.* 448. Ruin. *cons.* 1. *num.* 12. *lib.* 3. loquens, quando Testator dixit, quod volebat vsque ad vesperas differre complementum, Boer. *decis.* 240. Gasp. Thesaur. *lib.* 4. *quæst. for.* 28. *num.* 7. vbi etiam quod scriptura esset perfecta, ita vt aliud non remaneret, nisi testamenti publicatio.

Contrarium resoluit Reg. de Marin. *à num.* 7. ex Imol. *in l. si is, qui in fin.* Aret. *in* §. *ex eo Instit. quib. ex causa testam.*

testam. infirm. num. 13. vbi sic in Ciuitate Aretij practicatum vidisse testatur, quod imperfectio voluntatis non præsumatur, sed quod Testator velit solemnitatem, & stipulationem differre, & non constare debeat, quod testator voluerit addere, & morte præuentus non potuit. Quidquid sit in testamento profano, iuxta Gasp. Thesaur. & de Marin. *num.* 13. & dixi in Gratian. *cap.* 764. *n.* 17.

14 Suspecta videtur opinio de Marinis. Quia in casu per ipsum proposito constat, quod testator volebat addere ex verbis illis, *che frà tanto pensarò meglio*, & scriptura non erat perfecta.

Ponderatur, quod scribentes controuertunt in terminis piæ causæ, nempè si Testator roget duos testes, & tertium à quo mandasset accuratè describi sua bona, in quibus verbis dispositiuis instituebat hæredes pauperes Christi, & deinde testibus diceret, vt rogarent Notarium, vt scriberet suam dispositionem, & interim testator decederet, an hæc dispositio sit perfecta, ad beneficium pauperum Christi? Et Oldrad. *cons.* 119. probat imperfectam dispositionem, & meram præparationem ad testandum insufficientem adhuc pro pia causa. Et Oldradum amplexantur Io. Andr. Alber. Castrens. & alij quos refert, & sequitur Guid. Pap. *cons.* 55. *& quæst.* 532. Couar. *in cap. relatum de testam.* Gramat. *decis.* 62. Gamma *decis.* 221. *num.* 3. Ludouis. *decis.* 361. Linglois *decis.* 24. *quæst.* 8. *nu.* 6. Costa *de remed. subsid. rem.* 109. *num.* 15. Surd. & Hodiern. *decis.* 292. *& cons.* 258. *n.* 23. Anna *alleg.* 19. *n.* 1.

Confert text. *in l. fideicommissa* 11. §. 1. *ff. de leg.* 3. ibi, *Quoties quis exemplum testamenti præparat, & prius decedit, quam testetur, non valent, quasi ex codicillis scripta sunt, licet verba fideicommissi scripta habeant.* Consonant text. *in l. & scriptura ff. qui testam. fac. poss. l. quidam cum filium ff. de hæred. instit.* Reg. Latr. *decis.* 7. *num.* 13. & Rota Lucens. penes Magon. *decis.* 95. *num.* 2. vbi *si Testator renunciata voluntate iusserit vocari Notarium pro scriptura conficienda, & ante aduentum moriatur, illa sic probata voluntas non valet in vim testamenti, sed dicitur potius quædam dispositio ad testandum.* In simili Rota Ferrariens. apud Leoncill. *decis.* 196. & Rota Maceraten. apud Tomat. *decis.* 96. Rota Roman. apud Crescent. *decis.* 3. *aliàs* 164.

15 Verba *volo instituere hæredem* respiciunt potentiam, non dicitur dispositio facta, sed quam destinauerat facere, Reg. Latr. *decis.* 140. *num.* 23. latè Rubeus *de testam. cap.* 6. *num.* 196. ponens casum de certa muliere, quæ vocabatur Margaritucceia, & dixit: *Io voglio far testamento, & voglio lasciar lo mio, che sia dato per amor d'Iddeo, e per l'anima mia, à chi pare à me, e quando torno dalla Torre di Palma, sì, lo faraggio.* Et concludit voluntatem illam esse imperfectam.

Secus ait Rubeus *num.* 169. si Testator diceret Volo Caium esse mihi hæredem, vel volo, vt schedula manu mea scripta, & ad Titium transmissa sit meum testamentum, vel volo esse hæredem.

Idem Rubeus *num.* 218. tenet, credendum non esse testibus deponentibus de voluntate deliberata, nisi assignent formalia verba, ibi, *Animus deliberatus in prædictis terminis tamquam causa efficiens, si non appareat, nihil fit, qui tamen non probatur, licet testes dixerint, quod Testatorem eum habebat, nisi reddat rationem aliam, quæ resultat ex verbis Testatoris id necessario inferentibus, vel alijs signis, vel actibus extrinsecis, & quibus colligi possit, Testatorem prædictum animum habuisse testandi, cum animus, de quo ipsi deponunt, sit quid latens, & occultum.*

Probatur animus deliberatus. Si Testator dixerit, *Hò aggiustato le cose mie*, vt Rota *decis.* 108. *p.* 7. *recent. n.* 21.

Imperfectio voluntatis non arguitur ex eo, quod Testator aliquid legauerit Notario, si aliunde habeatur perfecta dispositio ad pias causas, & in legato nulla fiat mentio de rogitu, & stipulatione, Rota *vbi sup. num.* 25. Nec Testator censeatur se restrinxisse ad hunc modum testandi præsertim si adsit clausula, *omni modo meliori.*

16 Scriptura testamenti eius, qui mandauit vocari testes non est testamentum, sed quædam præparatio ad testandum. Si antequam testes aduenerint, moriatur. Sicut dicitur de scriptura sententiæ, quod non sit sententia, sed quædam præuia dispositio ad sententiam proferendam, *l.* 2. *C. de sentent. ex libell. recit.* Et Oldrad. *cons.* 19. loquitur de dispositione scribenda per Notarium, & deinde publicandam coram eo, & testibus vocandis, Paul. de Castr. *cons.* 420. *lib.* 2. de muliere, quæ postquam dixisset, sibi placere dispositionem, & vocari testes, subdidit, se velle differre in vesperum, Ias. *in cons.* 155. *lib.* 4. de testatore, qui iusserat vocari quendam Notarium pro stipulatione, & illo accedente, & redeunte semper distulit eum ad aliud tempus, Surd. *decis.* 292. in casu mulieris, quæ post confectam scripturam mandauit Notario, vt illam asseruaret, donec ipsa è rure ad Vrbem reuersa eodem Notario, & testibus vocatis publicari curaret, qui omnes loquuntur in casu, quo pia causa erat instituta.

Quoniam vt præallegati Doctores, & Castrensis obseruarunt, dicta conclusio procedit in voluntate, quæ ea ratione dicitur imperfecta, quod antecedens dispositio fuerit coarctata, & dependeat à futura publicatione, in qua Testator actus perfectionem contulerat, ita ex eodem Castrensi, & alijs Paschal. *de patr. potest. part.* 2. *cap.* 8. *n.* 61. Amat. *resol.* 8. *num.* 19.

Postquam autem Testator semel habuit suam voluntatem pro perfecta, licet deinde cogitauerit aliquid facere, vel addere, non tamen ex eo, quod non fecit, desinit esse perfecta, *l. pen.* vbi Aretin. *n.* 2. *C. de instit. & subst.* Alex. *cons.* 73. *n.* 3. *lib.* 1. Ruin. *cons.* 1. *n.* 22. *lib.* 2. Rota *d. dec.* 108. *num.* 14.

Defuncta nuper soror Maria Archangela Bartirotti in 17
Conseruatorio SS. Rosarij extra portam S. Ianuarij de hac Ciuitate Neapolis egit d. Conseruatorium in S. R. Consilio pro erectione duarum Capellaniarum in sua Ecclesia tamquam relictarum à d. Bartirotti. Probauit dispositionem duobus testibus depositione D. Caroli Certosini procuratoris Conseruatorij, & sororis Seraphinæ Grassæ. Et depositio continet, quod d. Maria Archangela dixisset velle facere duas Capellanias in d. Conseruatorio, & ordinasset vocari Notarium. Similiter adducendo fidem R. D. Iosephi Pacis de voluntate eadem erectionis Capellaniarum. Pro Conseruatorio laudatur d. Reg. de Marin. *vbi sup.* cum Ruin. Alex. & alijs.

E contrario viriliter aduersus Conseruatorium pro hæredibus ab intestato pro imperfectione dispositionis, quam plura egregius Sacri Consilij Aduocatus D. Carolus de Alexio adduxit. Potissimè ductus, quia d. Maria vltra mensem assertæ dispositionis vixit. Arguens quod dum potuit erigere Capellanias, & non erexit, signum sic noluisse legare, vt Rota coram Carill. 18. Nouembris 1638. §. *Vnde vers. idque*, ibi, *Idque confirmatur ex eo, quod Testator superuixit Pantasilea per integrum ferè annum, vt apparet ex fide obitus, quo medio tempore, si voluisset illos de Christianis excludere, facilè illos exclusisset aliud condendo testamentum, quod cum non fecerit, signum est euidens, voluisse ab intestato decedere.*

Inuerisimilis fit quoque depositio procuratoris, quia si adfuisset veritas, & perfectio voluntatis, & deliberatio, idemmet procurator vocasset Notarium ex suo munere. Et cùm in Conseruatorio adsit adunantia tot sororum conuiuentium, maior fuisset numerus deponentium. Et magis inuerisimilis cum Neapoli prompti sint in qualibet via Notarij, & signanter intra, & ex portam S. Ianuarij propè Conseruatorium. Testes an patiantur repulsam diuersa res est. Quia fœminæ, Monachus, & Abbas admittuntur pro Monasterio, Innoc. *in cap. & si Christus in fin. de iureiur.*

Quatenus Conseruatorium prætendit ad instar Monasterij Monialium succedere d. Mariæ, venientes ab intestato se opposuerunt, & iure, quia professionem solemnem non emiserunt degentes in Conseruatorio, neque clausuram profitentur, sed earum liber est egressus, & status, & hoc est institutum, vt adsit capacitas ad succedendum, & ad testandum, & hoc iure nititur, vt est Notarium dicti Conseruatorij, & voueant simpliciter donec, & quamdiu sint in Conseruatorio liberè in egressu. Audiui cessisse liti Conseruatorium modico accepto.

A P P E N D I X.

Anno 1625. R. D. Paulus Tambaro in suo testamento demandauit erectionem Montis pro maritagijs puellarum de familia, his verbis: *Delli quali ducati mille, e più se siri-*

troueranno al tempo della mia morte in comprare supra, se ne debbia far vn monte dell'entrade di detti capitali per cipienda, acciò al tempo del maritaggio di ciascuna zitella bisognosa della mia fameglia se le diano onze quattro, e superandone dette entrade, voglio, che si debbiano convertire in altre opere pie ad arbitrio delli sottoscritti miei esecutori del presente testamento. Executores scripsit Parochos Casalis *Caseriæ.*

De anno 1634. post aliquod augmentum reddituum cœperunt executores exequi legata maritagia, & quod superat, in opera pia erogatunt, & sic vsque ad annum 1634. continuarunt.

Mensibus elapsis de facto executoribus inauditis manus apposuit R. Fabrica, & fructus decursos ob non adimplementum legatorum sibi applicauit.

Ex pluribus pro auocatione pecuniarum, & repositione à decreto applicationis Parochos executores instare posse demonstratur.

Quia legato cœpto exequi, si postea per aliquos annos cessatum est R. Fabrica non potest manus apponere, vt Matanta *respons.* 38. *num.* 4. Ventriglia *num.* 21.

Rectiùs nam pro implemento legati maritagiorum expectandæ sunt conditiones nuptiarum, & interim non adest mora, dum extant puellulæ de familia, Rota *dec.* 291. *num.* 7. *part.* 12. *recent.* Dec. *cons.* 2. *num.* 15.

Præterea debitores plures censuales cùm redditi sint impotentes, & decocti. Ideò executores debuerunt reintegrare Montem ad mentem fundatoris, ne passim diminuatur, & post reintegrationem continuare maritagia principaliter legata in fauorem puellarum de familia.

Testator si Titium hæredem instituit, & si hæres non erit, substituat Seium cum onere dandi centum Ecclesiæ, si Titius fuerit hæres, an legatum debeatur? Roman. *in Auth. similiter special.* 30. *num.* 88. affirmat ducitur ex præsumptione iuris, & pietatis, Tiraq. *de priuil. piæ caus.* 62. Boss. *var. tit. de legat. ad pias caus. tit.* 26. *num.* 61.

Argumento *l.* 2. *ff. de manum. testam.* ibi: *Si quis ita heredem instituit Titius heres esto. Si Titius heres non erit. Stichus liber esto. Non esse Stichum liberum Aristo ait Titio herede non existente. Mihi videtur posse dici, liberum fore quasi vtique non alio gradu acceperit libertatem, sed dupliciter, quo iure vtimur.*

In simili, quamuis conditio adiecta in institutione non censeatur repetita in substitutione, *l. sub conditione ff. de hered. instit.* Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 178. Secus si interfit Testatoris, vt talis conditio impleatur, Bald. *in l. vnic. num.* 6. *C. de caduc. tollend.*

Conuenit casus, quo Testator filio suo hæredi vniuersali instituto substituit in medietate bonorum pauperes pro eius anima sub conditione, si hæres decedat ante obitum vxoris Testatoris, si hæres decedat post obitum vxoris, sit locus substitutioni in fauorem pauperum, Gratian. *discept.* 603. vbi ego latè scripsi.

Legatum factum à muliere secundo viro, vt pro eius anima distribuat, valet, & non indicatur in fraudem, *l. hac edictali C. de* 2. *nupt.* Hodiern. *ad d. l. hac edictali quæst.* 57. *num.* 1. Rota *decis.* 245. *num.* 27. *part.* 7. *recent.*

Mensibus elapsis ab hac vita migrauit quidam Notarius Ciuitatis Neapolis apoplexia inuasus sine loquela, & sine liberis in ætate descripta. Qui dum in humanis agebat Ecclesiam S. Mariæ Constantinopolis frequentabat magnam erga illam ostendens deuotionem, & cultum, se cum alijs deuotis eiusdem Ecclesiæ adhibens comitem signanter cum Rectore Ecclesiæ præfatæ.

Antedictus defunctus pluries, & diuersis temporibus suam voluntatem viuens coram suis amicis propalauit his verbis: *Io voglio lasciare la robba mia alla Chiesa di Santa Maria di Costantinopoli.* Et sine alia animi sui declaratione, ita decessit.

Dubitatur in præsentiarum. An per dictam animi propalationem d. Ecclesia prætendere valeat successionem in hæreditate dicti Notarij exclusa asserta eius consanguinea, & excluso fisco aspirantibus ad hæreditatem?

Ad fauorem d. Ecclesiæ adducitur, quod Religionis intuitu testamento ad pias causa ius singulare assistit, non secus ac testamentis inter liberos, & militum, *cap. relatum. & cap. cum tibi de testament.* Quinimò aliquando dispositio ad pias causas reputatur magis fauorabilis, improbus enim dicitur volens pia defunctorum iudicia infringere, *l. nulli dicere,* & ibi Bald. *C. de Episc. & Cleric.* Et per dispositionem huiuscemodi omnis dicitur cessare fraudis, & falsitatis suspicio, Roman. *in Auth. similiter num.* 95. *ff. ad l. falcid.*

Relictum namque ad pias causas intelligitur pro salute animæ, & hæc censetur causa finalis, Socin. *in l. quibus diebus §. vltim. num.* 18. *ff. de cond. & demonstrat.*

Præterea regulariter licet testamentum scriptum per notas inusitatas non valeat, *l. sed cum patrono §. vltim. ff. de bonor. possess. l. quoties §.* 1. *ff. de hered. instit.* Tamen ad pias causas factum valebit, si aliquo modo possit constare id, quod Testator voluerit disponere, vt singulariter dixit Cyn. *in l. Lucius ff. de milit. testament.* prout in militari testamento, & pia causa in hoc est fauorabilior, Mantic. *de coniectur. lib.* 6. *tit.* 3. *num.* 1. *& seq.* Cùm etiam testamentum nutu factum intuitu religionis, ac fauore pietatis sit recipiendum, glos. singularis, & communiter recepta *in cap. cum tibi de testament.* Mantic. *de coniectur. lib.* 6. *tit.* 3. *num.* 19. *& lib.* 4. *num.* 8. Quoties constat per signa de voluntate Testatoris valet testamentum inspecta æquitate Canonica, Honded. *cons.* 77. *num.* 13. *lib.* 4. Capyc. Latr. *consult.* 14. *num.* 66. Valet etiam cum verbis enunciatiuis principaliter per se prolatis, quæ per se inducunt legatum, & institutionem ad pias causas, Alb. *in cap. cum dilectus num.* 1. *&* 7. *de success. ab intest.* Pariter solæ coniecturæ sufficiunt ad inducendam institutionem hæredis ad pias causas, Marescott. *var. lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 15.

Strictiùs si quis rem aliquam, vel totum patrimonium velit post mortem suam in alium transferre, talis dispositio dicitur voluntas, quæ pro lege seruatur, dum non se restrinxit ad testamentum in scriptis, sed explicitè voluntatem suam testibus aperuit. Et sufficit, quod verba prolata sonent in dispositionem ad pias causas, & prolata non iocosè, vel perfunctoriè, Cancer. *var. part.* 1. *cap.* 1. *num.* 75. Et verbum *volo* in actionibus habentibus dependentiam de futuro inducit voluntatis declarationem, Bar. *in l. cunctos populos num.* 2. *C. de summ. Trin. & fid. Cathol.*

Dom Notarius dixit *volo* bona mea relinquere tali Ecclesiæ per talia verba inducitur hæredis institutio maximè ad pias causas, Clar. *§. testamentum quæst.* 6. *num.* 8. *& quæst.* 38. *num.* 9.

ANNOTATIO XXIX.

De Seminario.

ARGVMENTVM.

Notatur quomodo, & in quo loco erigendum sit; qui pueri in illo recipiendi, quid addiscere debeant, & cui Ecclesiæ teneantur inseruire, & vestibus vti, quibus deputatis gubernetur, & à quo sint elegendi deputati, & in quibus actibus interuenire debeant, & quale votum habeant. De taxa seminarij notatur, qui teneantur illam soluere, & qui non, cuius quantitatis, & adductis expensis, & quo tempore. Quomodo adstringantur debitores illius. Quæ beneficia possint seminario vniri, quomodo, & qua solemnitate. Plura seminaria an possint erigi, & quid, si Ecclesia cathedralis est adeo pauper, vt nec vnum erigi possit. Quibus priuilegijs gaudeat seminarium. Quomodo cui, & quando Episcopus exigat rationem ab administratoribus bonorum seminarij. Et bona quomodo locentur, & alia ad materiam.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Seminarij materia, & DD. de ea tractantes.*
2 *Seminarium erigendum in vnaquaque Ecclesia Cathedrali etiam Abbati subiecta.*
3 *Seminarij pueri, qui recipiendi, quomodo educandi, quid addiscere debeant, quorum librorum lectio illis prohibenda, num.4.*
5 *Seminarij pueri inseruire debent superpelliceo induti diebus festis Ecclesiæ cathedrali, non vero assistere tantum.*
6 *Seminarij deputatorum species quot, & quale habeant votum, & in quibus negotijs.*
7 *Seminarij pueri sint bonæ valetudinis, quod & alia inquirenda sunt in illorum receptione, qua veste, & tonsura incedere debeant, num.8.*
9 *Canonici duo deputati pro regimine sunt perpetui, & an gaudeant distributionibus hac ratione absentes à choro.*
10 *Seminarij deputati, quibus in actibus inseruire debeant cum Episcopo, & quid in visitatione seminarij.*
11 *Seminario applicauit Trident. omnes redditus destinatos ad alendos pueros.*
12 *Seminario est soluenda taxa detrahenda de Mensa Episcopali, & Capitulari, & aliorum Beneficiorum, & piorum locorum redditibus, cum consilio deputatorum, num.13.*
14 *Seminarij taxa primo soluenda de Mensa Episcopali, & Capitulo. Quid de distributionibus quotidianis, num.15. Et legatis pro celebratione Missarum, n.16. & incertis, num.17.*
18 *Seminarij taxa est soluenda de fructibus Abbatiarum, & quæ. Quid si Abbatia sit seminario vnita, n.19. Et quæ expensa sint deducenda in facienda taxa prædicta, num.20.*
21 *Seminarij taxa soluenda ab Hospitalibus de quibus fructibus, & quando, num.22. Et quid si Hospitalia dentur in temporalem administrationem, num.23.*
24 *Seminarij taxa soluenda ex fructibus beneficiorum omnium, etiam iurispatronatus, & exemptarum, ac piorum locorum omnium etiam à Cardinalibus possessorum, num.25. Et collationis Monachorum, num.26. Sed seminario loci Beneficij licet redditus alibi sint, num.27.*
28 *Seminarij taxam, quando soluit pensionarius, & ad quam rationem.*
29 *Seminarij taxam non soluunt Beneficiati Clerici Cameræ Apostolicæ. Quid de Beneficio nullius diœcesis, num.30. Et de collegijs, num.31.*
32 *Seminarij taxam quando, & ex quibus fructibus soluunt confraternitates. Et quando Monasteria, n.33. Non tamen Mendicantes, & qui tales sint, n.34. An de Beneficijs eis vnitis, num.35. An Moniales, num.36. An Milites præsertim Hierosolymitani, num.37.*
38 *Seminarij taxa soluenda est anticipatè, & quomodo. Cuius quantitatis, num.39. Quibus pœnis compelluntur debitores, num.40.*
41 *Seminarij taxa minuitur in totum, vel in partem secundum vniones, quæ effectum sortierunt.*
42 *Seminario, quæ Beneficia, quomodo, & quando vniri possunt. Quid de reseruatis, num.43. Vel si vacantia Episcopus non vniuit, sed familiaribus contulerit, num.44. Quid de omnibus simplicibus, vel Canonicatibus, non obligantibus ad residentiam, num.45. Vbi etiam de patronatis pertinentibus ad alterius collationem. An expiret vnio, si seminarium desinat, num.46. Cuius consensus requiratur in hac vnione, num.47.*
48 *Seminaria plura an possint erigi. Quid si Ecclesia est pauper, num.49. Vel Episcopus est negligens in erectione, num.50.*
51 *Seminarium dicitur pium locum, & quibus privilegijs gaudeat, num.52. Et rationem administrationis illius, quando exigat Episcopus, num.53. Illius bona non locantur vltra triennium.*

ANNOTATIO XXIX.

§. VNIC.

Ad Text. in cap. 1. de Magistris, &c.

IN hoc text. ex Concil. Lateran. desumpto statuitur prouidendum esse per vnamquamque Cathedralem Ecclesiam de Magistro, qui pauperes Clericos, & qui parentum opibus iuuari non possunt, gratis doceat. Cuius text. vestigia insequendo, Concil. Trident. *sess.* 23. *de reform. cap.* 18. statuit, vt singulæ Cathedrales Metropolitanæ, atque his maiores Ecclesiæ, pro modo facultatum, & Diœcesis amplitudine certum puerorum ipsius Ciuitatis, & Diœcesis, vel eius Prouinciæ, si ibi non reperiantur numerum in Collegio ad hoc propè ipsas Ecclesias, vel alio in loco conuenienti ab Episcopo eligendo alere, ac religiosè educare, & Ecclesiasticis disciplinis instituere teneantur. Hoc Collegium ex eodem Trident. & communiter seminarium nuncupatur, cuius occasione ad eamdem materiam nonnulla in praxi breuiter notanda duxi, de qua etiam tractant Archiep. Bononien. *siue de Bononiensis Ecclesiæ administr. part.4. sub tit. de seminario*, Fusc. *de visit. lib.*1. *cap.*6. Gonzal. *ad gl. regul. Cancell. gl.*5. §.7. *n.*68. *& seqq.* Zerol. *in prax. Episcop. part.* 1. *verbo seminarium*, Piasec. *in simili praxi part.* 2. *cap.* 2. *n.* 5. *& seqq.* Monet. *de distrib. quotid. part.*3. *q.*3. *n.* 13. *& seqq.* Aldan. *in compend. canon. resol. lib.* 1. *tit.* 18. Sell. *select. canon. cap.* 10. *n.*5. *& seqq.* Grat. *discept. for. cap.*212. *n.* 46. *& seqq.* Ricc. *in prax.* 3. *part. resol.*411. *& seqq. secund. vlt. impress.* eius dilectissimus Nouar. *Lucer. Regul. ver. seminarium*, Barbos. *de potest. Episc. part.* 3. *alleg.* 77. *& in sum. Apost. decis. verb. seminarium collect.* 677. *&* 678. & alij. 1

Nota primò, Conc. Trid. præcipere omninò habendum esse seminarium in vnaquaque Ecclesia Cathedrali, vt patet ex illius expressis, verbis præceptiuis in *cit. cap.*8. notat Fusc. *cit. loc. n.*6. & alij communiter. Et hoc verùm est non solum in Ecclesijs Cathedralibus, in quibus præsunt Episcopi, sed etiam in Ecclesijs Abbatialibus, quæ habent territorium, & subduntur Abbatibus exemptis habentibus iurisdictionem Episcopalem in Parochos, & Parochianos priuatiuè ad Episcopos, in his quoque Ecclesijs sunt erigenda seminario, testatur declarasse Sacram Congregationem, Flores *pract. quæst. lib.*3. *quæst.*24. *n.*30. quem refert, & sequitur Grat. *discept. for. cap.*212. *n.*47. 2

Nota secundò, in Collegio seminarij recipiendos esse pueros solum duodecim annorum, ex legitimo matrimonio natos, & qui sciant legere, & scribere competenter, ac quorum indoles, & voluntas spem afferat, eos Ecclesiasticis ministerijs perpetuo inseruituros. Nec non filios pauperum, possunt tamen recipi filij diuitum, dummodo alantur proprijs expensis, qui pueri, semper incedere debent in habitu, & tonsura Clericali, atque addiscere habent Grammaticam, cantus computos Ecclesiasticos aliarumque bonarum artium disciplinam, Sacram Scripturam, libros Ecclesiasticos, homilias Sanctorum, Sacramentorum, maximè pœnitentiæ administrationem, ritus, & cœremonias. Singulis saltem mensibus Sacramenta pœnitentiæ, & Eucharistiæ sumant, singulis diebus Missæ sacrificio intersint, diebus festis inseruiant Cathedrali, & alijs locis Ecclesiæ. Pro quibus, & alijs in seminario præceptis seruandis Episcopi constituere tenentur duos Canonicos seniores, & grauiores, cum quibus illud pluries visitando, obseruantiam prædictam curabunt, puniendo discolos, & incorrigibiles, ac malorum morum seminatores, eosque etiam expellendo, & auferendo omnia impedimenta, ac alia faciendo, quæ ad conseruandum, & augendum tam pium, & sanctum institutum pertinere videbuntur; ita Concil. Trident. *cit. cap.* 18. & aduertit Fusc. *de visit. cit. cap.*16. *num.*6. *&* 14. qui vlterius aduertit non esse omittendum docere ipsos pueros, ac illis legere Catechismum editum ad Parochos, ex decreto Concil. Trident. & iussu Pij V. Pont. Max. testans quamplurimum præstare eis legere Catechismum magnum, & paruum Petri Canisij Societatis Iesu. Nec non satis expedire eis legi loco authorum profanorum, Rethoricam Ecclesiasticam, Valerij Augustini. 3

4 Ex prædictis nullo modo permittenda est in seminario lectio librorum lasciuorum, & obscœnorum, & similium, qui ad mores non conferunt, nec etiam ob elegantiam linguæ, prohibentur expressè in *7. regul. Indic. libror. prohib.* & accuratè aduertit Fusc. *de visitat. cit. cap. 16. num. 14. in fin.* & faciunt verba Concil. Trident. *in cit. cap. 18. in princ.* ibi: *cum adolescentium ætas, nisi rectè instituatur, prona sit ad mundi voluptates sequendas, &c.*

5 Aduerte, quod ad cit. text. Conc. Trident. *cap. 18.* communiter DD. referunt Sacram Congregationem eiusdem Conc. declarasse Episcopum, cum duobus Canonicis senioribus curare debere, vt pueri seminarij diebus festis cum superpelliceo, & in gradibus inferioribus chori seruiant, prout optimè seruatur in multis Cathedralibus; Vnde est, quod si pueri seminarij diebus festiuis assisterent Missæ solemni in Cathedrali, non est satisfactum Concilij Decreto prædicto, dum præcipit, quod inseruiant, & sic seruitium, non assistentiam tantùm.

6 Aduerte etiam Conc. Trident. *cit. cap. 18.* circa administrationem seminarij desiderare cum Episcopo tres species deputatorum. Prima est, duorum Canonicorum seniorum, & grauiorum, & horum consilium adhibere debet Episcopus circa ea, quæ visitationem, correptionem, ac gubernationem personarum seminarij concernunt. Secunda species deputatorum est, duorum etiam de Capitulo, quorum alter ab Episcopo, alter verò ab ipso Capitulo est eligendus. Tertia species est duorum de clero Ciuitatis, similiter quorum vnus eligitur ab Episcopo, & alter à clero. Et horum deputatorum secundæ, & tertiæ speciei, consilium tenetur Episcopus requirere circa ea, quæ concernunt portiones detrahendas ex singulis beneficijs, pro substentatione seminarij, & vniones beneficiorum illi faciendas, ita legitur in *cit. cap. 18.* Conc. Trid. Vbi Sacram Congregationem declarasse hos deputatos, ac alios officiales seminarij habere votum consultiuum tantùm, non autem decisiuum, sub die 11. Ianuarij 1620. refert in *Compend. Canon. resolut. lib. 3. tit. 21. num. 9.* Barbos. *in summ. Apostol. decis. verbo seminarium collectan. 667. num. 3.* Vnde est, quod Episcopus tenetur omninò requirere consilium prædictorum deputatorum respectiuè, alias actus non valet, iuxta dicta per Siluest. *verb. consilium num. 6. vers. quarto quæritur*, & alios; tamen non obligatur consilium illorum sequi, prout voluit eadem Sacra Congregatio Conc. Trid. relatum per Gonzal. *ad 8. regul. cancell. glos. 46. num. 74.*

7 Aduertendum quoque est pro bono regimine, & progressu ad virtutes in seminario, quod recipiendi in eo pueri debent bona corporis valetudine esse, & ijs ingenij viribus, vt studiorum labores, perferre, & in ijs tantùm proficere possint, vt Ecclesiastica munera pro dignitate suo tempore obire valeant, ita habetur apud Archiepisc. Bononien. *part. 5. cap. 1. vers. eo autem, vbi vers. aditum in fine*, vlterius addit non esse recipiendos pueros in seminario nisi facta inquisitione illos solitos esse frequentare Sacram Confessionem, & Eucharistiam, ac habita relatione, quantum in literis profecerint, vt saltem benè legere, ac scribere norint.

8 Item ex Concil. Trid. vbi supra pueri in seminario admissi semper incedere debent in habitu, & tonsura Clericali, qui habitus siue vestis solet esse violacei coloris, lanea, nequaquam verò est permittenda serica, tam vestis exterior, quàm interior, vt benè aduertit Archiepisc. Bononien. *cit. loc. cap. 2. vers. 1. vbi per plures cap. seqq.* inuenies instructiones pro oratione, confessione, communione, disciplina morum, & studiorum obedientia erga superiores, recreatione, & mensa puerorum, *& part. 2.* instructiones pro Rectoribus præpositis, ac alijs ministris seminarij.

9 Vlterius Canonici prædicti duo electi ad seminarij administrationem, perpetuo illam habere debent, nec remoueri possunt, nisi ex legitima causa, & iusta, prout refert decisum Galet. *in margarit. casuum conscient. verbo Canonicus fol. 3. col. 1.* Et, si quandoque contingat ea de causa, sine fraude ab Ecclesia abesse cum Episcopo priuandos non esse quotidianis distributionibus, tamquam absentes propter Ecclesiæ vtilitatem ex officio eis attributo, testatur Monet. *de distrib. quotid. p. 2. q. 8. n. 17.*

10 Adhibere debet Episcopus consilium præfatorum Canonicorum in constituendis regulis seminarij loci, & similibus, in electione puerorum introducendorum, electione Magistrorum, librorum, legendorum, ipsorum, punitione puerorum, expulsione, visitatione, & similibus, voluit Sacra Congregatio *in vna Papien.* 1591. Et ad effectum exequendi prædicta, & alia statuta in Conc. Trid. *cit. cap. 18.* Episcopus tenetur adhibere prædictos Canonicos deputatos in visitatione seminarij, prout disponit *eod. loc.* Trid. ibi, *Quæ omnia, &c.* licet, in reliquis, possit solus Episcopus visitare, adhibitis, si ei videbitur alijs doctis, & pijs viris, prout disponitur in Conc. Mediol. *de ætat. & qual. lib. 1. cap. 6. fol. 11.*

Nota tertiò, quod pro expensis fabricæ, mercedis ministrorum, alimoniæ puerorum, ac aliorum necessariorum seminarij, Concilium Trident. applicauit eo ipso eidem seminario redditus omnes, ac bona, quæ ad instituendos, vel alendos pueros sunt in aliquibus Ecclesijs, & locis destinata. Quod intellige de bonis illorum locorum, & Ecclesijs, in quibus actu erectum non est Collegium puerorum, nec seminarium actu habetur, tunc redditus censetur eo ipso applicari huic seminario; secus tamen est de collegio, siue alio seminario, in quo actu disciplina puerorum exercetur, quia illud non tollitur per Trident. licet ex fructibus super excrescentibus portio detrahatur, vt dicemus inferiùs, censuit Sacra Congreg. *in vna Vercellensi die 27. Iulij* 1570. 11

Et, quia prædicti redditus, vt plurimum non reperiuntur, vel tenues sunt, similiter statuit Trid. *cit. cap. 18. sess. 23. de reform.* Episcopum cum consilio duorum de Capitulo, quorum alter ab Episcopo, alter ab ipso Capitulo eligatur, & etiam duorum de clero Ciuitatis, quorum quidem alterius electio ad Episcopum, alterius verò ad clerum pertinet, posse detrahere partem aliquam, & portionem ex fructibus integris mensæ Episcopalis, & Capituli, Dignitatum, ac præbendarum Abbatiarum, & Prioratuum cuiuscumque ordinis etiam Regularis, Hospitalium, quæ dantur in titulum, vel administrationem, beneficiorum quorumcumque etiam Regularium, vel Iurispatronatus, aut exemptorum, vel nullius Diœcesis, aut pijs locis, vel Ecclesijs vnitorum, & aliorum, vt latius in Trid. eamque portionem sic detractam seminario applicare, ad cuius portionis solutionem non solum teneri pro se Beneficiatos, sed pro pensionibus etiam, si quas soluunt alijs, retinendo tamen pro rata quicquid pro pensionarijs contribuunt, statuit *eod. loc.* Trid. & hæc portio communiter apud nos vocari solet taxa seminarij. Ad hæc aduertenda sunt plura. 12

Primò, Episcopus solus non potest portionem, siue taxam prædictam, de qua in Trid. detrahere, & seminario applicare sine Consilio prædictorum quatuor deputatorum, prout fuit resolutum in vna Burgensi per *Sacram Congregationem pro Societate Iesu à mense Iulij* 1569. quidquid sit de exactione, quæ ad solum Episcopum spectat, prout habetur in declaratione Sac. Congregationis relata, per Garz. *de Benef. par. 2. num. 191.* vbi etiam deciditur Episcopum adhibere debere in consilium quatuor deputatos seminarij, pro tota administratione temporali, præter exactionem, Hos deputatos habere votum consultiuum, testantur DD. communiter, & notatum est supra. 13

Secundò, Episcopus tenetur ex mensa sua, & Capituli soluere taxam, & portionem seminario, & hoc primo, & ante alios, & deinde suo exemplo reliquos cogere ad contribuendum, notat Barbos. *de potest. Episcopi par. 3. alleg. 77. num. 2.* 14

Non tenetur tamen Capitulum soluere taxam seminarij de distributionibus quotidianis distinctis à præbendis, aduertunt Zerol. *in prax. Episcop. par. 1. verbo distributiones §. 5.* Garz. *ad regul. 8. cancell. §. 7. proœm. num. 170. & seqq.* Monet. *de distrib. quotid. par. 3. quæst. 9. num. 14.* Barbos. *cit. alleg. 77. num. 13.* Sell. *select. Canon. cap. 10. num. 12.* qui refert sic voluisse Sac. Congreg. *in vna Lucana 5. Iulij* 1628. Quod procedit etiam si omnes fructus canonicatuum consistunt in distributionibus quotidianis, quæ dari solent duntaxat diuinis personaliter interessentibus, ad hunc enim non tenentur Canonici ad seminarij contributionem, prout refert decisum per Sacram Congrega- 15

tio-

tionem in vna Capuana 10. Decemb. 1592. Barb. ad cit. sex. Concil. Trid. cap. 18.

16 Nec tenetur Capitulum, siue alius Beneficiatus soluere taxam seminarij ex emolumentis prouenientibus à legatis, & relictis pro celebratione Missarum, prout voluit etiam Sac. Congregatio in vna Cauen. 17. Nouembr. 1629. quam post Bonfadin. in Thesaur. Eccles. dec. res. 32. n. 44. refert Barbos. summ. Apostol. decis. verbo seminario contribuere &c. num. 8.

17 Similiter Capitulum, vel alius Beneficiatus non soluit taxam seminarij ex ijs, quæ in incerto, & in eleemosynis piorum, & similium consistunt, testatur voluisse Sacram congregationem, Piasec. in prax. Episcop. par. 2. cap. 2. n. 5. in fin. & Barbos. cit. loc. num. 20.

18 Tertiò, taxam seminarij soluendam esse ex fructibus Abbatiarum, & Prioratuum cuiuscumque Ordinis, statuit Concilium Trident. eod. cit. loc. quod non intelligitur de Abbatia, quæ proprium habet territorium, & iura episcopalia, & in sua Iurisdictione habet proprium seminarium, tunc enim illius Abbas, vti Episcopus tenetur contribuere proprio seminario, non verò seminario Episcopi, voluit Sac. Congregatio Conc. die 30. May 1594. & refert Aldan. in compend. Canon. resol. lib. 3. tit. 16. num. 31.

19 Nec etiam tenetur contribuere seminario Abbatia vnita Capitulo Cathedralis ante Concilium, prout etiam voluit eadem Sacra Congregatio Conc. in vna Lucana 17. February 1629. quam adducit Bonfadin. in Thesaur. Eccles. decis. resolut. 32. num. 15. Quod intellige, quod non teneatur soluere ipsa Abbatia principaliter, licet teneatur Capitulum habita ratione omnium eius redditum etiam Abbatiarum.

20 Hic aduertendum est, quod in taxanda quantitate debita, per Abbatiam seminario, est deducenda ex fructibus expensa, quam facit Abbas, si sua mercede habet conductum Theologum, qui Sacram Scripturam interpretetur, & Grammaticum, qui literas doceat; Nec non sunt deducendæ expensæ, quas fecit Abbas in colligendis fructibus Abbatiæ, vel in prosequendis litibus illius, ita refert voluisse Sacram Congregationem ad cit. cap. 18. Conc. Trid. Barbos. num. 13.

21 Quartò, tenentur contribuere seminario Hospitalia, quæ dantur in titulum, vel administrationem; & hoc, si habeant annexa Beneficia, vel redditus Ecclesiasticus, tenet Zerol. in prax. Episcop. par. 1. verbo hospitale dub. 10. Ricc. in decis. cur. Archiep. Neapol. 196. num. 6. & seqq. par. 4. voluit Sacra Congregatio Conc. in Lucana 5. Iuly 1628. in resp. ad 3. 4. & 5. dub. quam post Bonfad. refert Barbos. sum. Apostol. decis. verbo seminario contribuere, &c. num. 6. Hanc sententiam ampliat vlterius, Ricc. cit. loc. num. 7. post Armend. & Nauarr. per eum adductos, procedere Hospitali laicali solito dari in titulum, non tamen in administrationem.

22 Limitatur tamen suprapòsita conclusio in Hospitali, quod administratur à laicis, & in quo sunt bona laicorum; nec datur in titulum commendam, seu administrationem, illud enim non tenetur seminario contribuere, aduertit Ricc. cit. decis. 196. num. 8. & Barbos. vbi sup. num. 16. testans sic voluisse Sacram Congregationem Concil.

Hic aduertendum est, quod si Hospitale Diœcesis Capuan. habeat annexum Beneficium, quod est positum in diœcesi Casertan. tenetur contribuere seminario Casertan. de fructibus beneficij siti in eadem diœcesi, non verò seminario Capuano, quicquid de alijs redditibus, & Beneficijs alibi sitis, aduertit optimè Ricc. cit. decis. 196. n. 8. & consonat rationi.

23 Posset in his terminis dubitari an Hospitale, quod datur in tutelam, & administrationem non tamen perpetuam, sed temporalem tenetur contribuere seminario, & dubitationi. Respondet Fusc. de visit. lib. 1. cap. 16. intra num. 10. Adhuc tale Hospitale teneri ad contributionem prædictam ea ratione, quia Conc. non loquitur de perpetua administratione, sed simpliciter de administratione cuius nomen comprehendit perpetuam, & temporalem, de hac materia vide plura apud Thob. Nou. cons. 61.

24 Quintò, aduertendum est Concil. Trident. cit. cap. 18. statuere teneri ad contributionem seminarij Beneficia, quæcumque etiam Regularia, & de iure patronatus, vel exempta, etiamsi nullius diœcesis, vel alijs Ecclesijs, Monasterijs, vel Hospitalibus, & alijs quibusvis locis pijs, etiam exemptis annexa; ita Trid. ex quibus verbis constituunt regulam DD. à contributione seminarij nullum Beneficiatum, aut pium Ecclesiasticum locum esse exemptum, nisi qui nominatum à Concilio excipiuntur, firmauit etiam Sacra Congregatio Conc. 11. Ianuarij 1601. teste Sellio in select. Canon. cap. 36. num. 3. & Barbos. summ. Apostol. decis. verbo seminario contribuere collect. 601. num. 1.

25 Hinc etiam infertur, quod Cardinales Sacræ Romanæ Ecclesiæ, tenentur quoque ad contributionem seminarij de fructibus Abbatiarum, & Beneficiorum illi seminario in cuius Diœcesi, situm est Beneficium, refert voluisse Sacram Congregationem Concil. Ricc. supra cit. dec. cur. Archiep. Neap. 196. num. 5. & hanc contributionem tenentur soluere iuxta taxam ab Episcopo, & deputatis factam, refert decisum Aldan. in compend. canon. resol. lib. 1. tit. 18. num. 5. in vna Adrien. 3. Decembris 1622. & in alia Tudertina 15. Aprilis 1628.

26 Non tenentur etiam contribuere seminario Beneficiati Beneficiorum collationis Monachorum, si intra fines Diœcesis sunt, testatur voluisse eadem Sacra Congregat. in Caputaqu. 4. Febr. 1593. Aldan. cit. loc. num. 28. & Barbos. coll. supradicta 668. num. 13.

27 Hoc loco aduertendum est, quod Beneficiati tenentur contribuere illi seminario in cuius Diœcesi, situm est Beneficium, etiam pro bonis, quæ Beneficium habet in aliena Diœcesi, prout voluit etiam Sacra Congregatio Concil. in alia Caputaquen. 23. Iuny 1586. testibus cit. loc. Aldan. cit. 16. num. 27. & Barbos. num. 11. Quod secus est, si ipsum Beneficium est situm in vna Diœcesi, & vnitum Beneficio, vel loco alterius Diœcesis, quia Beneficium vnitum tenetur contribuere seminario propriæ Diœcesis, prout aduertit Barbos. in declarat. ad Trident. cit. cap. 18. n. 15. & est indubitatum.

28 Non solum Beneficiatus titularis, sed etiam pensionarius tenetur ad contributionem seminarij pro rata pensionis, quæ rata licet possit exigi à titulari, ille tamen prædictam ratam retinebit à pensionario, nisi aliter inter partes cautum sit in constitutione pensionis Papa annuente; quam ratam potest titularis retinere ad rationem, quam ipse soluit, referunt decisum per Sacram Congregationem Concil. in Lucana 5. July 1528. Bonfadin. in Thesau. Ecclesiast. decis. resolut. 32. num. 10. in resp. ad 6. & Garz. in addit. ad suum tract. de Benef. par. 1. cap. 5. num. 171.

29 Excusantur tamen à solutione, & contributione taxæ seminarij Clerici Cameræ Apostolicæ, illi enim sunt exempti ratione Beneficiorum, quæ obtinet, refert decisum per Sacr. Congregat. Concil. Maceraten. 12. Iuny 1604. Aldan. per Barbos. in sum. Apostol. verbo seminario contribuere, &c. num. 14.

30 Aduerte, quod Beneficium nullius Diœcesis soluit taxam seminario illius Diœcesis in qua aliàs Beneficium ipsum constitutum erat, refert voluisse eamdem Sacram Congregat. Barbos. in cit. cap. 18. Concil. Trid. num. 17.

31 Sextò, collegia alia docentium, & discentium puerorum tenentur contribuere seminario de reliquis fructibus, deductis impensis ipsius collegij, quæ deducuntur tamquam æs alienum, vt disponit eod. cap. 18. Trid. quod intelligendum esse de sæcularibus, non verò regularibus collegijs, testatur declarasse Sacram Congregat. ad eum locum Trident. Barbos. num. 19.

32 Septimò, Confraternitates, Capellæ, & Scholæ habentes redditus Ecclesiasticos etiam intra Regularium Ecclesias sitæ tenentur contribuere seminario, legitur in Trident. cit. sess. 23. de reformat. cap. 18. circa medium, & refert voluisse Sacram Congregationem Concil. Ricc. cit. decis. 196. num. 9. quod totum intelligitur de bonis ipsis Ecclesiasticis, secus de alijs bonis confraternitatum, testatur etiam voluisse Sacram Congregationem 11. Ianuarij 1601. Sell. select. Canon. cap. 10. num. 15. & num. 16. in alia Lucana 5. July 1628. ad 3. 4. & 5. & in alia Segnina 18. Nouembris 1628. id enim refert nouissimè Barbos. in collect. ad Conc. Trid. cit. cap. 18. num. 26. & in summ. Apostolicar. decis.

verbo

verbo seminario contribuere, &c. num. 12. qui ex hoc deducit, quod si confraternitates non habent redditus Ecclesiasticos, nec Beneficia vnita non tenentur seminario contribuere.

33 Octauò, omnia Monasteria non tamen Mendicantium, tenentur seminario cootribuere ex Concil. Trident. eodem pluries *cit. cap.* 18. Quod ampliatur etiam si Monasteria cootribuunt seminario sui ordinis, tunc etiam tenentur contribuere seminario Episcopi de eo quod superest; voluit Sacra Congregatio Concil. *in vna Monasterien. 7. Septembris* 1629. Sellio *citat. cap.* 10. *num.* 19. & Barbos. *in collect.* ad Concil. Trideo. *cit. cap.* 18. *num.* 31. nouissimè Nouat. *Lucer. Regul. verbo seminarium in vltimo.*

34 Liberat Concil. Trident. ab hac contributione facienda seminario Monasteria Mendicantium, quorum nomine veniunt Monasteria Sancti Dominici, Sancti Francisci, ac Eremitarum Sancti Augustini, & Carmelitarum, & Seruorum Beatæ Mariæ, vt declarauit Pius V. *in constitution. incip. Romanus Pontifex* 1. *Octobris* 1568. apud Laert. *in Bull. tom.* 2. *fol.* 241. Minimorum Sancti Francisci de Paula, ex alia Bulla eiusdem Pij V. 49. *incip. Apostolica Sedis* 9. *Nouembris* 1567. *apud cit. Cherub. tom.* 2. *fol.* 245. Iesuatorum Congregationis Sancti Hieronymi ex Bulla Pij V. eiusdem incip. *Romanus* 19. Nouembr. 1567. apud Cherub. *citat. loc.* Patrum Societatis Iesu, ex alia Bulla dicti Pij V. 131. *incip. dum indefensa* 7. *July* 1571. apud eundem Laert. Cherub. *citat. loc. fol.* 344. Carmelitarum Discalceatorum ex Bulla Clement. VIII. 101. *incipient. Romanus Pontifex* 20. *Augusti* 1603. apud eundem Laert. *tom.* 3. *fol.* 147. Necnon Monasteria Regularium aliorum, qui particularibus priuilegijs Summorum Pontificum participant de priuilegijs Mendicantium, quos adducit Barbos. *sum. Apostol. decis. verbo Mendicantes Religiosi collect.* 470. *num.* 18. *& seqq.* Hi enim omnes non teneotur contribuere seminario Episcopi per Trid. *cit. loc.*

35 Restringitur tamen prædicta exemptio Mendicantium à contributione seminarij, ratione beneficiorum Monasterijs eorum aouotatorum ex eis enim tenentur contribuere, etiam si in Monasterijs habeantur quotidie lectiones Grammaticæ, & casuum conscientiæ, quia ex hoc non eximuntur, sed tantum deducitur impensa facienda pro habendis prædictis lectionibus, à contributione, & ex reliquo soluunt iuxta decisa per Sacram Congregat. Concil. relata per Sell. *select. canon. cap.* 10. *num.* 19. Barbos. *summ. Apostol. decis. verb. Mendicantes cit. num.* 12. & Nauar. *cit. loc. num.* 4. *& verbo Mendicantes num.* 43. Vnde Sacr. Congreg. prædicta 21. Iul. 1629. declarauit portionem debitam seminario ratione beneficiorum exigi posse post vnionem eiusdem beneficij factam Regularibus, qui Mendicantium priuilegijs gaudent refert *eod. num.* 43. Nauat. *& verb. seminarium num.* 5.

36 Moniales non tenentur soluere, & contribuere seminario, nisi de redditibus beneficiorum vnitis earom Monasterijs, voluit Sacra Congregat. Concil. *in vna Heracen. de anno* 1593. testantur Sell. *select. canon. cap.* 10. *num.* 19. Barbos. *summ. Apostol. decis. ver. moniales num.* 22. & Nauar. *lucer. Regul. verbo seminarium num.* 6.

37 Nonò teneotur contribuere seminario Milites omnes cuiuscumque militiæ, aut Ordinis exceptis Fratribus SS. Ioaonis Hierosolymitani per Concil. Trid. *cit. cap.* 18. *ad med.* & ex Bulla Greg. XIII. *incip. quo magis die* 27. *Mart.* 1580. relata inter priuilegia Religionis Hierosolymitanæ fol. 57. deouò prædicti Fratres liberantur ab hac obligatione. Et non solum ipsi Fratres Hierosolymitani, sed etiam eorum Vicarij in Parochialibus Religioni prædictæ vnitis, & ab ea dependentibus, minimè tenentur ad contributionem seminarij, neque ad solutionem cathedratici synodatici, siue charitatiui subsidij, prout fuit resolutum in vna Augustana 4. Septembris 1630. de qua Bonfad. *in Thesaur. Eccles. decis. resol.* 32. *num.* 16. Barbos. *summ. Apostol. car. decis. verbo seminarium contribuere in vltimo.*

38 Nota quartò solutionem, siue contributionem faciendam seminario taxæ Beneficiorum, & aliorum vt supra soluendam esse anticipatè de quadrimestri in quadrimestri, prout voluit Sacr. Congregatio Episcoporum, & Regularium 8. Martij 1688. relata per Aldan. *in compend. canon. resol. lib.* 3. *tit.* 16. *num.* 23. & Barbos. *summ. Apostolicarum decis. verbo seminario contribuere & c. num.* 2. sed in praxi videmus in pluribus locis prædictas taxas solui de semestri in semestre.

Nota quintò quantitatem taxæ soluendæ seminario illam debere esse, quam alias solitus fuit Episcopus exigere, & in quasi possessione exigendi reperitur; quod si nulla fuerit adhuc soluta, non debere excedere dimidiam decimam. Sed Clemens VIII. concessit Episcopis posse taxate beneficia pro seminario plus medietate decimarum, non obstante Bulla Pij V. si expedire iudicauerint Garz. *de benef. par.* 12. *cap.* 2. *num.* 107. *in fin.* Verùm in hac contributione est habenda ratio onerum perpetuorum beneficij illa enim prius deducenda sunt, & de reliquis est facienda contributio seminarij; voluit Sacra Congreg. Concil. in Cauen. 17. Nouembris 1629. referunt Bonfadin. *supracit. loc. num.* 8. & Barbos. *vt supra num.* 3. 39

Nota sextò, quòd Episcopus potest compellere debitores taxæ seminarij ad soluendum etiam censuris, prout voluit Sacra Conregatio in vna Morticen. teste Aldan. *in compend. canon. resol. lib.* 3. *tit.* 16. *num.* 24. quam refert, & sequitur Barbos. *summ. Apostol. decis. verbo seminario contribuere & c. num.* 4. quod si Episcopus denegauerit suam portionem, potest compelli, & acriter corripi ab Archiepiscopo, & Archiepiscopus à synodo prouinciali prout aduertit Ricc. *in decis. curia Archiep. Neap.* 196. *num.* 4. *par.* 4. 40

Aduerte quòd si in totum, vel in partem seminarium reperiatur dotatum, vt quia vniones illi factæ fortitæ sunt effectum suum, vel alias lucratus erit nunc Episcopus non potest compellere subditos ad soluendam taxam, imò quantum seminarium lucratur est tantumdem demitur de taxa habetur expressè in Concil. Trid. *cit. sess.* 23. *de reform. cap.* 18. *in princip. fin. ibi, quod si & c.* ibidem voluit Sacra Congregatio. 41

Nota octauò Episcopum posse imò teneri vnire seminario reliqua beneficia simplicia cuiuscumque qualitatis, & dignitatis fuerint sine cultus Diuini, & obtinentium præiudicio, prout disponit Concil. Trid. *cit. cap.* 8. *post med. ibi, Nec non & c.* & aduertunt communiter. Verùm hic aduertendum est, quod pro huius vnionis forma requiritur primo, vt iam seminarium sit erectum, idest Collegium puerorum formaliter institutum prout auctoritate Rotæ, & Sacræ Coogregationis probat Garz. *de Benef. par.* 12. *cap.* 2. *num.* 193. & Lotter. *de re benef. lib.* 1. *quæst.* 30. *num.* 47. *& seqq.* contra Gonzal. & Grat. quos validis rationibus reprobat ipse Lotter. sequendo Rotæ opinionem in pluribus decisionibus per eandem adductis. Ricc. *in prax.* 3. *par. resolut.* 415. *num.* 3. Dicitur seminarium iam erectum ad hooc effectum si fuerit domus conducta, vel empta, & introducti pueri, si fuerint electi duo Canonici pro regimine seminarij, & si fuerint electi consultores pro restituendis taxis, & faciendis vnionibus alterius de Capitulo, & alterius de Clero ad præscriptum *citat. capit.* 28. Coocil. Trid. teoet Lotter. *cit. loc. num.* 51. 42

Secundò requiritur ad hoc, vt possit fieri vnio seminario de beneficijs simplicibus, quod concurrat necessitas seminarij cum consilio deputatorum, de quibus io Trid. & dictum est supra Cæsar de Graff. *decis.* 132. *per tot.* quem refert, & sequitur Lotter. *cit. loc. num.* 60. qui vlterius dicit requiri omninò præcisam oecessitatem, cum Concilio prædictorum, nec sufficere si vnio fieret causa commodioris sustentationis, vel amœnitatis, & recreationis gratia, prout voluit Rota in vna Mediolanen. prætensæ vnionis 16. Nouembris 1594. coram D. Orano.

Tertiò requiritur ad validitatem vnionis ad fauorem semioarij, vt præcesserit detractio fructum de mensa Episcopali, & aliorum Beneficiorum vt supra iuxta formam Concil. Trid. *cit. loc.* prout respondit Sacra Congregatio, & voluit Rota in Auersana beneficiorum 3. Iulij 1606. coram D. Sacrato, *& in Recentioribus par.* 2. *decis.* 361. *num.* 7. Nisi fortè Episcopus loco taxæ prædictæ assignauerit pecunias, & redditus ex proprio patrimonio, iuxta responsa per Sacr. Congregat. in vna Titafonen. vnionis de anno 1610. & refert Lotter *cit. loc. num.* 61.

Ex dictis corruunt dicta per Ricc. *in prax. par.* 3. *resol.* 414. secundum vltimam impressionem vbi conatur defendere

dere quod ſeminario inchoato poſſit fieri validè vnio beneficiorum, notatum eſt ſupra hac *par. annot*. 8. §. 1. *num*. 37.

43 Aduerte, quod licet Conc. Trid. conferat poteſtatem Epiſcopis vniendi ſeminario beneficia ſimplicia etiam reſeruata, hoc intelligitur dummodo non intercedat fraus. Hinc vnio facta de reſeruato poſt vacationem non valet in præiudicium prouiſi Apoſtolici, ita voluit Sacra Congregatio referunt Garz. *cit. loc. num*. 102. Barb. *ſum. Apoſtolorum deciſ. verbo vnio num*. 6. *&* 7. *& alij*.

44 Hinc etiamſi Epiſcopus poſt erectionem ſeminarij Beneficia ſimplicia vacantia ei non applicauit, ſed ſuis conſanguineis, vel familiaribus contulit, detrahat tantum taxæ ſeminarij, quantum illi redderet, & id de ſua menſa Epiſcopali, aſſignet ſeminario, quoad vixerit, vel donec alia beneficia vacantia, ſaltem eiuſdem valoris, & ad eius collationem ſpectantia ſeminario vniuerit, teſtatur de declaratione Sacræ Congreg. Garz. *cit. cap*. 12. *num*. 107. poſt Zerol. per eum adductum.

45 Non valet tamen vnio facta ſeminario omnium beneficiorum ſimplicium tenet Maſc. *in ſum. tract*. 6. *cap*. 14. *num*. 60. Barboſ. *de poteſt. Epiſcopi par*. 3. *alleg*. 77. *num*. 29. *& in Collect*. ad Concil. Trident. *cit. cap*. 18. *num*. 39. Nec poteſt illi vniri Canonicatus collegiatarum Eccleſiarum quamuis ex conſuetudine non obligent ad reſidentiam, quia Concilium Trid. *cit. cap*. 18. non loquitur de his beneficijs ſimplicibus, voluit Sacra Congregatio Epiſcopi in vna Aquilana 27. Martij 1590. & refert Sell. *ſelect. canon. cit. cap*. 10. *num*. 21. Nec etiam poſſunt vniri ſeminario beneficia ſimplicia iuriſpatronatus ſiue ſecularis, ſiue eccleſiaſtici, vel alia pertinentia ad inferiorem Collatorem, & Electorem, ſine conſenſu patronorum *Clemen. vnica* §. *de ſtat. Monach*. Concil. Trid. *ſeſſ*. 24. *de ref. cap*. 15. DD. communiter quos refert, & ſequitur Garz. *de beneſ. par*. 12. *cap*. 2. *num*. 202. ſimiliter non poſſunt ſeminario vniri beneficia regularia, ſiue dentur in titulum, ſiue in commendam, ſecus tamen ſi ſtatum mutauerint, ita refert reſolutum fuiſſe in vna Caputaquenſ. 26. Iulij 1586. Sell. *citat. cap*. 10. *num*. 23.

46 Dubitatur an expiret vnio facta ſeminario iam formaliter erecto, ſi de facto ibi deſinant eſſe ſcholares ad tempus, an verò poſſint fructus beneficiorum vnitorum conuerti in fabricam, vel reparationem domus, aut extinctionem debitorum ſeminarij.

Reſpondeo ſi vnio fuit iam perfecta, & conſumata ac ſortita effectum ſuum per vacationem beneficij tempore, quo in ſeminario aderant ſcholares, ſi poſtea deſinant eſſe ad tempus, vnionem non expirare, licet in odium Epiſcopi tollentis ſcholares è ſeminario ad tempus poſſint beneficia impetrari à Papa diſſoluente vnionem. Quod ſi vnio non eſt ſortita effectum ſuum per non vacationem beneficiorum, & tunc dicendum eſt vnionem expirare ſi ante vacationem primi beneficij deſinant eſſe ſcholares, quia actus non perfectus, & conſummatus vitiatur ſi deueniat ad Caſum, à quo non potuit inchoari, ita poſt alios per ſe adductos probat Garz. *de beneſ. par*. 12. *cap*. 2. *num*. 199. *& ſeqq. vbi num*. 201. dicit, quod ſi reperitur reſeruata ſeminario penſio non poteſt exigi pro annis, quibus abſunt ſcholares, licet non expiret nec extinguatur.

47 Aduerte, quod licet alioqui in vnionibus requiratur conſenſus Capituli, vt notatum eſt ſupra annot. 8. tamen in vnione facienda ſeminario non requiritur talis conſenſus, ſufficit enim conſenſus quatuor deputatorum duorum de Capitulo, & totidem de Clero ad præſcriptum Sacri Concil. Trid. *cit. ſeſſ*. 23. *de ref. cap*. 18. *voluit Sacra Congregatio Concil*. 3. *Martij* 1594. prout refert Garz. *de beneſ. cit. cap*. 2. *num*. 190. *in fin*.

48 Nota quintò poſſe Epiſcopos erigere plura ſeminaria in illis locis in quibus non ſunt taxata, vt aſſerit deciſum in vna Lucana 19. Nouembris 1616. Aldan. *in compend. canon. reſol. lib*. 1. *tit*. 18. *num*. 3. Imò ſi ob magnitudinem, & amplitudinem diœceſis non poſſunt in vno ſeminario omnes pueri eius conuenire tenetur Epiſcopus erigere duo, vel plura ſeminaria & ſecundum loca diuidere, quæ tamen ab illo vno, quod in Ciuitate erectum, & conſtitutum fuerit, in omnibus dependeant, ita Tridentin. *citat. capit*. 8. *verb. in Eccleſijs*, & aduertit Tuſc. *de viſitatio. lib*. 1. *cap*. 16. *num*. 12.

49 Quod ſi ob paupertatem Eccleſiæ, nec vnicum ſeminarium in loco erigi poteſt tunc ſynodus prouincialis cum duobus antiquioribus ſuffraganeis erigere debent in Metropolitana, vel alia Eccleſia prouinciæ commodiori vnum, vel plura ſeminaria, quæ ſuſtententur ex fructibus duorum, vel plurium Eccleſiarum, in quibus ſingulis collegium commodè inſtitui non poteſt, ita ſtatuit Concil. Trid. *cit. capit*. 8. *verſic. ſi vero*, *& notat eod. loc*. Tuſc. *num*. 11.


50 Sed ſi Epiſcopus negligens fuerit in erectione ſeminarij, tunc Metropolitanus, vel ſi Metropolitanus fuerit negligens, ſynodus prouincialis acriter corripiendo Epiſcopum, vel Archiepiſcopum eum cogere debet ad talem erectionem, prout diſponit Trid. Conc. *cap*. 18. ibi, *quod ſi Cathedralium*, *&c*. ad quæ notat Fuſc. *cit. cap*. 16. *num*. 3. Archiepiſcopum, data Epiſcopi negligentia poſſe ſupplere per ſe negligentiam prædictam, quod admitterem poſtquam illum coegit cùm id ſtatuat Tridentin. *notatum eſt prima par. annotat*. 49. *num*. 26.

51 Nota decimò ſeminarium dici locum pium, probatur per doctrinam Bal. *in l. illud C. de Sacroſ. Eccleſ*. docet Nouar. *in prax. de elect. & variar. fori quæſt*. 15. *ſect*. 1. quem ſequitur Ricc. *in prax*. 3. *par. reſol*. 411. *per totum*.

52 Hinc deducitur primò, quòd ſeminarium gaudet immunitate Eccleſiaſtica, ita vt, reus ad illud confugiens non poſſit extrahi, Genuenſ. *in prax. cap*. 22. *ſub num*. 10. *ſecundum vltim. impreſſ*. Ricc. *cit. loc. reſol*. 411. Bellet. *diſq. Cler*. 1. *par. tit. de fauor. Cler. real*. §. 5. *num*. 37. Secundò ſeminarium eſt immune à tributis & alijs ſecularibus muneribus extraordinarijs, probat Nouar. *citat. tract. de elect. & var. for. quæſt*. 43. *num*. 3. *ſect*. 1. & Ricc. *cit. reſol*. 412. *num*. 3. Tertiò ſeminarium habet fori electionem, teſtatur Nouar. *de elect. & var. for. quæſt*. 43. *cit. ſect*. 1. & Ricc. *cit. loc. reſol*. 413. *per totum*. Quartò cogitur quis vendere rem ſuam pro erectione ſeminarij, probat eleganter Ricc. *in prax*. 3. *par. reſol*. 414. *num*. 7. *& ſeqq*. ac etiam pro ampliatione domus ſeminarij, prout refert fuiſſe deciſum pluries Marant. 3. *par. controuerſ. reſp*. 28. *num*. 7. Quintò ſeminario competit reſtitutio in integrum probat Sforz. *add. tract. de reſtit. in integr. quæſt*. 3. *art*. 6. *num*. 47. quem refert, & ſequitur Ricc. *in prax. par*. 3. *reſol*. 416.

53 Nota vndecimò Epiſcopum ſingulis annis, teneri rationem exigere redditiuum ſeminarij ab adminiſtratoribus illius, non tamen ſolum, ſed adiunctis, & præſentibus duobus de capitulo, & totidem de clero ciuitatis deputatis, prout tenuit Concil. Trid. *cit. cap*. 18. *verſ. Rationes autem*, quo in cap. Epiſcopus eum deputatis prædictis inquirat, quot ſint redditus, in quibus conſiſtant, quot perſonæ, quæve ſalaria, ſi ſuperſunt, adnotentur, & in quibus neceſſe eſt, prouideat, ad hoc vt omnibus patere poſſit, fraudiſque ſuſpicio in totum auferatur, & ſi inutilem rationem, & damnoſam reddiderint adminiſtratores, expellantur, & corripiantur de ſuo ſatisfacientes, ſi culpa id fecerint, ita Fuſc. *de viſit. lib*. 1. *cap*. 16. *num*. 15.

Obſeruent adminiſtratores ſeminarij, quod bona illius ſtabilia non licet vltra triennium locare, nec eadem bona cum alijs bonis in euidentem Eccleſiæ vtilitatem permutare, nec ſterilia, & inculta in emphyteuſim ad tertiam generationem concedere, prout voluit Sacra Congreg. Conc. *in Vercellen*. 19. *Februar*. 1633. quod Bonfadin. *in Theſaur. Eccleſiaſt. deciſ. reſol*. 26. *num*. 5. & Barboſ. *ſum. Apoſtol. deciſ. verbo ſeminarium collect*. 667. *num*. 8. *& vlt*.



OBSERVATIONES D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Ratio Decreti Conciliaris super erectione Seminarij puerorum.*

2 *Obseruantia dicti Decreti demandatur Episcopis visitantibus limina Apostolorum.*

3 *Consilium imponit collectam, & contributionem omnium beneficiorum exemptione non obstante.*

4 *Regulæ prudentiales loco seminarij in fundando Religionem cum instituto Gramatica.*

5 *An cesset contributio si bona superueniant Collegio Societatis Iesu, vel alteri Monasterio loco seminarij fundato?*

6 *Beneficia à contributione exempta recensentur.*

7 *Episcopus debet esse primus in contribuendo.*

8 *An facienda sit contributio ex distributionibus quotidianis?*

9 *Vnio beneficiorum simplicium, an sit facienda seminario?*

1 SEminarium puerorum, seu adolescentium, vt litteris, bonisque moribus, atque fidei Catholicæ regulis benè imbuantur, atque boni Parochi, alijque spirituales operarij in vinea Domini idonei, benèque instructi haberi valeant, prudentissimè decreuit S. C. Trident. *sess.* 23. *de reform. cap.* 18. vt in qualibet diœcesi quantum possibile sit ab Episcopis erigatur seminarium, illudque ab eodem, & ab aliqnibus Cathedralis Ecclesiæ Canonicis regatur, & administretur cum introductione saltem Gramaticæ, & Musicæ Magistrorum.

2 Huius decreti Conciliaris obseruantia præcæteris Apostolicæ Sedis, & Sacræ Congregationis Concilij nimium cordi est. Vnde propterea in eiusdem Sacræ Congregationis responsis, quæ dantur Episcopis, qui per se ipsos, vel per substitutos intra Montes singulo quoque triennio, & vltra singulo quoque quinquennio ad præscriptum Constitutionis Sixti V. Apostolorum limina visitant, & ista occasione relationem status Ecclesiæ dictæ Sacræ Congregationi faciunt præsertim iniungi solet seminarij erectio, si adhuc non esset erectum, vel restitutio, si alias erectum dissolutum esset.

3 Pro huiusmodi proficuo opere adimplendo Concilium collectam, seu contributinnem omnium beneficiorum simplicium imponi mandat etiam illorum beneficiorum regularium, quæ absque actuali conuentu in commendam Cardinalibus, vel Prælatis, alijsque Clericis sæcularibus ex Apnstolica dispensatione concedi solent nnlla exemptione ad id suffragante, cùm sola exempta sint regularium Monasteria, in quibus religiosi actualiter viuunt, ac etiam Monasteria Monialinm. Nisi fortè aliter Sedes Apostolica speciali iure pro erectione, vel sustentatione seminarij istam contributionem exemptione non obstante opnrtunam reputet attenta affluentia diuitiarum Monasteriorum. Id autem praxis raro docet, & ferè numquam, si in illis studia fundantur, Card. de Luca *in annot. ad S. Conc. Trid. discurs.* 25. *num.* 3. *&* 4.

4 Aliquando autem ex eisdem regulis prudentialibus loco seminarij cum eadem contributione per Sedem Apostolicam demandari consueuit fundatio, seu pinguior prouisio Monasterij, sen Conuentns alicuius religionis, cuius institutum sit Gramaticæ, aliarumque scientiarum scholas etiam pro sæcularibus exercere adeò vt illa contributio, seu collecta, quæ seminario facienda esset, huiusmodi Collegio, seu domui regulari fiat, vt præsertim est Societas Iesu, cùm qua id in specie quandoque practicatum fuit, vt ita pinguius Conciliari decreto, satisfieri videatur, vt Clemens VIII. in Insula Meleuitana mandauit erigi Collegium Societatis Iesu assignata contributione beneficiorum loco seminarij. Et sub prætextu quod Collegium ex pijs legatis, alijsque obuentionibus esset congruè prouisum, tractu temporis Clerus renuit contribuere. Et excitata fuit controuersia. An ad nnrmam dicti decreti Conciliaris assignatio taxæ, & contributionis expirauerit. Introducta causa in Rota coram Cerro sub die 21. Aprilis 1660. ad fauorem Cleri prodijt resolutio, vt Card. de Luca *de benefic. discurs.* 88.

Eatenus enim d. Concilium Trid. mandauit contributionem beneficiorum pro fundatione seminarij, & sustentatione, qnatenus aliunde non possit esse consultum, & tamquam per remedium subsidiarium, quod de iure dicitur illud collectarum, quasi cessante causa cessset effectus. 5

Beneuerùm idem Card. de Luca aliter edisserit pro Collegio, assignans rationis diuersitatem inter Seminarium, & Collegium erectum. Quia in Seminario statuitur certus numerus alumnorum, sed in erectione Collegij semper præuidetur augmentum religiosorum, & in erectione Conuentus, & Collegij oritur quasi contractus inter Ciuitatem, & Clerum inuitantem religionem ad fundandam, vt non attendenda sit accidentalis augmentatio. Sed hoc motiuum non est adeo efficax, cum diminutis bonis quoties Collegium se non valeat sustentare, nihil videtur impedire, quia Religio deserere valeat Collegium. Vnde profundiùs res esset examinanda, nec vacillare videtur decisio Rotæ.

Ex Apostolicis indultis à dicta contributione excepta sunt regularia beneficia Religionis Hierosolymitanæ, quæ sub Commendarum, vel Prioratuum, aut Baiulatuum vocabulo explicari solent, Card. de Luca *discurs.* 25. *num.* 9. *&* 10. vbi aliter sentit, si Clericis sæcularibus concedantur. 6

Militiæ S. Stephani, & similes huic contributioni non subiacent, quia sæcnlaria potius, quàm Ecclesiastica beneficia sint. Et eadem ratione pia loca per laicos administrata, nam omnes redditus iure simplicis, & puræ administrationis in opera sibi incumbentia erogentur absque aliqua priuata vtilitate, de Luca *vbi sup.*

Episcopus primus ipse esse debet in contribuendo, alijs exemplum præbens, alias malè se gereret, quod alios inuitando, vel cogendo se ipsum eximeret. 7

Facienda non est contributio ex distributionibus quotidianis, quoties non sunt tales, vt pinguem redditum non constituant, nec excedant proportionem salarium seruitij, vt de Luca *vbi sup. num.* 14. & non sint nisi ad substentationem, & nnn ditationem. 8

De vnione beneficiorum simplicium facienda per Episcopum cum consensu Capituli, dummodo fiat post seminarium iam erectum ad differenniam contributionis. 9

ANNOTATIO XXX.

De Remedio Can. reintegranda 3. quæst. 2.

ARGVMENTVM.

Notatur qui DD. de eo tractent. An hoc remedium sit nouum, & cæteris pinguius; An sit possessorium. Quibus concedatur, & quibus denegetur, contra quas personas non detur. In causa remedij prædicti, quid petendum, quomodo agendum. Quid sit probandum, & quæ exceptiones opponi possunt, quæ dilationes concedendæ. An possit suspenso petitorio intentato procedi in possessorio. An hoc remedium possit cumulari cum Remedio vnde vi. An agens hoc remedio teneatur iustificare possessionis titulum. An hoc remedium tollatur præscriptione, & an in eo valeat conuentus alium nominare, & aliæ exceptiones, quæ obstant agenti vel non. An in hoc iudicio detur appellatio, & sint restituendi fructus, & qui; an sint admittendi fideiussores de restituendo, & alia multa ad materiam.

SVMMARIVM.

1 *CAn. redintegranda 3. q. 2. materia, & DD. qui de ea tractant.*

2 *Remedium Can. redintegranda 3. qu. 2. est nouum & cateris pinguius. Et est possessorium num. 3.*

4 *Remedium Can. redintegranda conceditur Ecclesiasticis etiam pro bonis sacularibus. Competit etiam Hospitalibus num. 5. Et an laicis num. 6. Quando commodatarijs num. 7.*

8 *Remedium Can. redintegranda an detur pro rebus incorporalibus. An patrono impedito prasentare num. 9. vel deiecto à suis honoribus num. 10. Et an pro mobilibus num. 11.*

12 *Remedium Can. redintegranda 3. qu. 2. an detur commodatario, & depositario. An conductori num. 13. Et qui precario possidet num. 14.*

15 *Remedium can. redintegranda 3. q. 2. competit cessionario. Et vsufructuario num. 16. Et omnibus habentibus naturalem possessionem num. 17.*

18 *Remedium can. redintegranda 3. quast. 2. quando competat haredi. Et quando singulari successori num. 19.*

20 *Remedium can. redintegranda 3. q. 2. datur ei, qui suspicatus est se posse repelli.*

21 *Remedium can. redintegranda 3. q. 2. an detur malè fidei possessori.*

22 *Remedium can. redintegranda 3. qu. 2. an concedatur ei, qui iusta causa à possessione cecidit, vel ex contractu imperfecto, vel conditionalè.*

23 *Remedium can. redintegranda an competat spoliato sua culpa, quid de Ecclesia. Quid de spoliato ex sua negligentia num. 24.*

25 *Vxor à viro expulsa à domo ob dotem, vel partem non solutam, an sit ante omnia restituenda.*

26 *Emphyteota expulsus ob Canonem non solutum, an sit restituendus.*

27 *Resignanti Beneficium, quando competat remedium can. redintegranda 3. qu. 2. Quid si spolietur ante factas publicationes num. 28. Vel pendente lite n. 29. Vel ante admissam resignationem num. 30.*

31 *Remedium can. redintegranda 3. q. 2. an detur Beneficiato retinenti duo Beneficia incompatibilia, vel simoniacè num. 32.*

33 *Restitutio, quando non fit Marito spoliato Vxore ob eius sauitiam.*

34 *Remedium canon. redintegranda, quando non detur pupillo spoliato in contractu transactionis.*

35 *Remedium can. redintegranda 3. qu. 2. quando denegatur spoliato Principis mandato. Vel alterius Iudicis num. 36.*

37 *Remedium can. redintegranda 3. q. 2. quando denegatur spoliatori ratione scandali.*

38 *Remedium can. redintegranda 3. qu. 2. an detur contra singularem successorem, vel contra Decretum irritantem, vel reseruationem. An contra occupantem possessionem, quam spoliatus lite pendente occupauerat num. 39. An contra successorem possidentem cum titulo, & bona fide ibidem.*

40 *Remedium can. redintegranda 3. q. 2. coram quo Iudice proponi potest remissiuè.*

41 *Iudicium possessorium redintegranda possessionis est summarium.*

42 *Libellus an requiratur in iudicio can. redintegranda 3. quast. 2. Et quid in eo exprimi debeat num. 43. Et an tempus num. 44.*

45 *Litis contestatio an sit necessaria in iudicio can. redintegranda 3. quast. 2. prasertim in causa beneficiali.*

46 *Legitimatio persona an sit necessaria iudicio can. redintegranda 3. q. 2.*

47 *Dilatio non est concedenda in iudicio can. redintegranda 3. quast. 2.*

48 *Remissio ad Iudicem competentem est concedenda in Iudicio can. redintegranda 3. q. 2.*

49 *Remedij can. redintegranda in causa an possit suspenso petitorio reuerti ad possessorium. Et an commissa praedicta causa in petitorio, & possessorio possit tantum procedi in possessorio num. 50. Et an Princeps possit illam delegare tantum in petitorio num. 51.*

52 *Remedium can. redintegranda 3. q. 2. an possit cumulari cum remedio vnde vi.*

53 *Remedio can. redintegranda agens, quid necessario probare debeat. An sit probanda possessio de tempore spolij num. 54. Quomodo sit probanda possessio num. 55. Quid si spoliatus sit hares n. 56. An possessio probetur per inuentarium Ecclesia n. 57.*

58 *Remedio can. redintegranda 3. q. 2. agens in beneficialibus, an teneatur iustificare possessionis titulum, & quomodo n. 59.*

60 *Remedio can. redintegranda 3. q. 2. agenti an obstet exceptio prascriptionis. Et an in hoc iudicio valeat reus nominare auctorem num. 61.*

62 *Remedio can. redintegranda agenti an obstet exceptio dominij. Vel exceptio non posse possidere num. 63. Et an exceptio retentionis expensarum, & melioramentorum n. 64.*

65 *Appellatio an detur in iudicio can. redintegranda 3. quast. 2.*

66 *Remedio can. redintegranda 3. q. 2. conuentus ad quos fructus condemnari debeat. Et an liberetur à restitutione dando fideiussores de restituendo n. 67.*

68 *Remedio Can. redintegranda 3. quast. 2. agenti an obstet exceptio incapacitatis. Vel exceptio possessionis auctoritate Pratoris.*

ANNOTATIO XXX.

§. Vnic.

Ad Text. in C. redintegranda 3. q. 2.

IN hoc loco Decreti habentur duo Canones incipientes Redintegranda. Primus est Ioannis primi scribentis Archiepiscopo Zachariæ; secundus est Eusebij primi scribentis omnibus Episcopis, & in vtroque disponitur redintegranda esse omnia expoliatis, vel eiectis, & in loco vnde abscesserant funditus reuocanda, prout latius in *textibus, ipsis, de qua materia etiam in decretalibus toto tit. de restitut. spoliat. prasertim in cap. sapè, habentur leges Imperiales in multis locis signanter in C. tit. vnde vi. in eisdem locis DD. omnes,* latè Ias. *in l. rem qua nobis ff. de acqu. possess.* & latè ibidem Socc. *specul. tit. de restitut. spoliat. lib. 4.* Mascard. *de probat. conclus.* 1321. *& seqq.* multa Menoch. *de recuper. possess. remed.* 15. Ant. Gabriel *commun. conclus. lib. 5. tit. de restitut. spol. per totum, & in specie conclus. 5.* Grat. *discept. foren. cap. 472. num. 22. & seqq.* Marant. *de ordin. Iud. 4. par. in 7. dist.* Gomez *in l. 45. Taur.* Guttier. *in Canon. quastionib. cap.* 34. Tiraquel. *de vtroque retract. tit. 1. §. 8. glos. 3.* Cæuall. *controu. contra commun. q.* 53. Marescot. *variar. resolut. lib. 2. cap. 67. num. 53. & seqq.* Maceraten. *variar. res. lib. 1. resol. 37. resolut. 106. num. 16. lib. 2. resolut. 15. n. 15. & seq. resol. 53.* & alibi Afflict. *decis.* 327. & 303. & 364. vbi Add. Ricc. *collect.* 950. Pereir. *decis.* 31. Cornanz. *dec. Lucens.* 17. Rouit. *cons. 101. tom.* 2. Thor. *compend. decis. 1. par. verbo remedium Can. redintegranda,* Seraph. *dec. 835. dec. 135. dec. 1360. & alibi,* & alij ferè omnes, quos insequendo notabo nonnulla practicabiliora ad praxim fori præcipuè Ecclesiastici. 1

Præmittendum est igitur controuersum esse inter DD. an remedium huius c. redintegranda sit nouum pinguius cæteris remedijs possessorijs, in qua controuersia magis communis sententia defendit partem affirmatiuam, vt post Abbat. *in cap. cum sedem num. 26. de restitut. spol.* & Rip. *in cap. sapè num. 20. eodem tit.* Soccin. *in cit. l. rem qua nobis num. 3. & alios multos,* defendit Ant. Gab. *cit. loc. num.* 144. & docet Menoch. *vbi supra num. 5. qui num. seqq.* refert contrarium, & tandem *num.* 11. Conatur distinctione opiniones contrarias conciliare; sed communem sententiam sequuntur etiam moderni, prout tenet Maceraten. *lib. 1. variar. resolut. 37. num. 5.* vbi ex hoc defendit etiam post Rot. Roman. *decis. 282. par. 1. in nouiss.* & Caputaq. *decis. 170. num. 4. par. 1. & alios,* hoc remedium esse maximè fauorabile, & idem Maceraten. *l. 2. resol. 94. n. 19.* generaliter 2

tenet omne remedium possessorium esse pinguius, & salubrius.

3 Dubitant in his terminis DD. an hoc remedium sit possessorium, vel petitorium, & ratio dubitandi oritur ex verbis eiusdem tex. *Can. redintegranda*, ibi, *possessiones, vel res proprias*; sed his verbis non obstantibus, verius est, hoc remedium esse verè possessorium, prout tenent DD. omnes post *glos. in cap. cum ad sedem in cit.* & probat Socc. *in allegat. l. rem quæ nobis num.* 12. & sequitur Menoch. *cit. remed.* 15. *num.* 2.

4 Nota primò, remedium huius Can. redintegranda conceditur Episcopis deiectis, & spoliatis per expressa verba tex. ibi, *spoliatis, & deiectis Episcopis, &c.* ex quibus verbis DD. absque controuersia firmant regulam, remedium competere omnibus personis Ecclesiasticis, Bartol. Socc. *in cit. l. rem quæ nobis num.* 4. *vbi Addit. lit. B.* Menoch. *allegat. remed.* 15. *num.* 19. *& alij omnes*, qui Menoch. *ibidem num.* 21. ampliat non solum competere remedium hoc Clericis quoad bona Ecclesiæ, sed etiam quoad bona patrimonialia, quæ sunt accessoria personæ, & eodem fruuntur priuilegio per doctrinam Dec. *in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ num.* 18. *de constit.*

5 Item ampliant, hoc remedium competere administratoribus hospitalium, spoliatis bonis eorum hospitalium, voluit Rot. *in antiqu. dec.* 6. *de restitut. spoliat. & in antiquior. decis.* 3. *eod. tit.* Cassad. *dec.* 4. *vers. nec refragatur, vt lit. pend.* Ea ratione, quia hospitalia, & similia loca, auctoritate Episcopi erecta locis sacris æquiparantur, & religiosa dicuntur, & illorum fruuntur priuilegijs, *auth. hoc ius porrectum* 10. *quæst.* 2. docent multi, quos refert & sequitur Menoch. *de recuper. possess. remed.* 15. *num.* 22. & 23. Ant. Gabr. *lib.* 5. *tit. de restit. spoliat. conclus.* 5. *num.* 19. Monasterijs etiam, & alijs locis regularibus competere, hoc remedium est indubitatum, & habemus ex casu *dec.* Affl. 364.

6 Quæstio est non contendenda, an hoc remedium Can. redintegranda competat locis spoliatis, & pro parte negatiua adducuntur fortes rationes, quos refert Menoch. *cit. remed.* 15. *num.* 16. *& seqq.* tamen pars affirmatiua, nempè competere, est magis communis, & æquior cuius opinionis DD. commemorat, idem Menoch. *cit. loc. num.* 13. colligitur in praxi apertè *ex dec.* Afflict. 303. dicimus ergo competere laicis, etiam pro bonis propbanis, prout aduertit Ant. Gabr. *tit. de restitut. spol. conclus.* 5. *num.* 1. qui testatur de communi, & DD. omnea huius sententiæ refert, sequitur Ricc. *par.* 4. *Collect.* 950. *vers. ampliua tertio*, Cæuall. *commun. contr. commun. quæst.* 53.

7 Conceditur quoque hoc remedium Can. redintegranda commendatario commenda spoliato, maximè in commendatarijs nostri temporis, quibus Beneficia solent in perpetuum, & in titulum commendari, qui disponunt de fructibus Beneficij, prout aduertit Gomes. *in reg. Cancell. de infirm. resignat. quæst.* 13. *vers. quibus non obstantib.* Capyc. *dec.* 89. probat Menoch. contra Felin. & Capyc. *per ipsum relatos remed.* 15. *num.* 38. *& seqq.* Licet enim commenda temporalis non det titulum, nempè possessionem, sed simplicem procuratoriam administrationem, prout docet Lotter. *de re Benef. lib.* 2. *quæst.* 48. *num.* 209. post Seraph. *dec.* 1337. *num.* 11. tamen, quia commendatarius hic temporalis ex fructibus alimenta sibi comparat, & expensas in retributione in temporarij regiminis, & gubernij, iuxta sententiam Archid. *in Can. qui plures n.* 1. 21. *quæst.* 1. Rebuff. *in prax. de commend. num.* 3. Rot. *in recent. decis.* 772. *sub num.* 3. *vers. eoque magis par.* 2. merito ratione talis iuris ei conceditur hoc remedium, vt obseruat Menoch. *cit. loc. num.* 41.

8 Vlterius, iuribus incorporalibus posse quem spoliari, & proinde esse restituendum, defendit Specul. *lib.* 4. *tit. de restitut. spoliat. §. nunc dicamus in princ.* & dari remedium redintegrandæ spoliatis, talibus iuribus, voluit Rot. apud Seraph. *dec.* 277.

9 Vnde dari remedium, vnde vi patrono spoliato, vel impedito præsentari ad ius patronatus, docet idem Spec. *cit. loc. sub num.* 6. quem refert, & sequitur Lambert. *de iure patr. lib.* 3. *art.* 11. *quæst.* 9. *princ. num.* 2.

10 Ex Patrono, qui fuit deiectus à sede, vel area siti honoris in Ecclesia patronata dari hoc remedium redintegrandæ, probat post alios Menoch. *de recup. possess. remed.* 15. *num.* 45. *& seqq.*

11 Similiter competit hoc remedium pro possessione rerum mobilium, vt probat Menoch. *de recup. possess. remed.* 15. *num.* 193. *& seqq.*

12 Item magis communiter DD. dicunt dari hoc remedium Canonis redintegranda commendatario, & depositario spoliatis, prout constat ex relatis per Ant. Gab. *cit. concl.* 5. *num.* 4. & Menoch. *allegat. remed.* 15. *num.* 49. quam sententiam communiter seruari testatur Rip. *in cap. sæpè num.* 24. *de restit. spol. & in l. rem, quæ nobis nu.* 21. *ff. de acquir. possess.* Licet ipse contrarium sentiat nempè prædictis non dari hoc remedium, quem sequitur Cæphal. *consil.* 100. *nu.* 17. *lib.* 1. ea ratione, quia commendatarius, & depositarius non dicuntur possidere. Ideò verius dicendum est hoc remedium concedi domino commodanti, si commodatarius à tertio spolietur, vt aduertit Menoch. *de recuper. possess.* 9. *remed. quæst.* 21. *in fin.* Similiter etiam concedi, si commodatarius vnà cum rebus commodatis proprijs etiam rebus spolietur simul, ita quoque declarat, & optimè idem Menoch. *remed.* 15. *num.* 14.

13 Datur etiam hoc remedium redintegranda conductori eiecto, cui fructus competunt, tenet post alios Ant. Gabr. *lib.* 5. *tit. de restitut. spoliat. concl.* 5. *num.* 5. & 9. idem probat de interdicto, vnde vi, Menoch. *de recuper. possess. remed.* 1. *num.* 66. *& seqq.*

14 Ei, qui precario possidet, si à tertio spolietur datur restitutio vigore remedij huius can. redintegranda, secus, si spolietur à domino rei precario concessæ, tenet post Rot. *in antiq. decis.* 1. *de restitut. spoliat.* Menoch. *de recup. possess. remed.* 15. *num.* 58. Ant. Gabr. *cit. concl.* 5. *num.* 10. & 11.

15 Cessionario quoque cui in specie cessum est ius spolij, & omne aliud ius competens, competit hoc remedium Can. redintegranda, Rip. *cap. sæpe de restit. spoliat. num.* 25. Et probatur à fortiori, quia cessionario datur interdictum vnde vi, docet Tiraqu. *de retract. consangu. in §.* 26. *glos.* 3. *num.* 18. *in fin.* Rolan. à Valle *cons.* 28. *num.* 22. *lib.* 2. sequitur Menoch. *cit. remed.* 15. *num.* 56. & 60. qui testatur de communi.

16 Vsufructuario spoliato dari hoc remedium Can. redintegranda affirmant omnes absque controuersia, Aret. *in l. cum hæredes col.* 2. *ver. vnum tamen dico ff. de acquir. possess.* Ruin. *cons.* 4. *col. fin. in fin. lib.* 3. Anton. Gabr. *cit. conclus.* 5. *num.* 9.

17 Generaliter etiam datur hoc remedium Can. redintegranda omni alio habenti naturalem possessionem, qui si deijciatur à sua naturali habet istud remedium, tamquam spoliatus, tenet Aret. *in l. cum hæredes col.* 2. *vers. quod probatur ff. de acquiren. possess.* Corn. *cons.* 280. *col.* 4. *in princ. vers. et si dicatur col.* 4. Ruin. *cons.* 4. *in fin. vol.* 3.

18 Hæredi quoque ex persona defuncti spoliati competit remedium huius Can. redintegranda, quando defunctus fuit in vita spoliatus, alias secus, Corn. *cons.* 320. *col.* 7. *vol.* 1. Mathes. *sing.* 69. Alex. *cons.* 40. *vol.* 3. Affl. *super constitut. sub rubr. de violent. lib.* 2. Cagnol. *in l. hæredem num.* 22. *ff. de reg. iur. de hoc etiam infra.*

19 Ampliant nonnulli, vt etiam competat hoc remedium Can. redintegranda successori cuicumque, quia hoc remedium cum quæsitum est auctori, tamquam in rem scriptũ transit ad quemcumque successorem, docet Soc. *in l. rem, quæ nobis col.* 7. *vers. vltimo*, potest dubitari, & alij, quos refert, & sequitur Gabr. *lib.* 5. *tit. de restitut. spoliat. conclus.* 5. *num.* 13. sed contra Rip. *in cap. sæpè num.* 26. *de restitut. spoliat.* & Menoch. *de recup. possess. remed.* 15. *num.* 66. & melius Ricc. *collect.* 950. *vers. ampliat quinto.*

20 Ampliant quoque, vt non solum deiectis detur hoc remedium Can. redintegranda, sed etiam ei, qui suspicatus est se posse repelli, iuxta dictum Bart. *in l.* 1. *§. siue autem vers. sed de vno ff. de vi, & vi armat.* qui testatur de communi, & vera opinione, Marant. *in tract. Iud. in* 7. *dist. ind. num.* 24.

21 Solemnis est quæstio, an hoc remedium Can. redintegranda competat malè fidei possessori spoliato DD. pro vtraque sententia referunt Ant. Gabr. *lib.* 5. *tit. de restitut. spoliat. conclus.* 5. *num.* 25. & Menoch. *de recup. possess. remed.* 15. *num.* 61. *& seqq.* in qua quæstione illa videtur opinio iuri conformior, quæ fauet spoliato etiam si malè fidei sit possessor, in his enim terminis videtur prohibitum in odium spoliatoris, quem sibi proprio marte ius dicere, nulla habita consideratione personæ spoliatæ, ita

optimè

optimè notat Menoch. *cit. loc. num.* 63. Sic etiam quia communiter dicunt DD. prædonem quoque ſpoliatum eſſe ante omnia reſtituendum, *cap. in litteris in fin. de reſtitut. ſpoliat. cap. vltimo, §. ſed obycitur 3. quæſt. 1. l. Colonos, & l. cum fundum de vi, & vi armat.* eum aliꝫ adductis per Menoch. *cit. loc. remed. 1. num.* 111. vbi in ſeqq. numeris declarat prædonem, & malè fidei poſſeſſorem non eſſet reſtituendum, quando conſtat ex actis ſpoliatum eſſe prædonem, & ſpoliatorem eſſe dominum rei. Item non eſſe reſtituendum in Beneficialibus, & ſpiritualibus, vel quando prædo ſpoliatus ipſo iure Beneficio fuiſſet priuatus, ita Menoch. qui alios citat.

22 Nota ſecundò, remedium reſtitutionis vigore huius Canon. redintegranda multis perſonis denegatur, & primò denegatur ei, qui à poſſeſſione cecidit iuſta cauſa, quod communiter probant DD. verbis huius Canon. ibi, *per quaſcumque iniuſtas cauſas*, docet Innoc. & alij *in cap. ſæpè de reſtitut. ſpoliat.* Abb. *in cap. cum ad ſedem, eod. cit. tit. num.* 27. Alex. *conſ.* 92. *num.* 5. Affl. *deciſ.* 392. *num.* 27. Rot. *deciſ.* 2. *de rer. perm. in non. & deciſ.* 8. *eod. tit. in antiq.* Caſſad. *deciſ.* 4. *num.* 6. *de reſtitut. ſpoliat.* Ant. Gabr. *lib.* 5. *tit. de reſtitut. ſpoliat. conſil.* 5. *num.* 26. qui plures alios refert, & *num.* 27. ſublimitat concluſionem in eo, qui ſpoliatus eſt poſſeſſione ex contractu imperfecto, vel conditionali cuius conditio, nondum euenit, huic enim conceditur remedium redintegrandæ, tenet principalem ſententiam Ricc. *collect.* 950. *in fin.* refert deciſum Thor. *compend. deciſ.* 1. *part. verb. intermedium, fol.* 454.

23 Secundò, denegatur remedium reſtitutionis ex hoc Canon. redintegranda ei, qui ſua culpa à poſſeſſione eſt eiectus, ſentit Ripa *in cit. cap. ſæpè, num.* 27. *de reſtitut. ſpol.* Caſſad. *deciſ.* 4. *num.* 6. *de reſtit. ſpol.* Oſaſc. *deciſ.* 47. *num.* 4. & alij, quos refert Menoch. *cit. remed.* 15. *num.* 95. & probatur ratione, nam hoc remedio ſuccurritur, qui per iniuſtas cauſas eſt eiectus, ſed qui decidit ex propria culpa, dicitur ſpoliatus propria voluntate, & iuſta cauſa, ergo, &c. ita Menoch. *cit. loc. num.* 96. *vbi num.* 101. tenet regulam non procedere vi ſpoliata Eccleſia facto, & culpa Prælati, & *num.* 103. quando ſpoliator ſuo facto iniuſto fecit, vt ſpoliatus ſuam amitteret poſſeſſionem. Hæc limitatio non ſolum procedit in Eccleſia, ſed etiam in minore, vel abſente culpa curatoris, vel procuratoris ſpoliato, prout poſt alios aduertit Anton. Gabr. *cit. cond.* 5. *num.* 30.

24 Tertiò. Dubium eſt, ſi quis non propria culpa, ſed propria negligentia tantùm in omittendo eſt ſpoliatus, an debeat reſtitui vigore remedij redintegrandæ; probant multi, quos refert, & ſequitur Anton. Gabr. *cit. loc. num.* 27. abſolutè ſpoliatum ob negligentiam per ſpatium decem annorum non gaudere hoc priuilegio, alij verò defendunt contrarium, quos cit. idem Gabr. *eod. loc. verſ. contrarium*, quod ex negligentia; prima ſententia verior eſt concurrente tempus prædictum, quia tunc ratione præſcriptionis excluſus, quis etiam dicitur; deficiente verò ſpoliatus ob negligentiam in omittendo ante omnia eſt reſtituendus vigore huius Canon. redintegranda, & probat poſt multos Menoch. *cit. loc. num.* 97. *& ſeqq.*

25 Quartò, ex dictis collige primò, quod vxor, quæ fuit à viro expulſa ob dotem illi promiſſam, & non ſolutam non eſt reſtituenda ante omnia, nec iuuatur remedio redintegrandæ DD. communiter *in cap.* 1. *de adult.* Bald. *in l. de diuiſione, & l. ſi cum dotem, §. ſin autem in ſæuiſſimo, ff. ſolut. matrim.* Menoch. *cit. remed.* 15. *num.* 96. Imò ſecundum magis communem ſententiam poteſt Vxor expelli domo à viro ob dotem non ſolutam, vt tenent citati per Surd. *de aliment. tit.* 7. *quæſt.* 17. *num.* 11. *qui num.* 22. id ampliat, etiam ſi pars tantùm dotis erit debita.

25 Quintò, collige ſecundò, ſecundum multorum ſententiam, quod emphyteota, qui fuit expulſus ob non ſolutionem Canonis, non eſt ante omnia reſtituendus, quia ſua culpa ſpoliatus fuit, Menoch. *cit. loc. num.* 95. Anton. Gabr. *lib.* 5. *tit. de reſtitut. ſpoliat. concluſ.* 5. *num.* 32. Affl. *deciſ.* 392. *num.* 27. ſed melius diſtingue, vt per metipſum, *part.* 1. *annot.* 39. §. 2. *num.* 4.

27 Sextò, collige tertiò, reſignanti ſpontè, & liberè Beneficium non competit remedium Canon. redintegranda eadem ſuprapoſita ratione, Socin. *in l. rem, quæ nobis, col. fin. ff. de acquir. poſſeſſ.* quem refert, & ſequitur Anton. Gabr. *lib.* 5. *tit. de reſtitut. ſpoliat. num.* 72. Rot. *deciſ.* 2. *de rer. perſ. in nouiſſ.* Verall. *deciſ.* 171. *part.* 3. Fallit tamen hæc concluſio, quando reſignatio, & conſenſus ei præſtitus fuerit conditionalis, & conditio non eſt adimpleta, explicat Lotter. *de re Benefic. lib.* 3. *quæſt.* 14. *num.* 92. 93. *& vltim.* poſt Put. *deciſ.* 4. *de reſtitut. ſpoliat.*

Septimò. Fallit etiam tertiò corollarium, quando reſignans, fuit ſpoliatus à tertio ante publicationem reſignationis, iuxta Bull. Gregor. XIII. quia cùm ante dictam publicationem non ſit perfectè Ius quæſitum Reſignatario, reſignans legitimè incumbit poſſeſſioni, & ſi ſpolietur per Tertium ei competit actio ſpolij, Caſſad. *deciſ.* 4. *de reſtit. ſpoliat.* Achill. *deciſ.* 10. *eod. tit.* Put. *deciſ.* 158. *num.* 4. *lib.* 3. Seraphin. *deciſ.* 736. *num.* 5. Ludouiſ. *deciſ.* 138. *num.* 6. 28

Octauò. Fallit quartò, corollarium prædictum, quando reſignans ſpoliaretur ſua poſſeſſione, pendente lite ſuper validitate reſignationis, tunc enim daretur reſignanti redintegratio, Rot. *deciſ.* 1. *de renunc. & in recentior. deciſ.* 423. *ſub num.* 2. *part.* 1. *& in Regien. præceptoria* 13. *Iunij* 1618. *coram* 29

Nonò. Fallit quintò, quando reſignans fuit ſpoliatus antequam reſignatio fuerit recepta à ſuperiore, tunc enim ei competit redintegratio, Abb. *in cap.* 2. *num.* 10. *de reſtitut. ſpoliat.* Caſſador. *deciſ.* 1. *num.* 2. *& deciſ.* 2. *num.* 4. *de renunc.* Anton. Gabr. *lib.* 5. *tit. de reſtitut. ſpoliat. concluſ.* 1. *num.* 61. 30

Decimò. Controuertunt DD. an detur reſtitutio vigore huius Canon. redintegranda ſpoliato beneficijs beneficiato, qui tenuit duo Beneficia incompatibilia, vltra tempus ſtatutum, *in extrauagant. execrabilis de præbend.* pro vtraque parte adſunt Claſſici DD. relati per Anton. Gabr. *lib.* 5. *tit. de reſtitut. ſpoliat. concluſ.* 5. *num.* 34. Sed ad reconciliandam contradictionem ſolet diſtingui, quod ſi præceſſit ſententia declaratoria ſuper priuatione ratione incompatibilitatis, vel incompatibilitas ſit in iudicio probata, vel adeò notoria, vt excuſari non poſſit, & tunc ſpoliatus non reſtituitur extra verò hos caſus reſtituitur, Abb. *in c. in litteris col. penult. verſ. ſi autem exceptio, de reſtitut. ſpoliat.* Anton. de Butr. *in cap. ſollicitè, colum. fin. verſ. puto, quod ſi eod. cit. tit.* Rot. *in nouis deciſ.* 16. *in vltim. addition. Apoſt. ad deciſ. Tholoſan.* 464. & alij, quos ſequitur Anton. Gabr. *cit. loc. num.* 35. 31

Vndecimò. Denegatur etiam hoc remedium Canon. redintegranda illi, qui adeptus eſt Beneficium per Simoniam, Caſſad. *deciſ.* 1. *de Simon.* Et generaliter quotieſcumque, conſtat de iniuſtitia ſpoliati, ei denegatur redintegratio, Felin. *in cap. debemus in fin. de reſcript. & in cap. ſi quando, de offic. delegat.* Aimon. *conſ.* 140. *colum.* 1. Dec. *in l. vt vim, num.* 26. *ff. de iuſtit. & iur.* 32

Duodecimò. Viro ſpoliato ſua Vxore, vel è contra mulieri ſpoliatæ ſuo Viro, non datur reſtitutio, quando excipitur de magna viri ſæuitia, vel excipitur de conſanguinitate incontinenti probanda, *cap. litteras, de reſtit. ſpol.* diximulta *part.* 1. *annot.* 9. §. 1. *num.* 1. *& ſeqq.* vel quando agitur de nullitate matrimonij, Ric. *deciſ.* 1. *num.* 4. 3. *part.* 33

Decimotertiò. Aduerte, quod hoc remedium Canon. redintegranda non competit pupillo agenti ſpolio, in contractu tranſactionis celebrato per tutorem, cui legitimè adminiſtratio bonorum pupilli decreta eſt, ſecus verò, ſi adminiſtratio data non fuit; & id etiam ſi non adſit decretum Iudicis, cum auctoritas Iudicis non requiratur reſpectu tranſlationis, poſſeſſionis, deciditur per Rot. apud Seraphin. *deciſ.* 135. 34

Decimoquartò ei, qui fuit deiectus Principis auctoritate non conceditur redintegratio vigore huius Canon. redintegranda quotieſcumque Principis mandatum eſt iuſtum, & factum cum cauſæ cognitione, Affl. *deciſ.* 15. *num.* 35. & ratio eſt, quia Princeps poteſt tollere poſſeſſionem, Menoch. *de recept. poſſeſſ. remed.* 15. *num.* 372. tenent multi, quos refert, & ſequitur Anton. Gabr. *lib.* 5. *tit. de reſtitut. ſpoliat. concluſ.* 1. *num.* 209. *& ſeqq.* contra Pariſ. *conſil.* 99. *num.* 19. *volum.* 4. 35

Decimoquintò, extendunt eamdem ſententiam communiter DD. in ſpoliato etiam à Iudice, qui adhuc non redintegratur, Abb. *in cap. dilectus il* 1. *col.* 1. *de reſcript. & in cap. ſi conſtiterit, colum.* 1. *in fin. de accuſat.* Fel. *in cap. cum cauſa, de offic. deleg. col.* 1. *& in cit. cap. dilectus, col.* 1. multa Ioan. Mar. Nouar. *in alleg. poſt deciſ.* 154. Ric. 2. *p.* Quod declara dummodò Iudex non procedat nulliter, vel extraiu- 36

dicialiter, vel post appellationem, & inhibitionem emanatam, vel dummodò notoriè, non constat de ioiustitia Iudicis, vel dummodò non fuisset ioeompetens, aut damnum esset, irreparabile, in his enim casibus adhuc restitutio est facienda oon obstante decreto iudicis, latè Ant. Gabr. *lib. 5. tit. de restitut. spoliat. conclus. 1. num. 124. & seqq.*

37 Decimosextò, spoliatus non redintegratur ad possessionem vigore huius remedij, quando ex redintegratione oriri posset scandalum certum, secus si dubium, ita declarat Ruin. *consil. 37. num. 3. volum. 4.* & post eum Ant. Gabr. *supra cit. loc. num. 167.* Alios casus, in qoibus spoliatus non restituitur, vide apud eumdem Gabr. *cit. loc. limit. 1. & seqq.*

38 Nota tertiò contra nonnullas personas oon dari redintegrationem vigore huius Caoonis, & primò, an & quando non detur, vel detur contra singularem successorem, vide Menoch. latè disputantem *quaestionem de recuper. poss. remed. 15. num. 67. & seqq.* & Ricc. *collect. 950. part. 4.* Secundò, quando non detur hoc remedium contra habentem decretum irritans, vel reseruationem specialem, vide apud Ant. Gabr. *lib. 5. tit. de restitut. spoliat. conclus. 5. num. 48. & seqq.*

39 Tertiò restitutio huius Canon. redintegranda denegatur contra illum, qui occupauit possessionem Beneficij, quam spoliatus lite pendente occupauerat, Ant. Gabr. *cit. loc. num. 63. & conclus. 1. limit. 50.* Alios contra quos non datur hæc redintegratio, vide apud Menoch. & Gabr. *cit. locis*, in quibus terminis est difficilis illa quæstio de apicibus iuris, Canon. indigens, & Pontificia decisiooe, an scilicet remedium huius Can. redintegranda habeat locum contra singularem successorem possidentem cum titulo, & bona fide, in qua pars negatiua videtur amabilior, eaque magis communis, vt videre est apud Cenall, *commun. contra commun. quaest. 52. num. 5.*

40 Nota quartò modum, procedendi in iudicio, quando spoliatus petere intendit hoc remedium Canon. redintegranda, & primò quis sit Iudex in hoc iudicio, quando in eo interuenit Clericus, vel tractetur de re beneficiali, aut spirituali, vide Casus omnes distinctè discussos per Menoch. *de recup. possess. remed. 15. num. 202. & seqq.* Ant. Gabr. *tit. de restit. spoliat. conclus. 1. num. 118. & 132.* Mart. *de iurisdict. cap. 38. part. 4.* Maceraten. *variar. lib. 1. resol. 91.*

41 Secundò hæc causa possessorij redintegrandæ est summariè, *vt in leg. meminerint in verbo dico, Cod. vnde vi*, & proinde summariè tractanda docent Bartol. *in extrauag. ad reprimendum in verbo summariò, num. 13.* latiùs Soc. *in leg. rem quem nobis, ff. de acquir. possess. num. 14.* tradit Menoch. *de recup. possess. remed. 15. num. 236. & seqq.* qui id dicit in omnibus causis possessorijs, & est indubitatum apud omnes.

42 Tertiò grauis est pugna inter DD. an in hoc iudicio redintegrandæ desideretur libellus, pro vtraque sententia refert DD. Menoch. *de recuper. possess. remed. 15. num. 239. & seqq.* inter quos illa est verior seoteotia, quod oon requiratur solemnis libellus, sed non debeat amitti, saltem aliqualis petitio, quæ offeratur loco libelli, quia in causis summarijs, in quibus libellus non requiritur, adhuc desideratur qualis, qualis petitio, probatur ex Clement. sæpè *de verbor. signific.* vbi DD. communiter io casibus illius text. negant libellum requiri, sed esse offerendam petitionem; ego ipse *part. 1. annot. 29. num. 7.* Quod limita, quando Iudex ex officio spoliatum redintegrare intendit, potest enim sine petitione spoliatorem compellere ad restitutionem, Bellamer. *in cap. cum dilectus, num. 16. de ord. cognit.*

43 In formaoda hac petitione actor debet asserere se possedisse, & ex causis iniustis, & sine culpa; & facto suo è possessione cecidisse, eaque spoliatum fuisse, eamdem possessionem reum conuentum possidere, & in fine petitionis concludere habet se esse ad illam sua possessionem redintegrandam, eamque sibi restituendam, ita docent DD. omnes *in cap. ad sedem, de restitut. spoliat.* Specul. *in tit. de action. §. sequitur, vers. sed certè, super verbo hereditatem*, Pract. Papien. *in forma libelli in causa spoliat. possessionis*, Ant. Gabr. *lib. 5. tit. de restitut. spoliator. conclus. 5. num. 82.* multa Menoch. *cit. loc. num. 247. & seqq.*

44 Non est tamen necesse in hac petitiooe apponere tempus secundum magis veram, & receptam sententiam, quam tenet Bald. *in leg. 1. §. fine autem, num. 2. ff. de vi, & vi armat.* Soc. *in cit. l. rem, quae nobis, num. 14. vers. dubitatur etiam*, Pract. Papien. *cit. loc. super vers. ingressus*, Afflict. *decis. 25. vers. sed quod agitur*, vbi Vrsill. Marant. *de ordin. iudic. 7. distinct. num. 21.* & alij contra Sal. *in l. certa conditio, col. 8. vers. non omitto, ff. si cert. pet.* contra quem tenet etiam Menoch. *cit. loc. num. 269. & seqq.*

Disputant aliqui, an in hoc iudicio possessorij recuperandæ sit necessaria litis contestatio, de qua quæstiooe apud Menoch. *cit. loc. num. 253. & seqq.* & Ant. Gabr. *vbi supra num. 115.* apud quos illa videtur magis frequens sententia, quod litis contestatio requiratur; verum quia hodie non est in vsu litis contestatio solemnis, sed sufficit illa virtualis, quæ fit per productionem iurium actoris, & responsionem Rei, quæstio non inducit difficultatem, in qua etiam aduerte, quod in opinione illorum, qui tenent litis contestationem esse oecessariam in hoc iudicio limitatur in causa beneficiali, in qua nec etiam requiritur, iuxta *text. in cap. vnico de eo, qui mittit. in possess. caus. rei*, Ser. *lib. 9.* vbi DD. Imol. *in clem. dispendiosam de iudic.* 45

Legitimationem personarum esse omninò necessariam in hoc iudicio recuperandæ, docent DD. communiter, sicut est necessaria in alijs quibuscumque iudicijs possessorijs, & summarijs, per *text. & gloss. in l. 1. §. si ea, ff. de ventr. in possess. mittet.* Vant. *de nullit. tit. de nullit. sent. ex defect. in dub. seu mand. iurid. procur. num. 3.* & alij apud Menoch. *cit. remed. 15. num. 272. & seqq.* vbi disputat satis abundè, an filiusfamilias possit in hoc iudicio stare sine patris consensu de legitimatione necessaria, vide etiam Ant. Gabr. *cit. loc. num. 137.* 46

Vlterius in hoc iudicio recuperandæ non est concedenda dilatio aliqua spoliatori ad probandum, nisi quando spoliatus agens nihil nec plenè, nec semiplenè probauit, iuxta doctrinam Cassador. *decis. 2. & 3. de dilation.* quem refert, & sequitur Ant. Gabr. *lib. 5. tit. de restitut. spoliat. conclus. 1. num. 140.* Menoch. *de recuper. possess. remed. 15. num. 323. & seqq.* Et hæc ampliatur etiamsi spoliator breuem petat dilationem offerens incontinenti probationes sui dominij adhuc non est concedenda, sed spoliatus, qui probauit, vt supra ante omnia est restituendus, ita *Gloss. in cap. litteris*, vbi Abb. *col. 8. de restitut. spoliator.* Ripa *in leg. naturaliter, §. nihil commune, num. 52. ff. de acquir. possess.* & ibi etiam Alex. *num. 20.* Boer. *decis. 238. num. 2.* 47

Remissio ad iudicem competentem est omninò concedenda spoliatori in hoc iudicio prout ducent omnes, quia non licet mittere falcem in messem alienam, ita docent communiter DD. Menoch. *remed. 15. cit. num. 336. & seqq.* vbi etiam, quando sit concedenda remissio vnius actus principalis puta receptionis testium & similium. 48

Quæstio est in his terminis, an in hoc iudicio redintegrandæ possit suspenso petitorio intentato, reuerti ad possessorium, in qua quæstione quicquid sit de iure Ciuili, de quo latè Menoch. *de recuperand. possess. remed. 15. num. 381. & seqq.* & latiùs Ant. Gabr. *lib. 5. tit. de restitut. spoliat. conclus. 1. num. 103.* de iure Canonico magis communis opinio tenet, etiam post contestatam litem in causa petitorij posse reuerti ad possessorium, vsque ad conclusionem in causa, per *text. in cap. pastoralis de caus. possess. & propr. & per Clem. 1. eod. tit.* Rot. *decis. 69. in antiq. & decis. 293. & 282. in nou.* tamen tenent alij tantùm in causis spiritualibus, & beneficialibus posse suspendi petitorium, vsque ad conclusionem, de quo Ant. Gabr. *in loc. num. 105. & seqq.* 49

Et io simili commissa causa petitorij, & possessorij ex hoc Canon. redintegranda, potest procedi in solo possessorio, ita docent Abb. *in cap. cum ad sedem, num. 7. vers. quaero sic, de restit. spoliat. & in cap. 1. col. 2. in fin. vers. aut quaeritur de sequestr. possess. & fruct.* & ante eum Aot. de Butr. *col. penult. vers. si quaeritur*, Soc. *in l. rem, quae nobis, sub num. 14. vers. quinto potest dubitari, ff. de acquir. possess.* Cassad. *decis. vltim. num. 7. & seqq. de caus. possess. & propr.* Quod adeò verùm est, vt possit Iudex ex officio sine partis instantia, & etiam receptis probationibus super vtroque iudicio sententiam proferre super solo possessorio, ad *text. in cap. 2.* vbi DD. communiter *de caus. possess. & propr.* & signanter Ant. de Butr. *col. 2. ver. 3. respondet*, & Abb. *vers. ideo ante.* 50

Sed hic aduertendum est, quod potest Princeps hanc causam 51

causam committere in solo petitorio, omisso possessorio, Abb. *in c. in litteris colu. 8. de restit. spoliat.* Alex. *cons. 54. col. 1. volum. 5.* Grammat. *cons. 83. num. 2. inter cons. crim.* Cæpol. *cons. 60. col. pen.* Ruin. *cons. 48. n. 13. volum. 4.* cum alijs relatis per Gabr. *lib. 5. tit. de restit. concl. 1. num. 143.*

52 Hoc remedium can. redintegranda non posse cumulari cum remedio interdicti, vnde vi docet Soc. *in l. rem quæ verbis, num. 15. ff. de acquir. possess.* quem sequuntur Ant. Gabr. *cit. loc. num. 141.* & Menoch. *de recup. possess. remed. 15. num. 379.* & potissimum ratione, quia cùm plura sint remedia, quæ ad vnum finem tendunt, vnum tantum est ex multis eligendum, *leg. nemo §. quoties de regul. iur. l. cum filius §. varijs de leg. 2. leg. quod hæredem §. eligere de trib. act.*

53 In hoc iudicio remedij can. redintegranda agens duo necessaria habet probare ex communi omnium DD. sententia, nempè antiquiorem ipsius actoris possessionem, & nouam conuenti, hæc enim probans, obtinebit, etiam quod ipsam spoliationem non probauerint, docent post alios innumeros Ant. Gab. *lib. 5. tit. de restit. spol. conc. 5. num. 67.* Menoch. *de recup. possess. rem. 15. num. 382.* Mascard. *de prob. vo. 3. conc. 1321. num. 1.* qui id etiam probant rationibus, & potissimum, quia probando antiquiorem possessionem noua præsumitur clandestina, & vitiosa *cap. licet causam de probat.* cum duo insolidum possidere non possint *l. 3. §. ex contrario, ff. de acquir. possess.* & docet Bart. *in l. si duo num. 4. ff. vti possidet.* Bal. *in l. penes col. 2. C. si à non compet. iud.* Hæc enim probatio talem inducit præsumptionem, vt si reus non probauerit iusta causa adeptum fuisse possessionem, & ipsum spoliatum agentem sua culpa, & negligentia amisisse, cum non præsumatur spoliatum suum iactasse, *l. cum de indebito, ff. de probat.* & multò minus negligentia, & culpa teste Crauet. *cons. 240. num. 3. vol. 2.* Actor omnino suam recuperabit possessionem, vt Menoch. *num. 384.* & Mascar. *num. 3. cit. loc.* Macerat. *resol. 37. lib. 1. num. 6.*

54 Ampliant etiam communiter propositam sententiam DD. illam procedere etiam si non probetur possessio illius temporis, quo contingit spoliatio sufficit enim allegare possessionem illius quidem temporis, in quo contingit spolium, & postea probare se olim possedisse, quia præsumitur possedisse tempore spolij, qui olim possidebat, ita & latius declarant *cit. loc.* Menoch. *num. 386.* & Mascard. *num. 5.* vbi numeris sequentibus principalem conclusionem pluribus modis ampliant, & limitant.

55 Prædictis adde primò, quod in hoc iudicio remedij can. redintegranda non sufficit probare possessionem prædictam extraiudicialiter per testes diuersimodè deponentes de loco, nec per vnum testem deponentem de perceptione fructuum, nec per librum Monasterij, nec per testes deponentes de fama prout pluries decisum fuisse testatur Thor. *comp. decis. par. 1. verbo remedio fol. 454. col. 2. vers. 1.* quicquid alij dicant, sufficere probare possessionem per vnicum testem, quos refert Ant. Gabr. *lib. 5. tit. de restit. spol. conc. 1. num. 123.* qui vers. contrarium refert, quod saltem in hoc casu sit deferendum iuramentum in supplementum. Hinc generaliter, & verius concludendum est cum eodem Gabr. *cit. loc. num. 126. vers. primo,* & Menoch. *vbi supr. num. 408. & seqq.* quod hoc iudicium possessorium debeat plenè, & concludenter probari, quam esse communem sententiam latè scribit Alex. *cons. 139. sub num. 14. & 15. volum. 6.* Menoch. *cit. rem. 15. num. 408.* eamque perpetuo amplexata est Rota, vt apud Verall. *decis. 328. num. 6. & 7. par. 2.* Put. *decis. 75. num. 2. & 4. lib. 3.* Seraph. *decis. 302. num. 1.* Et hoc multo fortius si actio dirigatur contra Tertium, Bartol. *in extrauagant. ad reprimen. verbo summarie num. 11.*

56 Quòd si actor spoliatus sit hæres, tunc dicendum est, quod si agatur ex persona ipsius hæredis opus erit probare eum post mortem defuncti accepisse possessionem bonorum, quæ recuperare intendit, cùm in eum non transeat possessio defuncti, quæ illo mortuo finitur, ideò opus est noua apprehensio, quamuis etiam essemus in hærede suo, ita vt si hoc non probat non sit locus huic remedio recuperandæ, vt per Dec. *cons. 75. num. 10. ver. ad 14.* Natta *cons. 439. num. 5.*

Si verò agatur ex persona defuncti, probandum est, quod defunctus ipse, ex cuius persona agitur, fuit in vita spoliatus; tunc enim tale ius sicut cætera ad hæredem transeunt; nisi enim defunctus spoliatus fuisset, ius recuperandi possessionem non esset eum persona defuncti firmatum. Vnde neque ad hæredem posset transmitti. Corn. *cons. 239. col. 7. lib. 1.* Cagnol. *in leg. hæredem num. 17. de reg. iur.* Gabr. *lib. 5. tit. de restit. spol. conc. 5. num. 20.* Ruin. *cons. 45. num. 10. ad med. vers. ex eadem ratione lib. 1.* Becc. *cons. 75. num. 14. vsque ad 18. lib. 1.* Natt. *cons. 439. num. 5.* Bellon. *cons. 59. num. 9. & seqq. lib. 3.* Sufficit enim probare defunctum aliquando in vita sua possedisse nam præsumitur quod possederit, vsque ad mortem, & quod in vita nunquam desierit possidere, Abb. *in cap. cum ad sedem col. 7. in princ. vers. quæro hic num. 15. de restit. spol.* Alex. *cons. 133. num. 3. lib. 1. & cons. 33. ad fin. lib. 3.* Becc. *d. cons. 75. num. 14. & 15. lib. 1.* Ampliatur etiam hæc conclusio, vt non sit necesse probare possessionē defuncti, sed sufficit probare simplicem detentionem, Bellon. *cons. 35.* post Bal. Salic. & alios *in l. 1. cap. quorum bonor.* Angel. *in §. quadrupli n. 36. vers. aduertas instit. de action.*

57 Vlterius in his terminis probatur possessio per inuentarium Ecclesiæ, & instrumentum locationis prout deciditur in decis. Seraphin. 807. vbi etiam deciditur non competere Rectori agenti hoc remedio redintegrationem ad bona deuoluta, nisi probauerit lineam esse finitam, quod idem fuit decisum coram D. Oradino 1. Februarij 1574.

58 Quæstio est in his terminis an agens hoc remedio can. redintegranda in causa beneficiali, teneatur iustificare suæ possessionis titulum, in qua quæstione licet sint DD. pro vtraque parte, vt videre est apud Menoch. *de recuper. possess. rem. 15. num. 48. & seqq.* tamen magis communis sententia, & vsu in praxi frequentior tenet, quod agens in causa beneficiali in isto remedio non obtinebit nisi iustificauerit suam possessionem saltem ex aliquo titulo colorato, ita testatur idem Menoch. *cit. num. 458. post gl. fin. in Clem. 1. de caus. possess. & propr. & in cap. in nomine Domini in vers. audientia de decim.* Rot. *in nou. decis. 257. vers. allegatam, & decis. 8. nu. 2. eod. tit.* Ægid. *decis. 49. & decis. 99.* Capyc. *decis. 6. num. 2. & 3.* cum alijs multis quos refert, & sequitur Ant. Gab. *lib. 5. tit. de restit. spoliat. conc. 1. num. 127. qui num. 129.* dicit post Sarn. *in reg. de annal. quæst. 57. in fin. & in regul. de triennali quæst. 24. num. 4.* quòd etiam titulus reuocatus tribuit colorem in spolio, Lotter *de re benefic. lib. 3. quæst. 11. num. 10.*

59 Aduerte, quod sufficit probare titulum prædictum ad effectum, de quo agitur per confessionem spoliatoris, licet alias confessio partis non probat titulum, Rot. *in nou. decis. 408. & decis. 421.* Cassad. *decis. 1. de regu. Cancell.* Sarnen. *in regul. de triennali quæst. 36.* Sic etiam sufficit titulum prædictum ostendere per solam signaturam, quæ sufficit ad possessionem iustificandam in hoc iudicio, docet Cassad. *decis. 4. num. 3. de caus. possess. & propr. & decis. vltim. de rest. spol.* Menoch. *cit. at. remed. 15. num. 465.*

60 Nota quintò exceptiones aliquas, quæ contra spoliatum agentem ex hoc remedio can. redintegranda apponi possunt, & primò difficilis est quæstio inter iuris interpretes controuersa an agenti hoc remedio obstet exceptio præscriptionis saltem triginta, vel quadraginta annorum, quæ longissimi, siue immemorabilis temporis dicitur, de qua quæstione satis abundè Menoch. *de recuper. poss. remed. 15. num. 410.* & Ant. Gabr. *lib. 5. tit. de restit. spoliat. conclus. 5. num. 64. & seqq.* & alij, inter quos illa videtur sententia magis recepta, quod hoc remedium tollatur præscriptione, sicut cæteræ actiones quantumuis priuilegiatæ, & proinde hæc exceptio obstat, concludunt DD. cit. & Potian. *de spol. lib. 3. cap. 2. num. 91.* Grat. *cons. 47. num. 29. lib. 1.* Fozad. *cons. 7. co. 4. vers. 7.* vltra supradicta Corse. *in reg. spoliat. in vlt. fall.* Grauat. ad Vestr. *lib. 7. cap. 3. sub num. 41.* post Abb. *in cap. 1. col. fin. vers. oppono,* vlterius contra sent. *de restit. spoliat.* Dec. *cons. 63. num. 2. lib. 5.* Aimo *de antiqu. tempor. in 4. par. num. 175.* Rot. *in nou. decis. 259.* & probatur ratione, nam tam de iure ciuili, quàm de iure Canonico omnes actiones soluuntur quadraginta annorum præscriptione, vt probatur *in l. sicut, & l. omnes C. de præscript. 30. vel 40. annorum auth. quas actiones C. de Sacros. Eccles. C. ad aures, cap. illud, & cap. quia iudicante, de præscript. cap. placuit il primo, & cap. post quingentos 16. quæst. 3.*

Nec obstant contra firmatam conclusionem decisiones

Cassad. *lib.6. de restit. spoliat.* Mohed. 18. *eo. tit.* Put. 115. *in fin. lib.* 1. Simon. 60. & Verall. 296. *lib.* 1. quia consideratis benè dictis decisionibus sententia transit cum magna controuersia, & difficultate, & compilatores pro maiori parte contrarium sentiunt, & ideò iterum re discussa cum maiori maturitate in Rota de ordine Clementis VIII. fuit recessum à dictis decisionibus, & tantum dictum remedium præscriptione tolli ita in vna Mediolanen. 17. Maij 1600. coram D. Seraphino, quæ est decis. illius 1340. & inter recollectas per Farinac. *nouit. nouiss. decis.* 764. *vbi num.* 5. à fortiori probatur sententia, quod cum talis præscriptio tollat dominium, quod est maximi præiudicij, vt per Bart. *in l. rem alienam de pignorat. act.* multò magis debet tollere hanc actionem possessoriam, quæ est leuioris præiudicij, vt arguit Castr. *consil.* 205. *num.* 3. *lib.* 1. Soc. *in l. rem qua nobis num.* 18. *de acq. poss. & alij.*

Nec etiam obstat text. in hoc can. redintegranda dum disponit Episcopos spoliatos, esse restituendos quacumque conditione temporis, aut captiuitate, vel dolo res suas perdidisse noscantur, quia intelligitur Episcopos restituendos esse, siue dolo, siue captiuitate, aliave temporum conditione spoliati reperiantur, vt ea temporis conditio vniuersaliter contineat cæteros omnes casus mali euentus, ex quibus Episcopi spoliari consueuerint, ac si diceretur quacumque mala temporum qualitate id successerit, & in terminis, quod hæc verba importent qualitatem temporis, & non præscriptionem de qua in hoc tex. non agitur docent Contard. *de moment. possess.* §. 9. *limit.* 2. *num.* 28. post Bellarm. & Castren. *cons.* 105. *n.* 3. *par.* 1. Pont. *de spol. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 91. Menoch. *cit. rem.* 15. *num.* 422. Archid. *in hoc text.* Grauat. ad Vestr. *lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 41. Rot. *in citat. Mediolanen. coram Seraph.* Minimè etiam obstat auctoritas *gl. in cap. sollicitè de rest. spoliat.* & aliorum ibidem tenentium perpetuo agi posse hoc remedio, quia hæc sententia non intelligitur de præscriptione quadragiota annorum, vt aduertit Menoch. *cit. loc. num.* 428. *in fin.* & alij: Itaque firmandum est cum prædictis obstare in agentem hoc remedio exceptionem præscriptionis quadragiota annorum. Quòd intellige verum in simplici spolio, secus, quando spoliator à principio fuit dolosus, vel violentus, quia tunc hæc opinio locum non habet, cùm nulla præscriptio aduersus dolum, & malam fidem opponi possit etiam post tempus mille annorum, *cap. fin. de præscript.* & ita declarat Berous *cit. cap. sollicitè num.* 39. *de rest. spol.* Cassad. *decis.* 5. *num.* 1. *&* 2. *eodem tit.* cætera vide apud Menoch. *citat. loc.*

61 Secundò difficultant DD. an possit Reus conuentus hoc remedio redintegrandæ alium in iudicio nominare, & excipere se alterius nomine possidere, ac ad euitandum iudicium dominum, & possessorem nominare. In qua difficultate dicendum est licere conuento in iudicio nominare illum cuius nomine possidet per *gl. in l.* 1. §. 1. *ff. de tab. exhiben.* quæ decisio procedit in casu nostro quando non agitur in iudicio de facto conuenti. Sed si conuentus conuenitur facto proprio, vt quia narratur, quod ipse est, qui spoliauit, vel spolium mandauit, aut ratum habuit, & tunc non habet locum nominatio, ita Abb. *in cap. quoniam frequenter* §. *in alijs, num.* 52. *& seq. vt lit. non contest.* Soc. *in l. rem qua nobis colum. fin. vers. circa decimam. ff. de acquir. possess.* Affli. *decis.* 217. Ant. Gabr. *lib.* 5. *tit. de restit. spoliat. concl.* 1. *num.* 96. Menoch. *de recuper. possession. rem.* 15. *num.* 484. *& seqq.* vbi limitat communem sententiam prædictam, quando quis à principio litis dixit se possidere; & quando nominatio fit per calumniam, & malitiam, in his enim duobus casibus non admittitur conuentus ad nominandum.

62 Tertiò conuentus hoc remedio redintegrandæ potest contra actorem opponere exceptionem dominij, nempè rem, super qua spolium prætenditur ad ipsius spoliatoris dominium ante adeptam possessionem spectare, docet Soc. *in l. rem qua nobis num.* 20. *de acquir. possess.* Ripa *in cap. sæpè num.* 50. *de restit. spo.* Dec. *cons.* 191. *num.* 19. declarat Menoch. *cit. rem.* 15. *num.* 479. *& seqq.* Non potest tamen conuentus excipere contra dominium actoris, nisi offerat probationes incontinenti contra deductam exceptionem dominij actoris, vt explicat idem Menoch. *eodem loco num.* 472. *& seqq.*

63 Quartò contra agentem hoc remedio can. redintegranda potest excipi eum non potuisse, nec posse possidere pura contra petentem redintegrari ad possessionem beneficij, potest excipi, eum esse laicum, & contra petentem redintegrari ad possessionem vxoris potest excipi esse Monachum, & similia, ita potest alios omnes notat Menoch. *cit. rem.* 15. *num.* 433. *& seqq.*

64 Quintò regulariter loquendo conuentus spoliator in hoc iudicio redintegrandæ non potest obijcere exceptionem retentionis ratione impensarum, & melioramentorum in re factorum, quod intelligitur de possessore malè fidei, prout aduertit Ant. Gabr. *lib.* 5. *tit. de restit. spol. concl.* 1. *num.* 151. & latius Menoch. *cit. remed.* 15. *num.* 499. qui multis modis declarat conclusionem, *& num.* 573. an possit spoliatus contra spoliatorem excipientem de melioramentis, & expensis replicare de fructibus perceptis.


65 Nota sextò de iure canonico à sententia lata in hoc iudicio, Can. redintegranda dari appellationem, sicut datur à quacumque sententia lata in possessorio *cap.* 1. *de caus. possession. & propriet. cap. cum ad sedem de restit. spol. Clem.* 1. *de re iud.* docent *cit. loc.* Ant. Gabr. *num.* 145. & Menoch. *num.* 641. qui alios citant, & referunt quid dicendum de iure ciuili, Ludouis. *decis.* 335. *num.* 18. *& decis.* 446. *num.* 4.

66 Nota septimò, quod conuentus hoc iudicio redintegrandæ est condemnandus ad restitutionem possessionis rei vnà cum fructibus perceptis, & si est possessor ex mala fide, vel titulo reprobato, est condemnandus ad fructus, qui percipi poterant ex communi voto DD. & Bart. *in l. ex diuerso ff. de rei vend.* Soc. *in l. rem qua nobis num.* 21. *ff. de acq. poss.* Rot. *in antiq. decis.* 10. *de rest. spol.*

67 Nota octauò, quando spoliator condemnatur ad restitutionem in hoc iudicio redintegrandæ tenetur adeò actualiter possessionem restituere, vt minimè liberetur præstando fideiussores de restituendo, ita post Archid. *in cap. quia sæpè de elect. in* 6. docent Menoch. *cit. rem.* 15. *num.* 130. & Ant. Gabr. *vbi supra num.* 130.

68 Supradictis in notabil. quintò, adde quod agenti in hoc iudicio redintegrandæ, vti hæres potest opponi incapacitatem ipsius secundum veriorem sententiam, quia in quocumque iudicio etiam possessorio prius est considerandum fundamentum personæ, si enim persona est perpetuo prohibita differtur in aliud iudicium, & est mera declinatoria, Bal. *in leg. final. colum.* 10. *ad finem, vers. octauo studeat reus, & versic. secundo consideret sub num.* 42. *cap. de edict. diu. Adr. toll.* Quod totum tolerandum est quando incapacitas hæredis potest incontinenti probari, secus si altiorem requireret indaginem iuxta dicta per Menoch. *de adipiscen. possess. remed.* 4. *num.* 753. Peregrin. *de fideicommiss. artic.* 48. *num.* 29. *& sequent.* Osasc. *decis.* 26. *num.* 2. *&* 21. Et generaliter in quocumque iudicio possessorio est admittenda exceptio respiciens petitorium, quando clara est, ita vt probatione indigeat Decian. *in capit. interposita sub num. primo, versic. secundo,* ista prima regula de probat. Ludouis. *decis.* 425. *num.* 3.

69 Nota nonò possidentem auctore Prætore non posse conueniri hoc remedio can. redintegranda Ias. *in leg. iuste num.* 12. *ff. de acquirend. possession.* Maceraten. *variar. resolution. lib.* 2. *resolution.* 16. *num.* 16. & alij communiter.



OBSERVATIONES
D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Reintegrandæ possessionis remedium an sit nouum, & pinguius.*
2 *Receditur à sententia negante.*
3 *Rationes, & motiua deserendi remedium reintegrandæ.*
4 *Remedium reintegrandæ, quando sit instituendum.*
5 *Exempla pro necessitate agendi remedio reintegrandæ.*
6 *Quid si turbatio cœpit hæreditate iacente?*
7 *Barone, vel Prælato spoliato an competat manutentio Ecclesiæ, vel feudo?*
8 *Marito sua vxore spoliato an competat reintegratio?*
9 *Separatio matrimonij ob sæuitiam potest peti ab vxore, & an de facto possit impediri cohabitatio?*

1 Remedium reintegrandæ possessionis, ex *cap. reintegrandæ 3. quæst. 2.* an sit nouum, & pinguius? Ventrigl. *num. 3.* ex Abb. Rip. & alijs cum communi sententia affirmat, & docent Menoch. & alij cum Rota relata.

2 Contrarium puto verius ex eo, quod ex tribus remedijs possessorijs, hoc reintegratorium videtur in obliuionem abijsse. In Curia enim Romana remedium adipiscendæ, & manutenendæ possessionis in praxi sunt frequentiora, & reintegrationis quodammodo in obliuionem abijsse, tradit Card. de Luca *in sua prax. discurs. 44. num. 1.* licet apud antiquiores in eadem Curia esset frequens.

3 Rationabiliter cœpit vsus deserendi remedium reintegratorium ob proficuum effectum euitandi appellationem, dum manutentionis iudicium est magis executiuum, & priuilegiatum in forma summarijssima, potissimè nam Curia moderna fimbrias nimium dilatauit in concedendo de facili remedium manutentionis etiam ijs, qui facto Iudicis fuerint eorum possessione spoliati, quando illud nullum, vel notoriè iniustum sit ratione solius possessionis ciuilis animo retentæ, quæ ad se attrahat naturalem.

4 Exactius autem examinandum est assumptum Card. de Luca de remedio reintegrandæ possessionis, an illud in obliuionem recesserit.

5 In contrarium arguitur. Ponatur casus, quando quis aliquam rem possedit, & ante mortem fuit illa spoliatus, vtrum ad aliud remedium confugere possit, quam reintegrandæ? Gratian. *decis.* 193. firmat, quod hæredi ex persona defuncti spoliati competat remedium reintegrandæ, nam reintegrationem ex persona propria hæres non habet, dum spolium commissum est cum defuncto, quatenus defuncto, vel eius hæreditatis nomine petatur, *l. 1. §. hoc autem ff. de vi, & vi armat.* Gratian. *vbi sup. num. 1.*

Quoties enim allegatur spolium in vita defuncti, & probatur possessio illius, & constat, quod aliquando possederit, probato hoc primo extremo concludenter, & plenè, tunc hæredi ex persona illius competit reintegratio, Caualer. *decis. 240. n. 2. & decis. 524.* Buratt. *decis.* 130. *n.* 10. Bich. *decis. 63. num. 5.*

Si defunctus mouisset iudicium manutentionis, tunc in hæredem continuatur eadem lis, & instantia, *l. hæres absens ff. de iudic.* Buratt. *decis. 935. num. 2.* Potest enim hæres prosequi huiusmodi iudicium, & obtinere manutentionem debitam defuncto si vixisset, Buratt. *decis.* 953. vbi Ferrentill.

Prout idem contingit in donatario, seu cessionario, cui debetur manutentio ex iudicio per donantem instituto ex illius persona, vt per decisionem Rotæ probat Postius *de manut. obs. 55. num. 46.*

6 Turbatio si cœpit hæreditate iacente, adhuc competit hæredi manutentio nomine ipsius hæreditatis iacentis, quæ dicitur possidere, Postius *vbi sup. num. 50.* Vnde occupans possessionem vacantem post mortem possessoris, videtur spoliare hæreditatem, quamuis hæreditas non dicatur esse in anima viuentis, nec corpus, nec animam habere censeatur, Postius *vbi sup.*

Prælatus Ecclesiæ, vel Baro si fuit spoliatus, hoc casu Ecclesiæ, vel feudatario successori nomine ipsius Ecclesiæ competit manutentio, quia verè possidet Ecclesia, & solet dici, quod feudum sit homo mutus, Postius *obs. 57. n. 102. de manut.* dixi in Schol. ad Gratian. *decis. 103. per tot.* 7

Marito sua vxore spoliato an detur reintegratio, si de magna viri sæuitia timeatur, vel excipiatur de consanguinitate incontinenti probanda? Ventrigl. *num.* 33. ieiunè videtur se habere negans simpliciter *ex cap. literas de restit. spoliat.* 8

Fusè hanc rem tractat Reg. de Marin. *lib. 1. res. 268.* vbi regulam præmittit, qua traditur, matrimonium posse peti ab vxore separari ob viri sæuitiam, *ex d. cap. literas.* Verùm donec à Iudice competente non fuerit super petita separatione diffinitiuè pronunciatum coniugale commercium, cohabitationem, & possessionem coniugalem de facto impediri non posse, quinimò etiam appellatione pendente à sententia pro sæuitia, & hæc omnia expleri posse non modo per ipsum Iudicem Ecclesiasticum coram quo lis pendet super diuortio, sed etiam per Iudicem sæcularem præstita tamen per virum cautione, de qua in *d. cap. literas*, Thesaur. *dec.* 117. & de Marin. *n. 7.* refert in M. C. & Sac. Cons. practicatum in causa inter Io. Baptistam Gambardellum, & Gratiam Zuppardam vxorem, quæ cùm à viro de facto discessisset, ac diuortium in Curia Archiepiscopali huius Ciuitatis intentasset, lite pendente per Sacrum Consilium coacta fuit ad habitandum cum viro præstita cautione per illum de benè eam tractando, & in causa Horatij Castrucci contra eius vxorem fuisse per Magnam Curiam pro executione decretorum ipsius, & Sacri Consilij stante cautione per virum præstita expeditum exequutorium personale ad compellendam vxorem ad cohabitandum cum viro, cùmque mulieris pater, & fratres eam occupassent perseuerantes isto interim in Curia Archiepiscopali pro expeditione causæ diuortij Magna Curia patrem, & fratres carcerari mandauit, & tamdiu in vinculis steterunt, donec fuerit exhibita vxor, & hoc iure viuitur in Regno, iuxta eundem de Marin. Qui beneuerùm *num. 8.* recenset Dianam, & alios volentes cognitionem super possessorio manutentionis spectare ad Iudicem Ecclesiasticum, qui de proprietate cognoscit. 9

Restitutionem cessare quoties viri sæuitia sit tanta, vt per cautionem consuli nequeat, vt quia odium sit capitale, & simultates interuenerint implacabiles, vt ex exemplo decisionis transcriptæ penes de Marin. *vbi sup.* & in hac materia videri potest *dec. 155. part. 6. recent.*

ANNOTATIO XXXI.

De Funere, & Exequijs.

ARGVMENTVM.

Notatur, quid sit Funus, & quid Exequiæ, quomodo modestum, & non pomposum permittendum sit, & quando, an posit impediri per creditores, quanto tempore post mortem celebrari debeat. De Funeris impensis, quæ sint, quibus gaudeant priuilegijs, & prælationibus, quando dicantur factæ animo repetendi. Funus, & Exequiæ quare celebrentur Hymnis, & Psalmis, Aqua Benedicta adhibeatur, & thus, pulsentur Campanæ, & lumina deferantur, Parochus quo loco incedat in Exequijs, quid si corpus deferatur ad Ecclesiam Regularium, vel interueniat Capitulum Cathedralis, aut Collegiatæ, & alia ad materiam.

SVMMARIVM.

1 *Mortis memoria quantum sit vtilis.*
2 *Funus quid sit, & quid exequiæ, num. 4.*
4 *Funus modestè, & non excessiuè pomposum permittendum est, fallit num. 5.*

6 Funus

6 *Funus non potest impediri per creditores defuncti, qui si molesti sint, multis pœnis puniantur. Fallit num.7. & quo tempore celebrari debeat funus, num.8.*

9 *Funus quanto tempore post mortem celebrari debeat.*

10 *Funeris impensa qua dicantur, & an impensa facta in vltima voluntate dicantur impensa Funeris, num. 11. quomodo fieri debeant moderatè non excessiuè, num. 12. & qui teneantur ad has expensas, num. 13. Quid si sit filius, vel seruus, num. 14. Vel Vxor num. 15. vel Episcopus, aut Beneficiatus, Canonicus, vel Curatus, num. 16. 17. 18. & 19. vel alia persona Ecclesiastica, num. 20.*

21 *Funeris impensa facta ab extraneo quando repetantur.*

22 *Funeris impensa priuilegiata quomodo preferatur alijs tacitis hypothecis, & dotis; vel legitima, num. 23. & an præferatur habentibus expressam, num. 24. Quid de expensis vltima infirmitatis, num. 25. Hector Capycius Latro Regens laudatur, num. 24.*

26 *Expensa funeris ad hoc vt præferantur alijs creditoribus quomodo debeant esse moderata, & quid si sint nimis modica.*

23 *Mutuans pro expensis funerum an præferatur alijs creditoribus habentibus expressam hypothecam.*

28 *Funeris impensa quando dicantur facta animo repetendi.*

29 *Funus, & exequia quare celebrentur Hymnis, & Psalmis.*

30 *Defunctorum officij origo.*

31 *Aqua Benedicta, & thura asperguntur Corpora defunctorum, & quare*

32 *Campana pulsantur in funere, & exequijs, & quare.*

33 *Lumina deferuntur in funere, & exequijs, & quare; & cui cedant lumina, & faces prædicta. num. 34.*

35 *Parochus quomodo incedat in exequijs, & quo loco, & quomodo faciat officium, num. 36. Quid si cadauer sepelitur in Ecclesia Regularium, num. 37. vel Ecclesia exempta, num. 39.*

38 *Regulares non posse leuare Corpora defunctorum Parocho non vocato.*

40 *Cruces ad funera, qua deferantur.*

41 *Capitulum Cathedralis præcedit Parochum in exequijs, & an cum capitulo Parochus deferat Crucem, & stolam. Quid cum capitulo collegiata, num. 42.*

43 *Parochus an possit prohibere vsum aliarum culcitrarum in exequijs, vel plus exigat ab exteris pro iure funeris, vel an possit à pauperibus, num. 44.*

ANNOTATIO XXXI.

§. VNIC.

Ad Text. in Clement. dudum de Sepult.

1 MOrtis memoria cum fructuosa sit ab omnibus patribus commendatur, hinc Ecclesia hanc vtilitatem cognoscens, ait, Memento homo quia puluis es, & in puluerem reuerteris. Memoria enim mortis vitam animæ donat, & si obliuioni tradatur mortua est, & veluti picta, nullumque impijs horrorem incutit; at si memoria concipitur, atque excitatur, mors, vt ita dicam, viua est, & terribilis, truculentoque aspectu pectora, mundique vanitates fugat. Ipsa itaque memoria facit terrena flocci facere, & cœlestia concupiscere, iuxta illud Hieron. ad Paulinum, facilè contemnit omnia, qui se semper cogitat esse moriturum. Hæc memoria fit panis noster quotidianus ad exemplum Psalmistæ Psalm. 101. Cinerem tamquam panem manducabo, vt tali cibo roborati ad montem Dei, idest Cœlum iter faciamus insequentes Eliam *lib. 3. Reg. cap. 19.* qui subcineritium panem ab Angelo oblatum edit, & ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus, & quadraginta noctibus vsque ad Montem Dei, ad quem, vt animum extollam, ad arguendam mundi vanitatem hos meos labores cum memoria mortis terminabo, sicut primam partem terminaui.

Cùm igitur DD. communiter in hoc text. *Clem. dudum precipuè §. verum*, tractent materiam, funerum, & exequiarum de illis nonnolla ad casum frequentiora notandum duxi post ciuilistas omnes *toto tit. ff. de relig. & sumpt. fun.* Duran. *Rational. Diuin. off. lib. 7. cap. 35.* Grat. *discept. for. cap. 298. num. 12. & seqq. & cap. 492.* Lezan. *in summ. in verbo defunctus*, Nouar. *Lucern. Regul. eodem verbo defunctus*, Perez de Lara *de anniu. & Capellan. lib. 1. cap. 25.* Lauor. *variar. elucubr. tit. 2. cap. 1. & seqq.* Barbos. *de iure Eccl. lib. 2. cap. 10. & in summ. Apostolicar. decis. verbo funerale*, & alios tractaotes materiam, ad quam.

2 Præmitendum est, quod dicitur funus tota illa pompa, tam domestica quàm extrinseca, quæ præcedit traditioni corporis sepulturæ, *l. & si quis §. illud sciendum ff. si quis cantion.* & dicitur funus, à funibus quibus consueuerunt ligari mortui, ex Zabar. *in hac Clement. & §. num. 4.* Et dicuntur funeralia bona quæ conueniunt ratione funeris, & quæ cum funere ducuntur, siue dentur ante, siue post quam corpus condatur, *ex l. funeris ff. de relig. & sumpt. funer.*

3 Exequiæ verò sunt funeris celebratio, dum corpus effertur, & propriè dicuntur exequiæ in via, dum funus procedit; & differunt à funere, nam funus gloriosum est, magis quam exequiæ, cum funus sit tota pompa, vt dixi *cit. leg. & si quis §. illud*. Hodie verò vt plurimum hi termini confunduntur.

4 Nota primò, quod mos funeris, & exequiarum modestè, & deuotè ab Apostolis post Christum inductus est refert ex testimonio Dionysij, Fusc. *de visit. lib. 1. cap. 25. num. 6.* Ex quo colligit ab Episcopis vitandam esse pompam, & magnitudinem funeris potiùs ad solarium viuorum, & faustum mondi; quam ad animorum refrigerium, iuxta dicta per August. *de Ciuit. Dei*, ibi, *sepulchrorum memoria, sumptusque funeris magis viuorum est consolatio, quàm defunctorum vtilitas*, & Ambros. in Sermon. *quid proficiat Sepulchrorum superbia, damna sunt potius viuentium, quam subsidia mortuorum*, & D. Gregor., *vt in cap. anima 13. quæst. 2. oratio funeris; conditio sepulturæ, pompa exequiarum magis sunt viuorum solatia, quàm subsidia mortuorum*, refert Cassaneus *in Catal. gl. Mund. p. 2. consid. 6. vers. de huiusmodi pompie*, & Grat. *discept. for. cap. 298. num. 80.*

5 Potest tamen permitti pompa funeris, primò quando per accidens prodest animæ defunctorum, vt quia tali occasione populus, & Christi fideles trahuntur ad funera, & pro animabus defunctorum orant. Secundò quando Ecclesia decoratur, iuxta text. *in cap. anima defunctorum 13. quæst. 2.* notat Cassan. *cit. loc. & vers. in fin.* & aduertit Lauor. *var. Elucub. tit. 2. cap. 1. num. 92.* Tertiò permittitur pompa funeria in exequijs Regum, & principum, vt idem Lauor. *cit. loc. num. 94.*

6 Nota secundò quando funera, & exequiæ non possunt impediri per creditores pro consecutione eorum quæ illis debentur; nam quicquid aliàs tempore D. Ambrosij *cap. 16. in Tobiam* permissum erat creditoribus corpora debitorum impedire ne sepulturæ traderentur nisi debitis satisfactis contra quos D. Ambrosius conqueritur; tamen hodie id omninò prohibetur, & in *l. Prætor ait §. ne perpetua ff. de sepulc. viol.* statutum est ne reliquiæ debitorum à creditoribus iniuria afficiantur, *& in l. cum sit C. de sepulc. viol.* statuitur non valere fideiussoris dationem, nec pignoris obligationem quos creditores extraxerunt impediendo corpus debitoris funerari, *& in Auth. Item C. ad leg. Iul. de vi publ.* deciditur, quod si creditor accedit ad domum sui debitoris, & moribundum, vel familiam molestauerit, & res suas occupauerit amittit actionem suam, & occupata tenetur restituere, & tertia pars bonorum suorum Fisco conceditur, & infamis efficitur, *& in Auth. sed neq. C. eod.* habetur quod post mortem debitoris infra nouem dies non debeat peti debitum, & etiam si interim aliqua promissio fieret, non valet, *& in l. 38. ff. de rel. & sumpt. funer.* disponitur Præsidis Prouinciæ officij esse ne corpora, aut ossa mortuorum detinerentur, aut vexarentur, neve prohiberentur, quo minus via publica transferentur, aut quominus sepelirētur; probat sententiā Medices *de sepul. q. 14. n. 9. & 10.* quæ ampliatur, vt nec sub prætextu solutionis declamarū possint funera, & exequiæ impediri tamqiā quid impiom, vt in *c. æstimemus 13. q. 2.* & notatū est supra hac parte annot.

annot. 26. licet in aliquibus locis vbi difficilis eſt exactio, de conſuetudine aliud ſeruetur, Rebuff. *de decim. quaſt. vlt. num.* 18.

7 Limitantur ſupradicta Neapoli quando timentur futuræ moleſtiæ, & contentiones de eo, quod debetur pro ſepultura, tunc ex conſtit. prouinciali Neapol. *cap.* 47. ante ſepulturam permittitur recipi, pignus vel alia idoneam cautionem de ſoluendo, quod fuerit iudicatum alias non ſepelitur cadauer defuncti.

8 Nota tertiò in iure non eſſe aſſignatum tempus electionis funeris, & celebrationis exequiarum, ſolet enim in particularibus locis per conſtitutiones ſynodales determinari, hinc D. Carolus *in ſynod. Mediolanen. tit. de funer. & exeq. & tit. instructiones par. 2. fol.* 288. determinauit, non efferri mortuos ad ſepulturam ante ſolis ortum, & poſt occaſum, nec tempore quo in Eccleſia celebratur Miſſa maior, & conuenientius tempus eſſe matutinum, vt ſcilicet pro eis Miſſa defunctorum ex Eccleſiaſtico ritu ſi commodè poſſit, & ritus non impediat celebretur.

9 Vlteriùs obſeruandum eſt, vt non efferantur mortui ad ſepulturam noctu, ſed poſtquam per vigintiquatuor horas vel alio competenti termino corpora mortua ſuper terram permanſerunt habetur ex *Rit. Rom. de exequ. §. multum*, & determinauit etiam S. Carolus Borromęus in acta Eccleſiæ Mediolanen. *par. 2. titul. instruction. ad funera ducenda fol.* 288. ne corpus ad ſepulturam ducatur niſi duodecim ſaltem horis poſt quam ſpiritus exalauerit.

10 Nota quartò aliquid de expenſis funerum, & primo dicendum eſt dici impenſam funeris quicquid corporis cauſa antequam ſepeliatur conſumptum eſt, concluditur *in l. funeris ſumptus ff. de relig. & ſumpt. fun.* vbi DD. Vnde quicquid in elauatione mortui eſt impenſum funeris impenſa dicitur, *l. at ſi quis §. funeris cauſa ff. cit. tit. de relig. & ſumpt. funerum*, ſimiliter etiam quicquid impenditur in candelis, cereis, quod datur Fratribus, & alijs cauſa eleemoſinæ, & quod erogatum eſt in eum locum in quem mortuus eſt inferendus, & impenſum in ferendo cadauere illius, qui peregrè mortuus eſt, & ad corpus cuſtodiendum & commendandum, ita Lauor. *var. elucubr. lib. 2. cap.* 16. poſt Medices *de ſepult. 2. par. quaſt. 1. n.* 6. qui vlterius dicunt veſtes quoque nigri coloris quibus familia, & vxor veſtiri ſolet ad funeris ſumptus pertinere, niſi aliud conſuetudo expoſcat, ita Paul. *in l. 1. §. fin. ff. ad leg. Falc.* Med. *de ſep. par. 2. quaſt. 5. n.* 19. Surd. & Maſtrill. *dec. infr. cit.*

11 Item quicquid erogatum eſt in vltima infirmitate ex qua infirmus mortuus eſt, ſumptus funeris dici poteſt, & gaudet priuilegijs omnibus quæ ſumptibus funerum conceduntur, refert Lauor. *cit. loc. n.* 2. Grat. *diſcept. for. cap. 94. n. 16. & 17. multa Amand. add.* ad de Franch. *deciſ.* 51. & alij poſt Bal. *in l. reſtituenda in fin. C. de petit. her.* Alex. & Iaſ. *in l. vltima §. in computatione C. de iur. deliber. Neguſant. de pignorib. 2. membr. quint a partis n.* 28. Lodou. Gomez *in regul. Cancell. de infirmis raſignat. quaſt. 9. prin.* 5. Alia quæ dicuntur expenſæ funeris vide apud Anton. de Gam. *dec. 308. col. 1.* Sur. *deciſ. 255. num. 26. in fin. & ſeqq.* Mart. *voto* 8. Garz. Maſtrill. *deciſ.* 10.

12 Secundò dicendum eſt, quod expenſæ, ac ſumptus funeris, & exequiarum fieri debent habita conſideratione dignitatis, & facultatis defuncti probatur per tex. *in l. ſi quis §. ſumptus, & l. at ſi quis §. funeris cauſam, & l. funeris, ff. de relig. & ſumpt. funer. & l. 1. §. fin. iuncta leg. nec amplius ff. ad leg. Falcid.* ibi, *Nec amplius concedendum erit, quam quod ſufficiat ad ſpeciem modicam monumenti.* Vnde expenſas prædictas eſſe potiùs moderandas, quàm vltra vires extendendas docet Albert. *in citat. leg. nec amplius n.* 1. & poſt eum Med. *de ſepult. par. 2. quaſt. 2. n.* 2. Hinc etiam communiter DD. damnant pompas funerum immoderatas, & non ſolum negant prædictis immoderatis ſumptibus priuilegia prælationis de quibus infra, ſed teſtantur, quod qui pro ſumptibus prędictis immoderatis poteſt illos repetere, *leg. & ſi quis §. hæc actio citat. in cap. Raynaldus §. 3. num.* 2. Grammat. *deciſ.* 308. Spin. *ſpecul. teſtament. gloſſ. 2. princip. num. 48. & ſequen.* Lauor. *variar. elucubrat. tit. 2. cap. 1. num. 86. & ſeqq.* Medic. *de ſepulturas citat. loc. num.* 3. qui contrarium tenet quando quis ſumptuosè expendit iuſſu teſtatoris, dummodo iuſſus prædictus nimium non excedat, Lauor. *cit. loc. num.* 90.

13 Tertiò dicendum eſt teneri ad expenſas funeris, & exequiarum hæredes *leg. prima ff. de religion. & ſumptib. funer.* & ſemper ex hæreditate ante omnia deducitur *leg. impenſa, ff. eodem titul. citat.* quod infra. Quod ſi defunctus eſt adeo pauper, vt hæredem non inueniat nec alium, qui eum ſepeliri valeat, tunc tenetur ad expenſas Eccleſia de ſuo quæ adhuc ſi pauper eſt, tenentur Parochiani nè inſepulta corpora iaceant ita Medices *cit. loc. quaſt. 3. num.* 4.

14 Item ad expenſas funeris filij, vel ſerui tenetur pater, vel Dominus, *leg. ſi quis 6. plenarius ff. de relig. & ſumptib. fun.* Med. *citat. loc. num. 3. & 4.* Lauor. *variar. elucub. tit. 2. cap. 16. num.* 29.

15 Ad expenſas etiam funeris Vxoris adhuc tenetur hæres, ſi ad ipſum peruenit dos, & alia bona vxoris, *l. Celſus, & l. ſeq. ff. de relig. & ſumpt. funer.* Si verò dos, & alia bona Vxoris remaneant, & alia bona ad alios irent, quilibet tenetur pro rata ſua, ſi verò Vxor nec dotem habeat, nec alia bona tunc tenetur ad expenſas prædictas maritus, ita dicunt Medices *de ſepult. par. 2. quaſt. 3. num. 1. & 2.* & Lauor. *ver. elucubr. tit. 2. cap. 16. num. 13. & 14.* dixi ego ipſe *par. 1. annot. 25. num.* 3. Tunc teneri Maritum, quando Vxor non habet dotem aut alia bona, nec ſuos. Vbi etiam, quid ſi Maritus lucretur partem dotis vigore ſtatuti. Quod, ſi maritus decedat, qui nec hæredem habet nec in bonis ad expenſas prædictas tenetur vxor, cùm indubitatum ſit etiam in vita Vxorem, teneri alere virum inopem, *l. ſi cum dotem §. ſi maritus ff. ſolut. matrim.* ibi, quid enim tam humanum eſt, quàm fortuitis caſibus mulieris, maritum, vel Vxorem, viri participem eſſe, docent Surd. *de aliment. tit. 1. quaſt. 35. num. 6. & ſeqq. & quaſt. 36. num. 6. & ſeqq.* Sanch. *de matrim. lib. 9. diſp. 4. num.* 27.

16 Ad expenſas funeris Epiſcoporum, & aliorum Beneficiatorum, qui faciunt ſpolium tenetur ipſum ſpolium, & ſumptibus ſpolij faciendæ ſunt; etiam ſi Prælatus, vel alius defunctus habeat bona patrimonialia, docet Abb. *in cap. vt præteritæ num. 6. de elect.* quem ſequitur Ric. *in prax. 3. par. reſolut. 428. num. 1. & ſeqq.* vbi adducit Dec. Capyc. 84. *in qua latius habetur*, quæ expenſæ funerum faciendæ ſint ſumptibus ſpolij, Thor. *compend. deciſ. tom. 1. lit. E. verſ. expenſæ funerum alicuius.*

17 Quod ſi Epiſcopus mortuus non reliquit in ſpolio pro faciendis expenſis funerum ob eius paupertatem, nec in bonis patrimonialibus, tunc tenetur ad expenſas prædictas Eccleſia Cathedralis, quæ ſi adhuc non habet tenetur Capitulum, aduertit Lauor. *var. elucubr. tit. 2. cap. 16. num.* 35. Si verò expenſæ prædictæ factæ ſint à conſanguineis Prælati, qui proteſtati ſunt eas facere non animo donandi, ſed repetendi, poſſunt illas repetere à ſpolio, vel ſi non extat, à patrimonio, quod reliquit, ita Medic. *de ſepult. quaſt. 4. par. 2. num.* 9.

18 Vlterius Rector Eccleſiæ ſiue alius Beneficiatus, vel Canonicus eſt ſepeliendus expenſis fructuum Beneficij, vel præbendæ, ſi quos fecit ſuos, etiam ſi habeat patrimonium, ſin minus eſt ſepeliendus expenſis patrimonij, quod ſi adhuc non habet, eſt ſepeliendus expenſis Beneficij, vel præbendæ ex fructibus nondum perceptis, & ad ſucceſſorem ſpectantibus, *cap. ſi Canonic. de off. ordin. in* 6. docet Lauor. *cit. cap. 16. num. 36. & ſeqq.* Medic. *vbi ſupra*, teſtatur de veriori ſententia, Grat. *diſcept. for. cap. 94. num.* 20.

19 Sed, ſi beneficiatus ſit Curatus tunc adhuc ad expenſas funeris tenentur fructus Beneficij, & ſi non extant patrimonium, quod ſi non habetur fructus Eccleſiæ futuri, vt ſupra, qui ſi non ſufficiunt, vel haberi non poſſunt, tunc tenentur Parochiani, ita Lauor. *cit. loc. num.* 41. poſt Medic. *vbi ſupra num.* 13.

20 Quis teneatur ad expenſas funerum pro ſepeliendo Summo Pontifice, Legato à latere, Cardinali, Viſitatore Apoſtolico, Abbate Regulari, Nouitio, & alijs perſonis Eccleſiaſticis, vide Medic. & Lauorium *cit. loc.* qui enumerant omnes caſus.

21 Diximus, qui tenetur ad expenſas funeris, modo aduertendum eſt, quod ſi illæ factæ ſint ab alio, ſi illas fecerit cauſa pietatis, non poteſt repetere, qui illas repetere intendit, tunc tenetur ſe proteſtare eas non facere pietatis cauſa, ſed animo repetendi, *l. at ſi quis §. plerique ff. de relig. & ſumpt. fun. l. obſeruare, & l. quicquam ff. de offic. procenſ.* Lauor. *cit. loc. num.* 49. Et ſi expenſæ prædictæ factæ ſint per maritum pro ſepeliendo Vxore, qui habet reſti-

tuere

tuere dotem, poteſt retinere totam expenſam in reſtitutione dotis, docet Viſcont. ad Franch. *decis. 51. vers. adde quod.*

22 Quartò, dicendum eſt funeris expenſam priuilegiatam eſſe, & tacitam hypothecam in ſe continere, quæ pro eius repetitione creditori conceditur, ita vt præferatur non ſolum alijs omnibus tacitis hypothecis, ſed etiam doti, tenent communiter DD. ex doctrina Bart. & aliorum *in l. vltima C. de iur. dot.* Neguſant. *de pignor. 2. membro, quinta partis num.* 28. Couar. *lib. 2. pract. quaſt. qu.* 70. *num.* 2. Gomez *in l. 30. Tauri num.* 2. Medic. *de ſepult. par. 2. quaſt. 9. num. 3. & 4.* eſt indubitatum apud omnes, & probatur per *l. at ſi quis §. ſi colonus ff. de relig. & ſumpt. fun. & l. impenſa eod. tit.*

23 Idque ampliatur, vt expenſa funeris præferatur etiam legitimæ, & illam antecellat, probatur per tex. in *auth. nouiſſima C. de inoff. teſt.* tenet Merlinus *de legit. lib. 2. tit. 1. quaſt. 15. per tot.* aduertit Genuenſ. *practicab. Eccleſ. q. 168. num. 3.* voluit Rota *in Bononien. Bonor. de Mulettis Ven. 18. Aprilis 1603. coram D. Pamphilio, & in alia coram D. Litta Romana fideicommiſſ. de Remedijs Veneris 7. Maij 1604.* quas adducit idem Merlin. *poſt cit. tract. dec. 10. & dec. 20.*

24 Et licet DD. conueniant, dum concednnt expenſæ funeris prælationem omnibus alijs creditoribus babentibus tacitam anteriotem hypothecam. Inter eos tamen eſt grauis altercatio, ac ſatis difficilis quæſtio, an ſcilicet expenſa funeris præferatur creditoribus habentibus expreſſam hypothecam, & quidem pro vtraque ſententia inueninntur non ſolum Doctorum ſententiæ, ſed etiam Deciſiones, vt videre eſt apud Gratian. *diſcept. for. cap. 94. n. 1. & ſeqq.* & Rodriq. *in tractat. de concurſ. & priu. credit. 1. par. art. 3. num. 4. & ſeqq.* In Regno noſtro adeſt *deciſ. de Franch.* 51. in qua deciditur contra expenſam funeris illam nempè non præferri creditoribus alijs habentibus expreſſam hypothecam, quæ deciſio licet faciat ius in Regno per *pragmat. incipient. & ſi decreta ſub tit. de off. S. C.* prout aduertit Amend. addens ad dictam *deciſ. 51. num. 1.* Tamen quia ea non fuit ab omnibus recepta, & aliter deinde iudicatum per idem Sacrum Concilium, prout teſtatur nouiſſimè omni virtutum genere conſpicuus vir. Hect. Capyc. Latro digniſſimus Regens Regiam cancellariam in ſuis doctiſſimis deciſionibus 1. *par. deciſ.* 47. Vbi accuratiſſimè quicquid ad materiam adduci poteſt abundanter reperitur; contraria ſententia nempè, quod creditores pro expenſis funeris, præferantur hypothecarijs expreſſam habentibus, eſt ſeruanda in tribunalibus etiam Eccleſiaſticis, eùm non poteſt dubitari, quin ſit magis vera, communiot, & prohabilior, prout latè probant Grat. & Rodriq. *cit.* qui reſpondent contrarijs, & ſecundum hanc ſententiam contra *deciſ. de Franch.* deciſum refert Ludouiſ. *deciſ. Peruſin. 78. num.* 22. Surd. *deciſ.* 112. & 255. qui refert ſic pluries iudicaſſe eius Senatum Caualcan. *deciſ. 32. lib. 1.* Maſtrill. *deciſ.* 10. del Caſtillo *deciſ.* 103. *& alibi pluries*, prout refert ipſe Latro *cit. deciſ. num. 7. verſ. & ſic.*

25 Ampliatur hic fauor prælationis etiam ad expenſas vltimæ infirmitatis, in qua, quis deceſſit, illæ enim præferuntur creditoribus, habentibus expreſſam hypothecam, & gaudent priuilegijs conceſſis expenſæ funeris, prout tenet Surd. Caualc. & Maſtrill. *deciſ. cit.* & obſeruat Viſcont. *ad deciſ. de Franch. 51. verſ. declara*, vbi refert Neapol. fuiſſe iudicatum præferendum eſſe Aromatarium pro medelis datis in vltima infirmitate omnibus alijs creditoribus. Quicquid ſit in Vrbe in qua Aromatarius alijs creditoribus non præfertur per Motum proprium Pij V. 153. quam ſicut Bullario refert Amend. addens ad *deciſ.* 51. de Franch. *num.* 3. alias deciſiones ad id adducit, Thor. *in compend. tom. 1. lit. E. verſ. expenſa infirmitatis*, Latro *cit. deciſ. 47. num. 8.*

26 Limitantur ſupradicta tunc tantum concedendam eſſe prælationem expenſæ funeris creditoribus alijs, quando illæ moderatæ, & neceſſariæ ſunt, habita conſideratione perſonæ, & facultatum ipſius, prout notat Spin. *ſpecul. teſtam. gl. a princip. num. 46. & ſeqq.* Gam. *deciſ.* 308. Caualcan. *tract. de vſufruct. num. 96. ver. ſed dubium fol.* 294. Rodriq. *loc. cit. num. 11. & 12.* Lauor. *variar. elucubr. tit. 2. cap. 16. num. 11. in fin.* Ricc. de Franch. *cit. deciſ.* 51. Medices *de ſepult. par. 2. quaſt. 2.* Ludou. *deciſ. cit. 78. num.* 16. *vbi num.* 17. aduertit, quod ſi quis faceret impenſam funeris tam modicam, quæ potius cedat in contumeliam mortui, quam honorem, non ſolum pro illa non gaudet prælatione, ſed eos repetere non poteſt.

Aduertè, quod non ſolum hæres, ſed omnis alius creditor etiam extraneus, qui fecit expenſas funeris animo repetendi, præfertur alijs creditoribus habentibus etiam expreſſam hypothecam, ita aduertunt DD. cit. & loquitur Maſtrill. *cit. deciſ.* 10. quicquid dicat Merlin. *de legit. tit. 1. quaſt. 16. num.* 3. contra quam clariùs etiam loquitur, Grat. *diſcept. for. cap. 94. num. 1. & ſeqq. vbi num.* 11. etiam dicunt, quod mutuans pecuniam hæredi pro expenſa funeris, præfertur creditoribus habentibus expreſſam, vt ſupra, ſi probauerit verſum eſſe in tali cauſa, & quod dicitur probata talis verſio, ſi mutuum fuit factum ſtatim poſt mortem, & illa breuitas temporis facit præſumere impenſas fuiſſe factas de pecunia mutuata, ex doctrina Ripæ *in l. ſi ventri §. fin. col. vltim. verſ. ſecundus veriſſimus num. 10. de priuil. creditor.* Surd. *deciſ. 55. num. 9.* 27

Dixi competere hanc prælationem creditori, quando expenſas funeris fecit animo repetendi, quod dignoſcitur, ſi ita proteſtatus eſt, vt dictum eſt ſupra; quod ſi illas erogauit miſericordiæ, ac pietatis cauſa, tunc non ſolum, non conſequitur prælationem, ſed etiam illi actio denegatur, *l. ſi quis §. prætor ait, & l. ſi quis §. interdum §. plerique, & §. idem Labeo ff. de relig. & ſumpt. fun.* Duennas *reg.* 397. In dubio verò, quando proteſtatio non præceſſit relinquendum eſt arbitrio Iudicis cuius cauſa factæ ſint impenſæ, qui ex varijs circumſtantijs rem æſtimabit, aduertit Rodriqu. *cit. tract. de priu. creditor. 1. par. art. 3. num. 13. in fin.* Ioſeph. Ludou. *dec. Peruſ. 78. par. 2. num.* 10. Vbi dicit conſiderandum eſſe, ſi impendens adminiſtraret negotia defuncti, vel illi eſſet coniunctus maxima coniunctione ſanguinis, & alia. 28

Nota quintò, quod celebrantur funera, & exequiæ pſalmis & hymnis eo fine, vt Deo gratiæ agantur, quod eum, qui è vita exceſſit, iam à laboribus liberauerit, quod medio mortis exemptum apud ſe habeat, immarceſcibili ornatum Corona, hymni enim, & pſalmodiæ ſunt lætantium Chryſoſt. *homil. 3. ad Hebræos, & hom. 4. in cap. 2. ad Hebræos.* Preces autem, quæ Cantari ſolent appoſitæ ſunt in Breuiario Romano ab Eccleſia approbatæ, Rup. Abb. *lib. 1. de diuinis offic. c. penult.* 29

Item ex antiquo ritu Presbyteri, & Clerici coronam facientes feretro, in quo iacet corpus defuncti, & circumcirca ſtante diuinas preces, & officium defunctorum cantare ſolent, Ration. *diuin. offic. lib. 7. cap.* 35. Hoc enim officium videtur habuiſſe originem in veteri teſtamento, quando Ioſeph & fratres Iacob ſepelierunt Gen. 50. in illis verbis celebrantes exequias planctu magno, atque vehementi ex Ambr. 12. *quaſt.* 2. & Hieron. *lib. 1. Epiſtol. 21. ad Paulam*, de obitu Bleſillæ, ſeu reſtitutum ab Apoſtolis, ex Durand. Rat. *lib. 1. cap. 33. n.* 3. Sed ab Origene adauctum, & maxima ex forte ordinatum, vt teſtatur Iſid. *lib. de Eccl. off.* Vltimo fuit redactum ad formam, quæ nunc reperitur ab Amalario Epiſcopo Treuerienſi peritiſſimo circa dictum officium, Romam miſſo à Ludouico Imperatore tempore Gregorij Papæ, vt antiqua perquireret Antiphonaria, & vnum conficeretur, qua omnes eodem ordine pro defunctis orarent, vt ipſemet teſtatur libro de ordine Antiphon. *cap. 29. de ordin. ſepult.* Deinde ab alijs deinde Summis Pontificibus hoc officium auctum, & reformatum reperitur, vt Rit. Rom. *reform. ſub Paulo V.* Solet quoque in funere celebrari Miſſæ ſacrificium antequam corpus ſepulturæ tradatur, & quare in hac Miſſa defunctorum nonnullæ preces, & orationes omittantur, vide *de ritib. Eccleſ. lib. 2. cap.* 43. & Durand. *de diuinis officijs cap.* 4. Lauor. *var. elucubr. tit. 1. cap. 3. num. 47. & ſeqq.* 30

Vltetius adhiberi ſolet in funere, & exequijs aqua benedicta, qua cadauera aſperguntur, & ſepulturæ ex Ritual. Roman. ne dæmones fidelium orationes impediant, & cadaueribus illudant, eaque corpora vexentur, vt in Rational. *lib. 7. cap. 35. num.* 38. & vt omnis pellatur vmbra, & præſentia ſpirituum immundorum. Item adhibetur hæc cæremonia aquæ, & thuris ad denotandam vnionem, quam defuncti nobiſcum habuerunt, & vt per talia Deo Optimo Maximo reuerentia exhibeatur, Lauor. *cit. cap. 3. num.* 71. 31

Pul-

32 Pulsantur quoque in exequijs, & funere Campanæ, vt Clerus, & populus conuocetur ad funerum deductionem, *c. quod in te de Pœnit. & remission. Ration. diuin. offic. lib. 3. cap. 35.* Solent quoque pulsari Campanæ dum infirmus, positus est in agonia, & statim dum emisit spiritum ad hoc, vt audientes Deum orent pro eo. Consuetudo enim pulsandi Campanas pluribus, vel minoribus vicibus in vno defuncto, vel in alio, non est damnanda, prout explicat Lauor. *var. elucubr. lib. 2. cap. 3. num. 80. & seqq. vbi nu. 83.* Quare in triduo Passionis Domini non pulsantur Campanæ, sicut in obitu hominum.

33 Deferuntur quoque in exequijs, & funere lumina accensa ad honorem, & gloriam veræ lucis, quæ illuminat omnem hominem totumque mundum. Vt significent defunctos deduci tanquam athletas quosdam, deuicto sæculo ad supremum illum designatorum coronas, & præmia accepturi strennè gestarum pugnarum, ita Lauor. *cit. cap. 3. num. 126. & seqq.* Vbi alia ad hæc, vbi *num. 132.* adducit rationem quare in funere Christi non accenduntur, imò extinguuntur lumina.

34 Cui cedant faces, & luminaria, & candelæ, quæ in exequijs interueniunt, dicendum est illas, quæ præmanibus feruntur, acquiri Clericis, siue Regularibus deferentibus, nisi aliud conuentum sit, determinauit Benedictus XI. *in Extrauag. inter cunct. §. de funeralibus propè finem de priu. inter commun.* & refert Hieron. à Sorbo *in compend. priu. vers. Canonica portio,* Piasec. *in prax. part. 2. cap. 3. de visit. Regul. §. funeralium etiam.* Illas verò, quæ reponunt circumcirca cadauera, attendenda est consuetudo locorum, quæ vt plurimum, vel Capitulo, vel Parocho, vel alteri cedere disponit, de quibus multa Lauor. *var. elucubr. tit. 2. cap. 3. num. 178. & seqq.* De quarta debita Episcopo, & funeralibus dicemus alibi ex professo.

35 Incedit Parochus, vel alius presbyter pro eo in funere siue exequijs indutus cotta, & stola nigri coloris cum clero præcedente Cruce, quæ quid significet in funere, explicat Vital. *in Clement. abusionibus de pœnit. & remiss.* & Rupertus Abbas *de diuinis officijs lib. 6. cap. 9.* Vtitur Ecclesia in officijs, & Missis defunctorum nigro colore, quia talis color mortem denotat, & carnis mortificationem, & alia de quibus Guil. Durand. *in rational. diuin. offic. lib. 2. cap. 18. num. 6.*

36 Postremò Parochus aspergit defunctum in domo sua, & primus intonat antiphonam exultabunt Domino in exordio processionis funeralis, vt patet ex consuetudine, & in fine processionis stans in porta Ecclesiæ populum benedicendo, & aspergendo aqua benedicta dimittit, & intrans Ecclesiam primus cantat versum *subuenite Sancti Dei,* vt inquit Cardin. *in hac Clem. dudum §. huiusmodi in fin. de sepult.*

37 Declara supradicta, quod quando cadauer est sepeliendum in Ecclesia Regularium, Parochus debet funerale ducere, & prosequi vsque ad Ecclesiam Regularium, officia verò, & alia facere intra Ecclesiam circa cadauer ad Regulares spectat, nisi aliter disponat consuetudo, voluit Sacra Congregatio Episcoporum, & Regularium *in Bruren. 18. Iunij 1591. & in Micaren. 5. Iunij 1615.* de qua Lezana *in sum. quæst. Regul. tom. 3. verbo defunctus num. 4.* Nouar. *in Lucern. Regul. eodem verbo defunctus nu. 4.* Barbos. *sum. Apostolicar. decis. verbo funerale n. 1.*

38 Dixi intra Ecclesiam, nam extra omnia ad ipsum curatum spectant non ad Regulares in quorum Ecclesia ducendum est cadauer; Hinc ipse Parochus declarat per quam viam ducatur funus, si per Ciuitatem, vel per rectam viam, voluit Sacra Congregatio Episcoporum 22. Aprilis 1588. *in vna Bisuntina, & omnia facere, & declarare vsque ad Ianuam Ecclesiæ, vt supra.* Hinc etiam Regulares non possunt leuare corpora defunctorum non vocato, & expectato proprio defunctorum Parocho, vel nisi aliter eiusdem accedat consensus, aut venire expressè renuat, iuxta declarationes Sac. Rit. Congregat. *in vna Catanien. Ciuitatis Palatia 12. Octobris 1619. & in alia Vercellen. Terra Crescentors 26. February 1611.* relatas per Nouar. *Lucer. Regular. verbo defunctus num. 5.*

39 Si verò funus ducatur ad Ecclesiam sæcularem Parochialem, sed exemptam omnia necessaria ad funus, vsque ad Ecclesiam etiam spectant ad Parochum, vt dictum est de Regularibus. Intra verò Ecclesiam officium spectat ad superiorem Ecclesiæ exemptæ, si verò Ecclesia non est exempta, spectat ad ipsum Curatum, aduertit Lauor. *variar. elucubr. tit. 2. cap. 9. num. 119. vers. si extra.*

Aduerte, quod licet in funere sit leuanda vnica tantum Crux, illius scilicet Ecclesiæ ad quam cadauer transfertur, iuxta declarationem Sacræ Congregationis relatam per Barbos. *in summ. Apostolicar. decis. verbo funerale n. 4.* Tamen in praxi, & de consuetudine Regulares in nonnullis locis ad funus inuitati, etiam si defunctus ad eorum Ecclesiam non deferatur, deferunt Crucem, notat Lauor. *var. elucubr. tit. 2. cap. 11. num. 76. vers. videmus.* 40

Vlterius Parochus non debet negligi, sed requiri, & non prohiberi interuenire funeri cum stola, & Cruce, etiam quod in illo interueniat Capitulum Ecclesiæ Cathedralis, refert Lauor. *var. elucubrat. tit. 2. cap. 11. num. 75.* dummodo tamen omnis præcedentia detur ipsi Capitulo, nam Capitulum Cathedralis in processionibus, & funeralibus præcedit semper Parocho etiam Cotta, & stola induto, vt voluit pluries Sacra Congregatio, & refert Barbos. *de Canon. & dignit. cap. 18. num. 39. & seqq.* Lauor. *cit. loc. tit. 2. cap. 3. num. 209. & seqq.* qui adducunt varias declarationes Sacræ Congregationis pro Capitulo, & notaui Ego ipse 1. *parte annot. 12. num. 23.* quicquid malè probare intendat Grat. *discept. for. cap. 298.* 41

An Parochus præcedat in funeralibus Capitulum Collegiatæ Ecclesiæ, apparent pro vtraque parte declarationes Sacr. Congregationis, prout refert Barbos. *cit. loc. num. 67. & 68.* Licet ipse videtur inclinare pro Capitulo, sed pro Parocho fortiter, tenet Grat. *discept. for. cap. 298. num. 83. & cap. 492.* Tamen in hac diuersitate, quia Romæ seruatur, quod Parochus præcedat Capitulo Collegiatæ, prout refert Lauor. *var. elucubr. tit. 2. cap. 4. num. 213.* merito cum stylo Vrbis me confirmaui 1. *part. annot. 12. num. 23. in fin.* 42

Nota sextò, quod non potest Parochus prohibere, ne hæredes mortuorum afferant aliam culcitram supponendam in exequijs mortuorum, sed tantum suam, & ab illis exigere aliquid tamquam ius parochiale, etiam si id per decem annos seruatum esset, probat Ricc. 3. *part. decis. 124.* & sequitur Lauor. *cit. loc. cap. 4. num. 220.* 43

Nec etiam potest Parochus pro funere plus exigere ab extero, quam à ciue, voluit Sacra Congreg. 27. Maij 1617. Imò pauperum cadauera gratis sepellire debet, ead. Sacr. Congreg. 5. Maij 1617. refert Barbos. *de iure Ecclesiast. lib. 2. cap. 11. num. 83. & 84.* 44

OBSERVATIONES

D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *NVlli Catholico deneganda Ecclesiastica sepultura, vbi nominatim non reperitur prohibita.*
2 *Ecclesiastica sepultura concessa, an censeatur concessa delatio cadaueris processionaliter.*
3 *Quibus priuatim danda sit Ecclesiastica sepultura?*
4 *Duellantes etiam cum signis contritionis decedentes, an sepeliendi in loco sacro?*
5 *Excommunicatus decedens, & signa contritionis ostendens qualiter possit in loco sacro sepeliri?*
6 *Exemplum Archiepiscopalis Curiæ cum duellante.*
7 *Opinio distinguens refertur.*
8 *Vnica Crux leuanda in funere.*
9 *Species exequiarum recensentur.*
10 *Princeps sæcularis, an possit statuere modum exequijs?*
11 *Absolutio danda cadaueribus excommunicatorum.*
12 *Interdictus audire diuina an sepeliendus in Ecclesia?*
13 *Creditor ex causa funerum præfertur anterioribus hypothecarijs.*
14 *Creditores an possint sepulturam debitorum impedire? & nouissimus casus.*

DE funere, & sepultura frequens est materia, & nulli Catholico deneganda est Ecclesiastica, vbi nominatim 1

natim non repetiatur prohibita, Nauar. *conf. 5. num. 1. lib. 3.* Ciarlin. *contr. 199. num. 5.*

2 Concessa autem Ecclesiastica sepultura, conceditur quoque delatio cadaueris ad sepulturam processionaliter, Barbos. *de Paroch. cap. 26. num. 56. & de iure Eccles. vniuers. lib. 2. cap. 10. num. 26.*

3 Priuatim autem danda est Ecclesiastica sepultura occidenti seipsum, si mors non fuit ita subita, sed adesset considerabile interuallum à principio occisionis vsque ad spiritus emissionem, quia tunc poterit admitti ad fauorem animæ præsumptio contritionis, aut peccati displicentia ex mortis angustia, & futuri iudicium pauore, & ex Dei miseratione, cùm sit probabile talem contritionem in medio habere, & aliquam spem concipere, Genuens. *in prax. Archiep. cap. 61. aliàs 76. in addit. num.* 21. Ferro Manriq. *in qq. Vicarial. quæst. 57. num.* 10. & 11. existimans talem sepulturam priuatim dandam esse, quando furor est dubius communiter, necnoo vt noo conturbetur vulgus non approbans, aut nesciens illius furorem. Priuaretur bene verùm Ecclesiastica sepultura, si adesset vehemens præsumptio, quod seipsum proiecerit, vel suspenderit ex. gr. si aliquis reperiatur in cubiculo suspensus ianuis clausis, & nemo ibi inueniatur, Ferro Manriq. *vbi sup.*

4 Duellantes Ecclesiastica sepultura priuandi veniunt, etiamsi in ipso conflictu mortui non sint, sed illo, vel sequenti die, aut alio contritionis signa ostendentes, & ante mortem sacramentaliter coofessi, vt viuis potius consulatur, quam mortuis, hoc est, vt viui terreantur, & à talibus prohibitis abstineant, cum viderint in campis mortuos sepeliri, & hic est casus specialis, in quo etiam pœnitenti coofesso, & Eucharistia refecto denegatur Ecclesiastica sepultura, Gratian. *discept.* 410. vbi Ego in aoimaduers. Reg. de Marin. *resol.* 110. *lib.* 1.

5 Nec obstare ait Gratian. excommunicatum, qui ante absolutionem decedit, si dum moritur, signa contritionis ostenderit, etiam post mortem absolui posse, & in loco sacro sepeliri, ea *cap. à nobis il 2. de sent. excomm.*

Hæc enim omnia procedunt, quando vnica tantùm ratio respectu pœnitentis adesset. At hic alia consideratur, nimirum quoad viuentes, vt magis ab his illicitis pugnis terreaotur, & ita determinasse Sacram Congregationem refert Gratian.

6 Exemplum Archiepiscopalis Curiæ Neap. adducit de Marin. *num.* 8. duorum oobilium loco depositi repositorum de oocte cum sola parochia cantu submissa voce, paucis luminibus accensis donec aliter fuisset prouisum. Et sic prouisionaliter, & priuatim, & latius scripsi apud Gratian.

7 Notaodum autem erit, quod aut quis decedit io loco duelli in die duelli, vel alia, & tuoc videtur deneganda sepultura. Aut in alio loco, & tunc, plerique cootrarium nolunt concedendam nempè esse eam, vt Diana *part. 4. tract. 4. resol.* 192. & *part.* 11. *tract. 6. resol.* 26. Quinimò demorieote in loco duelli, sed post duellum videndus Mancin. *in prax. visit. infirm. in tract. de infirm. in ord. ad sepultur. dub. 37. §. sexto morientes*, à cuius senteotia recederem.

8 Vnica Crux est leuaoda in funere illius scilicet Ecclesiæ, ad quam cadauer defertur, iuxta Barbos. relatum per Ventrigl. *n.* 41. Qui tamen refert in aliquibus locis vidisse contrarium seruari pro regularibus prout Ego testari possum.

Addo quod tam sæculares, quàm regulares debent incedere sub dicta Cruce, oisi Capitulum Cathedralis, vel Collegiatæ interuenerit, quo casu sub vna Cruce dictarum duarum Ecclesiarum respectiuè omnes incedere debent consuetudine in contrarium non obstante Gauant. *in Enchirid. verb. exequiæ in add. num.* 12.

9 Exequiæ sunt in duplici specie, vna est simplicium, quando interuenit Parochus, & etiam vocantur ea aliquo placito partium aliqui presbyteri conductitij. Altera duplicium, seu pomposarum, ad quas vocantur alia Collegia loci, vel regulares, & quandoque ipsum Capitulum Cathedralis, vel regulares, Cardin. de Luca *de Paroch. discurs.* 28. *num.* 8.

Mera ratione laboris potest augeri per Parochum vltra emolumentum iuris Parochialis si in forma pomposa cum extraordinario, & magno incommodo requireretur ad functionem, de Luca *vbi sup. num.* 6.

10 Princeps sæcularis an possit statuere modum io exequijs, & pompis funebribus? Distiogue. Aut io ijs, quæ concernunt spiritualitatem, puta circa suffragia, aliaque diuina, & oegatur. Aut io ijs, quæ concernunt meram temporalitatem, puta circa, vel citra, & famulatum, & similia, quæ pompam temporalem, & honorificam concernunt, & tunc secus ad resecandos inanes sumptus, dum est circa merè temporalia, & ne in Reipublicæ perniciem subditi depauperentur inanibus pompis, siue æmulationes oriantur, Card. de Luca *in Miscell. Eccl. disc.* 28. *num.* 13.

11 Excommunicati si decesserint dato signo pœnitentiæ possunt sepeliri absolutis tamen prius illorum cadaueribus ab excommunicatione, Samuel *de sepult. controu. 9. n.* 10. Maocin. *in prax. visit. infirm. in ord. ad sepult. dub.* 34. *§. quod tamen*, vbi tradit, quod dictos excommunicatos absoluere spectat ad Episcopum, licet excommuoicatio esset Papalis, & non potest illo absoluere quilibet Sacerdos, sicut poterat ante mortem, quia cessat periculum mortis, Tolet. *instruct. sacerdot. lib. 1. cap. 16. n. 9.*

12 Interdictus audire diuina duntaxat, noo priuatur Ecclesiastica sepultura, Medic. *de sepult. p. 1. q. 11. n. 1.* Interdicti autem, & suspensi ab ingressu Ecclesiæ ooo tumulentur in Ecclesijs, & sepultura, nisi pœnituerint, & dato signo pœnitentiæ, oon requiritur absolutio ab homine facienda, quia statim, ac decessit cum pœnitentia remansit absolutus à iure, Dian. *part. 5. tract. 10. resol.* 75.

13 Creditor ex causa funerum præfertur locatori super bonis iouectitis, & illatis in domum conductam, vel fructibus in horreo existentibus, *l. etsi §. si colonus ff. de relig. & sumptib. funer.* Pacion. *de locat. cap. 40. num.* 131.

14 Corpus defuncti debitoris, an sequestrari possit ad instantiam creditoris? Lancellott. *de attentat. part. 2. cap. 4. limit. 13. num.* 4. refert de consuetudine Angliæ corpus debitoris defuncti non tradi sepulturæ nisi satisfactis creditoribus, si instant, ne illud corpus tradatur sepulturæ, & facit text. *in cap. qua fronte de appell.* vbi appellatio admittitur, si quis sit debitor, & eo mortuo creditor instet, ne corpus debitoris sepulturæ tradatur.

Pro negatiua opinione Genuens. *in prax. Archiep. cap. 76. num.* 10. Maocin. *in prax. visitand. infirm. in tract. de infirm. in ord. ad sepult. dub. 4. vers. ad vltim.* Conciol. *resol. crim. verb. sequestrari resol.* .... vbi de pœna creditoris sequestrantis cadauer debitoris, nempè infamiæ publicatioois tertiæ partis bonorum, & amissionis crediti.

Sepulturæ impedimeotum afferuot scribentes si debitor ob debitum in forma Camer. excommunicatus moriatur nullo signo dato contritionis, Medic. *de sepult. p. 1. q. 13. num.* 3.

Nouissimè ounc defuncto debitore auctoritate Iudicis ad instantiam creditoris sequestrato cadauere debitoris, & nihilominus illico reuocatione sequuta sequestri sub fide Actuarij, & creditoris, vt Iudicem interpositi tamquam sequestri mobilium, dum in prouincia non exprimebatur cadauer, & virtute litterarum exequutorialium concessum fuit sequestrum quod existimabatur mobilium. Controuertitur in præsentiarum quis Reus?

F I N I S.



INDEX

LOCVPLETISSIMVS RERVM, VERBORVM,

Ac Sententiarum omnium , quæ in hoc Secundo Tomo continentur.

A

D

Ætas

F

Immu-

Le-

R

Vacat

Vica-

F I N I S.

I N D E X

RERVM, ET SENTENTIARVM OMNIVM,

Quæ in Obseruationibus

D. CAROLI ANTONII DE LVCA MELPHICTENSIS

Continentur.

Est primus numerus folij, numerum indicat alter.

A

B

Exe-

Papa

P

Q

R

S

T

V

F I N I S.

